Nº

A.b

A.b DECFG

manda

manda

m mm

R.3385

# REVERENDI PATRIS
Dominici Soto Segobienſis theologi ordinis Prædicatorum in inclyta Salmanticenſi academia profeſſoris ac Cæſareæ Maieſtati à ſacris confeſsionibus ſuper octo libros Phyſicorum Ariſtotelis. Commentaria.

del Conv.to de Belen de Granada

¶ Secunda æditio nuperrimè ab Authore recognita, multiſq; in locis aucta & à mendis quam maximè fieri potuit repurgata.

SALMANTICAE,

M. D. L. I.

Cum Priuilegio.

# E L  R E Y.

POR quanto vos Andrea de portonaris mercader de libros vezino de la ciudad de Salamanca, nos heziſtes relacion, diziendo que vos teneys poder en cauſa propria de fray Domingo de Soto, prior de Santiſteuañ de la dicha ciudad, para nos ſupplicar os dieſſemos priuilegio para imprimir y vēder todas ſus obras, q̃ haſta à qui hauia fecho, q̃ ſon vna Epiſtola ad Romanos, de Natura & gracia, con vna Apologia contra Catharino, y vna Conſultacion de los pobres, y vna Repeticion de Tegendis ſecretis, y Sũmulas, Logica magna, y Phiſica. Como parecia por vna eſcriptura ſignada de eſcriuano, de que ante los del uueſtro cõſejo hizo preſentacion, y nos ſupplicaſtes acatando ſer obras muy vtiles y prouechoſas, os dieſſemos licentia y facultad, para que vos ſolo, o quiē vueſtro poder ouieſſe, pudieſſedes imprimir y vender las dichas obras, o como la nueſtra merced fueſſe: lo qual viſto por los del nueſtro cõſejo, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra carta para vos, En la dicha razon & nos tuuimos lo por bien. E por la preſente por os hazer bien y merced, os doy licencia y facultad, para que vos, o las perſonas que vueſtro poder ouieron para ello, por tiempo y eſpacio de ocho años primeros ſiguientes, que corran y ſe cuenten dende el dia de la fecha deſta mi cedula en adelãte, podays imprimir y vender los dichos libros en eſtos nueſtros Reynos y ſeñorios, ſiendo primeramente taſſados por los del nueſtro conſejo el precio, a como los ouieredes de vender. Y mandamos que por el dicho tiempo ninguna otra perſona los pueda imprimir, ni vender, ſin tener el dicho vueſtro poder, como dicho es, ſo pena, que pierda la impreſsion que aſsi hiziere y vendiere, y los moldes, y aparejos con que lo hiziere, y mas incurra en pena de diez mil marauedis para la nueſtra Camara. Y mandamos a los del nueſtro conſejo, Preſidentes & Oydores de las nueſtras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra Caſa, Corte, y Chancillerias, y a otras qualeſquier nueſtras juſticias de los nueſtros Reynos y Señorios, a cada vno en ſu juriſdiciõ que guarden y cumplan, & fagan guardar y cumplir eſta nueſtra cedula, por el dicho tiempo de los dichos ocho años, y contra lo en ella contenido, ni cõſientan yr, ni paſſar. Fecha en Valladolid a diez dias del mes de Nouiembre, M. D. L. Años.

Yo la Reyna.

Por mandado de ſu M. ſu Alteza en ſu nombre. Franciſco de Ledeſma.

# ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO. D. D. IOANNI à Toleto, Cardinali Burgenſi, ex ordine prædicatorum aſſumpto ſuus frater Dominicus Soto. S.

SI à Socrate illo, quem ſapientiſsimum celebrauit antiquitas, pronunciauit Appollo, teſtimonium iudiciumq; petendum foret, planum eſt præſul clariſsimè, quam de hac noſtra Phyſicorum editione ſententiam diceret. De hoc enim vel maximum nomen adeptus eſt, ꝙ cum in rerum naturis & cauſis veſtigandis iuuentutis florem expendiſſet, tunc demũ longius ætate prouectus, quaſi inani illa cura indigne iactatus, in eam quæ de moribus eſt Phyloſophiam, veluti in tranquillum ſe portum recepit. Ego vero contra cum in Theologia: in eorum inquam lectione, quorum cognitio ſumma felicitas eſt, tot annorum vtcunq; poſuerim: iam nunc deniq; ætate vertente: ad hoc genus Phyloſophiæ reuertor. At vero ſi doctorem gentium Paulum, ſe longè ſuperiorem audiuiſſet Socrates, pluris fortè hanc quam neglexit, æſtimaſſet Phyloſophiam. Hanc enim tantæ molis fabricam, hanc rerum, quanta eſt, vniuerſitatem, nihil aliud quam ſcintillam cenſeri oportet immenſæ illius ſapientiæ diuinæ, lucem habitantis in acceſsibilem: cuius proinde mundi contemplatione inuiſibilia dei lumina conſpiciuntur. Hoc qui non intellexere Phyloſophi, partim naturalium ſcientiam vanam exiſtimarunt: partim certe ipſi euanuerunt in cogitationibus ſuis. Attamen Theologi, cum lumine fidei, tum etiam maiorum inſtitutione hanc veritatem edocti, huiuſmodi Phyloſophiam à ſacrorum ſcolis non relegant. Quin vero, vt per creaturas, quantum noſtræ mortalium exiguitati conceſſum eſt, creatoris virtutem, ſapientiam atq; adeo benignitatem indagare valeant, bonam Theologiæ partem in rerum cauſis naturalium perſcrutandis, & iure quidem optimo, collocant. Quocirca antiſtes reuerendiſsime tametſi cum anno ſuperiori Dialecticorum commentarios ampliſsimæ dignitati tuæ mittebam, nonnihil vererer id vitio mihi datum iri, quod tam ſero Dialecticam tractarem, iam nunc vero nihil hoc metu commoueor, quippe cum naturalem Phyloſophiam digniſsimam ſemper duxerim, de qua non niſi grauiſsimi authores (in quibus ego nullus ſum) tamen ſcriberent. Quod proinde munus immaturus præſumit, quicunq; non multo longius omni ſcientiarum genere fuerit progreſſus. Atq; adeo nullum vnquam oportunum magis atq; idoneum tempus ad hanc rem capere potui, quam cum ex locis Theologicis exploratum habeo, quantopere naturalis hæc ſcientia diuinæ illi ſubſeruiat. vt ſi deus fortè in animum induxerit, quæ de Theologia pro virili noſtra legendo adnotauimus, nido quod aiunt) dimittere, non res nobis Phyſicæ Theologas intercidant: ſed hæc habeant lectores, ad quæ remittantur, commentaria. Quod vero ea dignitati tuæ ſplendiſsimæ dedico: iuſſa tua facio. Cum enim in veſtro iſto apoſtolico ſenatorum ordine, is, citra inuidiam, ſis, in quo ſanguinis claritas cum maieſtate dignitatis de amplitudine contendit, ea tamen tua eſt humanitas, & in hanc tuam religionem pectoris candor, ac neſcio quæ in me peculiaris beneuolentia, vt quecunq; ſcripſero, non ſolum libenter accipias ſed ex me etiam tu ipſe digneris expoſcere. Vale.

# ADMODVM REVERENDO patri, ac illuſtri præſuli, D. Ioãni Quignonio, ſapientiſſimo Salmanticenſis academię præfecto, Andreas portonarius. Chalcographus. S.

*CVM iam pridem mihi in animo eſſet, præſul optime, aliquo obſeruantiæ argumento, ſingularẽ animi mei erga amplitudinẽ tuã propenſionẽ ſignificare: idq; non prius efficere potuiſſem, q̃ eſſet oblata occaſio: nunc demum ſeſe cũ minime ſperabã obtulit. Pręclarum enim illud phyſicorum Ariſtotelis opus, fratris dominici Soto commentarijs illuſtratum, circunferebatur hactenus, mutilũ ſimul, & timẽdoſum. Indignũ profecto quod & tãto authori, & tali comẽtatori cõtingeret. Vt enim de Ariſtotele taceã, cuius doctrinam (vt de Platone inquit Hieronymus) cuncta orbis gymnaſia perſonant: quid de commentatore hoc (quem omniũ pręſtãtiſſimum, pręſtantiſſimus phyloſophus ſortitus eſt) dignum referam? qui religione & vitę & ſanctimonia nemini, vel pauciſſimis eſt cõparandus, ita mentis acie, & iudicij ſubtilitate vel ipſi Ariſtoteli pręferẽdus, & meritò quidẽ, cum eum velut ſolem orbi nouũ illuxiſſe deus op. max. voluerit, vt ſcripturarũ arcana, tam diuinarum quam humanarum in omnium vtilitatem propalaret. Accipe igitur, pater ampliſſime, codicem noſtris typis excuſſum, à mendis quàm maxime fieri potuit repurgatum. Quod ſi tu à ſingulari authoritate ſuſcipere, & maturo iudicio dignatus fueris, non dubito quin ſtudioſis omnibus, & gratiſſimum, & commendatiſſimum tui etiam nominis acceſſione ſit futurũ. Et ſi (vt ſpero) tibi gratum hoc genus obſequi ſenſero, dabo operam vt alia ſub tui nominis clypeo excudantur. Vale huius academię decus eximium, & vnicum ornamentum.*

Ad eundem [illegible]

Græcia iam ſileat, latium nec iactet alumnos,
  Grandeq; nec memorent, quod retulere decus.
Tu facis, vt referat longè Salmantica maius,
  Præſide te, nomen tollit in aſtra ſuum.
Simplicitas tua prudens, & ſapientia mira,
  Doctrina, & mores, ſcilicet id faciunt.



# Reuerendi patris Dominici Soto Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, in inclyta Salmanticenſi academia profeſſoris, ſuper octo libros Phyſicorum Ariſtotelis Commentaria.

## PRAEFATIO.

HAud equidẽ ignoro, quam ſint multi, quanteq; authoritatis vtriuſq; lingue viri, qui Philoſophiam naturalem eo ingenio, ⁊ eruditione tractauerint, atq; adeo ad verum exegerint, vt reliquum vix vllum dicendi locum poſteris feciſſe videantur. Attamen hoc noſtrum mortalium ingenium eſt, vt vſq; dum gloria fontis illius ac patris luminũ apparuerit, nullis interim ſatiemur inuẽtis: ſed ex antiquis noua ſemper eruere, aliaq; ex alijs cõtinẽter indagare conemur. Eo vel maxime q̃ que alij, vt acuta ſuſpiciũt, ab alijs vti difficilia reprobantur: ⁊ alios quidem breuitas, alios vero rerũ copia, vndecunq; accerſita delectat: ac demum qui his placet, ſtylus dicẽdi, alijs cõtra nõ probat. Deniq; nõ omnes eadẽ mirantur, amantq;. Quocirca laborẽ hunc noſtrũ (ſi modo ex ſententia ſucceſſerit,) non adeo forſan ſuperuacaneum fore arbitror. Cum enim antiqui Ariſtote. expoſitores, plus forte nimio perfragoſa metaphyſicorũ loca vagantes, philoſophiã ſubobſcurã, prolixamq; effeciſſent, poſteri tum demũ, horũ ſatietate defeſſi, ipſum cum gloſatoribus ſuis Ariſtotelem negligentes, ac deſerentes, ad queſtiones defecerunt: in quibus diſputandis ac definiendis (quod citra cuiuſpiam notam dixerim) nõ adeo multũ, aut rationi, aut Ariſtotelis teſtimonio incubuiſſe videntur: ſed quas pro ſuo quiſq; arbitrio mouebant, de ſuo ſubinde capite terminabant. Quo nimirum vſu veniſſe videmus, vt Pariſienſes ipſi, in quibus ratio hęc ſtudiorum pręcipue vigebat, ſcholaſticã philoſophiã prorſus abiecerint. Vnde non poſſum illis nõ damnum aliquod, ⁊ literarũ iacturã metuere. Enim uero vt barbaries illa ſophiſmatũ, quã dum illic agebamus, pręſentes ipſi vidimus, pernicioſa erat: ita Ariſtotelis cognitio (qui ſine theſeo neutiq; adiri poteſt) ⁊ queſtionũ diſputatio, certa ratione moderata, ad rerũ cum humanarũ, tum etiã diuinarũ noticiã, apprime eſt neceſſaria. *Partitio operis.* Iſta me cõſideratio ĩducere potuit, vt priuſquã ad rem theologicã calamũ admouerẽ, phyſicã pro meo qualicunq; ingenio tractarem, ſecundũ menſurã donationis dei, cui quicquid boni accipimus referendũ eſt. At cũ huius ętatis profeſſoribus mos a nobis gerendus eſſet: ſane qui in curſu (quem vocant) artiũ, trienniũ tantum ponũt, ne ſi idem codex, ⁊ textus expoſitionẽ, ⁊ ſimul queſtiones cõplecteretur, iuſtũ volumẽ excederet, ſeorſum operęprecium duximus vtrunq; facere: nempe vt vno volumine Ariſtotelis expoſitionem, quam pro rei qualitate potuerimus breuiſſimã, exhibeamus: in altero vero queſtiones neceſſarias iuxta textus ordinẽ diſputemus. ¶ Erit autẽ lectoris cura, qui volumen vtrunq; ordine interpretari voluerit, obſeruare: ⁊ in cõmentis, in quo nos ſine capitis lectorẽ ad queſtionũ ſeriem mittimus: ⁊ rurſus in queſtionibus, in quo eum queſtionis calce ad intermiſſa cõmenta remittimus.

*Philoſophię nomen.* ¶ Quo igitur rem aggredientes a nomine ipſo, philoſophia, pficiſcamur vt Diogenes laertius lib. 1. ⁊ Cicero lib. 5. tuſcula. queſtionũ, Ex Heraclide pontico referunt, Pythagoras primus fuit huiꝰ nominis inuentor. Olim namq; ſeptẽ illi celebres greci, Sophi, id eſt, ſapientes dicebantur: ſed cum Pythagorã, coram Leonte Philiaſiorũ tyranno docte ⁊ copioſe de rerũ naturis diſſerentem, admiratus Leon interrogaſſet, qua maxima arte polleret, reſpondiſſe fertur, artem quidem nullam ſe ſcire, ſed eſſe Philoſophũ. i. ſapientię ſtudioſum: ſoloſq; deos dignos eſſe, qui dicantur ſophi. i. ſapientes. Atq; inde, quę initio ſophia. i. ſapientia dicebatur, Philoſophia. i. ſtudium ſapientię, appellari cepit.

*Philoſophię diuiſio.* ¶ Hãc in vniuerſum ſic dictã philoſophiã (quam Cicero. lib. 4. tuſcu. q. ſub nomine ſapientię, diffinit eſſe rerũ diuinarũ ⁊ humanarũ ſcientiã, cognitionemq;, quę cuiuſq; rei cauſa ſit) hanc inquam antiqui philoſophi trifariam partiti ſunt: puta in Dialecticem. i. rationalem, Phyſicem. i. naturalem, Ethicem. i. moralem. Cuius quidem diuiſionis, ſi Diogeni. lib. 1. fides dãda eſt, Zeno Cynicus Stoicorum princeps primus author fuit. Tametſi ⁊ Cicero in Academicis lib. 1. et Auguſtinus lib. 8. de ciuitate Dei, cap. 4. Platonicã attribuunt. ¶ At vero, vt. 6. metaphi. tex. 1. ⁊ lib. xj. cap. 6. ex Ariſtotele colligitur, congruentius hoc modo diuiditur Philoſophia: nẽpe vt alia ſit rationalis, quę in Grammaticam, Rhetoricã, ⁊ Dialecticam, diuiditur, alia vero realis. Et hęc, alia ſpeculatiua, ⁊ alia practica. Atqui inter practicas alia eſt actiua, vt Moralis: quippe quę actiones immanentes moderetur, alię factiuę: nempe quarum actiones in externã ſint materiam tranſeuntes, vt Mechanice. De quibus nihil ad pręſens negocium. ¶ Philoſophiã ergo realem ſpeculatiuam partitur locis citatis Ariſtoteles, in Metaphyſicam, Phyſicam, ⁊ Mathematicas. Cuius rationes diuiſionis. q. 1. enarra

enarrabimus. Ubi ⁊ de earũ Philoſophię partiũ inuentoribus ſermonē etiā facturi ſumus. Ex his ſequit, ꝙ, Philoſophia, ⁊ Phyſica, ſe habēt vt genus, ⁊ ſpecies: nā, Philoſophia, cōplectitur ⁊ moralē ⁊ rationalē ⁊ naturalē: Phyſica vero (quod Latine ſonat naturalis) ſolum dicit Philoſophiā realē ſpeculatiuā naturalem. i. de ente mobili. De qua re primā mouimus queſtionē. Quapropter in ſubſequētibus indifferenter vtemur his duobus noībus, Philoſophia naturalis, ⁊ Phyſica. ¶ Alijs ergo Philoſophię partibus pretermiſſis, Phyſica eſt, quam interpretandam aſſumpſimus.

*Queſtionis primę ſedes.*

¶ Octo autem cum ſint quæ

*Octo notanda.*

Commētator in hoc prologo adnotare nos pręcipit: quę ſunt, authoris ⁊ nomē, ⁊ intentio: libri vero nomē, vtilitas, proportio, ordo, modus procedendi, atq; diuiſio, de Ariſtotele quidē in prologo pręd icamentorũ ſatis a nobis dictũ exiſtimo. ¶ Intentio vero eius eſt in libris Philoſophię naturalis de rebus oībus naturalibus dicere, inquantũ naturales ſunt. i. ea ratione qua in ſe habēt principiũ motus. Nam hac ratione res naturales a moralibus, ⁊ artificialibus diſtinguntur, vt queſtione prima elucidabimus: vbi ⁊ de huius ſcientię vtilitate nō nihil dicturi ſumus. ¶ Comparatio huius ſciētię ad alias (vt ex dictis colligitur) eſt, ꝙ hęc quę Phyſica dicitur, eſt Philoſophię ſpecies realis ſpeculatiuę, cōtra metaphyſicā ⁊ mathematicas diſtincta: a philoſophia vero morali atq; adeo a rationabilibus ſciētijs genere differēs. ¶ De ordine autē huius ſcientię ad alias inter philoſophos olim cōtrouerſum fuit, vt lib. 7. in vita Zenonis meminit Diogenes. Nā Zeno, Cryſippꝰ, ⁊ alij Stoici, primā Logicē, ſecūdā Phyſicē, tertiā Ethicē ſtatuebāt: Diogenes Ptolomeēſis ab Ethicis cenſebat inchoandũ: ſed Panetius a Phyſicis ſumebat initiũ. At vero vt S. Tho. 6. Ethi. lectione 7. adnotauit, cōgruus ordo ſcientiarũ eſt, vt a rationalibus, puta a Dialectica initiũ ſumatur, q̃ ſecundũ Cōm. 2. meta. com. 15. eſt modus ſciēdi: nam vt illic ait Ariſto. modus ſciēdi ante ſcientiā querendus eſt. Secundo loco ſuccedũt mathematicę: q2 vt author eſt. 1. Ethi. Ariſt. iuuenis nō eſt idoneꝰ auditor philoſophię moralis: ⁊ addit in. 6. lib. cap. 8. ꝙ nec eſt idoneus ad philoſophiā naturalē: ſed tm̄ ad mathematicas: eo ꝙ pricipia philoſophię moralis naturalis a ſenſibilibus cōſuetudine aut experiētia ſumũtur: iuuenis aũt nec experientiā, nec cōſuetudinē rerũ habet: quare nec de moralibꝰ, nec de naturalibꝰ iudicare potēs eſt: Mathematicę vero abſtrahũt a ſenſibilibus, q̃ proinde facilius acquirũtur. Unde antiquitus pueri in mathematicis ob earũ facilitatē exercebātur. Tertiũ vero locũ hēt philoſophia naturalis, ⁊ quartum philoſophia moralis: nā facilior eſt experiētia rerũ naturaliũ, q̃ cōſuetudo q̃ ad prudentiā moraliũ exigit. Quinto tandē ⁊ poſtremo loco adeũda eſt diuinorũ theologia. Iuribꝰ autē locũ nō damꝰ peculiarē, ꝓpterea ꝙ ius ciuile, phia quidē moralis eſt: ius aũt canonicũ ſub theologia militat. Phyſicā ſeu phiam naturalē (quod ad eiꝰ attinet diuiſionē) in duas Ariſt. cōſideratiōes diſtribuit. Enimuero vt in principio ſtatim de partibꝰ ani-

*Intentio.*

*Comparatio.*

*Ordo.*

*Diuiſio.*

maliũ ipſe admonet, q̃ de pluribꝰ ſpeciebꝰ dicturus eſt, debet ea q̃ oībus ſunt cōia prius tractare, q̃ ad ſingulorũ propria deſcēdat: alias ſepe opus eſſet in ſingulis eadē cōia repetere. Quocirca dicturꝰ. Ariſt. de multis mobiliũ. i. rerũ naturaliũ ſpeciebꝰ. Prius in his octo libris Phyſicorũ tractat ea q̃ oī enti mobili ſunt cōia. Facit eñ ſermonē de materia ⁊ forma, ⁊ alijs cauſis ⁊ ꝓprietatibꝰ entis mobilis. In reliq̃s vero libris deſcēdit ad ſingulas ſpēs motus, nā in libris de cęlo agit de digniſſimis corporibꝰ, q̃ ſolo motu locali mouent: nēpe de cęlis. In libris de gñatione, de his q̃ cōia ſunt oī gñationi. ſ. de elemētis ex q̃bus fit gñatio: de alteratiōe q̃ pręcedit, ⁊ de augmētatione q̃ ſequit omnē gñationē. Atqui in reliq̃s deſcēdit ad ſpēs corporũ gñabiliũ: nā i libris metheororũ agit de his q̃ primo generantur ex elemētis in ſublimi. ſ. de igneis ⁊ aqueis: vt de fulminibus, de niue, pluuia, ⁊ grādine, alijſq; id genꝰ. Reliq̃s vero libros cōſumit diſputationibꝰ de natura aīaliũ: initiũ ſumēs ab his primo q̃ cōia ſunt oībus aīalibꝰ. Unde in libris de aīa tractat de aīa ⁊ partibꝰ eiꝰ: ⁊ in reliquis paruis naturalibꝰ de ſenſu ⁊ ſenſato, ſomno ⁊ vigilia, ⁊ cęteris, quę oībus, aut pluribus aīalibus ſunt cōia. In libris vero de hiſtoria, de partibꝰ, de generatione, ⁊ de motione aīaliũ, agit de aīaliũ ſpeciebꝰ in particulari. ¶ Numerus autē librorũ octo phyſicorũ hac ratione diuidit. Primus eſt de pricipijs rei naturalis, ſeu entis mobilis: qd̄ idē eſt. ſ. de materia forma, ⁊ priuatiōe. Secūdus vero eſt de principijs ſciētię naturalis . ſ. de natura, q̃ cũ ſit principiũ motꝰ, eſt ſicut mediũ quo vtit hęc ſciētia in ſuis demōſtrationibꝰ, ⁊ de q̃tuor generibꝰ cauſarũ: ꝑ quas demōſtrat. In tertio ſequit tractatꝰ de motu: q̃ eſt prima paſſio ſubiecti huiꝰ ſciētię. In q̃rto vero ſubſequit diſputatio de his q̃ extrinſecꝰ adiacēt motui. ſ. de loco: q̃ eſt mēſura mobilis, ⁊ de tpe: q̃ eſt menſura motꝰ. Quinti autē libri cōſideratio eſt de diuiſione motꝰ in ſuas ſpecies: ⁊ ſexti de diuiſione motus in ptes integrales. ſ. de diuiſione motus ſecundũ tēpus. Septimũ vero ⁊ octauũ adiecit Ariſt. de primo motore, ⁊ primo mobili, ⁊ primo motu. In ſeptimo nāq; oſtēdit neceſſariũ eſſe vt ſit primus motor, primũ mobile, ⁊ primus motꝰ: ⁊ in octauo tandem diſſerit quę ſit natura primi motoris, primi mobilis, ⁊ primi motus. ¶ Modi procedēdi huius ſcientię (inquit hic Com.) ſunt vię cōmunes doctrinę. ſ. demōſtratio a ſigno. i. ex effectibus ad cauſam, ⁊ demōſtratio ꝓꝑ quid a cauſa ad effectum, ⁊ demōſtratio ſimpliciter. Diſtinguit hic demonſtrationē ſimpliciter a demōſtratione generaliter, ex cauſa, aut quemadmodũ. 1. poſte. q. 4. diximꝰ. ſ. ꝙ demōſtratio ſimpliciter ſit illa, nō quę procedit q̃uocunq; a cauſa ad effectũ: ſed quę ꝓcedit formaliter ex cauſis ⁊ principis immediatis. Aut forte meliꝰ ꝙ demōſtratio a ſigno ſit ſcd̄m quid demōſtratio: q2 procedit ex notioribus, nō ſimpliciter, ſed ſolũ quo ad nos: ⁊ eadē ratiōe, demōſtratio quę procedit a cauſa, notiori quidē naturę, nobis autē ignotiori, vocet etiā quodāmodo ſcd̄m quid: vt demonſtratio eclipſis per interpoſitionē terrę, vbi cauſa eſt nobis ignotior q̃ effectus. Demōſtratio vero ſimpliciter ſit illa quę ꝓcedit ex notioribus ſimpliciter. i. ⁊ quo ad naturam, ⁊ quo ad nos:

*Libri octo*

*Modus procedendi.*

*Demonſtratio ſimpliciter.*



ad nos: vt ſunt demōſtrationes mathematicę: quę, vt patet apud Euclidē, procedũt ex principijs ſimpliciter notis naturę ⁊ nobis, paulatim ad ignotiora ſimpliciter aſcendendo. Demonſtramus enim tres angulos trianguli, ęquiualere duobꝰ rectis ꝑ hoc qd̄ angulꝰ extrinſecus ęquiualet duobꝰ intrinſecis oppoſitis, q̃ quidē cauſa eſt notior ⁊ naturę ⁊ nobis, vt. 1. poſte. q. 5. exemplo mōſtrauimus. ¶ Ut autem tandem ad nomen libri deſcendamus titulus ſic habet.

*Nomen libri.*

## ARISTOTELIS DE PHYſico auditu, ſeu de naturalibus principijs, Liber primus: Franciſco Vatablo trāſlationis veteris correctore.

Inſcriptionis huius, ſcilicet de Phyſico auditu, ſeu de naturali auſcultatione, qd̄ idem pollet, nō aliam rationē fere afferũt expoſitores, niſi ꝙ opus hoc auditoribꝰ ſuis legebat interpretabaturq; Ariſtot. At quia ratio hęc nō omnibus forſan ſufficiens reputabitur, notandũ eſt ꝙ opera antiquorũ philoſophorũ Philoponus in prologo pręd icamen. in tria genera diſtribuit. ſ. in cōmentaria (quę erāt annotationes illę, quas quiſq; ex lectione aliorũ operum in gratiā memorię ſcripto mandabat) ⁊ collocutoria ſeu dialogica (quę, ſcilicet, non tanq̃ ex propria perſona a proprio authore, ſed a perſonis in dialogum introductis, proferebantur: quę apud Platonē ſunt frequētiſſima) ⁊ auſcultatoria (quę erāt illa opera quę magiſter in ſcholis tanq̃ ex propria perſona pręceptionis modo legebat.) Attamen vt ſimplicius, ⁊ Themiſ. in hoc libro, meminit, ⁊ Cicero lib. 5. de finibus inſinuat, ⁊ Aulius Gellius lib. 20. cap. 4. latius explicat, duo erāt, quantũ ad rem attinet, genera operũ apud antiquos: alia in quibus cōtinebātur rhetoricę meditationes ⁊ argutię ad res ciuiles pertinentes: ⁊ alię id genus res minoris momenti, quę dicebātur, Exoterica. i. extera et vulgaria, eo ꝙ ad illorũ auditionē admittebantur vulgares, ⁊ quicunq; de plebe audire volentes. Alia vero erāt in quibus res maioris momēti ⁊ ſubtiliores agitabātur, ſiue ad dialecticā, ſiue ad naturę cōtemplationem pertinerēt. Quę proinde appellabātur, Acroamatica. i. auſcultatoria, eo ꝙ attentiori meditatione indigerēt: nā auſcultari eſt attēte audire: ⁊ idcirco ad hęc nō admittebātur, niſi homines iam prouecti ⁊ peculiares auditores. Et hęc legebantur mane: ideoq; dicebatur matutina deambulatio, alia vero legebātur veſpere ⁊ dicebatur veſpertina deambulatio. Legebat eñ Ariſt. deambulans. Unde Them. alia, inquit, quę de rhetoricis ⁊ de poeticis ⁊ moralibus Ariſt. ſcripſit, ea claritate dictauit, vt quiſquis negocio facili poſſet per ſe intelligere. Hęc autem de rerum principijs, quę altioris ſunt ſpeculationis obſcurę tradidit: vt non niſi qui ingenio pollerent, neq; illi ſine doctore perciperent. Unde cum de his conquereretur Alexāder, ꝙ, quę ipſe in ſecreto audierat, alijs vulgaſſet, reſpōdiſſe fertur Ariſ. nō ęgre id ferret, q2 ita ſcripſerat, vt nemo, niſi ab eiꝰ ore audiret, itelligere ꝑ ſe valeret. ¶ Inſcribitur ergo opus hoc de phyſico auditu. i. de naturali auſcultatione: nempe ꝙ hęc niſi audiantur et aſſidua meditatione verſentur, intelligi nequeũt. Tametſi ⁊ grecę etiā inſcribatur, de principijs naturalibus, eo ꝙ vt dictũ eſt, in his octo libris agitur de principijs vniuerſalibus rerum naturalium. Et ita vulgo modo nuncupantur, libri Phyſicorum. i. naturaliũ, videlicet principiorũ. At vero, vt Them. hic ex Adaſtro refert, quinq; priores libri quandoq; ab Ariſtotele appellantur de principijs: tres vero poſteriores vocantur de motu. Et ſub illis noībus ſolet eos Ariſt. ſępe citare. ¶ Ex tranſlationibus Latinis elegimus veterē tranſlationē, quę a Franciſco Uatablo ad veritatē Gręcā exactiſſime correcta eſt, ⁊ latinitate pręterea donata ⁊ polita: nā veterē illā quę ſub nomine Boetij circũfertur, indigna eſt profecto, quę in ſcholis verſetur: ⁊ Argiropyli tranſlatio (quam in dialectica, quia aliam correctiorem nō habebamus, ſequuti ſumus) quāuis in ſententia parũ a veritate gręca declinet, verba tamen gręca non adeo fideliter ſeruat.

*Exoterica.*

*Acroamatica.*

*De phyſico auditu.*

*Uatablus*

¶ Sequitur hic queſtio prima quę eſt prohemialis.

## DE ORDI. PROCED. CAP. I.

QVONIAM intelligere, ac ſcire contingit circa omnes ſcientias, quarum ſunt principia, cauſæ, vel elementa, ex horũ cognitione (tunc enim putamus cognoſcere vnum quodq;: cũ cauſas primas cognouerimus, & principia prima, & vſq; ad elementa) Manifeſtum eſt, quòd, & ea quæ ſunt circa principia ſcientiæ quæ de natura eſt, primum determinare tentandum eſt.

*Textus. 1.*

*Primi articuli queſtionis ſecundę locus.*

¶ Exorditur ergo Ariſtot. opus hoc Phyſicorũ a principijs rei naturalis, ſiue entis mobilis, quod eſt ſubiectum phyſicę. De quibus ſubinde eſt totus hic primus liber. Adnotandum eſt tamen, quod opus hoc grece tantummodo diuiditur in libros octo: nullus autē librorum amplius ſubdiuiditur, ſed perpetuo contextu procedit. Traductores vero linguę, elucidationis gratia, ſingulos libros per capita diſtribuunt. At vero Com. non ſequitur diuiſionem per capita: ſed per cōmenta. Et quia receptiſſimum eſt Ariſtotelē per textus cōmentorum citare, hoc nos etiam tempori dabimus, vt diuiſiones capitulorum, ⁊ ſimul cōmentorum obſeruemus. ¶ Tametſi profecto (vt inſcitiā meam ingenue fatear) nō mihi video intelligere, cur Commentator in tanto ſit habitus precio, vt par fere negocium ſit expoſitoribus Ariſtotelis Commentatorem ⁊ intelligere, ⁊ defendere, atq; Ariſtotelem ipſum. Nam pręterquā quod preſſus eſt ⁊ lubricus: atq; adeo intellectu fere difficilior q̃ Ariſtote. neſcio quid egregium pręclaroq; ingenio dignum, niſi vnum forſan aut alterũ apud Commentato. legatur: cum tamen erroribus, non ſolum contra fidem, ſed contra veram philoſophiā ſit frequentiſſimus. Non illi gloriam hanc detraho, quominus hoc nomine fuerit de

*Cōmentator Auerroes.*

Ariſtotele bene meritus, ꝙ cum eſſet ⁊ lingua greca, ⁊ alijs tunc temporis latinis expoſitoribus deſtitutus, tam multis in locis Ariſtotelē intellexerit, obidqꝫ tanꝗ̄ ſolus inter Latinos merito fuerit receptus: ſed tamē quando tanta iam nūc eſt expoſitorū frequentia, ⁊ qui lumine fidei illuſtrati res phyſicas tractauerunt, non eſt cur nobis Auerroes tantū negocium faceſſat. Fuit Cordubenſis Machumetus, medicus, ſub anno Domini. 1150. ¶ Attamen vt ad propoſitū reuertamur, liber iſte primus nouē cōtinet capita: diuiditur tamen per textus octoginta tres. Primū caput, quod quinqꝫ textus habet, ſed perſpicatius in tres tantū partes diuiditur, eſt velut prohemiū huius operis: immo forſan totius philoſophie naturalis: ſane in quo duas ſtatuit Ariſtoteles cōcluſiones quibus aperit modū debitū procedendi in philoſophia naturali: quinimo in omni, que de aliq̄ re traditur, ſcientia. Circa quas verſatur ſecunda queſtio

1. Conclu. noſtra. ¶ Prima concluſio in hoc primo textu eſt. Tentandū eſt primum determinare ea que ſunt circa principia ſcientie que de natura eſt. i. Inchoanda eſt ſcientia naturalis a determinatione principiorū rei naturalis de qua tractat. Probatur concluſio. Omnis ſcientia rerū quarum ſunt principia, aut cauſe, aut elementa, ex horū principiorū, cauſarum, ⁊ elementorū cognitione fit: ſed ſcientia rerū naturaliū eſt rerū habentium principia, ⁊c. ergo hec ſcientia inchoanda eſt a cognitione principiorū rerum naturaliū. Maiorē ſyllogiſmi probat Ariſtot. ex eo ꝙ dixerat. 1. poſte. tex. 5. videlicet quod tunc putamus cognoſcere vnumquodqꝫ: cum cauſas primas cognouerimus, ⁊ principia prima, ⁊ vſqꝫ ad elementa. Minorem vero, vt mos eius eſt, non ex-

Intelligere. primit ſed ſub intelligit. ¶ Conſulto dicit, intelligere ⁊ ſcire, vt, in intelligere, referatur ad cognitionē primorū principiorū: que quamuis non habeant principia, nec cauſas extrinſecas, habēt tamen elementa, puta terminos ex quibus conſtituūtur: ex quorū cognitione fit cognitio principiorū, vt ait Ariſ. 1. poſt. tex. 6. Aut poteſt referri, vt ait. S. Tho. ad diffinitionem, cuius intellectio pendet ex genere ⁊ differentia, que ſunt eiꝰ cauſe ⁊ principia, Com. legit. Quoniā diſpoſitio ſcientie ⁊ certitudinis, vbi neſcio quam differētiam cōminiſcitur inter ſcientiā ⁊ certitudinē: videlicet ꝙ nō omnis ſcientia ſit certa, ſed illa que procedit ex cauſis. Veruntamē nec fundatur in litera greca, nec eſt ad intentionē Ariſto. ¶ Quid intelligat noīe principiorū, cauſarum, aut elementorū, Alpharabius opinatur illa referri ad principia ſciētie: vt dignitates dicantur principia, ⁊ premiſſe dicātur cauſe, ⁊ maior ⁊ minor extremitas, elemēta. Commētator illa intelligit de principijs rei: vt per principia intelligātur cauſe agentes: ⁊ per cauſas, cauſe finales, ⁊ per elemēta, cauſe materiales. Sed hec oīa ſunt ad libitū cōficta: ⁊ maxime, qꝛ Cōm. in primo ⁊ ſecūdo loco huius textus equiuoce accipit principia ⁊ cauſas: qđ ſine aliqua ꝓbabilitate dictū eſt. ¶ Superuacuū ergo eſt opiniones referre, vbi expreſſa eſt ſentētia Ariſt. qui. 5. meta. tex. 1. ⁊ infra eo ordine quo hic iſta proponit. Docetqꝫ quid horū ſit vnūquodqꝫ. Habēt. n. ſe tanꝗ̄ ſuperius ⁊ inferius. Enimuero principiū ſolū dicit

Principiū

ordinē. i. id vnde res aut motus incipit. Cauſa vero ſupra principiū addit influxū in effectum: ſed elementū ad huc addit, ꝙ ſit cauſa materialis intrās cōpoſitionē rei. Quocirca nomē principij eſt cōmuniſſimū: vt pūctū eſt pricipiū magnitudinis, ⁊ inſtās principiū tēporis, ⁊ terminus a quo principium motus, vt ex nō calido fit calidū: ⁊ tamē nec punctū, nec inſtās, nec terminus a quo ſunt proprie cauſe. Cauſa vero eſt illa que influit: vt cauſa efficiēs, aut qui mouet, vt finis: aut quomodocūqꝫ cōcurrit vt materia ⁊ forma. Sed elementū proprie eſt ſola cauſa materialis: vt cuprū eſt elemētū ſtatue. Unde prima elemēta vocātur illa que nō ſunt amplius reſolubilia in partes differētes ſpē: vt litere dicuntur prima elemēta: ⁊ in miſtis naturalibus ſunt quatuor elemēta, in que fit reſolutio: quorū ſimilitudine. 1. poſte. tex. 38. propoſitiones immediatas ⁊ irreſolubiles, appellat Ariſt. prima demōſtrationis elemēta. Ex quo ſequitur ꝙ oē elemētū eſt cauſa, ⁊ nō ecōuerſo: itē oīs cauſa eſt principiū: qꝛ ē prior effectu: nō tñ ecōuerſo. ¶ Numeratur vero illa tria diſiūctiue: qꝛ nō oēs res habēt oīa illa tria: vt intelligētie nō habēt elementa: qꝛ nō ſunt materialia: habēt tñ cauſas. Et celū nō habet principiū magnitudinis, cū ſit ſphericū, nec ſcđm Ariſt. principiū tpis, ſed hēt cauſas motrices. ſ. intelligētias. Et ꝑterea numerātur diſiūctiue: qꝛ nō oīs ſciētia demōſtrat ꝑ oēs cauſas. Mathematice nāqꝫ ſolū demōſtrāt per cauſam formalē, vt habetur. 2. huiꝰ tex. 18. ⁊. 3. meta. tex. 3. Cuiꝰ rō eſt: qꝛ abſtrahūt a materia, ⁊ per ꝯñs ab agēte ⁊ fine: tractat. n. Geometria de forma triāguli, nō vt eſt in tali materia, ⁊ per ꝯñs, nec vt fit ab agēte. Metaphyſica etiā tractat de ente, pro vt eſt cōmune ad res oēs materiales ⁊ immateriales, ⁊ per conſequens proprie nō tractat de materia: ꝗ̄uis in gñe tractet de actu ⁊ potētia. Tractat vero de alijs cauſis, vt de gñe ⁊ drīa q̄ ſunt cauſe rei. Phyſica vero, quia ī ſuis diffinitionibus vtitur materia ⁊ motu, ꝓpterea tractat de omni genere cauſarum: nam agens producit formam in materia propter finem.

cauſa, elementum.

❧ Innata aūt eſt ex notioribꝰ nobis, & manifeſtioribꝰ via, ad manifeſtiora natura, & notiora: nō em̄ ſunt eadē, & nobis nota, & ſimpliciter. Quapropter neceſſe eſt ad hūc modū ꝓcedere, ex immanifeſtioribꝰ natura quidē, nobis autē manifeſtioribꝰ, ad manifeſtiora natura, & notiora. Textus. ij.

¶ Sūt autē primū nobis dilucida, ac manifeſta, confuſa magis. Poſterius autē: ex his nota fiūt elemēta, & principia, ijs qui diuidūt ipſa. Textus. iij

¶ Quapropter ex vniuerſalibus ad ſingularia procedere oportet. Textꝰ. iiij.

¶ Secunda cōcluſio huius prologi eſt. Ex vniuerſalibus ad ſingularia procedere oportet. i. Ordo tractandi de principijs eſt, vt ab vniuerſalioribus ad particularia procedatur. Probꝛ. Ordo naturalis cognitiōis humane eſt, vt a notioribus nobis ⁊ manifeſtioribꝰ ad ea q̄ ſunt nobis minꝰ nota, nature vero notiora, ꝓcedamꝰ (nō. n. ſunt eadē nobis, ⁊ nature notiora) ſed illa q̄ ſunt magis cōfuſa, ſunt nobis magis nota: ergo ex illis procedēdū nobis eſt, ad illa que ſunt magis determinata: at vniuerſaliora ſunt magis cōfuſa (vt aīal, ꝗ̄ hō: ⁊ corpꝰ, ꝗ̄ aīal, ⁊c.) ergo ab vniuer-

Arti. 2. ſecūde queſtionis.
2. Conclu.



ſalibꝰ ad ſingularia ꝓcedēdū nobis eſt. Maiorē ponit in. 2. tex. minorē, in. 3. cōcluſionē, in. 4. ¶ Scio multos, qui diuiſionē Cōmentatoris ſequūtur, in plures cōcluſiones hunc ꝓlogū diſtribuere: nā Cōm. illā propoſitionē, ꝙ, confuſa magis, ſunt nobis notiora, non accipit tanꝗ̄ premiſſam ad cōcludendū aliā. ſ. ꝙ ſit incipiendū ab vniuerſalibꝰ: ſed dicit eſſe aliā ꝑ ſe cōcluſionē. Unde ꝑ cōfuſa, nō intelligit vniuerſalia, ſed tota reſpectu partiū, quas Ariſt. ſtatim (inquit) appellat elemēta ⁊ principia. In q̄bꝰ (ait) verbis nō vult oſtēdere ordinē ꝓcedendi in doctrina, ſed qualitatē demōſtrationū quibꝰ vtitur hec ſciētia. Uidelicet ꝙ ꝓgant ab effectu ad cauſam, ⁊ a cōpoſitis ad ſimplicia. ¶ At vero profecto: licet totum notiꝰ nobis ſit aliquo modo ꝗ̄ partes vt in primo exēplo ſtatim textus. 5. videbimꝰ, ⁊. q. 2. explicuimus, tñ cū ait cōfuſa eſſe notiora, a pte intelligit vniuerſalia: qꝛ hic Ariſto. nō loquitur de mō demōſtrādi huiꝰ ſciētie (hoc em̄ docet ī. 2. lib.) ſed ſolū ſtatuit duos ordines

Duo ordines. doctrine: vnū ex pte obiecti in prima cōcluſiōe, videlicet ꝙ conſideratio rei ꝓcedere debet ordine nature a principijs ad cōpoſita, quo ordine natura ꝓcedit in eiꝰ cōpoſitiōe: ſecūdū ordinē ſubdit in ſecūda cōcluſione ex pte cognitionū: videlicet ꝙ in cōtemplatione principiorū cognitio debet ꝓcedere ab vl̄ioribus. Ad cuius probationē ſubſumit illā minorē, ꝙ cōfuſa. i. vniuerſalia ſunt nobis notiora. Quos ordines ſeruat Ariſt. cū priꝰ tractet de materia ⁊ forma ī. 1. lib. ⁊ de alijs cauſis entis mobilis ī ſcđo, ⁊ deinde ī tertio ꝓſeq̄tur de ipſo ente mobili. Rurſus ī cōſideratiōe ꝑncipiorū priꝰ ī gñe īcipit inq̄rere quot ſunt ꝑncipia rerū naturaliū, ⁊ mox ī pticulari tractat de ſingulis ꝑncipijs. Atq̄ ī his octo libris tractat ī gñe ⁊ ī vniuerſali de mobili ⁊ motu, ⁊ deīde in alijs libris pticularibꝰ, in pticulari de ſingulis ſpeciebꝰ mobiliū ⁊ motuū. Quocirca nō accipitur hic vniuerſale, pro ꝓpoſitiōe de ſubiecto diſtributo, ſed pro noticia confuſa.

Uniuerſale. Confuſa. ¶ Colligitur ğ ꝙ ꝑ cōfuſa Ariſ. itelligit, nō cōpoſita vt vult Cōm. ſed vniuerſalia. Que dicuntur cōfuſa, eo ꝙ īdiſtīcte cōtinēt ⁊ ſignificāt plures ſpecies: q̄s hic vocat elemēta ⁊ ꝑncipia, ꝓpterea ꝙ genꝰ ſe hēt ad ſpēs, ſicut totū ad ptes in q̄s diuiditur. Et hoc eſt qđ ītelligit hic Ariſt. qñ dicit, ꝙ cōfuſa magis, ſunt nobis ꝑmū manifeſta, poſteriꝰ ex his nota fiūt elemēta, iis q̄ diuidūt ipſa. Nā diuiſiōe gñis ꝑ ſuas drīas diſtincte cognoſcūtur ſpēs: vt aīaliū aliud aīal rōnale, aliđ irrōnale. Et hāc expoſitionē īſinuāt Philoponꝰ, Alexāder, Themiſtiꝰ, q̄ Grece egregie Ariſtotelē intellexerūt. Et ideo nos duas tantū ꝑncipales cōcluſiones ex hoc. 1. cap. colligimꝰ. Reliq̄ vero, oēs ſunt ꝑmiſſe, quibꝰ ipſe demonſtrātur. ¶ Offert ſe hic ſtatim argumētū cōtra hāc ſecūdā cōcluſionē, ꝙ vniuerſalia nō ſunt nobis magis nota: nec ſit ab illis incipiēdū: cū Ariſt. 1. poſte. ca. 2. tex. 5. dicat ſingularia eſſe magis nota ꝗ̄ vniuerſalia, ⁊ a ſingularibꝰ īcipere cognitionē noſtrā q̄ppe q̄ ſunt prima ſenſibꝰ, ſed hoc in q. 2. expoſitū eſt ⁊ ſolutum. Ubi oſtendimus illic ſermonem eſſe de ſingularibus ſimpliciter, que ſunt obiecta ſenſuum: hic vero de particularibus ſpeciebus ſeu minus vniuerſalibꝰ, que dicuntur ſingularia reſpectu ſuperiorū generū.

❧ Totum enim, ſecundū ſenſum notius eſt vniuerſale autē totū quoddam eſt. multa enim comprehendit vt partes, vniuerſale. ¶ Patiuntur autem hoc idem, quodam modo & nomina ad rationem. totum enim quoddam, & indiſtinctè ſignificant: vt circulus. diffinitio autem ipſius, diuidit in ſingula. ¶ Ac pueri, primū quidem omnes viros, patres appellant: & matres, fœminas. poſterius autem, determinant horum vtrunq;. Tex. v.

In tertia demū pte huiꝰ capitis tribꝰ exēplis manifeſtat minorē ſuperioris ſyllogiſmi, videlicet ꝙ cōfuſa. i. vniuerſalia gña ſunt magis nota, ꝗ̄ ſingularia. i. ꝗ̄ īferiores ſpēs. Primū ſumitur a toto ſenſibili ad ptes. Totū. n. priꝰ ſeſe offert ſenſui ꝗ̄ ptes diſtīcte: vt priꝰ q̄s a remotis videt turrī, ꝗ̄ ꝙ ſit ex lateribꝰ aut ex lapidibꝰ cōſtructa, ⁊ prius videt arborem, ꝗ̄ diſtinguat ramos: ⁊ priꝰ hoiem, ꝗ̄ diſtinguat mēbra: ğ a ſimili, cū vniuerſale ſit quodā mō totū reſpectu ſuarū ſpecierū, notiꝰ eſt illis. ¶ Qđ ſi quis cōtra arguat vniuerſale nullā habere ſimilitudinē cū toto integrali reſpectu ptiū: nā totū cōtinet actu ptes, vniuerſale aūt ſolū cōtinet in potentia ſpēs, vt vidimꝰ in ꝑdicabilibꝰ ca. de drīa. Rñdetur qꝫ totū ītegrale, duas hēt ad ſuas ptes habitudines: prima eſt ꝙ cōtinet illas actu: ⁊ in hoc nō aſſimilatur generi, ſed potius ſpeciei, q̄ in actu cōtinet genus ⁊ differentiā: ſecūda eſt ꝙ cōtinet eas indiſtincte ⁊ cōfuſe, vnde per diuiſionē totius. ptes diſtingūtur, vt cū fruſtrū impuri auri liquatur, ſeparatur purū aurū ab alijs metalis: ⁊ in hoc aſſimilatur generi. ¶ Secundum exemplū ſumitur a toto intelligibili: nēpe a diffinito ad partes diffinitionis. Nomen. n. homo, ſeu, circulꝰ, cōfuſe cōtinet partes diffinitionis, que in diffinitione diſtincte explicantur: prius nāqꝫ quis cognoſcit cōfuſe hominē, ꝗ̄ diſtincte cognoſcat eſſe animal rationale. ¶ Attamen videtur hic Ariſt. ſibi eſſe cōtrarius, cū ſupra dixerat partem diffinitionis notiorem nobis eſſe ꝗ̄ ipſam ſpeciē, vt animal ꝗ̄ hominē, hic autē videtur dicere oppoſitū. Reſpōſio tamē eſt ꝙ animal ſeorſum notius nobis eſt ꝗ̄ homo: ſi tñ animal ſumatur vt pars diffinitionis hominis, priꝰ notum eſt nobis hunc eſſe hominē, ꝗ̄ diſtincte eſſe animal rationale. Sicuti notior eſt linea, ꝗ̄ linea circularis: tamē priꝰ confuſe cognoſcitur circulus, ꝗ̄ ꝙ linee a centro ad circunferentiā ſint equales, que eſt diffinitio circuli. ¶ Tertiū exemplū eſt in textu quinto: quod ſumitur a toto ſenſibili ad pticulare. ſ. a ſuperiori ad inferiꝰ in ſignificando ⁊ repreſentando ſenſui: ſiue id ſumatur ſecundū locum, ſiue ſecundum tēpus. Cum enim quicꝗ̄ a remotis videmus, prius cognoſcimus id eſſe corpus, ꝗ̄ eſſe animal, ⁊ priꝰ eſſe animal, ꝗ̄ eſſe hominem. Item puer prius tēpore ſenſu percipit rationē hominis in communi, ꝗ̄ proprietates patris in pticulari, ⁊ differentiā inter marē ⁊ feminā, ꝗ̄ inter patrē ⁊ matrem: ⁊ ideo priꝰ appellat oēs homines patres ⁊ omnes feminas matres, nō diſcernēs inter cōmunia hoīs, ⁊ propria pr̄is: ergo ſignū eſt ita cōtingere in intellectu, vt vniuerſalia ſint nobis prius nota, ꝗ̄ particularia. ¶ Sequitur queſtio ſecunda ſuper tex. 1. vtrum modi ⁊c.

Primum exemplū.
Totū integrale.
Secundū exēplum.
Tertium exemplū.

## DE PRINCIPIIS, ADuerſus Parmeni. & Meli. CAP. II.

*Tex.vj.* NEceſſe eſt autē: aut vnum eſſe principium, aut plura. Et ſi vnum, aut immobile, vt dicit Parmenides, ac Meliſſus, aut mobile, vt phyſici, hi quidem aerem aſſerentes, alij verò aquam, primum eſſe principiū. Si verò plura, aut finita, aut infinita. Et ſi finita, plura autem vno, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut ſecundum alium quēpiam numerum. Et ſi infinita, aut ſic eſt vt Democritus genere quidem vnum, figura verò vel ſpecie differentia, aut etiam contraria.

Statuto in prologo duplici ordine procedendi ſciētię phyſicę, aggreditur in hoc. 2. cap. Ariſto. iuxta primū ordinē, tractatū de principiis entis mobilis, quod eſt ſubiectū phyſicę: ⁊ iuxta ſecundum, incipit prius in genere inquirere principiorū numerū. Atqui tribus integris capitulis vſq; ad textū. 41. diſputat de principiis aduerſus veterū opiniones. *Mos Ariſtote.* In more enim ſemper habet. Ariſt. in initio ſuorū operū cōtraria dogmata euellere, vt ſuā commodius ſentētiā introducat: inſtar naturale agentis, quod contrariam formam, priuſq; propriam in ſubiectū inducat, inde pellit: vt. 1. Meta. ⁊. 1. de anima ⁊. 1. Ethic. eſt inſpicere. Et quia inter philoſophos, aliqui ſunt naturaliter loquentes. i. principia admittētes naturalia: alij vero nō naturaliter loquentes, quippe qui talia principia negāt, in hoc. 2. cap. quod ſexdecim textus continet, a ſexto vſq; ad. 21. incluſiue, arguit aduerſus eos, q̄ non naturaliter loquuntur: qui ſunt Parmeni. ⁊ Meliſſ. ⁊ in tertio reſpondet eorū rationibus: ⁊ in quarto diſputat aduerſus naturaliter loquentes. ¶ In hoc ergo primo textu, qui eſt ſextus in ordine proponit diuiſiones principiorū, quas antiqui ſolebant appellare ſcientificas, propterea ꝙ procedunt per membra contradictoria, atq; adeo in vniuerſum cōprehēdunt numerū omnē ⁊ qualitatem principiorū, quę poſſunt in cogitationē cuiuſcūq; philoſophi cadere. Ita fere diſtinxit. 1. Ethic. antiquorū opiniones de felicitate ⁊ vltimo fine, qui eſt in operabilibus, ſicut principiū in ſpeculabilibus. *Diuiſiōes quinq;.* ¶ Diuiſiones autē ſunt numero quinq;, vnde quinq; formantur queſtiones. Prima. Rerū naturaliū, aut vnū eſt principiū, aut plura. Non eſt dare medium: quia ea quę ſunt plura ſimpliciter. i. actu diuiſa, non ſunt vnū. Secunda. Si vnū, aut immobile, vt dicunt Parme. ⁊ Meliſ. aut mobile, vt aiūt phyſici: quorum alij dicunt eſſe aerē: alij aquā, aut aliud quippiam. Tertia. Si plura, aut finita, aut īfinita. Quarta ſi finita, aut duo, aut tria, aut in alio quouis numero. Quinta. Si infinita, aut genere quidē vnum: figura vero ⁊ ſpecie differētia. i. forma: nā Democri. nō ponebat principia differre eſſentiali ſpecie, vt dicebat Anaxa. aut contraria, vt infra videbimus opinatum fuiſſe Anaxagoram. ¶ Videtur hic tamē Ariſt. alias diuiſiones ſilentio ꝑteriſſe. Primo quia, vt ait Cōmē. ponentium vnum principiū, alij dicebāt eſſe finitum, vt Parme. ⁊ alij infinitū vt Meliſſus. Vbi notandum eſt obiter, ꝙ niſi mendum ſit calcographi: falſum eſt amborum fuiſſe opinionem, principium eſſe infinitū: cum ſtatim tex. 18. referat Ariſto. Parmenidem dixiſſe eſſe finitum. Meliſſum vero, infinitū: cuius rationē aſſignat. 1. Meta. cap. 5. Reſpondet tamen Cōmē. ꝙ cum plura diſtinxit in infinita ⁊ finita, eandem diſtinctionem ſubintellexit de vno. Vel forſam ſatis eſt dicere, ꝙ Ariſto. noluit omnes diuiſiones, ſed pręcipuas enarrare. ¶ Et eadem ratione non recitauit omnes opiniones phyſicorum. i. naturaliter loquentiū, nam vt. 1. Meth. cap. 3. habetur Thales poſuit primū principiū eſſe aquā. Anaximenes vero ⁊ Diogenes, aerem: ſed Hippaſus ⁊ Heraclitus, ignem: de quo hic non meminit. Quin etiam vt Philoponus hic refert. Anaximander poſuit mediū vaporem inter aquam ⁊ aerem, aut inter aerē ⁊ ignem: qui non eſſet purum elementum. Terram vero, vt ait Ariſto. 1. Meta. text. 14. propter eius groſſiciem nemo philoſophorū poſuit eſſe principium: licet Heſiodus ⁊ alij veteres poete id in fabulis reliquiſſent. ¶ Et eadem forte cauſa, ne omnes referret, ſubticuit aliam diuiſionem. Videlicet. Si ſunt plura, vtrum ſint mobilia, an immobilia. Quod enim ait Cōmenta. illam tacuiſſe, eo ꝙ nulli ponerēt plura eſſe principia immobilia, falſum eſt profecto: nam lib. 6. tex. 76. cōmemorat opinionem Zenonis tenētis omnia quieſcere: quam lib. 8. text. 22. confutat, tanq; hominis non ſolum negantis principia naturalia, ſed ſibi repugnantis. Repugnat enim plura vnum componere, niſi alterentur, aut aliter mutentur. Et hac forſan de cauſa vt ait ſimplicius miſſam hic fecit hanc opinionē Ariſto. tanq; ſibi repugnantem. *Phyſici.* ¶ Notandū eſt pręterea ꝙ phyſici. i. naturales, dupliciter dicti ſunt: vno modo, quia de rebus naturalib⁹ philoſophantur: quemadmodū qui a Thalete deriuati ſunt dicebantur phyſici, ad differentiam diſcipulorū Socratis, qui appellabantur, Ethici. i. morales quia de moribus diſſerebāt. Alio modo dicuntur phyſici, vt hic accipiūtur, quia principia naturalia admittunt: ad differentiā Parme. ⁊ Meli. qui licet de rebus naturalibus philoſophantur, negant tamen principia naturalia. ſ. aliquid eſſe mobile. Principiū enim rerū naturaliū eſt natura, quę eſt principiū mot⁹. Ob idq; qui motū negant, principia ſubinde tollunt ſcientię phyſicę, meritoq; proinde appellātur nō naturales. ¶ Moleſtū eſſet ⁊ importunū vniuerſas hic iſtorū philoſophorū opiniōes de principiis recenſere: qn̄doquidē ſuus cuiq; locus erit inferi⁹, vbi ſingulę cōmodi⁹ explicabūtur: quib⁹ ſingulis expoſitis, poſtmodū. q. 5. qua de numero principiorū diſputo, ſimul oēs in epilogum colligo. ¶ Hoc aūt in gn̄e circa omnes iſtos philoſophos primo adnotandū eſt ex Ariſto. 1. Meta. cap. 3. vbi has opiniōes per ampli⁹ explicat, ꝙ primi philoſophi ex cauſis ⁊ principiis rerū ſolū cognouerunt cauſam materialē: *Antiq̄ nō cognouerunt niſi materiā.* alia vero principia tenuiter ⁊ allucinantes attigerunt: eo ꝙ tunc infantia erat generis humani: nēpe qn̄ homines in rerū inuentione ſupra ſenſum parū aſſurgebant, ⁊ ſenſu ſolum principiū materiale percipimus. Videm⁹ enim cū aqua ex frigida fit calida, ⁊ cum ceraſum ex viri-



di fit rubeū, ⁊ cum lignū vertitur in cineres, videmus inq; illic manere ſubiectū. An vero formę tam eſſentiales q; accidentales res ſint diſtinctę, de nouo ab aliqua cauſa efficiente productę, id ſenſu non percipimus, ſed intellectus contemplatione opus eſt: qua illi parum vtebātur. Vnde Cicero libr. 1. Aca. q. ſecundum illos, inquit, philoſophos qui ſolā cauſam materialē cognouerunt, nihil magni erat philoſophari. ¶ Secundo notandum eſt ꝙ neq; principiū materiale plene cognouerunt: nam materia vt in hoc libro videbimus, nō eſt ens in actu. i. ſuppoſitū, ſicut aqua vel ignis, ſed eſt potentia quę recipit formā: quā proinde nec ſenſu plene percipimus, ſed intellectu per analogiā ad materiā artificialiū vt infra videbimus. Illi vero putabant principiū materiale eſſe ens in actu cōpletū: puta aquā vel ignem vel aliud id genus ens per ſe, quod ſenſu percipitur. Itaq; ſecundū illos principiū materiale erat tota ſubſtātia rei. Vnde ſicut in artificialibus ⁊ in aliis ſubiectis formarum accidentaliū non dicimus ꝙ aggregatū ex ſubiecto ⁊ accidente eſt album, aut eſt ſcānū: ſed ꝙ hō eſt alb⁹, ⁊ lignū eſt ſcānū: ita ipſi loq̄bant in formis ſubſtātialib⁹, ꝙ videlicet hō aut lignū nō eſt aggregatū ex materia ⁊ forma: ſed q̄ ponebāt principiū eſſe aquā, dicebāt quodcūq; ens eſſe aquā. Vt aq̄ magis dēſa, eſt ferrū: minus dēſa, eſt lana: aq̄ huius figurę eſt homo, ⁊ alterius figurę eſt equus. Et proportionabiliter de aliis. Per hęc intelligitur textus ſubſequens ſeptimus.

*Tex.vij.* Similiter autem quærunt, & quærentes quot ſunt, ea quæ ſunt. ex quibus enim ſunt, ea quæ ſunt: quærunt primum vtrum hæc vnū, an multa ſint. & ſi multa: finita, an infinita. quare principiū ac elementū quærūt: vtrū ſit vnū an multa.

¶ Similes enim queſtiones erāt apud illos philoſophos de entibus ipſis cōpletis ⁊ ſubſiſtētibus, ⁊ de eorū principiis: nā cū principiū ſit totū ens, idem eſt querere quot ſunt principia, ⁊ q̄rere quot ſunt, ea q̄ ſunt. i. entia ipſa ſubſiſtentia. Vnde q̄rere vnū ne ſit principium, an plura, mobile an immobile, finita an infinita. eiuſdem ſpeciei, an differētia ſpecie, cōtraria an nō contraria, eſt querere an oīa entia ſint vnū ens an plura mobile an immobile ⁊c. Et per cōſequēs aſſerere ꝙ nō eſt niſi vnū principiū, eſt aſſerere ꝙ omnia ſunt vnū ens: nēpe ꝙ totū vniuerſum eſt vnū ens. Sicuti qui poneret lignū eſſe principiū omniū artificialiū, cōcedere ſubinde haberet, ꝙ omnia artificiata ſunt lignū. Quomodo autē inteligāt omnia eſſe vnū, exponet tex. 12. Et ideo concludit Ariſt. ꝙ querentes principia ſolū quęrūt principiū quod eſt elementū. i. principium materiale: quod eſt tota res.

*Tex.viij.* *Contra negātes principia non eſt arguēdum ⁊c.* Itaque ſi vnū, atq; immobile ſit, id quod eſt, conſiderare: non eſt de natura, ſpeculari. VT enim Geometriæ non amplius eſt ratio, ad eum qui deſtruit principia, ſed aut alterius eſt ſcientiæ, aut omnium communis: ſic neque cuipiam de principiis. Nō enim amplius, principium eſt: ſi vnum ſolum, & ita vnum eſt. Aut enim principium, cuiuſdam aut aliquorum eſt.

¶ Quoniā ex iſtis philoſophis, vt modo dicebamus, quidā, vt Parmenides ⁊ Meliſſus, negātes aliq̄d eſſe mobile, negabāt ſubinde principia rerū naturaliū, atq; adeo principia huius ſcientię, ⁊ ideo appellati ſunt nonnaturales. Ariſto. aduerſus eos, tanq; contra illos qui radicitus tollebant philoſophiā naturalē, ⁊ per cōſequens ſint primitus exterminandi, primū incipit argumentari. ¶ Premittit verūtamen ꝙ contra iſtos, q̄ppe qui principia phyſicę negāt, nō incūbit philoſopho naturali diſputare. Docuerat nāq; 1. poſt. cap. 9. tex. 26. ⁊. 28. vnā quāq; ſcientiā habere ſua propria principia ⁊ concluſiones, ⁊ per cōſequens habere proprios errores, peculiariter pertinentes ad illā ſciētiam. Et ideo ſicut ſcientia non debet reddere rationē ſuorū principiorū, ita nec debet diſputare cōtra negātes ſua principia. Sed ſi fuerit ſubalternata, hoc pertinet ad ſubalternātem: ſi vero fuerit ſubalternans, id pertinebit ad meta. vel ad dialecticam, quę ſunt ſcientię cōmunes. In duobus autē negāt iſti principia. Primum quia dicunt oīa eſſe vnū. Secūdo quia dicunt eſſe immobile. Arguit Ariſt. contra primū hoc modo. Principiū ⁊ id cuius eſt principiū neceſſario debēt eſſe duo, quia nihil eſt principiū ſui ipſius: ergo vbi nō ſunt ſaltē duo, nullū poteſt eſſe principiū, ſed ſecūdum iſtos oīa q̄ ſunt in orbe ſunt vnū, vt tex. proximo expoſitū eſt: ergo ſibi cōtra dicunt dicentes omnia eſſe vnum, ⁊ tamen eſſe principiū: ſed virtualiter dicunt oīa eſſe vnum ens cōpletum ⁊ ſubſiſtens. Vnde in tex. nono.

Simile igitur eſt conſiderare an ſic vnum eſt: & ad aliam quālibet poſitionem ſermonis gratia dictam diſputare vt Heracliteam, aut ſiquis dicat hominem vnum. id quod eſt eſſe. *Tex.ix.*

¶ Subiungit Ariſt. perinde eſſe hoc dicere, ac ſi quis dicat id quod eſt, eſſe. i. exiſtētia, oīa eſſe vnum hominē. Quod eſt ad aliā quālibet poſitionē ſermonis gratia dictam, diſputare. vt ad poſitionē Heracliti. *Heraclit⁹.* Heraclitus inter antiquos eſt qui plures incredibiles opiniones aſſeruit: qui proinde paſſim in exemplū erroris aſciſcit ab Ariſt. Opinatus eſt omnia eſſe in continuo motu. vt infra lib. 8. tex. 23. ⁊. 4. meta. tex. 22. refertur. Ad quā opinionē forſan hic alludit, dicens, tam inopinabile eſſe nihil eſſe mobile, q; eſt cōtraria opinio Heracli. tenētis omnia eſſe in cōtinuo motu. Et ita. 1. top. cap. 9. ambas opiniones, ⁊ Meliſſ. ⁊ Heracliti, appellat admirabiles i. ſine ratione aſſertas. De quibus ait, ꝙ duo licet proferente cōtraria, curā habere ſtultū eſt. Vel forte alludit ad aliam peiorem opinionem Heracli. qua tenebat contraria idem eſſe. vt ſtatim tex. 19. videbimus. Imo aſſerebat duo contradictoria. ſ. idem eſſe ⁊ non eſſe. vt habetur. 4. meta. tex. 28. ⁊ lib. 11. cap. 4. Quę Ariſto. hic dicit ſermonis gratia eſſe dicta. i. libidine loquendi ſine aliqua probabilitate. ¶ Aliud mēbrum q. ſ. Parme. ⁊ Meliſſ. dicunt illud eſſe immobile, non expreſſe redarguit hic Ariſto. ſed tanq; manifeſte falſum relinquit. Cum enim natura idem ſit quod principiū motus ⁊ quietis, negantes motum, negant ſubinde naturā. *Sciētia ꝓbat ſua principia.* ¶ Dubium eſt hic tn̄ quia videtur nihil vetare, quominus

ſcientia

ſcientia probet ſua prima principia. Nam ⁊ mathematicę, quę ſunt certiſſimę ſcientię, proponunt ⁊ explicant ſua principia. Et Ariſto. hic diſſerit de materia ⁊ forma, quę ſunt principia rei naturalis. Et metaphyſicus habet diſputare aduerſus dicentes aliquid eſſe ⁊ nõ eſſe: aduerſus quos diſputat Ariſto. 4. meta. tex. 9. cum tamen illud ſit contra primum principium metaphyſicę, nihil ſimul eſt ⁊ nõ eſt. ¶ Rñdetur, vt hic cõm. 8. inſinuat Cõmentator ꝙ alia ſunt principia cognitionis in ſciẽtia: ⁊ alia ſunt principia realia obiecti de quib⁹ tractant. Prima principia cognitionis, ex quibus ſciẽtia demonſtrat, nõ poteſt ſciẽtia probare, ſaltẽ a priori: alias vt dictũ eſt. 1. poſt. eſſet procedere in infinitũ in demõſtrationibus. Et iſto modo dicit hic Ariſto. nõ eſſe arguẽdũ cõtra negantes principia. Poſſunt nihilominus explicari, vt facit mathematicus: vel a poſteriori p inductionẽ oſtẽdi: vt phyſicus oſtendit entia naturalia moueri, ⁊ naturã principiũ eſſe motus ⁊ quietis. De metaphyſica vero alia eſt ratio: quia cum ſit vniuerſaliſſima, poteſt arguere cõtra negantes principia, ⁊ aliarum ſciẽtiarũ, ⁊ ſua propria. Et pariter Dialectica deducẽdo ad aliqua impoſſibilia, vt docet Ariſ. 4. Meta. text. 9. ⁊ facit hic contra Parme. ⁊ Meliſ. Principia vero realia obiecti ipſi⁹ ſciẽtię cadũt ſub cõſideratione ſcientię, vt phyſica tractat de materia ⁊ forma, quę ſunt principia rerum naturalium, demonſtrando illa eſſe, ⁊ quot ſunt. De quibus item demonſtrat ſuas proprietates, vt ꝙ ſint contraria, ꝙ altera ſit potentia, altera vero actus ⁊c.

Tex.x. Aut ſoluere litigioſam rationẽ. quod vtrẹq; quidem habent rationes: & Meliſsi & Parmenidis. Etenim, falſa accipiunt, & non ſyllogizantes ſunt. Magis autem Meliſsi oneroſa eſt, & nõ habens dubitationem. SED vno inconuenienti dato: alia cõtingunt: hoc autẽ nihil difficile eſt.

VNO incõueniẽti dato ⁊c.

Subdit Ariſt. ꝙ nec pertinet ad philoſophiã naturalẽ ſoluere litigioſam rationẽ Parme. ⁊ Meliſſ. Probat autẽ hoc dupliciter. Primo ratione gñali: qꝛ vt mõ referebam⁹ ex Ariſt. 1. Topi. (qđ itidẽ. 1. Ethi. repetit) nõ debemus eſſe ſoliciti rñdere cuicũq; ad libitũ ⁊ abſq; probabilitate loquẽti: ſed Parme. ⁊ Meliſ. nullã prorſus habẽt apparẽtiã. Falſa. n. accipiũt. i. peccãt in materia, ⁊ nõ ſyllogizantes ſunt. i. peccãt in forma. Quin etiã non ſolũ falſa, ſed cõtradictoria dicũt: nã rationi principij vtrũq; repugnat, ⁊ ꝙ omnia ſint vnũ, ⁊ ꝙ illud ſit immobile. Enimuero ſi principiũ eſt, ab eo cuius eſt principium diſtinguitur. ⁊ nõ niſi per motũ efficere aliud poteſt. Subiũgit vero, rationẽ Meliſſi magis eſſe oneroſam, quia nullã habet dubitationẽ. Ea. n. oratio moleſta eſt, q̃ nullatenus a rõne ſaltẽ apparẽter pficiſcitur. Ratio vero Meliſſi, vt q̃ primũ videbimus, multo min⁹ habet apparẽtię, q̃ ratio Parmenidis. Sed vno inquit incõuenienti dato, plura cõtingunt, vt. n. veritas quãto ampli⁹ dilatatur, tãto pſpicacior eſt, ita error paruus in principio, maximus eſt in fine. 1. de cęlo text. 33. [Hoc autẽ nihil difficile eſt] vel refertur ad verbũ primũ. ſ. ꝙ nõ eſt difficile vno incõueniẽti dato plura contingere: aut vult dicere qđ non eſt difficile rationem Meliſſi diſſoluere, cũ nec in ſuperficie habeat apparentiã. Secundã rationem ſubiungit in tex. vndecimo.

Nobis autem ſupponatur, ea quæ ſunt natura, aut omnia, aut quædam moueri. manifeſtũ eſt autem ex inductione. Simul autem neq; conuenit omnia ſoluere: ſed quæcunq; ex principiis alis demonſtrans, mentitur, quæcunq; vero non, minime. vt tetragoniſmum: eum quidem qui per ſectiones Geometrici eſt diſſoluere: illũ autem, qui antiphontis, non Geometrici eſt. Tex.xj.

¶ At vero prima ppoſitio huius text⁹ potius videtur continua eſſe ſuperiori rationi, ⁊ quaſi concluſio illius. Ac ſi dicat. Quicquid Parmeni. ⁊ Meliſ. ſenſerint, nobis autẽ tanq̃ manifeſtũ ſupponatᷣ oĩa naturalia, aut q̃dã moueri: qꝛ hoc inductiõe manifeſtũ eſt. Quippe cũ videamus aĩalia moueri, lignũ igne cõburi, ſemina fruct⁹ facere: ⁊ alia id gen⁹. Ait, oĩa. aut quędã, vt inquit Cõm. propter formas ſubſtantiales, quę proprie nõ ſunt mobiles, ſed ſunt formę quibus ſuppoſita mouẽtur: ⁊ tñ reputãtur res naturales, tanq̃ partes rei naturalis. Vel propter centrũ terrę aut totã terrã: de qua dubiũ eſt an moueatur. Nã ꝙ hoc dixerit propter intelligentias, vt aliqui volũt, nõ eſt veriſimile: quia intelligẽtię, vti non ſunt mobiles, ita nec ſunt entia naturalia, de quib⁹ per ſe tractat phyſica, vt. q. de ſubiecto hui⁹ ſciẽtię determinatũ eſt. ¶ Subditur ſecũda rõ, cur nõ ptineat ad phyſicã rñdere rõnib⁹. Parme. ⁊ Meliſ. q̃ eſt peculiaris philoſophi naturalis: quia (inquit) nõ cõuenit phyſico ſoluere rões, niſi q̃ pcedũt ex ppriis principiis philoſophię naturalis: ex quibus tñ non pcedũt rões iſtorũ. Probat autẽ maiorẽ exemplo geometrię, q̃ licet tenetur rñdere ad rões Briſonis, cõtẽdẽtis q̃drare circulũ p inciſiões, nõ tñ tenetur rñdere ad rões Antiphõtis: q̃ppe cũ prim⁹ pcedebat ex principiis geometrię: alter vero nõ. Tetragoniſmus idem eſt qđ quadratio. ¶ Ad cuius euidẽtiam notãdũ eſt ꝙ ſolẽne erat apud antiquos vt. 1. poſt. tex. 23. adnotauimus, quadrationẽ circuli eſſe ſcibilẽ, nondũ tñ eſſe inuentã eius ſciẽtiam. Quadrare circulũ eſt, dato circulo, iuenire quadratum, cuius aerea ſit ęqualis aere circuli. Briſo vt ait illic Ariſt. ⁊ Hippocra. vt ait Philopon⁹, cõtẽdebãt quadrare circulũ ſecando illũ in lunullas. Qđ varie a doctoribus exponitur. Cõmẽ enim quẽ ſequitur. S. Tho. ⁊ cui Philoponus ⁊ fere antiqui videntur annuere, explicant hoc mõ. Dato circulo deſcribebat int⁹ quadratũ, inter cuius coſtas ⁊ circũferentiam circuli fiũt. 4. lunę. Et ſecundum aliquos interpretes nihil amplius faciebat. Atſi in hac figura, non conſideres figurã illã. 12. angulorꝫ, ſed ſolum quadratũ itra circulũ. vbiq; libet coſta

ad

Quadrare circulũ.



que

ſta



ſta quadrati ⁊ quarta circuli ſibi reſpondens habent ſe ſicut corda ⁊ arcus. Et tunc ſic arguebat. Omnes linee ducte ab eodem puncto in idem punctum ſunt equales: corda ⁊ arcus ducuntur ab eodem puncto in idem punctum: ergo ſunt equales. Si autem quelibet coſta quadrati equalis eſt quarte circuli ſibi correſpondẽti, omnes ſimul coſte ſunt equales toti cicunferentie circuli. Rurſus ſi circunferentie circuli ⁊ quadrati ſunt equales, inferebat aream quadrati deſcripti intra circulum eſſe equalem aree circuli. ¶ Alij dicũt ꝙ deſcribebat inter latera quadrati ⁊ circunferẽtiam circuli aliam figuram. 12. angulorum: volens probare illam eſſe equalẽ circulo eadẽ arte: qꝛ ſumpta quacunq; parua coſta eius, eſt equalis portiuncule circuli illi correſpõdenti: qm̃ ducuntur ab eodẽ puncto in idẽ punctũ: ſicut corda ⁊ arcus. Quod ſi circunferentie ſunt equales, aree ſunt equales. ¶ At vero profecto, neutrũ eſt credibile queq̃ his rationibus vſum fuiſſe. Primo. Nullus niſi mẽte capt⁹ cõcludere poſſet cõtra euidẽtiam oculorũ ꝙ linea recta ⁊ circularis, ducte ab eodẽ puncto in idẽ punctũ ſint equales: neq; quadratũ deſcriptũ inter circulũ eſſe equale circulo. Eſt. n. area quadrati pars aree circuli. Preſertim: quia antiqui probabant dari quadratum equali circulo: hoc modo. Datur quadratũ minus intra circulũ, ⁊ quadratum mai⁹ extra: ergo datᷣ quadratũ eq̃le circulo. Quomodo ergo poſſent cõcedere ꝙ quadratum deſcriptũ intra circulum ſit equale circulo. ¶ Et preterea Ariſt. dicit ꝙ Briſo non peccabat in materia, ſed in forma: attamen fm̃ nos peccabat in materia; nam premiſſa illa ꝙ omnes linee ducte ab eodem puncto in idẽ punctum ſunt equales, eſt cõtra principiũ mathematicũ: niſi addatᷣ ambas eſſe rectas: qm̃ diameter circuli, ⁊ linea ſemi circuli non ſunt equales. Imo ab eodem puncto in idem punctũ non poſſunt duci due linee equales; qꝛ inter duo puncta vnica tantũ linea recta ducitᷣ. ¶ Et eadẽ ratione ſi deſcribatᷣ figura. 12. angulorũ, nullus, niſi cecus, diceret aream illã eſſe equalẽ aree circuli: cũ ſit pars eius. Et eodẽ mõ peccaret in materia, dicẽs, ꝙ quelibet coſta parua talis figure eſt eq̃lis portioni circuli ſibi correſpondẽti. ¶ S. Tho. melius dicit ꝙ non intendebat figuram ſignatam eſſe equalem circulo: ſꝫ ꝙ illa arte poterat ſecari quęcunq; lunulla, vt fieret figura. 24. angulorum, ⁊ ita procedendo quouſq; daretur figura recti linea equalis circulo. Sed profecto hoc eſt incidere in opinionẽ Antiphõtis: qꝛ veniri nõ poſſet ad figurã recti lineam equalem circulo, niſi circunferẽtia circuli diuideretᷣ quoaduſq; nõ eſſet amplius diuiſibilis: qđ eſt cõtra principiũ mathematicũ: ⁊ tñ Briſo non peccabat contra principia mathematica: ſed ſolus Antiphon. ¶ Cõmentator ait Briſonẽ peccare in ꝯñia. ſ. ꝙ putabat ſi luna circuli quadraretᷣ, quadrari poſſe totum circulum. Sed certe illud falſum eſt: qꝛ tam impoſſibile eſt quadrare lunã circuli, q̃ circulum. Et certe ſi luna quadraretᷣ, quadraretur etiam medietas circuli, ⁊ per conſequẽs totus circulus: nam dato vno quadrato facile datur duplum. ¶ Aliter intelligunt quadrationem Briſonis Paulus Venetus ⁊ alij. Dato enim circulo ſecabat circunferentiam in quatuor equales portiones, vt eſt in hac figura.



Deinde capiebat quatuor lineas rectas, ſingulas equales ſingulis quartis circuli, ex quib⁹ deſcribebat q̃dratũ: ac ſi circulus hic ſubſcriptus eſſet filũ mobile, et contraheretur in quadratũ, vt q̃libet quarta circuli fieret coſta quadrati. Et tunc arguebat. Quelibet coſta quadrati eſt equalis quarte circuli: ergo tota circũferentia quadrati eſt equalis circunferẽtie circuli: vnde poſtremo inferebat ꝙ area q̃drati erat equalis aree circuli: nã ſi tñ duarꝫ figurarũ ſunt equales, apparẽtia eſt, figuras eſſe equales. Et profecto nimirum ſi tũc homines non adeo mathematicis inſtructi reputarent hoc modo quadrari circulum, cũ Thomas Brauardinus etiã fuerit in hoc deceptus, credens ſe iſto modo nouã inueniſſe quadrationem circuli. Lucida ergo eſt nunc litera Ariſto. nã Briſo ſupponebat principiũ geometrie: ſcilicet ꝙ cuicunq; linee circulari date, põt dari equalis linea recta, ⁊ per ꝯñs põt dari circunferentia quadrati que ſit equalis circunferentie circuli. Sed peccabat in forma, cũ inde inferebat, areã quadrati eſſe equalem aree circuli. Quin potius oppoſitũ ſequitᷣ. Cum enim circulus ſit figura capaciſſima, eadem circũferentia, deſcripta in modum circuli, maiorẽ areã capit, q̃ ſi deſcribatur in modũ quadrati. ¶ Antiphõ moliebat quadrationẽ circuli hoc modo. Dato circulo, ſignabat in circũferẽtia tria pũta eque diſtãtia: inter que deſcribebat triangulũ equilaterum intra circulum. Alij deſcribunt quadratum quod idẽ eſt in re, ſed tñ ille ſemper procedebat per triangulos. Mox ſignato pũcto medio cuiuſlibet tertie partis circũferẽtie circuli, deſcribebat ſingulos triãgulos ſuper ſingula latera prioris trianguli: ⁊ ita faciebat exagonum. i. figuram ſex angulorum. Deinde ſignato puncto medio cuiuſlibet ſexte eiuſdẽ circunferentie, cõſtituebat adhuc ſex triãgulos ſuper illa latera circũferentie exagoni, et faciebat figuram recti lineam. 12. angulorum, vt apparet in ſubiecta figura. Et ita procedendo putabat peruenire ad figuram recti lineam tot angulorum, vt eſſet equalis circulo. Data vero figura recti linea quorũcũq; angulorũ equali circulo, facile eſt dare quadratum equale illi, vt conſtat perito in geometria. Aſſumebat quadratio hec, premiſſas cõtrarias principijs geometrie, videlicet ꝙ diuidendo circunferentiam circuli, poſſet deueniri ad circunferentiam angularem equalem illi: illud enim fieri non poſſet, niſi daretur terminus diuiſionis circunfe-

Antiphõ.





circunferentie: ⁊ tamen eſt principium in geometria, continuum eſſe diuiſibile in infinitū. Et ideo ait Ariſto, ꝙ rationi Antiphōtis reſpōdere, non ptinet ad geometram. Et pari ratiōe nec incumbit phyſico reſpondere ad rationes Parmeni. ⁊ Meliſſ. negātiū principia naturalia. Poterit cui libuerit Simpliciū, conſpicere qui, cū ſuo Eudemo conatur ex quibuſdam propoſitionibus Euclidis, quā maxime fieri poteſt, quadrare circulum. Nos enim quia (vt idem ipſe monſtrat) neq; illo modo quadratur, abſtinendum ſatius arbitratiſumus ab eiuſmodi multiplicādis quadrationibus. Sepe enim ſuſpicatus ſum illam receptiſſimā ſententiam philoſophorum, ꝙ quadratura circuli ſit poſſibilis, eo ꝙ eſt dabile minus quadratum ⁊ maius, eſſe falſam. Nec forte eam Ariſt. aſſerit ex propria opinione: nam quāuis figure ſint in quātitate cōtinua, forſan in hac parte habēt ſe vt numeri, in quibus manifeſtum eſt ꝙ dat numer⁹ maior. v.g. ternario, ⁊ datur minor ternario ⁊ tñ nullus eſt eq̄lis ternario: niſi ternarius ipſe. Et in ſpēbus aīalis eſt dabilis pfectior equo, ⁊ impfectior equo, ⁊ tñ nulla eſt dabilis eq̄lis equo: niſi ipſa ſpecies equi. Et pari ratione nō ſequitur datur quadratum intra circulū minus circulo, ⁊ quadratum extra, maius circulo: ergo datur quadratum equale circulo. Et ideo vt non eſt inuenta ſcientia quadrature circuli, ita nec eſt poſſibilis: quia falſum non ſcitur. Sed forſan vbi ait Ariſt. quadraturam circuli eſſe ſcibilem, cuius tamen ſcientia non eſt inuēta, irridere voluit Pythagoreos. Ac ſi dixiſſet. Valeant ⁊ credāt ſcibile illud eſſe, cuius inueniri nequit ſcientia.

Circul⁹ nō quadrat.

Textus. xij.

Sed quoniam de natura quidem, non autem naturales dubitationes contingit dicere ipſos: forſitan quidem bene ſe habet aliquantulum diſputare de ipſis. Habet enim philoſophiam hæc conſideratio.

¶ Subſequenter in text. 12. ait ꝙ quamuis ad phyſicum non pertineat cum iſtis philoſophis diſputare: nihilominus q2 de rebus naturalib⁹ loquūtur, redarguēdi ſunt rōnib⁹ cōmunibus ſumptis, aut ex Metaphyſica, aut ex Dialectica.

Textus. xiij.

Principium autem, maximè omnium propriū cùm multipliciter dicatur, id quod eſt: quo modo dicunt dicentes vnum eſſe omnia? vtrum ſubſtantiam, omnia: an quantitatem, aut qualitatem? & iterum vtrum ſubſtantiam vnam, omnia: vt hominem vnum, aut equum vnum, aut animā vnam? an qualitatem, vnam autem hanc: vt albū, aut calidum, aut aliquid talium? hæc enim omnia differunt multum: & ſunt impoſſibilia dictu.

¶ In text. 13. incipit redarguere ⁊ confutare opiniones Parmenid. ⁊ Meliſſ. At rationes Ariſto. intelligi aliter nequeunt, ꝗ̄ ſi prius intelligatur eorū opinio: que profecto, vt eſt intellectu difficilis, ita rari ſunt qui vltra verba illam percipiāt. Cum. n. iſtorū opera nō extent, nō poſſumus: niſi allucinando eorum opiniones cognoſcere. Nec tanti ſunt momenti antiquorum iſta ſomnia, vt magnum eſſet illis ſtudium adhibendum: niſi hoc nobis Ariſtot. negocium dediſſet. Qđ, cum alios introitus aliorum eius operum, tum maxime hunc phyſicorum, in ſuauem facit. ⁊ grauem.

¶ Parmenides natione Eleates diſcipulus fuit Xenophanis, vnde ſuam fere opinionem traxit, vt. 1. meta. cap. 5. author eſt Ariſtot. vbi ait Xenophanem nihil clarum dixiſſe, ⁊ tanquā aggreſtē reijciendum eſſe cum Meliſſo, in his que de principijs dixit. Xenophanes vero ſucceſſit Pythagore. Fuit ergo Parmenides ex ſtirpe philoſophorum Italica, vt in queſtione. 1. dicebamus, puta ex Pythagoricis. Tametſi magiſter eius Xenophanes, atq; adeo ipſe, ⁊ a Pythag. ⁊ a Thalete receſſerint, vt ait Laer. libr. 9. Meliſſus vero natione Samius Parmedin. fuit diſcipulus, vt libro. 9. refert Diogenes laertius. ¶ Vt autem eorum opiniones. Vtcunq; intelligantur, notandum eſt ex Ariſtote. 5. meta. textu. 8. vſq; ad. 12. ꝙ vnū accipitur quadrupliciter, ſcilicet numero, ſpecie, genere, ⁊ analogia. Vt enim illi ex ignorātia diſtinctionis huius nominis, vnum, peccauerunt, ita modo ex eius in conſideratione non intelligunt multi eorum opiniones. Adhuc vnum numero contingit dupliciter: aut quia eſt ſimpliciter vnum, vt nec ſit in potētia plura, quēadmodum punctum, ⁊ alia indiuiſibilia. Que tamen, cum non ſint quanta, improprie dicuntur vnum numero: ſed dicuntur vnum: q2 quodlibet eſt ab alio diſtinctum. Secundo modo illa ſunt vnum quorum materia eſt vna. i. cuius partes ſunt continue: quemadmodum lignum ⁊ lapis, ⁊ quodlibet ſuppoſitum quātum Philoſophi iſti nō erāt adeo ſtupidi, vt crederent omnia eſſe vnum iſto modo. ſ. aut indiuiſibile, aut vnum continuum: quippe qui viderēt hominem nō eſſe filium quē genuit, panem quem comedit, aut quem equitat equum: ac deniq; celum non eſſe terram. Vnum analogia, per aliud extremū, ſunt omnia, quelz non ſint eiuſdē gn̄is, cōueniūt tñ in vno cōceptu formali, in quo habent aliquam proportionem. Quēadmodum omnia entia mundi poſſent dici vnum ens: nam ratio entis eſt eſſe, ⁊ ideo omnia ſignificantur conceptu entis: qui ſimpliciter de ſubſtantia, ⁊ ſm̄ quid de accidenti predicat, vt. q. 1. ſuper. 4. cap. predicamento. copioſe explicuimus. Et ſi hoc modo dixiſſent omnia eſſe vnum, nihil falſi dixiſſent: nam Ariſto. id concedit, ⁊ eſt rei veritas: ac ſi quis diceret, ꝙ homo ⁊ eius ſtatua ſunt vna res: quia conueniunt in nomine ſm̄ analogiam. Vnum autem genere ſunt illa q̄ ſunt ſub eodem predicamento, vt omnes ſubſtantie ſunt eiuſdem generis, ⁊ omnes qualitates alterius generis ⁊c. Vnum autem ſpecie (quod Ariſto. ſolet vocare vnum ratione) ſunt illa quorum diffinitio quiditatiua eſt eadē, vt Petrus ⁊ Paulus ⁊ oēs homines ſunt hoc modo vnū: qui apud antiquos erat celebratiſſimus modus loquēdi, dicente Porphyrio, cōmunicatione ſpeciei plures hoīes ſunt vnus homo. Et his duobus modis dicebāt iſti omnia eſſe vnum. ſ. genere ⁊ ſpecie. Putabāt enim lignū, lapidē, equum, ⁊ hominē, celum ⁊ terram, non differre ſpecie, neq; eſſe compoſita in ſe ex materia ⁊ forma diſtinctis ſpecie, neq; habere accidentia diſtincta genere: ſʒ differre penes rarū ⁊ denſum: rotundū ⁊ quadratum, album ⁊ nigrū, ⁊ alias id genus differētias: que tñ erant modi diſtincti ſe habendi rerum. Sicuti homo qui ſedet, differt a ſeipſo dum ſtat: tenendo ꝙ ſedens ⁊ ſeſſio ſunt eadem res. Itaq; in ſumma

Parmeni. ⁊ Meliſſ.

Vnū q̄ quadrupl̄r.

Ens accipit ꝑ vniuerſo.



in ſumma, ne opus id ſit frequēter repetere, cum iſti dicunt ens eſſe vnū, nomine entis intelligūt vniuerſum: qđ Ariſto. appellat, qđ eſt. Et intelligunt: ita eſſe vnum, vt nulle eius partes ratione differant, Quorū rationes cap. ſequēti cōmemorabimus, licet Parme. multum differebat a Meliſſo. ¶ His ceu fundamētis preiactis: q2 iſti dicebāt omnia eſſe vnū ens, ſumit Ariſt. primum argumētū cōtra illos a rōne entis: ⁊ ſecundū, a rōne vnius. Proponit ergo in tex. 13. [Principiū aūt ⁊c]. i. principiū maxime omniū aptiſſimū diſputationis aduerſus iſtos, ſumēdū eſt ex ampliſſima ſignificatione entis. Vnde hoc colligitur documentū, nēpe ꝙ initiū diſputationis ſumendū eſt a nominū ſignificatiōe: ne in equiuoco diſputatio laboret. Ens. n. multipl̄r. i. analogice dicit: alia. n. ratione ſubſtātia eſt ens, alia vero quātitas, aut qualitas, aut aliud quodlibet accidētiū. Rurſus ſubſtantia multa gn̄a ⁊ ſpēs vniuoce ſignificat, vt hominē, equum, lapidē: pōtq; accipi vniuerſaliter ⁊ indiuiduał̄r ⁊c. Cū ergo iſti dicūt oīa eſſe vnū ens, q̄ð nā taliū entiū dicūt eſſe oīa? an oīa ſunt vna ſubſtātia, aut vnum accidēs: et ſi ſunt oīa vna ſubſtātia, aut vnū animal, aut vnū lignū: et ſi vnū animal, aut vnus hō, aut vn⁹ equ⁹. Qui. n. diceret domū eſſe vnū ens, nō ſufficiēter rn̄deret niſi diceret in ſpē q̄ð nā ens ſit, vlʒ adſit vnū determinatū lignū, aut vnus lapis, aut vna figura ⁊c. q2 nullū eſt ens niſi hoc determinatū. ¶ Sed poſſet hic aliquis dicere Ariſtotelē petere principiū. Negaret. n. illi ꝙ ens multipl̄r dicatur: q2 dicerent oīa eſſe eiuſdē rōnis. ¶ Rn̄det autē ꝙ quicquid ſit, vtrum ens analogice, an vniuoce, an equiuoce ſignificet entia: tñ hoc erat maniſeſtiſſimū ēt tunc ⁊ receptiſſimū, ꝙ ens ſignificat ⁊ ſubſtātias ⁊ accidētia: ⁊ ꝙ accipit in vl̄i ⁊ in particulari. Et ideo non petit principium: ſed ſupponit ſignificationē nominis receptiſſimā: ⁊ querit q̄ð nā ens ſit illud, quod omnia eſſe dicunt. Subiungit autē ꝙ hec omnia ſunt impoſſibilia dictu, vlʒ ꝙ ſint vnus homo, aut vna qualitas ⁊c. Vnde ſtatim text. 14. ⁊. 15. (quos non erat opus in duo ſecare) format primā rationem ad probandum ꝙ non omnia ſunt vnum genere.

Textus. xiiij.

Si enim erūt, & ſubſtātia, & quale, & quātū. & hæc ſiue ſeparata ad inuicē, ſiue nō, multa ſunt, q̄ ſunt. Si verò oīa, aut quātū ſunt, aut quale, ſiue cū ſit ſubſtātia, ſiue cū nō ſit: incōueniēs eſt, ſi oportet inconueniens dicere, quod impoſsibile. nullū enim aliorū ſeparabile eſt, præter ſubſtātiam: oīa nāq; de ſubiecta dicuntur ſubſtantia. ℭ Meliſſus autem: quod eſt, infinitū eſſe dicit. quātū itaq; aliquid eſt, quod eſt. infinitū enim in quātitate eſt. ſubſtantiam autem infinitam, aut qualitatem, aut paſsionē eſſe non contingit, niſi ſecundum accidens, ſi ſimul & quantitates aliquæ ſint. Infiniti enim ratio quantitate vtitur: ſed non ſubſtantia, neq; qualitate. Si igitur & ſubſtantia eſt & quantum, duo & non vnum eſt, quod eſt, ſi verò ſubſtantia ſolùm ſit: nō infinitum eſt, neq; magnitudinē habebit vllam. quantū enim quoddam erit.

Textus. xv.

Subſtātia & q̄titas duo ſunt.

¶ Ratio eſt hec. Aut ea q̄ ſunt in rerū natura ſunt ſubſtātia ⁊ accidēs, puta ſubſtantia quanta, vel ſubſtantia qualis, aut tñ accidens ſine ſubſtantia, aut tantum ſubſtantia ſine accidenti. Si ſubſtantia ⁊ accidens (ſiue ſeparata ſint ſubiecto, ſiue non. i. ſiue quantitas ⁊ qualitas inſint ſubſtātie, ſiue ſint ſine ſubiecto) iam ea que ſunt. i. entia multa ſunt. i. multa genere differentia. ¶ Notandum enim incidēter eſt hic, ꝙ quāuis hec authoritas Ariſt. magnum habeat momētum ad probandum quātitatē ⁊ ſubſtātiā diſtingui, tanquā duas res: quādoquidē quātitas ⁊ qualitas pariter comparantur ad ſubſtātiam, neq; ambigam ſm̄ Ariſt. ambas eodē modo ſecerni a ſubſtātia, mens tñ eius hic, ſolū eſt cōcludere ꝙ diſtinguātur tanquā duo gn̄a p̄dicamētoꝝ (vt cap. de quātitate adnotauimus) eodem. n. modo dixiſſet ꝙ ſubſtantia et relatio duo ſunt, quāuis non ſunt due res diſtincte, ſed duo predicamenta formaliter diſtincta, vt. q. 1. de quantitate expoſuimus. ¶ Si vero dicat omnia eſſe tñ accidens, iſtud eſt impoſſibile: q2 nullum accidens eſt ſuapte natura ſeparabile a ſubſtātia. Accidens enim eſt: qđ ſubſtantie accidit, ⁊ de illo denominatiue predicatur. Vnde ſpecialiter in textu. 15. dirigit rationem aduerſus Meliſſum ſub hac forma. Omne infinitum eſt quantum, nam infinitum eſt quod eſt in infinitum diuiſibile (infinitū inquā ex parte materie, vt iſti loquebant: nam infiniti ſm̄ eſſentiam, qualis eſt Deus, non eſt hec diffinitio) ſed ſm̄ Meliſſum, illud qđ oīa ſunt, eſt infinitum: ergo eſt quantum. Rurſus nihil eſt quātum: niſi per quantitatem, ſiue enim ſubſtantia, ſiue qualitas, ſiue actio, vel quecunq; res alteri⁹ predicamenti eſt quāta, hoc habet a quātitate: ğ ſm̄ Meliſſum neceſſe eſt ꝙ ſint ſubſtātia ⁊ quātitas: atq; adeo reperēdo cōcludit Ariſto. ea q̄ ſunt. i. entia, nō vnum, ſed duo eſſe. i. duo rerū genera. ¶ Sed ſi detur tertium mēbrum. ſ. ꝙ ſit ſubſtantia ſola ſine accidēte, tunc ſequitur ꝙ illa nō eſt quanta, ⁊ per ꝯn̄s nec erit finita, vt ait Parme. nec infinita, vt ait Meliſſ. Potuiſſet pariter inferre, ꝙ nec eſſet qualis, ꝙ eſt contra experientiam, ſed maluit inferre ad hominem, ꝙ non eſt quanta: cuius contrarium ipſi inuiti conſiteri tenentur.

Amplius, quoniam & ipſum vnum multipliciter dicitur, quemadmodū & ꝙ eſt: conſiderandum eſt quomodo dicunt vnum eſſe omne. dicitur enim vnum aut continuum, aut indiuiſibile, aut quorum ratio eadem, & vna eſt ipſius quod quid erat eſſe. quemadmodum merum, & vinū.

Textus. xvj.

¶ In textu hoc. 16. ⁊ tribus ſubſequentibus proſequitur ſecundū argm̄ ſumptū a rōne vnius. Vt enim ens, ita ⁊ vnum, qđ cum ente cōuertit, multipl̄r dr. Aut enim aliqua ſunt vnū cōtinuū, ceu partes hoīs ſunt vnum cōtinuum: aut vnum indiuiſibile: aut vnum rōne. i. ſpecie, vt expoſitum ſupra reliquimus. Non addit vnitatē analogie: q2 illo mō, vt ſupra dicebam⁹, nō eſt incōueniēs oīa eſſe vnum. Neq; addit vnitatē gn̄is: q2 ſupra iam arguerat non eſſe omnia vnum gn̄e. Vnum ſpecie appellat ea quorum eadē eſt ratio. i. diffinitio quiditatiua. Velut merū ⁊ vinum. Alij textus habent, vappa ⁊ vinum, ſed idem eſt. Vappa enī eſt quoddā vinū certe qualitatis. Intelligit enim ponere exēplū in nominib⁹ ſynonomis, q̄ ſolum voce dr̄ia, eādem rem ſignificāt. vt veſtis ⁊ tunica.

⁊ tunica. Et in hoc mẽbro punctim tangitur ſenſus opinionis iſtorũ. Intelligebant enim omnia eſſe eiuſdẽ rationis: ceu tunica ⁊ veſtis: ita, vt hõ ⁊ equus ⁊ lapis ⁊c. ſolo nomine differrent. Tunc ſic format argũ. Aut omnia ſunt vnum continuũ, aut vnũ indiuiſibile, aut vnũ ratione: nullũ iſtorum: ergo. In ſingulis textibus tractat ſingula mẽbra minoris propoſitionis.

Textus. xvij. Quæſtiõis tertiæ materiæ.

Si igitur cõtinuũ eſt: multa eſt id quod eſt. in infinitũ.n. diuiſibile eſt cõtinuũ. HABET autẽ dubitationẽ de parte & toto. fortaſsis autẽ nihil ad orationem: ſed ipſam ſecundum ſeipſam, vtrũ vnũ an plura ſint pars & totũ? Et q̃uo vnũ, aut plura? & ſi plura? q̃uo plura? Et de partibꝰ nõ cõtinuis: eadẽ eſt ratio. Etſi toti vnũ, vtraq; eſt velut indiuiſibile: quoniam & ipſe ſibi ipſis.

¶ In text. 17. probat ꝙ oĩa q̃ ſunt in mũdo nõ ſunt vnũ ꝯtinuũ: qꝛ ſi eſt cõtinuũ, partes hẽt (eſt.n. cõtinuũ diuiſibile in ſemper diuiſibilia) ꝙ ſi partes hẽt, iam totũ ⁊ pars ſunt duo: qꝛ petrus nõ eſt caput: ⁊ eadẽ rõne vniuerſum nõ eſt lignum, qđ eſt pars vniuerſi, ⁊ per ꝯñs non tñ eſt vnum. Nõ eſt hec rõ intelligẽda acſi Parme. ⁊ Meliſſ. cõtrariũ dicerẽt, puta oĩa eſſe vnũ ꝯtinuũ nõ.n. erãt adeo ceci, ſꝫ qꝛ dixerãt oĩa eſſe vnũ, intẽdit oẽs modos vnius impugnare: ita.n. ꝑ omnes numeros ſolet phõs redarguere. ¶ Eſt verũtñ ſuboſcura rõ hec Ariſt. ⁊ quã interſerit dubitationẽ, facit eã obſcuriorẽ. Ait.n. de toto ⁊ pte dubitationẽ eẽ, an ſint idẽ. Nõ quidẽ ꝙ hec dubitatio (inquit) ad rẽ ꝑſentẽ ptineat: ſꝫ qꝛ per ſe res eſt dubia. Acſi dicat ꝙ iſti non aſſerebãt oĩa eſſe vnũ cõtinuũ, ⁊ ideo redarguere illos ꝙ totũ ⁊ pars ſunt duo, non eſt ad rem. Vel forte argũ hoc militat etiã cõtra illos. Nõ ꝙ ponerẽt oĩa eſſe vnũ continuũ: ſꝫ alia rõne vt paulo poſt tex. 21. explicabimus. Sed dr nõ eſſe ad orationẽ. ſ. preſentẽ, vt ait Simplicius qꝛ eſt problemma dialecticũ: qđ phyſicis non erat interſerẽdũ. Eſt ergo dubiũ per ſe an totum ⁊ pars ſint vnũ, ⁊ q̃uo ſint vnũ, aut q̃uo plura, Nã ſi pars (inquit) eſt idẽ toti, ſequit ꝙ partes inter ſe ſunt idẽ, vt ſi caput eſt idẽ petro, ⁊ pes eſt idẽ petro, ſequit ꝙ caput eſt pes. Quecunqꝫ.n. ſunt eadẽ vni tertio, ſunt eadẽ inter ſe. ¶ Sed ad euidentiã huiꝰ litere notandũ eſt ꝙ Ariſto. nunq̃ hic cogitauit diſputare an partes ſimul ſumpte ſint totum (in quo vel ego, vel multi qui oppoſitũ ſentiũt, grauiter decipimur) ſed ſolum an totũ ⁊ ſingule partes ſeorſum ſint vnũ. ſ. vtrum Petrus ⁊ caput ſint vnũ. ¶ Sed ais q̃uo hoc in dubiũ poterat cadere? ſi enim petrꝰ ⁊ caput eſſent vnũ, Petrus eſſet caput, qđ nemo ſane mẽtis cogitare vnq̃ã potuit. Rñdetur ꝙ qui non ſunt verſati in Ariſto. fallunt hoc argumento. Etenim apud antiquos, imo in vera ſignificatione nominũ. a. ⁊ b. eſſe vnum: nõ ſemper requirit ꝙ. a. ſit. b. ceu Petrus eſt homo ⁊ eſt animal: ſatis.n. eſt ꝙ. b. nõ habeat vnitatem diſtinctã ab. a. ⁊ ideo Petrus ⁊ caput ſunt vnum, qꝛ cũ caput ſit ei actu vnitũ, nõ habet diſtinctam vnitatẽ. Quapropter petrꝰ ⁊ caput ſunt vnũ actu, ⁊ duo in potẽtia. Quare licet caput nõ ſit Petrꝰ, eſt tñ actu vnũ cũ petro. Et ideo ait Ariſto. dubiũ eſſe q̃uo totũ ⁊ pars ſint vnũ, ⁊ q̃uo plura. Quaſi ſi dicat: aliter ſunt vnũ, ⁊ aliter plura. Unde qꝛ nõ cõcedit ſimplr ꝙ pars eſt idẽ toti. i. ꝙ pars eſt toti, nõ valet illud ſophiſma, Caput eſt vnũ Petro, ⁊ pes eſt vnum eidẽ petro: ergo caput ⁊ pes ſunt vnum inter ſe. Et ita intelligẽdus eſt hic S. Tho. vbi ait, ꝙ ſi ambe partes ponãt eſſe ſimplr idẽ toti, erunt idẽ ad inuicẽ: nõ.n. intelligit collectiue, ꝙ ſi oẽs partes ſimul ſumpte ſunt totum ⁊c, vt aliqui putant: dicẽtes proinde ẽm S. Tho. ꝙ partes ſimul ſumpte non ſunt totũ (qđ tñ S. Tho. nõ ſomniauit) ſed ſolũ dixit ꝙ ſi diuiſiue ambe partes. i. q̃libet medietas eſt idem toti, vna eſſet altera. Colligit ergo ꝙ q̃libet pars eſt vnum toti, imo due medietates ſunt vnũ totũ: ſed nihilominus q̃libet pars eſt alia a toto, qꝛ non predicat de toto in recto. Unde Cõmẽtator, ⁊ Philopo. ⁊ Themiſt. ⁊ Simplicius expſſe aiũt nõ valere hoc ſophiſma. Quelibet pars eſt alia a toto. ergo oẽs ſimul ſunt aliud a toto: imo oẽs ſimul partes (inquiunt) ſunt totũ. Eo hãc literã tot verbis tractauimus, qꝛ de hoc facimꝰ q̃ſtionẽ tertiã, qua oſtendimꝰ totũ nõ diſtingui a partibꝰ ſimul ſumptis, cuius cõtrariũ multi putãt Ariſto. ſenſiſſe. ¶ Reſtat tñ ſcrupulus in litera vbi habet ꝙ eadem eſt rõ de partibꝰ non cõtinuis. Videt.n. ꝙ in aceruo lapidũ verũ nõ ſit ꝙ lapis ⁊ aceruꝰ ſint vnũ: ſiquidẽ vnuſquilibet lapis habet diſtinctã vnitatem. ¶ Ad qđ tñ rñdetur, ꝙ intelligit de partibꝰ nõ cõtinuis, faciẽtibꝰ tñ vnũ artificiũ, ceu ſunt partes domus, quelꝫ ſingule in gñe entis habeãt vnitates diſtinctas: ⁊ per ꝯñs ſint actu plures ſubſtantie, tñ qꝛ faciunt vnã domũ, que dicit vnã formã, illa rõne quelibet pars domus eſt vnum toti domui: nã in genere qualitatis forma partis nõ eſt per ſe vna, ſed faciens vnam formam totius.

Totum et partes.

Textus. xviij.

At verò ſi velut indiuiſibile, nullum erit quantum, neq; quale. Neq; itaq; infinitũ eſt, id quod eſt: ſicut Meliſſus dicit. neq; finitũ: ſicut Parmenides. Terminus.n. indiuiſibilis eſt, neq; finitꝰ eſt.

¶ In tex. 18. tractat ſecundã partem minoris ſubſumpte in principali argumẽto, vlꝫ ꝙ nõ oĩa ſunt vnũ indiuiſibile. Nã tunc (inquit) ſeq̃ret ꝙ illud vnũ nec eſſet finitũ, vt ait Parme. nec infinitũ vt ait Meliſſus. Quod ſiquis arguat tam Deum q̃ angelũ eſſe indiuiſibiles: ⁊ tamen Deus eſt infinitus, ⁊ angelus finitus. Rñdetur ꝙ iſti loquebãtur de finito ⁊ infinito ex parte materie: quia ponebãt omnia eſſe vnũ principiũ materiale: ⁊ hoc modo nihil eſt finitũ, aut infinitũ, niſi rõne quantitatis: Deus autẽ eſt infinite eſſentie, ⁊ angelus finite. Quare punctũ (quod hic Ariſto. vocat terminum) proprie nec eſt finitum, nec infinitũ niſi negatiue: quia, cum non extenditur, non finitur.

Textus. xix.

At verò ſi oĩa q̃ ſunt, rõne vnũ ſunt, vt indumẽtum & tunica: Heracliti orationẽ cõtingit ipſos dicere. Idẽ.n. erit eẽ & bono & malo: & nõ bono & bono. q̃re idẽ erit, bonũ & nõ bonũ, & homo & equus. & non, de eo ꝙ vnũ ſunt q̃ ſunt, ratio erit: ſed de eo ꝙ nihil ſunt. & tali eſſe & tanto: idem.

¶ In tex. 19. proſequit tertiũ membrũ directe contra iſtorũ opinionẽ, vlꝫ ꝙ non oĩa ſunt vnũ rõne. Et argumentũ eſt hoc. Si oĩa que ſunt in mundo eſſent eiuſdẽ rationis ⁊ diffinitionis, ceu tunica ⁊ indumentum, ſequeretur opinio illa abſurda Heracliti, ꝙ eadem eſſet ratio boni ⁊ mali, ⁊ quia malũ includit non bonũ, eadẽ etiam eſſet ratio boni, ⁊ non boni, ⁊ ſic eadẽ eſſet rõ duoꝝ cõtradictorioꝝ. Et ſecũdo ſeq̃ret, ꝙ eadẽ eſſet ratio ⁊ diffinitio hoĩs ⁊ equi: qꝛ hõ ⁊ equus ſecundũ illos non differũt magis q̃ tunica ⁊ indumentũ. Et tertio cũ eoꝝ que ſunt eiuſdem rationis, vnum predicatur de alio (quẽadmodum tunica eſt indumẽtũ) ſequeret, ꝙ album eſſet non album, ⁊ homo eſſet equꝰ: ⁊ pari ratione ſequeret, ꝙ ens eſſet non ens ⁊ nihil, ⁊ ꝙ vnũ eſſet plura. Et tunc cõtra illos ſequeretur ꝙ ſicut oĩa ſunt ens, ita omnia ſunt nihil: ⁊ ſicut omnia ſunt vnũ, ita oĩa ſunt plura. Et 4. etiã ſeq̃retur (inquit) ꝙ tali eſſe ⁊ tãto, idem eſſet. i. ꝙ eadẽ eſſet ratio predicamenti qualitatis ⁊ quãtitatis: ⁊ per cõſequens quãtitas eſſet qualitas: qđ eſt oĩa predicamenta permiſcere. ¶ Notãdũ eſt hic ꝙ Heraclitus, qꝛ dicebat oĩa eſſe incõtinuo motu ⁊ fluxu, vt patet. 4. meta. text. 22. ⁊ id qđ fit partim eſt tale, ⁊ partim non tale (qđ enim calefit partim eſt calidum, ⁊ partim non calidũ, ſed quodã modo frigidum) aſſerebat ſubinde (vt patet eo. lib. tex. 23.) idẽ eſſe calidum ⁊ frigidum, bonũ ⁊ malum: imo dicebat ſimpliciter idẽ eſſe ⁊ non eſſe: qꝛ res quocũqꝫ momento eſt corrũpi ⁊ generari. Quem tñ ait Ariſto. 4. meta. text. 9. ⁊. 1. poſt. 25. ſolo id verbo dicere, non tamẽ corde credere. Similia abſurda inferũtur ſi oĩa entia ſunt eiuſdẽ rõnis, vt iſti dicebãt. Et ſunt notanda quatuor mẽbra q̃ Ariſt. infert contra illos. Primo ꝙ cõtrariũ verificaret de ſuo cõtrario, ⁊ contradictoriũ de contradictorio: ⁊ ſecundũ, ꝙ vna ſpẽs verificaret de alia vt equus de homine. Tertium ꝙ non ens ⁊ nihil, verificaretur de ente: ⁊ quartum deniqꝫ, ꝙ vnum generaliſſimum verificaretur de alio, vt quantitas de qualitate.

Heraclitꝰ.

Textus. xx.

Conturbabantur autem & poſteriores, quẽadmodum & antiqui: ne fortè accidat ipſis, idem ſimul vnum eſſe & multa. Quapropter & alij quidem ipſum eſt auferebãt, quemadmodum Lycophron. alij autem: mutabant dictionem. quoniã homo, non albus eſt, ſed albatur. neque ambulans eſt: ſed ambulat. vt ne ipſum eſt adiicientes, multa faciant eſſe vnum, tanquam ſingulariter dicto, vno, aut ente.

¶ Varius eſt inter expoſitores ſenſus huius textus vigeſimi: exiſtimo tñ ſic habere. Cauſa deceptionis Parmenidis ⁊ Meliſſi, vt ait Ariſt. 1. meta. tex. 4. fuit, quia neſciebant diſtinguere inter vnum ⁊ plura. Et ideo cum videbant omnia que ſunt, cõuenire ratione entis, nõ aduertebãt ſub illa vna ratione poſſe abinuicẽ differre aliis rationibꝰ ſpecificis inferioribꝰ. Sunt nãqꝫ oĩa animalia eiuſdẽ rationis generice, ſub qua tñ ſunt ſpecies plurime. Itaqꝫ deberent cõcedere ꝙ vniuerſum poteſt eſſe vna ratio vnũ, ⁊ alia rõne plura. Obidqꝫ iam ante Ariſtotelẽ ceptum erat ab aliis aduerſus eos diſputari, ꝙ poterat eſſe aliquod ens, ⁊ vnum, ⁊ plura, diuerſis rationibus. Et potiſſimũ id demonſtrabãt in vno ſuppoſito. Eſt.n. petrus. v. g. philoſophus, albus, magnus, ⁊ ſic de aliis accidentibus: que quidẽ omnia ſunt vnum ſuppoſito: quia illa accidentia nõ habent vnitates ſeorſum, preter illã quam habent in petro: ⁊ tamẽ ſuſtantia ⁊ qualitas, ⁊ quantitas ſunt plura, nõ ſolũ ſpecie, ſed genere. Poſteriores ergo diſcipuli Parmenij. et Meliſſi mordicus ſuſtinẽtes vno ⁊ plura adeo eſſe oppoſita, vt qđ eſt aliqua ratione vnum, neutiq̃ ſit plura, ſucurrebãt huic argumento negantes ꝙ in petro ſint plura accidentia, que ratione diſtinguantur, ſed ſola ſuſtantia. Et quia verbũ, eſt, videtur facere diſtinctionẽ inter ſubiectũ ⁊ predicatũ, ⁊ denotare exiſtentiã predicati, admittebãt quidẽ, eſt, ſecũdũ adiacens dictũ de ſuſtantia. ſ. petrus eſt, non tamẽ tertiũ adiacens. ſ. petrus eſt albus, aut eſt philoſophꝰ ⁊c. ſed ſine verbo affirmabãt, petrus albus, petrus philoſophus ⁊c. Alij videntes nõ eſſe enũciationẽ ſine verbo, vtebant verbis adiectiuis. ſ. petrus albat, philoſophatur ⁊c. putãtes hoc mõ ſuſtinere ꝙ petrus ⁊ alia accidentia non ſunt aliquo modo plures res, tanq̃ ens ⁊ vnum ſingulariter. i. vno tantum modo dicatur.

Texus. xxj.

Sed multa ſunt, quæ ſunt: aut ratione, vt aliud eſt albo eſſe & muſico (idem verò, vtraque multa itaque vnum) aut diuiſione, quemadmodum totum, & partes. Hic autem iam dubitabant: & confitebantur vnum, multa eſſe. tanquam non contingeret, idem, vnum & multa eſſe, non autem oppoſita. eſt enim vnum: & potentia, & actu. Hoc igitur modo dicentibus, impoſsibile videtur que ſunt, vnum eſſe.

¶ In textu deniqꝫ. 21. ⁊ vltimo huius capitis: patefacit Ariſto. iſtoꝝ ignorãtiam, manifeſtans qđ idem eſt vnum, ⁊ plura, diuerſis rõnibus. Et qꝛ in eodẽ ſuppoſito id oſtendit dupliciter: primo, vt mõ dicebamus, qꝛ in vno ſuppoſito ſunt multa dĩa rõne: ⁊ ſecundo: qꝛ vnũ cõtinuum eſt plura in potẽtia, cum poſſit in plures partes diuidi: ait primo ꝙ aliud eſt albo eſſe, ⁊ muſico. i. albedo ⁊ muſica, licet ſint vnũ ſuppoſito, ſpecie tamẽ differunt. Et ideo [vtraqꝫ (inquit) idẽ]. ſ. ſunt: ⁊ per ꝯñs [multa, vnũ]. i. ea que ſunt multa ſpecie, ſunt vnum ſuppoſito. Item vnum continuum qđ eſt vnũ in actu, diuiſiõe eſt plura in potẽtia. ¶ Subdit aũt Ariſt. ꝙ q̃uis primum modum ſophyſtice illi cauillabãt, auferentes verbũ: tñ ſecũdum modũ non poterãt. Et ideo illic titubare ⁊ herere ceperũt, quaſi inuicti cõfitentes vnũ eſſe multa. i. vnũ cõtinuum eſſe plures partes. Et inde cepit iam labefactari opinio Parmen. qui ita putabat vniuerſum, eſſe vnum in ratione entis, vt nullo modo eſſet plura genere aut ſpecie. Ceperunt enim tunc videre poſteriores, ꝙ ſicut vnum cõtinuũ eſt vnũ actu ⁊ plura potentia: ita oĩa q̃ ſunt, ſunt vnum in ratione entis, ⁊ nihilominus plura ſub diuerſis rationibꝰ genericis et ſpecificis. Ait ergo Ariſto. ꝙ merito iſti confitebantur vnũ multa eſſe [tanq̃ nõ cõtingeret, inquit, idẽ vnum ⁊ multa eſſe, nõ autem oppoſita. Eſt.n. vnum potentia ⁊ actu] Interrogatiue legẽda eſt hec negatio. Acſi affirmet. Cõtingit idem eſſe vnũ ⁊ multa, non quidẽ oppoſita: qꝛ vnũ ⁊ multa ſecundũ eandẽ rationẽ opponuntur, vt habetur. 5. meta. text. 15. non tñ diuerſis rationibus, vt vnũ actu, ⁊ plura potentia, non opponũtur. ¶ Ex quibus deniqꝫ concludit, ꝙ hoc modo dicentibus. i. conſiderantibus ꝙ id qđ eſt vno modo vnum, põt alio modo eſſe plura: ſtatim videbit impoſſibile qđ iſti dicebant. ſ. omnia eſſe vnum. ¶ Hic tandẽ adnotandũ eſt primo ꝙ nõ adducitur argumentũ, ꝙ totũ ⁊ partes ſit vnũ ⁊ plura, propterea ꝙ iſti crede-

crederēt vniuerſum eſſe vnū continuū (qđ multos hactenus decepit) ſed quia decipiebantur credētes ea que ſunt vnū in rōne entis, nō poſſe eſſe plura ſpē vel gñe: cui⁹ cōtrariū a ſimili oſtenditur in toto ꝛ partibus. ¶ Secundo id pręſertim adnotandum eſt hic, quēadmodum Ariſt. concedit vnū cōtinuum eſſe plura: ꝛ per ꝯñs totū eſſe ſuas partes, vt. q. 3. latius diſputamus. Sequitur tamen prius caput tertiū, vt diſputatio cōtra nō naturaliter loquentes terminetur.

## QVO RESPONDETVR RAtionibus Parmeni. & Meliſ.

## CAP. III.

Textus. xxij. ET ea ex quibus oſtendunt: ſoluere non difficile eſt. vterque enim cōtentioſè ſyllogizat, & Meliſſus, & Parmenides. Nam & falſa accipiunt, & non ſyllogizantes ſunt. Eſt autem Meliſsi magis onerosa ratio, & non habens dubitationem. ſed vno inconuenienti admiſſo, alia contingunt. hoc autem nihil difficile eſt.

¶ Poſtq̄ in ſuperiori cap. Ariſt. cōfutauit opiniones iſtoꝝ non naturaliter loquentiū, in hoc tertio (quod per decē textus diſtribuitur) rñdet rationibus ꝛ fundamentis eoꝝ. In primo ergo ſtatim textu, qui eſt vigeſimus ſecundus in ordine, ait ꝙ non eſt difficile ſoluere ea ex quibus oſtendunt. i. ea argumenta quibus nituntur demonſtrare ſuas opiniones: vterq̄ enim tā Meliſſus q̄ Parmenides cōtentioſe ſyllogizat: nā ꝛ falſa accipiūt, peccantes in materia: ꝛ non ſyllogizantes ſunt, peccantes in forma. Cōtentioſus. n. ſyllogiſmus, vt habet. 1. elencho. cap. 2. qui apparet ſyllogizare, non tñ ſyllogizat. tametſi Meliſſi ratio magis ſit oneroſa: quia multis modis abſq̄ vlla probabilitate peccat: vno enim incōuenienti dato, plura ſequuntur, ꝛ ideo nulla eſt difficultas eius rationem elidere.

Textus. xxiij. Quod igitur paralogizat Meliſsus, manifeſtū eſt. opinatur enim accipere, ſi quod factum eſt, omne habet principium: quòd & id quod non factum eſt, non habet. ¶ Poſtea & hoc incōueniēs: omnis eſſe principium rei, & non temporis, & generationis non ſimplicis, ſed alterationis, tanquā non momentaneæ facta mutatione.

Meliſſus. ¶ In hoc textu. 23. ꝛ ſequenti rñdet Meliſſo. Ratio nāq̄ Meliſſi qua probat oīa eſſe vnum, idēq̄ infinitū atq̄ immobile, erat hęc. Quicquid eſt factū, habet principiū: ergo quicquid nō eſt factū, nō habet principiū: ſed ens nō eſt factum: ergo nō habet principiū. Rurſus qđ non habet principiū, eadē ratione nec habet finē: quod autem nō habet principiū nec finē eſt infinitū: ergo ens eſt infinitū. Deinde. Omne infinitum eſt immobile (quia infinitum replet oēm locum, et qđ mouet acquirit locū in quo antea non erat) ſed ens eſt infinitum: ergo eſt immobile. Poſtremo. Infinitum eſſe nō pōt, niſi vnum: q꞉ extra infinitū nō reſtat locus vbi ſit aliud: eſt autē ens infinitum: eſt ergo vnū. ¶ Primū qđ Ariſt. vr̃ hic debuiſſe negare, erat minor illa ſubſumpta, ꝙ ens non eſt factum: cum omnia entia ſublunaria quotidie fiāt ꝛ corrūpantur. Attamē quia, vt tex. 13. dictum eſt, nomine entis iſti intelligunt vniuerſum, qđ ſm Ariſto. eſt perpetuum, tanq̄ notam admittit illam minorē. Quin etiam (vt in ſubſequentibus demonſtrabit) ſingularia nō fiūt ſub ratione entis, ſed ſub rationibus particularibus hominis, ligni ꝛc. Cū enim nihil fiat niſi ex ſuo cōtrario, vt ignis ex nō igne, puta ex ligno: ꝛ hō ex non homine. ſ. ex ſemine, ſi ens fieret, deberet fieri ex nō ente, puta ex nihilo per creationē: quā philoſophi naturales non cognouerunt. Sed de hoc inferius. ¶ Admiſſo ḡ ꝙ ens nō eſt factum. Quatuor ſunt in hac rōne peccata: quorum duo redarguit Ariſto. in hoc textu, ꝛ duo ſequenti. Primo nāq̄ peccat in forma primę cōſequētię. Non enim ſequitur. Si id quod factum eſt habet principiū, id qđ non eſt factū non habere principiū. Eſt. n. ac ſi arguas. quicquid eſt homo eſt animal: ergo quicquid nō eſt hō non eſt animal. Aut ſi argueret coditionaliter ex oppoſito antecedētis ad oppoſitū cōſequētis. Sequit nāq̄. Si hoc eſt hō, eſt aīal: ergo ſi nō eſt animal, nō eſt hō: non tñ ſequitur. Si hoc eſt hō, eſt aīal: ergo ſi non eſt homo, nō eſt animal, liceret: ergo. arguere ex oppoſito cōſequētis ad oppoſitū antecedētis, ſi hoc eſt factū, habet principiū: ergo ſi nō habet principiū, nō eſt factū: non tñ ex oppoſito antecedentis ad oppoſitū cōſequētis, ſi hoc eſt factū habet principiū: ergo ſi non eſt factū, non habet principiū. ¶ Secūdo ibi [poſtea] oſtēdit ꝙ Meliſſus pręter malā ꝯñiam laborat etiā in ęquiuoco de ly, principiū. Principiū nāq̄ (quātū attinet ad propoſitū) accipitur tripl'r: aut ꝓ principio tēporis, aut pro pricipio magnitudinis, ꝛ quantitatis finitę: ꝛ tertio pro principio generationis [non quidem inquit ſimplicis, ſed alterationis.] Quod ideo adiecit: quia ſi accipiat generatio ꝓprie pro introductione formę ſubſtantialis, non habet proprie principiū, q꞉ eſt momentanea: alteratio vero: q꞉ eſt per motū, habet principium. Qñ ergo Meliſſus arguebat, id qđ eſt factū habere principium, ꝛ qđ non eſt factum carere principio, verū habebat de principio tēporis, ꝛ de principio generationis: qñ vero poſtea infert id qđ nō habet principiū ꝛ finē eſſe infinitū, ſolū eſt verū de principio magnitudinis. Stat autē id qđ non habet principium tēporis nec gñationis, habere nihilomin⁹ principiū magnitudinis, ꝛ ſic non eſſe infinitū: vt patet de cęlo ꝛ de vniuerſo ſm Ariſt. Et hoc eſt qđ ait [ꝛ hoc incōueniēs (.ſ. reputatū eſt a Meliſſo) nēpe ꝙ oīs (.i. vniuerſi) ſit principiū (puta magnitudinis) non tñ tēporis ꝛ generationis ꝛc.] Cum de facto nō ſit incōueniens. ſ. ꝙ vniuerſi, ſit principium magnitudinis: licet nō habeat principium tēporis nec generationis. Atqui potuiſſet Ariſt. adiicere aliqua, quę ſm ſuā opinionē nō ſunt facta, habere nihilominus etiā principium a quo depēdent, vt ſunt vniuerſum, ꝛ intelligentię, quę ſm eū perpetua, dependent nihilominus a deo. 3. de cęl. tex. 61. Sicuti perpetuę veritates ceu, homo eſt riſibilis, habent nihilomin⁹ pꝛincipia: vt homo eſt animal rationale, vt habetur. 8. huius. tex. 68.

Gñatio nō habet pꝛincipium.

Textus. xxiiij. Deinde, ꝓpter quid eſt immobile, ſi vnū eſt? ſicut enim & pars vna cū ſit, hæc aqua, mouetur in ſeipſa: quare nō & totū? Poſtea alteratio propter quid non erit. ¶ At vero nec ſpecie poſsibile eſt, vnum eſſe, niſi eo ex quo. Sic autē & Phyſicorum quidā dicūt vnū. illo enim mō non. hō nāq; ab equo alterum eſt ſpecie. & contraria abinuicem.



¶ In tex. 24. refutat alia duo. Terti⁹. n. error erat inferre, ſi ens eſt vnū ꝛ infinitū, eſſe ſubinde immobile. Nā aqua, q̄ eſt vna pars vniuerſi, mouet ī ſuo loco naturali ſine acq̄ſitiōe noui loci (mare ītelligit: qđ in ſuo loco naturali fluit ꝛ refluit) ḡ eadē rōne nihil icōueniret ꝙ lʒ vniuerſū eſſet vnū, nec poſſet mutare locū: nihilomin⁹ moueret in ſuo loco ſm ptes. Pręterea qñ local'r nō moueret nihil vetaret q̇min⁹ moueret motu alterationis ſm ſuas ptes. Quartū deniq̄ pctm̄ Meliſſi erat cū inferebat. Si ens eſt īfinitū, eſſet ſubinde ſimpliciter vnū. Nā poterat habere ptes ſpecie differētes: ſicut mō, lʒ orbis eſſet īfinit⁹, eſſent nihilominus multę ſpecies. ¶ Sed ad intelligentiam literę, q̄ nimis eſt cōciſſa, notato ꝙ vniuerſa corpora ſunt eiuſdē ſpeciei ſm materiā, vt inferius videbimus, Quicquid ſit de cęlo: cuius materia, vt infra dicemus, eſt alterius ſpeciei a materia horum inferiorum, ſecundū Ariſtotelē: licet alij philoſophi putauerint eſſe totā materiā vniuerſi eiuſdē ſpeciei. Differūt tñ partes orbis ſpecie ſm formas. Et hoc eſt quod ait [nec ſpē poſſibile eſt vnū eſſe, niſi eo ex quo]. i. nō ſunt oīa eiuſdem ſpeciei, niſi ſm materia, ex qua fiunt: ſic aūt quidā philoſophoꝝ dicunt vnū. ſ. eſſe oīa: illo. n. mō (. ſ. qđ dicit Meliſſus) nō. Hō nāq̄ ab equo alterū q̇dā eſt, ſuntq̄ duę ſpecies abinuicē cōtrarię.

Textus. xxv. Et ad Parmenidē aūt idē mod⁹ rōnū eſt: & ſi aliq alij ſunt ꝓprij. Et ſolutio eſt: partim q̇dē quia mēdax eſt, partim autē quia nō cōcludit. mēdax q̇dē, quia q̇d' eſt, accipit ſimpliciter dici, cū multipliciter dicatur. Nō cōcludit aūt: q̇a ſi ſola alba capiātur ſignificāte vnū albo, nihilomin⁹ multa alba ſunt, & nō vnū. nō enim cōtinuatiōe erit albū vnū, neq; rōne. Aliud. n. erit eſſe albo, & ſuſcipienti. & nō erit p̄ter albū, aliq̇d ſeparabile. nō enim q̄tenus ſeparabile eſt: ſed eſſe alterū eſt albo, & ei cui ineſt. Sed hoc Parmeni. nondum videbat.

Parmenides. ¶ Soluta rōne Meliſ. pſequit Ariſt. ſoluere rōnē Parmenidis. Hoc tñ pręmittendū eſt hic, ꝙ Parme. diuerſas cēſent nōnulli habuiſſe opiniones de principijs. Philopo. nāq̄ ſupra text. 6. dicit ꝙ in illis quę ſcripſit ſm aliorum opiniones tenuit duo eſſe principia, puta ignē ꝛ terrā: ſed in aliis operib⁹ ſm propriā ſentētiam tenuit omnia eſſe vnū. At vero aliter expſſe refert Ariſt. 1. meta. c. 5. vbi ait vtrāq̄ eſſe ꝓpriā opinionē Parme. nēpe q̄ opinat⁹ eſt oīa eſſe vnū ſm rōnem, ſed duo eſſe principia ſm ſenſum. ſ. ignē ꝛ terrā. Qđ eſt dicere. Quanq̄ oīa q̄ ſunt in mūdo ſunt eſſentialiter eiuſdē ſpēi, tñ q꞉ ad ſenſum experimur ignē inter oīa eſſe maxime actiuum, appellauit cauſam efficientē, ignē: cauſam vero materialē, terrā. ¶ Qđ aūt oīa eſſent vnū. i. eiuſdē rōnis ſpecifice, licet alia id rōne pbauerit. vt hr̃. 1. de ge. text. 57. hoc tñ id potiſſimū ſibi perſuadebat, vt habet. 1. meta. Quicq̇d eſt p̄ter ens eſt nō ens: ſed nō ens eſt nihil: ergo quicq̇d eſt pręter ens eſt nihil. Rurſus ens ꝛ vnū cōuertunt: ḡ quicq̇d eſt p̄ter vnum eſt nihil: ꝛ per ꝯñs oīa ſunt vnū. Ait ergo Ariſto. hic ꝙ ad Parme. idē mod⁹ eſt rñdēdi, q̄ ad Meliſſ. q꞉ ſ. in materia peccat, falſa aſſumendo: ꝛ in forma, male inferēdo. Tametſi alij ſunt p̄terea peculiares modi rñdendi Parmenidi: ſane q꞉ differebat a Meliſſo, nō ſolū in rōne, ſed in concluſione: q꞉ nō ponebat ens. qđ eſt vniuerſum, eſſe infinitū, vt Meliſ. Cui⁹ rōnē diſſ᷑e explicat Ariſt. 1. meta. c. 5. q꞉ videlicet Parmen. ponebat oīa eſſe vnū ſm formā. ſ. ſm rōnē entis, in qua cōueniunt oīa quę ſunt in mūdo, quā tñ ponebat eſſe finitā. Meliſſ. vero poti⁹ ſequebat rōnē materię: q꞉ videlicet id qđ eſt factū nō habet pꝛincipiū ꝛ p ꝯñs eſt īfinitū, vt expoſitū eſt. ¶ Qđ rō Parmeni. primo aſſumit falſa ꝛ mēdax eſt, probat Ariſt. q꞉ accipit ens ſimpliciter dici, cū tñ multipliciter dicat. Enimuero vt maior Parmenis apparentiā hēat, accipiēdū eſt ens, vt ſignificet oīa entia mūdi, ac ſi ſignificaret eadē rōne. Tūc enim apparētiā haberet dicere ꝙ quicq̇d nō eſt ens, eſt nō ens: ſicuti quicq̇d nō eſt ſubſtātia eſt nō ſubſtātia, ꝛ quicquid non eſt hō, eſt nō hō. Quanq̄ neq̄ tunc eſſet vera in ſenſu affirmatiuo: q꞉ nō ens pro nullo ſupponit. Sed tñ ad ſuū ꝓpoſitū tantūdē faciebat ſenſus negatiuus: q꞉ ſatis illi erat ſi quicq̇d eſt p̄ter ens nihil eſt. Attamē cū ens nō vniuoce: ſed analogice ſignificet entia (principl'r ſubſtātiam, ꝛ minus principaliter accidētia) neq̄ illā apparentiā habet. Nā ens ſimpl'r dictū ſupponit pro ſubſtātia, ꝛ ideo tñ valet illa maior, ac ſi dicat. Quicq̇d eſt p̄ter ſubſtantiā eſt nō ens. Quę quidē eſt falſa: nā licet accidens non ſit ens ſimpl'r, vt habet. 7. meta. tex. 2. tñ nec ſimpliciter eſt nō ens neq̄ eſt nihil: q꞉ eſt entis. ¶ Pręterea Parme. peccat in forma (qđ appellabat Ariſ. nō cōcludere) vt. n. ꝯñia formal'r cōcludat, debet in oīb⁹ terminis eiuſdē formę vl'iter cōcludere, vt. 5. lib. ſummulaꝝ expoſitum habem⁹: illa tñ ꝯñia nō valet, ſi loco de ly, ens vtamur hoc noīe, albū, qđ vniuoce ſignificat alba diuiſiue ſicut ens ſignificat entia. Tūc. n. nō ſequit. Quicq̇d eſt p̄ter albū, eſt nō album: ḡ oīa ſunt vnū albū: aut cōtinuatiōe. i. tāq̄ vnū ꝯtinuū aut ſm rōnē: q꞉ aliud eſt eſſe albo in quātū albo, ꝛ aliud ſuſcipiēti. i. alia eſt rō ꝛ diffō albedinis, et alia corporis, qđ eſt ei⁹ ſubſtm̄. ¶ Ad euidntiā huius rōnis notandū eſt ꝙ cū Ariſto. oſtēdiſſet primū peccaſſe Parmenidē in ęquocatiōe entis, vt oſtēderet peccare etiā in forma, accepit terminū vniuocū in q̄ nō cōmitteret primus error. Et hoc eſt qđ ait [albo vnū ſignificāte]. ſ. vniuoce, ꝛ p̄terea vnū diuiſiue: ad tollēdum aliā ęquiuocatiocationē entis. qđ accipere etiam pro vniuerſo: in quo maxime ſenſu habet apparētiā ꝙ quicq̇d eſt p̄ter ens eſt nō ens. Et p̄terea vt maior affirmatiua eſſet vera. ſ. quiq̇d eſt p̄ter albū eſt nō album: q̄lis nō erat illa, q̇cq̇d eſt p̄ter ens eſt nō ens. Accepit aūt nomē cōnotatiuū, vt in vno exēplo patefaceret ꝙ Parme. nec cōcludit oīa eſſe vnū cōnotatiuū, neq̄ vnū rōne, vt ſtatim videbit. Sēſus ergo Ariſt. eſt facere hāc ꝯñiam. Quicq̇d eſt pręter albū eſt nō albū, ꝛ quicq̇d eſt albū eſt vnū albū: ḡ quicq̇d eſt p̄ter vnū albū eſt nō album. Añ vr̃ cōſequi nō eſſe niſi vnicū albū. In q̄ maxime apparet inſuficiētia ꝓoris ꝯñię. Nā ſi ly, vnū accipiatur diuiſiue, vt ꝯuertit cū ente, bona eſt ꝯñia, ꝛ ꝯcluſio eſt vera: q̇ppe cui⁹ ſenſus eſt ꝙ illud qđ nō eſt vnū albū nō eſt albū ſingulariter: ſed tñ inde nō ſequit ꝙ oīa alba collectiue ſint vnum album. Si tñ ly, vnū. accipiatur collectiue, vt facit ſenſum

Parm. finitū Meſſ. infinitum.



ſenſum excluſiuum gratia pluralitatis, queadmodum in exponibilibꝰ dictũ eſt, tũc cõſequẽtia nõ valet. Eſt.n. acſi argueret, oẽ albũ eſt vnũ albũ: ergo tm̃ vnũ ſunt alba. i. vnũ albũ ⁊ nõ plura. Et eodẽ mõ peccat ꝯña Parmenidis. Cõcedimꝰ.n. ꝙ quicquid eſt pter ens eſt nõ ens: ſaltẽ negatiue. i. nihil eſt. Et cũ ſubſumit oẽ ens eſt vnũ, cõcedit ſi accipiat vtrũqꝫ diuiſiue. i. pro ſingulis entibus: ſed negat ꝯña qñ infert: ergo oĩa ſunt vnũ. Eſt nãqꝫ acſi argueret. Oẽ ens eſt vnũ: ergo tm̃ vnũ ſunt entia. i. vnũ ⁊ nõ plura. Et ideo ratio Parme. nõ cõcludit ꝙ oĩa ſunt vnũ cõtinuatione. i. vnũ ꝯtinuũ. ¶ Qđ aũt nõ cõcludat oĩa eſſe vnum rõne, pbat Ariſt. Et vt euidẽtior ſit ratio, cõcedamus Parmenidi gratia diſputationis nõ eſſe in mundo aliud ens, ꝙ̃ vnũ albũ. Tũc adhuc nõ ſequit. Quicquid eſt pter vnũ albũ nihil eſt: ergo oĩa ſunt vnũ rõne. Quia aliud inquit eſt eſſe albo in quãtũ albo, ⁊ aliud ſuſcipienti. i. alia erit rõ albedinis, ⁊ alia corporis ſubiecti: quãuis albedo nõ ſit pter corpꝰ. i. nõ ſit a corpore ſepabilis (loquit in lumine naturali) nõ.n. (inquit): qꝛ ſepabilis, aliud eſt: ſed qꝛ alia eſt diffinitio albedinis ⁊ alia corporis. [Hoc aũt Parmenides nõdũ videbat] videlicet ꝙ id qđ eſt vnum ſubiecto ſit plura ſm rationem ⁊ definitionem.

Textus. xxvj.

Neceſſe eſt igitur accipere iis q dicũt quod eſt vnũ eſſe: non ſolũ vnum ſignificare quod eſt de quo vtiq; pdicetur, ſed & quod verè eſt, & quod verè vnũ eſt. Accidẽs enim de ſubiecto quodã dicitur. quare cui accidit quod eſt, non erit: alterum enim eſt ab eo quod eſt. erit itaq; aliqd: quod nõ eſt. non itaq; erit alij inexiſtens: quod verè eſt. nõ enim erit enti ipſi, eſſe: niſi multa, quod eſt, ſignificet, ſic vt ſit aliquid, vnumquodque: ſed ſupponitur quod eſt ſignificare vnum.

¶ Poſtq̃ Ariſt. mõſtrauit ꝯñiam Parme. nõ eſſe formalẽ, pſequit oſtendere ꝙ neqꝫ in ſuis terminis materialr̃ cõcludit. Et in hoc text. ⁊ ſequenti oſtẽdit ꝙ nõ cõcludit oĩa eſſe vnũ, tribꝰ rõnibus. At qꝛ litera hec aſpera eſt ⁊ ꝯciſſa: notandũ eſt, ꝙ iſtud cõplexũ, qđ eſt, tantum valet apud Ariſ. quantũ ens, gñaliter dictũ, vt predicatur de ſubſtãtia, ⁊ quodã mõ de accidẽtibꝰ. Sed cũ ait, qđ vere eſt, intelligit ens ſimplr̃: vt ſolum dr̃ de ſubſtãtia, que ſimplr̃ eſt ens: nã ſimplr̃ eſſe, idem eſt qđ ſubſiſtere. Intendit ergo Ariſt. hanc primam rõnẽ. Qñ Parme. dicit, quicqd eſt pter ens eſt nõ ens, aut accipit ens a parte ſubiecti pro ſolo accidẽte, aut pro ſola ſubſtantia, aut indifferenter pro vtroqꝫ: nõ poteſt accipi p ſolo accidẽte, nec pro ſola ſubſtãtia: ergo accipit indifferenter pro vtroqꝫ, ⁊ per ꝯñs qñ cõcludit oĩa eſſe vnum ens, ly ens, includit plura ſm rõnẽ, puta ſubſtãtiam ⁊ accidens. ¶ In hoc textu pbat primã partem minoris. ſ. ꝙ nõ accipiat hic ens pro ſolo accidenti: duplici ratione. Primo qꝛ cum ſubſtãtia ſit id qđ vere eſt. i. pprie ens, accidens vero ſolũ eſt id de quo ens quodã mõ predicat. ſ. ſm quid, nõ debẽt iſti accipere, vnum, vt ſignificet qđ eſt. i. ens, de quo vtiqꝫ (.i. quodã mõ) predicat, puta accidens: ſed vt ſignificet id qđ vere eſt. ſ. ſubſtãtiam, ⁊ qđ vere vnũ eſt: nã ens ⁊ vnũ conuertunt. ¶ Secũdo probatur idẽ. Si ens a parte ſubiecti accipiatur ſolũ pro accidẽti, cũ accidẽs ſit id qđ dr̃ de ſubiecto, ſequit ꝙ id cui accidit, qđ eſt. i. ſubiectum cui cõuenit accidẽs, qđ eſt ens, eſſet non ens: nã ſi ſolũ accidẽs eſt ens, ⁊ quicquid eſt pter ens, eſt nõ ens, ſequit ꝙ ſubſtãtia nõ erit. i. erit non ens ⁊ nihil: qꝛ ſubſtãtia eſt alterum ab eo qđ eſt. i. ab accidẽte, qđ eſt ens [erit itaqꝫ aliquid qđ non eſt]. i. tunc nõ ens, puta ſubſtãtia, erit ens. ſ. albũ. Albedo.n. que tũc ſolũ eſſet ens, predicaret in cõcreto de ſubſtantia, que eſſet nõ ens: ⁊ ſic vnũ contradictoriũ predicaretur de alio: qđ eſt abſurdum. Et preterea ſequeretur ꝙ id qđ eſt. ſ. accidens, nulli inexiſteret, ⁊ cum eſſe accidẽtis non ſit niſi inexiſtere, ſeqretur ꝙ accidens ſimpliciter non eſſet. Vñ ſequeret alia cõtradictio, nempe ꝙ id quod eſt. i. ens, non haberet eſſe. Seqtur ergo (inquit) ꝙ niſi id qđ eſt. i. ens, multa ſignificet, puta ⁊ ſubſtantiam ⁊ accidẽs, nõ poteſt ens, quod eſt accidens, habere eſſe. Iſti autem dicunt ꝙ ens non ſignificat niſi vnum: ergo nullatenus poſſunt dicere ꝙ illud vnum ſit accidens.

Textus. xxvij. QVOD verè eſt &c. Meliꝰ Argiropolꝰ vertit hũc locum.

Si igitur QVOD verè eſt, nulli accidit, ſed illi aliquid: magis quod verè eſt, ſignificat quod eſt q̃ quod nõ eſt. Si.n. erit quod verè eſt, idem & albũ, albo autẽ eſſe nõ eſt, quod verè eſt (neq;.n. accidere ipſi poſsibile eſt quod eſt, nihil enim qđ eſt, eſt: quod non verè ſit) nõ ergo quod eſt: albũ eſt. nõ ſic aũt, vt aliqd nõ ſit, ſed oĩno nõ ſit erit, quod verè itaq; eſt, non eſt. verũ enim eſt dicere: quod verè eſt, album eſſe. hoc aũt: nõ quod eſt, ſignificabat. quare & ſi albũ ſignificat & quod verè eſt: multa ergo ſignificat, quod eſt.

¶ In hoc text. 27. pbat ſecũdã ptẽ eiuſdẽ minoris. ſ. ꝙ ly ens, nõ ſignificat illic ſolã ſubſtãtiã, eadem rõne. Et reſumit priꝰ ꝯcluſionẽ ſuperioris rõnis. Si igit inquit qđ vere eſt. i. ſubſtãtia, q̃ ſimplr̃ eſt ens, nulli accidit, ſed alia accidũt illi, ſequit ꝙ cũ dr̃, quicquid eſt preter ens eſt nõ ens, id qđ vere eſt. i. ſubſtãtia, magis ſignificet per ly ens, qđ eſt ſubm̃, ꝙ̃ per ly nõ ens, qđ eſt predicatũ. Attñ ꝙ ly ens, nõ ſolã ſubſtantiã, ſed etiã illic accidẽs ſignificet, probat. Nã ſi ens ſolũ accipit pro ſubſtãtia, tũc cũ accidens ſit aliud pter ens. i. diſtinguat a ſubſtãtia, ſequit ꝙ ſit non ens: ⁊ cũ accidẽs, puta albedo in concreto, pdicetur de ſubſtantia, cum dicimus, ens eſt album, ſequit idẽ qđ priꝰ. ſ. ꝙ id qđ nõ eſt, pdicabitur de eo qđ eſt: ⁊ p ꝯñs vnũ cõtradictorior pdicat de alio. Eſt autẽ litera adeo implexa, vt fere ſyllabatim ſit ordinanda. [Si eñ inqt qđ vere, idẽ erit etiã albũ. i. ſi ſubſtãtia, q̃ proprie eſt ens, ſit etiã alba. albo aũt eſſe non eſt, qđ vere eſt]. i. albedo tñ non ſit vere ens ſm Parme. ſiquidẽ eſt pter ſubſtãtiam, [neqꝫ enim accidere ipſi. ſ. albedini poteſt qđ eſt]. i. nõ põt ei accidere vt ſit ens. [Nihil.n. qđ eſt, eſt qđ nõ eſt]. i. nulli poteſt accidere vt ſit niſi vere ſit ens. Sequit ꝙ albũ nõ erit qđ eſt. i. nõ erit ens. [Non ſic aũt vt aliqd nõ ſit, ſed oĩno vt nõ ſit]. i. nõ ſolũ albedo non erit ens ſimplr̃ (nã hoc verũ eſt) ſed neqꝫ oĩno erit ens. i. neqꝫ erit entis ens. Vñ ꝯcludit ꝙ ſi ſubſtãtia eſt ens, ⁊ accidẽs nõ ens: id qđ vere eſt, nõ eſt. i. ens, eſt nõ ens ⁊ nihil: nã verũ eſt dicere id qđ vere eſt. i. ſubſtãtiã, albũ eẽ: hoc aũt. ſ. albedinẽ, nõ qđ ẽ. i. ille terminꝰ nõ ens, ſignificabat [qre ſi ⁊ albũ ſignificat, ⁊ qđ vere eſt] ꝯcludit ergo ꝙ ſi qđ eſt. i. ens ſignificat album. i. accidens, ⁊ qđ vere eſt. i. ſubſtãtiã (qđ quidẽ eſt neceſſariũ ad ſaluãdũ veritatẽ iſtiꝰ ens eſt albũ) ſequit ꝙ ly ens ĩ maxima Parmenidis multa ſignificat, ⁊ per ꝯñs cũ concludit omnia eſſe vnũ, illic vnũ cõprehendit multa ſecundũ rationẽ. ſ. ſubſtantiam ⁊ accidẽs.

Texus. xxviij.

Neque igitur magnitudinem habebit quod eſt: ſiquidem quod verè eſt, eſt quod [illegible] vtrique enim partium aliud eſt eſſe.

¶ Hec eſt ſecũda rõ ſumpta a rõnibꝰ totius ⁊ partis. Et eſt hec. Si oĩa eſſent vna ſubſtantia in ſenſu Parme. itaqꝫ nullo mõ eſſent plura, ſequeret ꝙ neqꝫ haberet magnitudinẽ: ⁊ p ꝯñs neqꝫ eſſet finitũ, vt ipſe cõcedit. Nã ſi haberet magnitudinẽ, iam eſſent totũ ⁊ pars: ⁊ per ꝯñs plura ſm rationẽ. Oĩa.n. tria argumẽta Ariſt. cõtendũt pbare ꝙ oĩa ſint plura ſm rationẽ, Parme. nãqꝫ non negabat vniuerſum eſſe plura ſm partes quãtas, ſed ſm rationẽ. Et ideo ait Ariſt. ꝙ totũ ⁊ pars nõ ſolũ ſunt plura in potẽtia ſecũdũ diuiſionẽ quãtitatis, ſed plura quodã mõ ſecundũ rationẽ. Alia enim quodã mõ eſt ratio eſſendi totiꝰ ⁊ alia partis: nã eſſe totiꝰ eſt per ſe ſubſiſtere, ⁊ eſſe partis eſt nõ p ſe eſſe: ſed in toto. Et hac de cauſa poſtq̃ probauit accidens ratione diſtingui a ſubſtãtia, qꝛ eſſe illius eſt ineſſe, ſubdit fere idẽ de parte: q quãq̃ non ſit accidens, habet tamen eſſe in alio.

Quod autẽ diuiditur quod verè eſt, in quod verè eſt aliquid aliud: etiã ratione manifeſtũ eſt. vt hõ, ſi eſt quod verè eſt aliqd: neceſſe eſt, & animal, quod verè aliquid eſt eſſe, & bipes. Si enim nõ quod verè eſt, eſt: accidẽtia erũt: aut igitur hõi: aut alicui alij ſubiecto, ſed ĩpoſsibile eſt. accidẽs etẽm dicitur hoc: aut quod cõtingit eẽ & nõ eſſe, aut in cuius ratione eſt hoc cui accidit. vt ſedere quidẽ: velut ſeparabile. in ſimo autẽ eſt ratio naris cui dicimꝰ accidere ſimũ.

Textus. xxix.

Atqui queçũq; in diffinitiua ratione inſunt, aut ex quibus ſunt: in ratione horũ, nõ ineſt ratio totius, vt in bipede, ratio hominis: aut in albo, ratio albi hoĩs. Si igitur hec hoc ſe habẽt modo, & homini accidit bipes: neceſſe eſt ſeparabile eſſe ipſum. quare cõtingit vtiq; nõ bipedẽ eſſe hoĩem: aut in ratione bipedis, inerit hominis ratio. ſed impoſsibile eſt. Illud enim in illius ratione ineſt. Si autem alij accidunt bipes & animal, & non eſt vtrunq; quod verè eſt aliquid: & homo vtique erit accidentium alteri.

Textus. xxx.

Sed quod verè aliquid eſt: ſit accidens nulli. Et de quo ambo: & vtrunq;, & quod eſt ex his, dicatur. Ex indiuiſibilibus itaque eſt omne.

¶ In tota hac litera que eſt fragmentum text. 28. cum tex. 29. ⁊ fragmento trigeſimi cõtinetur tertia ratio Ariſt. que proinde nõ erat diuidẽda, vt diuiditur a Cõmẽtatore. Sed ideo aliter eã diuidit, qꝛ aliter eã intelligit, q̃ forſan fuerit mẽs Ariſto. vt ſtatim dicemus. Rõ eſt hec. Cõcluſerat aduerſus Parmenidẽ ꝙ licet oĩa eſſent p impoſſibile vnũ album, nihilominus ſubſtãtia ⁊ albedo eſſent plura ſm rationẽ: vult iã mõ pbare ꝙ licet p impoſſibile oĩa eſſent vna ſubſtantia predicamẽtalis, eſſent adhuc plura ſm rationem, quorum quodlibet eſſet ſubſtantia. Et probatur hoc mõ. Oĩs ſubſtantia pdicamẽtalis (qđ dixerim ad excludẽdũ Deũ) diuidit in genꝰ ⁊ drĩam, q̃ rõne differũt, ⁊ ſunt ſubſtãtie: ergo q̃uis per impoſſibile oĩa eſſent vnꝰ homo ſine accidẽte, adhuc eſſent plura ſm rationem, puta aĩal ⁊ bipes. Qđ ſint plura ſm rationẽ, patet, qꝛ ſunt partes diffinitionis, veluti materia ⁊ forma, cõtractũ ⁊ cõtrahẽs. Quod autẽ ſint ſubſtãtie (quod Ariſt. appellat quod vere eſt aliqd) probat ibi. [Si enim nõ qđ vere eſt.] ſi ille partes diffinitionis non ſunt ſubſtãtie, ſunt ergo accidentia. Tunc aut ſunt accidentia homini, aut accidẽtia alij cuicũqꝫ rei: neutrum iſtorum: ergo nõ ſunt accidẽtia. Qđ nõ ſint accidẽtia hominis, probat: nã accidẽs eſt duplex. ſ. cõe. qđ poteſt adeſſe ⁊ abeſſe, vt ſedere: ⁊ itẽ propriũ, qđ eſt inſepabile, vt ſimũ reſpectu naſi. At qui accidẽs propriũ: vt. 1. poſt. tex. 9. viſum eſt, eſt illud in cuiꝰ rõne ⁊ diffinitione ponitur eius ſubiectum: ſimitas enim eſt naſi curuitas: ſed ille partes diffinitionis neutrũ horum accidẽs ſunt reſpectu hoĩs: ergo ſunt ſubſtãtie. ¶ In text. 29. probat hec minor. Et probatur priꝰ ꝙ nõ ſunt accidẽtia propria inſeparabilia: qꝛ illa (inqt) que ponũtur in diffinitione ſubiecti, nõ ſunt talia, vt in horũ diffinitione viciſſim ſubiectũ, vt qꝛ bipes ponitur in diffinitione quiditatiua hoĩs, homo nõ ponit in diffinitione quiditatiua bipedis: ⁊ quia albedo ponitur in diffinitione hoĩs albi, nõ ponit viciſſim hõ albus in diffinitione albedinis: alias eſſet circulꝰ in diffinitionibꝰ, vt ſi. a. diffiniret per. b. per. a. et ſic idẽ virtualiter diffiniet per ſeipſum. At aĩal ⁊ bipes ponunt in diffinitione hoĩs: ergo hõ non ponit in diffinitione illorum: ⁊ per cõſequẽs illa nõ ſunt accidẽtia eius propria. Si igitur ſunt accidẽtia hominis, erũt accidẽtia cõia. Qđ aũt nõ ſunt cõia, patet: nã alias ſequeretur ꝙ poſſent adeſſe ⁊ abeſſe ſubiecto pter ſubiecti corruptionẽ: et ſic daret hõ, q nec eſſet aĩal nec bipes: qđ eſt impoſſibile. ¶ Qđ aũt illa nõ ſint accidentia alicuiꝰ alteriꝰ ſubiecti, pbat Ariſtot. hoc mõ. Si tam animal q̃ bipes accidũt alij ſubſtantie q̃ homini, ⁊ ipſa nõ ſunt ſubſtãtie, ſequit ꝙ hõ ipſe etiã erit accidẽs alteri: ꝯñs tñ eſt falſum: qꝛ [qđ vere eſt aliqd (.i. ſubſtãtia) ſit accidẽs nulli]. i. nulli accidit: ergo nec genꝰ nec drĩa ſunt alterius accidẽtia. Probat ſequelã ſic. De eo de quo ambo. ſ. aĩal ⁊ rõnale ⁊ vtrunqꝫ ſeorſum predicatur, neceſſe eſt vt id quod ex his, puta homo cuius eſſentia cõſtat ex illis, itidẽ predicet (quicquid enim eſt aĩal rõnale, eſt hõ) ergo ſi illa ſunt accidentia, homo pariter eſt accidẽs [ex indiuiſibilibꝰ itaqꝫ eſt oẽ] hoc verbũ legẽdũ eſt nõ tãq̃ cõcluſio aſſerta ab Ariſtotele: ſed tanq̃ inconueniẽs illatum ex opinione Parmenidis. Acſi dicat, ꝙ vt tueatur opinionem ſuam, videlicet omnia quomodocunqꝫ eſſe vnum: neceſſe eſt vt ponat illud eſſe indiuiſibile, ⁊ ſecundum quantitatem (ne alia ſit ratio partis alia ratio totius) et ſecundum eſſentiam: ne alia ſit ratio generis, ⁊ alia ſit ratio differentie. Commentator vero in illo verbo [Sed quod vere aliquid eſt] vbi ipſe incipit textum trigeſimũ, exiſtimat incipere nouam rationẽ Parmenidis, qua vult concludere omnia eſſe vnam ſubſtantiam, a qua accidens nõ diſtinguitur, ⁊ eam eſſe indiuiſibilẽ. i. ex indiuiſibilibus cõpoſitã: quia putabat diuiſionem continui terminari ad aliqua pũcta indiuiſibilia ex quibus componitur. Attamẽ licet hanc rationem ſtatim commemoret Ariſt. tanquam diſcipulorum Parmenidis, tamen li-

 tera

tera Ariſtote. perſpicacior eſt multo in ſenſu ſupra expoſito, ꝙ in ſenſu Commentatoris.

❧ Quidam autem rationibus vtriſq; acquieuerunt. huic quidē quòd omnia vnum ſunt, ſi quod eſt, vnum ſignificat, quod eſt etiam id quod non eſt. Ei autē quæ diſſectione procedit: indiuiduas facientes magnitudines.

¶ Poſt impugnationē Parmenidis recitat Ariſ. opinionē quorūdā qui ꝯſña ſuperiorꝝ rōnū ꝯcedebāt, nec illa reputabāt eſſe incōueniētia. Primū nāq; incōueniēs in prima rōne fuit, ꝙ ſi ly ens accipit̃ ꝓ ſubſtātia ⁊ accidēte, tunc eſſent plura rōne: ſi autē pro ſola ſubſtātia, aut pro ſolo accidente, tūc ſeqret̃ ꝙ ens eſſet non ens. Cui rñdebāt ꝙ ens accipit̃ ꝓ ſola ſubſtātia, atq; adeo ꝯcedebāt, accidēs ſimplr̃ eſſe nō ens: ⁊ ꝑ ꝯñs admittētes ꝙ ſubſtātia eſt alba, admittebāt ꝙ ens eſt nō ens. Et hoc eſt qđ hic ait Ariſt. ꝙ iſti acqeuerūt, ſi qđ eſt vnū ſignificat. ſ. ſubſtātiā, illud etiā eſſe qđ nō eſt. i. ꝙ ſubſtātia eſt alba, vbi ꝓdicat̃ de ente, accidēs qđ eſt nō ens. ¶ Secūda rō erat ꝙ ſi oīa eſſent ſimplr̃ vnū, illud nō haberet magnitudinē, ⁊ per ꝯñs eſſet indiuiſibile. Huic autē reſpōdebāt cōcedētes ꝙ ſunt aliq̄ magnitudines īdiuiſibiles. Et hoc eſt qđ ait Ariſ. [ei aūt]. i. ei rōni, q̄ ex diſſectione ⁊ diuiſione ꝓcedebat, rñdēt aliq̄s eſſe magnitudines īdiuiſibiles. Hāc rñſionē nō impugnat hic, q2 lib. 6. oſtēſurꝰ ē ꝯtinuū nō cōponi ex īdiuiſibilꝰ. Priorē rñſionē redarguit in tex. ſequenti q̄ eſt trigeſimꝰ primus ⁊ poſtremus huiꝰ capitis.

Textus. xxxj. ❧ Manifeſtū autē eſt quod nō verū eſt, ꝙ ſi vnū ſignificat quod eſt, & nō poſſibile eſt ſimul contradictionē eſſe: nihil erit quod nō eſt. nihil enim prohibet: vt id quod nō eſt, nō ſimpliciter ſit non ens: ſed ſit nō ens aliqd. Dicere quoq; ꝙ niſi præter. ipſum quod eſt, aliquid erit aliud, vnū oīa fore: incōueniēs eſt. Quis enim nouit: ipſum quod eſt, aliquid eſſe, niſi quod verè eſt? Si autem hoc ita eſt nihil ſic prohibet multa, quod eſt eſſe, ſicut dictum eſt. Quod igitur ſic vnum eſſe quod eſt, impoſſibile ſit: manifeſtum eſt.

¶ Ad intelligētiā huiꝰ textꝰ notādū eſt ꝙ Themiſtius ⁊ Philopo. cēſent hic Ariſtotelē ſubnotare platonicos, q̄ credebāt ens ſolū affirmari de formis ⁊ potiſſimū de ideis, ꝑ q̄s cōpoſita actu ſunt: materiā vero ſimplr̃ appellabāt nō ens. Et ideo dicebāt cōpoſitum cōſtare ex ente ⁊ non ente. S. Tho. conformiter magis lr̃e credit inſinuari hic eoſdē platonicos, q̄ accidēs cēſebant ſimplr̃ eſſe non ens: vt. 6. meta. tex. 4. inſinuat Ariſt. Fateor tñ nullā mihi oīum q̄s viderim expoſitionē, plene ſatiſfacere in hoc loco. Sed hoc mō, ni fallor, lr̃a fit lucida. Duas nāq; cōtrarias opiniones vr̄ mihi Ariſto. refellere. Diſcipuli. n. Parmenidis, vt colligere qſq; pōt ex dialogo Platonis ſophiſta noīe, vbi de ente ⁊ non ente diſſerit, ſuſtinebāt oīa eſſe vnū, ſuppoſito ꝙ nō ſint cōtradictoria vera, iſto mō. Opinabātur ens eſſe ſimplr̃ vniuocū ⁊ ſolū ſignificare ſubſtantiā q̄ ꝑ ſe ſubſiſtit. Et arguebāt ꝙ accidēs eſſet ſimplr̃ nō ens: nā ſi eſſet ens (cū ens ſimplr̃ idē ſit qđ ſubſtātia) tunc accidēs eſſet ſubſtantia: ⁊ q2 per ſe manifeſtū eſt accidēs nō eſſe ſubſtantiā, tūc accidēs eſſet ſubſtātia ⁊ nō eſſet ſubſtātia. Qđ ſi accidēs (aiebāt) ſimplr̃ eſt nō ens, nihil eſt. Et ſic ſuſtinebāt oīa eſſe vnū. ſ. oīa conuenire in vnica rōne entis. Platonici vero cōcedebāt quidē ens ſolā ſubſtantiā ſignificare. (Plato. n. ponebat ens vniuocum generaliſſimū ſubſtātię, ⁊ nullo mō ſignificare accidēs.) Attñ vt rñderēt rōni Parme. dicebāt hoc ſolo mō poſſe negari oīa eſſe vnum, ſi ꝯcedat̃ ꝙ aliqd ſit ꝑter ens. qđ ſit nō ens: ⁊ nihilominꝰ ſit aliqd: q̄le eſt accidēs, ⁊ materia ꝑma: q̄ ſimplr̃ ſunt nō ens, q2 nō ſunt ſubſtātia, ⁊ nihilominꝰ ſunt aliqd. Ariſt. vero vtrāq; reputat opinionē abſurdā: ⁊ medio mō īcidit. ſ. ꝙ ens nō ſolā ſubſtātiā ſignificat, ſed eſt analogū ſignificās ſubſtātiā principaliter, ⁊ accidēs ꝑ attributionē ab ſubſtātiā. Et ideo accidēs nec ſimplr̃ eſt ens, nec ſimplr̃ non ens: ſed medio mō eſt ens ſm̄ quid. i. entis ens: ⁊ ita dicit īferiꝰ de materia ꝑma ꝙ eſt ens nō ſimpliciter, ſed ens ī potētia. Et hoc mō euitādo opinionē Parmen. ⁊ Platonis ſaluat ꝙ non oīa ſunt vnū. i. eiuſdē rōnis. ¶ Refellēs ğ ꝑmā opinionem ait [manifeſtū eſt ꝙ nō ſequit̃, ſi vnū ſignificat qđ eſt (. i. ſi ens ſimplr̃ dictū ſignificat ſolū ſubſtātiā) ⁊ nō eſt poſſibile ſimul ꝯdictionē eſſe, nihil eſſe qđ nō eſt]. i. accidēs qđ ē nō ens, puta nō ſubſtātia, nihil eſſe ſimplr̃. [Qr nihil ꝓhibet vt qđ nō eſt (. i. accidēs) nō ſit ſimplr̃ nō ens: ſed ſit non ens aliqd]. i. nō ſubſtātia. Itaq; accidēs nec ſimplr̃ eſt ens, nec ſimplr̃ nō ens: ſed eſt nō ſubſtantia, quę ſimplr̃ eſt ens. ¶ Mox ibi [dicere quoq;] refellit ſolutionē Platonis. Et ordināda eſt ſic lr̃a. Incōueniēs quoq; eſt dicere ꝙ oīa erunt vnū, niſi ponat̃ aliqd eſſe ſimplr̃ aliud, ꝑter ipſum qđ eſt: nā accidēs qđ eſt pręter ſubſtantiā: nō eſt ſimplr̃ aliqd: ſed ſm̄ quid. Et hoc eſt qđ ꝓbat dicēs. [Quis. n. nouit. i. q̄s intelligit, ipſum qđ eſt. i. ipſum ens, aliqd eſſe, niſi qđ vere eſt. Quaſi dicat nullꝰ hoc dicit. Cū ğ accidēs nō ſimplr̃ ſit, nō eſt dicēdū illud eſſe aliquid: ſed (vt ita dicā) alicuius aliqd: ſicut eſt, entis ens. Cōcludit ğ [Si autē hoc ita eſt] videlicet ꝙ ens ſimpliciter dicat̃ de ſubſtantia ⁊ ſm̄ qđ de accidēte, nihil ſic ꝓhibet, qđ eſt. i. ens, multa eē: ſicut dictū eſt. Atq; adeo id qđ eſt. i. vniuerſū, ſic vnū eē. ſ. rōne vt Parm̄. dicit, īpoſſibile eſt. ¶ Sequit̃ hic qō tertia ſuper text. 17. vtrū totū ⁊c.

## DE PRINCIPIIS CONTRA naturaliter loquentes. CAP. IIII.

Textus. xxxij. VT autem phyſici dicunt: duo modi ſunt. Hi enim vnum facientes quod eſt corpus ſubiectum, aut trium aliquod, aut aliud quod. eſt igne quidē denſius, aere vero ſubtilius: alia generant denſitate & raritate, multa facientes. hæc autem, ꝙ ſunt cōtraria. Vniuerſaliter autē exceſſus, & defectus: ſicut magnū dicit Plato, & paruū, niſi ꝙ hic quidem, hæc facit materiā. vnū autem: ſpeciem. ❡ Alij verò: vnū quidē, ſubiectū, materiā. contraria autē, differentias & ſpecies. Quidam autem ex vno, in exiſtentes. contrarietates ſegregant, queadmodū Anaximander dicit. Et quicunq; etiam vnum & multa dicunt eſſe, quæ ſunt: ſicut Empedocles, & Anaxagoras. Ex cōmixtione nāq;, & hi ſegregāt alia. ❡ Differunt autem ab inuicem: eò ꝙ ille circulationem facit horū. hic autē ſemel. & hic quidem, infinita, & ſimiles partes habentia, & contraria. Ille verò, vocata elementa ſolùm.



¶ Subſequenter poſt diſputationem cōtra eos qui nō naturaliter loquūtur, in hoc cap. quarto, quod nouē textꝰ cōplectitur, ſubſequitur ſermo aduerſus naturaliter loquentes: nēpe qui nō negant, vti ſuperiores, ſed admittunt motū rerū naturaliū, cuius principiū eſt natura. Hos inquit Ariſto. bipartitos eſſe. Priores nāq; vnicum ponētes principiū, oīa dicunt inde fieri ſola rarefactione aut condenſatione. Poſteriores vero negant adhuc motū rarefactionis ⁊ cōdēſationis: ſed dicunt omnia fieri per ſegregationē ab vno principio, vbi omnes res ſunt ꝑmixtę. ¶ Ad iſtarū oīam opinionū intelligendā: notandū eſt vt ſupra queſtione. 1. dicere ceperam ꝙ primus omniū philoſophorū fuit Thales: primus inq; ſeptē ſapientū: quē Ariſto. 1. meta. cap. 3. appellat principē huius philoſophię. Hic ſecūdū aliquos fuit olympiade. 10. tēpore Romuli: ſecundū alios natus eſt olympiade. 35. ⁊ mortuus olympiade. 58. Olympias vna quatuor cōplectitur annos. Illis annis trecētis ab olympiade. 30. vſq; ad centeſimā qūi natus eſt Ariſt. floruerunt oēs iſti philoſophi. Thales ergo poſuit principiū oīum rerū eſſe aquā. Cui (vt. 4. li. acad. qſti. ait Cicero) ſex reliq ſapientes cōſenſerūt. Quorꝫ noīa ſunt Pittacus, Mytileneus, Solon Athenięſis aut Salaminꝰ Chilon Lacedemonius, Bias prienęus, Periander Corinthius, Cleobullus Lydius. Sed tamē Anaximandro (inquit Cicero) id perſuadere nō potuit. Ariſto. 1. meta. dicit Thaletem hanc opinionem traxiſſe ab antiquioribus poetis. ſ. Orpheo ⁊ aliis, qui theologizabantur Tethym ⁊ oceanū parentes fuiſſe omnium rerum. Tythea enim authore Beroſo li. 2. nomē fuit vxoris Noe: quę in noticia gētiū fuit prima. Et ideo Noe cęlū dictus eſt ⁊ Tethys. terra: q2 oīum parentes fuere. Aut forte iſti, q2 ab Egiptiis in confuſo audierāt illud initiū legis, qđ in principio factū eſt cęlū ⁊ terra, ⁊ ſpūs dñi ferebatur ſup aquas, hāc fabulā de terra ⁊ aqua finxerūt. Addit Ariſto. Thaletē ſuā opinionē cōfirmaſſe: quia videbat nutrimētū omniū rerū humidū eſſe, vt patet de nutrimēto plātarū, atq; adeo hoīum: quorꝫ vita ꝯſiſtit in calido ⁊ humido. Unde ſemē oīum viuētiū naturā hūiditatis debet ꝑticipare. ¶ Anaximenes vero etiā mileſiꝰ, eo forte ꝙ ꝑncipiū rerꝫ debet eſſe maxime inſenſibile (vt patet de materia ⁊ forma q̄ ꝑ ſe nō ſentiunt̃) poſuit ꝑncipiū eſſe aerē, q̄ eſt elemēta minꝰ ſenſibilis. Et ꝑſertim quia animalia anhelitu viuunt ⁊ viuētia plurimū in aere creant̃. ¶ Heraclitus autē poſuit ignē: aut q2 principium debet eſſe maxime durationis, ⁊ maxime actiuitatis: quę ꝑſertim inter elemēta cōpetunt igni. Alij vero poſuerunt quoddā medium inter aquā ⁊ aerē, aut inter aerē ⁊ ignē. Authorē huiꝰ opinionis Philopo. ⁊ Themi. dicunt fuiſſe Anaximandrū. Sed certe hoc ſtare non poteſt: quia opinio Anaximādri cōtinuo ſubiungit̃ ab Ariſt. longe alia: ⁊ ideo forſan mutatū eſt nomen apud Themi. ⁊ Philop. Hi oēs cōueniebāt quidē cum Parmenide ⁊ Meliſſo, ⁊ in hoc ꝙ ponebāt vnum eſſe principiū rerū, ⁊ in hoc preterea ꝙ ponebāt illud eſſe ens actu cōpletum vt eſt quodlibet elementū. Unde pariter cōcederēt oīa eſſe aquam aut aerē aut ignē. Differebāt autē, ꝙ licet nō ponebāt formas ſubſtātiales diſtinctas ſpē, admittebāt tñ formas accidētales. ſ. raritatē ⁊ dēſitatē, videlicet ꝙ illud principiū ꝑ raritatē. v. g. fit caro aut lana, ⁊ per denſitatē fit oſſa aut ferrū. Quas ſubinde formas ⁊ a ſubſtantia ⁊ inter ſe dicebāt ratione differre: atq; adeo nō oīa eſſe vnū ratiōe, vt alij opinabātur. ¶ Subdit Ariſto. inter iſtos ⁊ Platonē ⁊ cōuenire quodā modo ⁊ differre. Nā tam iſti q̄ Plato ponebant magnū ⁊ paruū principia rerū: iſti quidē formalia, Plato vero materialia. Ubi ſciēdū eſt ꝙ ſm̄ Platonē principiū formale oīum rerū erat idea: agētia vero naturalia nihil agūt q̄ diſponere materiā per raritatē, vbi ſub maiori quantitate minus eſt de materia, aut per denſitatē ſub minori quantitate plus eſt de materia: ⁊ tunc prima cauſa efficiēs inducit formā: q̄ eſt participatio ideę hoīs, aut equi ⁊c. Un̄ magnū ⁊ paruū eiebat diſpōnes eſſe materię ad recipiēdū formā. Iſti vero ecōuerſo ſupponētes vnū ꝑncipiū materiale dicebāt, raritatē ⁊ dēſitatē eſſe, ſicut formas rerū. Horū opiniones miſſas hic facit Ariſt. tanq̄ parum ad rem ꝑtinētes: de quibꝰ. 1. meta. amplior eſt ſermo. ¶ Alij vero inqt Ariſt. dicunt formas ſubſtātiales rerū eſſe cōtrarias ⁊ diuerſas, in quo iam ad veritatem vtcūq; allucinabātur. Negabāt tñ ⁊ generationē ⁊ alterationē. Ad quorū noticiā, q2 horꝫ hactenus opiniones vix vſq; expoſitas vidi, conſiderandū eſt ꝙ Anaximāder mileſiꝰ ⁊ ciuis ⁊ coetaneus fere Thaletis, fuit primꝰ qui dixit principiū oīum rerū fuiſſe vnū infinitū chaos vt Cic. 4. lib. acad. q. annuit. A quo ⁊ Anaxagoras ⁊ fere poetę id ſuſcepere. Sed q2 Anaxagoras copioſius id expoſuit, circūfertur tanq̄ opinio Anaxagorę: quam ſubinde hic tractat Ariſt. Anaxagoras ergo clazomenus diſcipulus Anaximenis qui fuit auditor Anaximandri, dixit mundum factum fuiſſe hoc modo: ꝙ fuerat ab ęterno aceruus quidā et cōgeries rerū, in quo veluti in quodā chaos gñia oīa ⁊ ſpēs rerū cōmixta latitabāt. Deus aūt quē ipſe mētē appellabat inde ſegregauit oīa ⁊ ſuis cuiuſcunq; locis diſpoſuit. Forſan ſub nebula audierat illud Ge. 1. Spūs dñi ferebat̃ ſup aqs. Un̄ initiū philoſophię ſuę (vt li. 2. refert Laertius) erat hoc. Oīa ſimul erāt: deinde acceſſit mēs, eaq; cōpoſuit. Quā ob rē ⁊ Anaxagoras ipſe appellatus eſt mens. Et inde Ouidiꝰ exordiū ſuę Metamorphoſis deſumpſit dicens, ꝙ ante mare ⁊ terras ⁊c. vnus erat vultus, quē dixere chaos ⁊c. Diſgregatio vero fuit, ꝙ infinitę particulę. v. g. terrę ſeparatę fecerunt terrā: ⁊ infinitę aquę fecerūt aquā: ⁊ infinitę carnes fecerunt carnem: ⁊ ita de omnibus. Has particulas appellabat atomos i. indiuiſibilia corpora. Et dicebat eſſe homiomerias. i. ſimilares propterea ꝙ ſunt partes eiuſdē rationis cum toto. Itaq; atomi ligni erant eiuſdem ſpeciei cum ligno, differentes autē ſubſtanli ſpecie ab atomis lapidis. Facta illa prima diſgregatione rerū, agētia deinceps naturalia, q̄ videntur res nouas trāſmutare ⁊ generare, nihil aliud faciūt q̄ vt atomi q̄ latebāt appareāt. Exēpli gratia. Cū ignis vertit lignū in cineres nihil aliud facit q̄ vt atomi cinerū. quę latebant in ligno appareant ⁊ atomi ligni lateāt: ⁊ cum ſemē decidit ab animali. in ſemine latēt atomi carnis ⁊ oſſis ⁊ ſanguinis ⁊c. quę poſtea dum apparent,

Thales. — Septē ſapientes. — Anaximenes. — Heraclitꝰ. — Plato. — Anaximāder. — Anaxagoras. — Atomi.

ſunt animal. Enimuero q̄ꝛ videbat ex re quacūq̄
oīa poſſe gn̄ari ⁊ cōtraria ex cōtrariis. ſ. calidum
ex frigido ⁊ hoīem ex boue quem comedit: ⁊ rur/
ſus bouē ex hoīe qui cōuerſus in terrā producit
herbā quā paſcit bos, huius cauſam dicebat eſ/
ſe, quia non potuit illa prima diſgregatio rer̄ ita
pure fieri, quin in quocunq̄ indiuiduo manerēt
adhuc oīum rerum atomi ꝑmixte: ita ꝙ in carne
ſunt oīum rerū atomi: niſi ꝙ eſt caro, propterea
ꝙ atomi tm̄ carnis apparēt. Et ideo ſi caro come
datur ab hoīe, fit hō: ſi a leone fit leo: ⁊ ſi cadauer
ponatur ſub terra, fit herba: ⁊ ita in oībus. ¶ Di/
cebat tn̄ illas atomos indiuiſibiles: nō ſicuti eſt
punctum, vel angelus: ſed quia nō poterāt diui
di in partes alterius rōnis: nā licet in carne. v. g.
ſunt permixte atomi oīum rerū, tn̄ in vna atomo
nō ſunt plures atomi aliarū rer̄. Et ideo ex illa ſo
la nihil pōt gn̄ari: ⁊ propterea erat indiuiſibilis
in ſe et inſeparabilis ab aliis atomis. Rurſus q̄ꝛ
generatiōes rer̄ putabat in infinitū duraturas,
ne gn̄ones deficerēt, dicebat et illud chaos fuiſ/
ſe infinitū, ⁊ in quacunq̄ re latere infinitas ato/
mos, nō ſolū īfinitar̄ rer̄ differētiū ſpē, ſed cuiuſ/
cūq̄ rei etiā infinitas. ¶ Hinc ſequit̄ ꝙ Anaxago/
ras nihil ponebat cōpoſitū ex materia ⁊ forma:
quia atomi ille nō ſunt cōpoſite: ſed ſunt ſicut ꝓn
cipia materialia. Et hac etiā rōne dicebat eſſe in
diuiſibiles. His atomis dicebat mūdum eſſe ple
num: niſi ꝙ nō apparēt: obidq̄ radio ſolis intran
te per feneſtrā apparent corpuſcula, que illic an
tea latebant. Non ꝙ illa ſint atomi, vt aliqui pu/
tāt: q̄ꝛ atomi nō ſunt ab inuicē ſeparabiles: ſed ꝙ
ſunt corpora atomis ſimilima vt ꝑ ea quodāmō
cognoſcamus atomos. ¶ Eadem fere fuit opinio
Anaximādri: hoc ſolo differens ꝙ Anaximāder
dicebat illud chaos fuiſſe atomorum cauſam ⁊
initium. Et propterea dicit hic Ariſt. ꝙ ponebat
vnū principiū ⁊ ſubiectū oīum rer̄. Anaxagoras
vero econuerſo dicebat ꝙ atomi fuerant cauſa ⁊
initiū illius chaos. Et ꝓpterea dicit ꝙ Anaxago
ras poſuit infinita principia. Opinio Anaxago/
Democri/ tus. re fuit poſtea Epicuri. Democritus, vero vt infra
tex. 41. videbim⁹ hoc tātūmō differebat ab Ana/
xagora, ꝙ dicebat atomos oīum rerum eiuſdem
ſpēi eſſentialis eſſe: ſed ſolū accidētaliter poſitio
ne. ſ. ⁊ figura differre, vt illic explicabimus. ¶ At
Empedo/ cles. vero Empedocles Agrigētin⁹: quē aiūt Parme/
nidis fuiſſe diſcipulū (vt lib. 8. refert Laerti⁹) cō/
ueniebat quodāmō cum iſtis: ſed multum diſſen
tiebat. Cōueniebat inq̄, affirmās itidē fuiſſe vnū
chaos, vñ mūd⁹ factus eſt. Differebat tn̄, primo,
q̄ꝛ nō dicebat in rer̄ natura eſſe niſi q̄tuor ſpēs re
rū: q̄ ſunt q̄tuor elemēta. ſ. terra, aq̄, aer ⁊ ignis: q̄
ab illo chao fuerunt ſeparata. Hec autē elemēta
per alteratiōnē inuicē ⁊ cōmixtionem, faciūt oīa
mixta. Itaq̄ hō nihil aliud eſt q̄̄ aggregatū ex
illis elemētis. Differebat ſecūdo vt ait hic Ariſ.
[Differūt aūt] ꝙ ille. ſ. Empedocles facit hor̄ cir
culationē. i. opinabat̄ mundū infinities genitū ⁊
corruptū: hic autē. ſ. Anaxagoras. nō, niſi ſemel.
At enim Anaxagoras dicebat mentē feciſſe diſ/
gregationem. Empedocles aſſerebat duas cau/
ſas: alterā efficientē: quā appellabat litem: ⁊ al/
teram corruptricē: quam appellabat amicitiā.
Aiebat ꝙ lite diſgregante elemēta ex illo chao,
mundus generatur: amicitia vero rurſus illa
in aceruum congerente, mundus corrumpitur.

Et hoc dicebat infinities factū eſſe, ⁊ fore. Itaq̄
ante quācunq̄ generationē fuit chaos: ⁊ ante
quodcūq̄ chaos fuit etiā gn̄atio. Hec tot verbis
expoſuim⁹, ne op⁹ eſſet, vt ſepe repeterentur: q̄ tn̄
neceſſaria ſunt ad ſubſequētium intelligētiam.
Videtur autem Anaxagoras ſic infinita, opi- Textus. xxxiij.
nari: quoniam putabat cōmunē opinionem phy
ſicorum eſſe verā, ꝙ NIHIL fit ex eo quod nō EX NIhilo nihil fit.
eſt. propter hoc enim, ſic dicunt, erant ſimul oīa,
& fieri huiuſmodi ſtatuerūt alterari. Alij autem,
congregationem & ſegregationem.
¶ In text. 33. proſequitur tractare opinionē Ana/
xagore, oſtendendo primum radicē errorū iſto/
rum. Radix nanq̄ fuit duplex fundamentum.
Primū illa receptiſſima ſentētia omnium phyſi/
corū. Ex nihilo nihil fit, q̄ in lumine naturali eſt
veriſſima, vt queſt. 7. apparebit. Agētia enim na
turalia virtutē nō habēt quicq̄ producendi, niſi
preſuppoſito ſubiecto. Sunt nāq̄ agentia finita:
⁊ deducere aliquid ex nihilo, arguit potentiam
infinitam, que ſoli cōuenit Deo. Nam ſi educere
effectum ex aliqua preſuppoſita materia ⁊ potē/
tia, arguit aliquā potentia: educere ex duplo mi
nori arguit duplam potentiam, ⁊ ita calculando
educere ex nihilo arguit infinitā. Qua de cauſa
philoſophi naturales creationē, nec ſubodorari
quidē fuerūt ſufficiētes. Ex illo igitur fundamē/
to oēs philoſophi naturaliter loquētes (nā alij
iā ſunt foras exploſi) ſibi pſuaſerūt ꝙ oīa entia,
q̄ ſunt, prius fuerunt in aliquo vno ſubiecto. An
Thales ⁊ alij dicebāt oīa fieri per alterationē. ſ.
per rarefactionem ⁊ condenſationem: alij vero
vt Anaxagoras omnia fieri per ſegregationē ex
vna congerie: cui addebat Empedocles, omnia
corrumpi per congregationem.
Amplius autē: ex eo ꝙ fiunt ex alterutris con Textus. xxxiiij.
traria inerāt ergo. Si enim oē quod fit, neceſſe
eſt fieri aut ex iis que ſunt, aut ex hiis q̄ nō ſunt,
horū autē id quod eſt, ex iis q̄ nō ſunt fieri: impoſ
ſibile eſt (de hac enim cōueniūt opinione, oēs qui
de natura) reliquū, iam contingere ex neceſsitate
putauerūt, ex iis quidē q̄ ſunt & inſunt, fieri. ſed
propter paruitatē magnitudinē: ex inſenſibilib⁹
nobis. vnde dicnut oē in omni miſceri: propterea
ꝙ oē ex omni videbāt fieri. apparere autē differē
tia, & appellari altera ab inuicē: ex eo ꝙ maximè
ſupabundat, propter multitudinē in mixtura in-
finitorū. ſyncerè enim: totū albū, aut nigrum, aut
carnē, aut os nō eſſe. ſed cuius plurimum vnum-
quodq; habet, hoc videri eſſe naturam rei.
¶ Alterū fundamentū ſumebāt ex experiētia, vi/
delicet ꝙ cōtraria fiūt ex alterutris: nam ex cali/
dis videbant fieri frigida: ⁊ ex fructib⁹ terre aīa/
lia: ⁊ ex aīalib⁹ corruptis terrā ⁊c. ⁊ inde infere/
bāt ꝙ in omnibus inſunt omnia. ¶ Ex his funda/
mētis formabāt rōnē, que ex ſupradictis iam eſt
manifeſta. Quicquid fit, aut fit ex ente, aut ex nō
ente. i. ex nihilo: non ex non ente (in quo omnes
vnanimiter cōſentiunt) ergo ex ente: ex ente tn̄
fieri nō poteſt niſi id qd̄ fit, antea fuerit: ergo oīa
ſunt in omnib⁹ permixta. Sed tn̄ appellant̄ (ait)
altera. i. hō aut equ⁹ ⁊c [Ex eo ꝙ maxime ſupabū
dat]. i. propter maiorē multitudinem atomorum
que



que apparēt hoīs, iſte eſt homo: ⁊ propter multi/
tudinē atomorū que apparēt equi, ille eſt equus.
Syncere. n. id eſt, pure nihil eſt ſola caro, aut ſo/
lū os: ſed propter maiorē multitudinē atomorū
dicitur aut caro aut os. Enimuero Anaxagoras
nō habebat pro incōueniēti ꝙ licet atomi eſſent
infinite, nihilomin⁹ eſſent plures carnis q̄̄ oſſis.
Artificiū Ariſto. ¶ Operepreciū eſt hic adnotare artificiū Ariſto.
Intendit em̄ ex ignorātia iſtorū viā parare ⁊ ſter
nere ad ſuā opinionē. At em̄ illi nō naturaliter lo
quētes peccabāt in hoc ꝙ nō diſtinguebāt inter
vnum ſimpl'r ⁊ plura ſimpl'r: cū tn̄ entia ſint vno
mō vnū, ⁊ alio mō plura: ita ⁊ iſti natural'r loquē
tes errabāt, q̄ꝛ nō diſtinguebāt inter ens ſimpli/
citer ⁊ nō ens ſimpl'r: cū tn̄ materia vt Ariſ. docet
in fine huius libri, ſit mediū quodam puta ens in
potentia. Et ita ſaluatur rerū generatio que fit,
nec ſimpliciter ex ente, nec ſimpliciter ex nō en/
te, ſed ex ente in potentia. puta ex materia.
Textus. xxxv. Si igitur INFINITVM ſecundum ꝙ in-
finitum, ignotum eſt: ſecundum multitudinē aut
INFInitum nō eſt cognoſcibile. magnitudinem infinitū, ignotum quantū quod-
dam eſt. ſecundum ſpeciem autē infinitum: igno-
tum quale quoddā eſt. Principijs autem exiſten-
tibus infinitis ſecundū multitudinē & ſecundum
ſpeciē: impoſsibile eſt ea quæ ſunt ex ijs, cognoſ-
cere: ſic enim cognoſcere, cōpoſitum, arbitramur,
cum cognoſcimus ex quibus, & quot ſit.
¶ In hoc tex. 35. ⁊ ſequētibus facit Ariſt. argumē
1. Argm̄. ta ſeptē aduerſus quinq̄ aſſerta ab Anaxagora.
Primū aſſerebat in re quacūq̄ infinitas eſſe ato/
mos, nō ſolū ſpē diuerſas rerū oīm, ſed cuiuſcūq̄
rei etiā infinitas. Cōtra hoc infert ꝙ tūc ſequere/
tur nullā eſſe de rebus ſcientiā: ⁊ per ꝯñs Anaxa
gorā ipſum de rebus a ſe ignotis philoſophari.
Sequela oſtēditur hoc ſyllogiſmo. Nihil poteſt
eſſe cognitum niſi cognitis principijs ex quibus
cōſtat. Hanc probat in calce tex. q̄ꝛ tunc cōpoſitū
cognoſcere arbitramur, cū ei⁹ principia cognoſ/
cimus. vt tex. 1. oſtēſum eſt: ſed principia cōpoſi/
ti, qualia ponit Anaxagoras, nō poſſunt cognoſ/
ci: ergo nec cōpoſitum ipſum. Probatur minor.
Infinitū ea ratiōe qua eſt infinitū, nō eſt cognoſ/
cibile, vt ſi ſit infinitū ſecundū multitudinē aut
magnitudinē, nō erit cognoſcibile ſecundū quā/
titatē: ⁊ ſi fuerit infinitū ſecundū ſpeciem, nō erit
cognoſcibile ſecundū qualitatē: ſed principia ſe
cundū Anaxagorā ſunt infinita ſecundū multitu
dinē, q̄ꝛ in carne. v. g. cuiuſcunq̄ rei ſunt infinite
atomi: ⁊ ſunt infinita ſecundū ſpeciē, q̄ꝛ infinita/
rum rerū ſunt atomi differētes ſpecie: ergo talia
principia ſunt ignota, ⁊ ſecundū quantitatē, ⁊ ſe/
cundū qualitatē. ¶ Quod ſiquis reſpōdeat prime
propoſitioni, ꝙ ad cognoſcendū rem nō requirit̄
cognitio oīm principiorū: nā vt. q. 2. mōſtrabim⁹
nō requiritur ad ſcientiā rei cognoſcere oēs ei⁹
partes quātitatiuas, que ſunt infinite: nec oīa ac
cidētia. Rn̄detur ꝙ requirit̄ cognoſcere oīa prin/
cipia que ſunt in actu, ⁊ oēs partes quodāmodo
ſpecie differentes: vt materiā ⁊ formā, ſanguinē,
colerā, cerebrū. ⁊c. ⁊ Anaxagoras ponit infinita
principia in actu, puta infinitas atomos ſpecie
differētes. Quod ſiquis etiā arguat cōtra maio/
rē ſecundi ſyllogiſmi, ꝙ infinitū in quantū infini/
tum eſt cognoſcibile: vt tēpus licet ſit perpetuū

ſecundū Ariſto. ⁊ pariter motus celi, nihilomi/
nus de illis eſt ſcientia: immo. 3. huius facit Ariſ.
tractatū de infinito in quantū eſt infinitū. Reſpō Duplex infinitū.
detur quod duplex eſt infinitū. ſ. in actu ⁊ in po/
tentia: infinitū in actu non eſt cognoſcibile, niſi
ab infinita potentia: vt deus qui eſt infinitus in
eſſentia ⁊ perfectione a ſeipſo ſolo cognoſcibilis
eſt (loquimur enim de cognitione perfecta que
eſt rei cōprehēſio) ⁊ ideo infinita multitudo gra/
norū tritici, aut infinitus ignis in magnitudine,
poſſent quidē cognoſci ſecūdū eſſentiā ⁊ ſpeciē,
que eſt finita, nō tn̄ ſecundū quantitatē: niſi pri/
uatiue per cognitionē finiti. Et ſi eſſent infinite
ſpecies animaliū, nō poſſet diſtincte cognoſci to
ta natura generica animalis. Et iſtis modis po/
nebat Anaxagoras infinitas atomos. Infinita
vero in potentia nō repugnat eſſe cognoſcibilia
in ſuo toto: perfecte nāq̄ cognoſcitur quantitas
cōtinui, licet ſingule partes proportionales nō
diſtincte cognoſcātur. Et hac ratiōe licet tēpus
⁊ motus ſint perpetua, nihil obſtat quin cognoſ
cātur ſecundū ſuā eſſentiā: ſed quātitas infinita
nō cognoſcet̄ niſi priuatiue per cognitionē finiti.
Et ſub hac cognitione tractat Ariſt. de infinito.
AMPLIVS autē, ſi neceſſe eſt cuius partē Textus. xxxvj.
contingit quantulamcunq; eſſe ſecundum ma-
gnitudinem & paruitatem, & ipſum contingere QVAEſtiōis quartæ locus.
(dico autem talium aliquam partium: inquam
cum inſit diuiditur totū) ſi autem impoſsibile eſt
animal aut plantā quantamcunq; eſſe ſecundum
magnitudinem & paruitatem: manifeſtum eſt ꝙ
neq; partiū quamlibet: erit enim totum: ſimili-
ter. Caro autē & os & huiuſmodi, partes ſunt aīa-
lis: & fructus, plantarū. Manifeſtū eſt igitur ꝙ im
poſsibile eſt carnē, aut os, aut aliq̄d aliud, quantū
cūq; eſſe magnitudine aut in maius aut in minus.
¶ Secundū aſſertū Anaxago. erat ꝙ in qualibet 2. Argm̄.
particula cuiuſcunq̄ rei naturalis latet infinita
multitudo omniū rerū, vt nulla ſit tā minima ca
ro, quin illic ſint actu oīa. Contra hoc facit Ariſt.
argumentū ſecundū. Si in quacunq̄ portiūcula
v. g. carnis quātumcunq̄ minima, laterent actu
oīa que adhuc inde eſſent ſeparabilia, ſequeret̄
ꝙ partes cuiuſcunq̄ rei nō determinarēt ſibi cer
tā quantitatē, nec quo ad multitudinē, cū ſint in/
finite, nec quo ad paruitatē: ſiquidē a quacunq̄
particula eſt ſeparabile qd̄lʒ. Tūc ſic ſi partes nō
terminātur quo ad multitudinē aut paruitatē, ſe
quit̄ ꝙ nec ipſum totū cōpoſitū terminabit̄: q̄ꝛ cū
partes a natura facte ſint ꝑp totū, pars hēt natu
rā toti⁹: ſed ꝯñs eſt falſum, q̄ꝛ qd̄cunq̄ ens natu/
rale ſuapte natura determinat ſibi certā quanti/
tatē ⁊ quoad magnitudinē ⁊ quoad paruitatem:
(neq̄. n. formica eſſe pōt tāta quātus eſt equ⁹, nec
rurſus equus q̄̄ parua eſt formica) ergo et añs
Anaxago. eſt falſum. ſ. in quacūq̄ minima parti/
cula. v. g. carnis, latere ⁊ lignū, lapidē ⁊ oīa en/
tia. Immo dabit̄ tā parua caro, vt illic nō lateat
alia minor caro ſepabilis. De quo quartā diſpu/
tam⁹ queſtionē. ⁊c. ¶ Qd̄ ſiq̄s arguat ꝯtra ꝙ quā/
tūcunq̄ hō terminat̄ ad maximū ⁊ ad minimū, ni
hilomin⁹ in illo ſunt infinite partes ꝓportiona/
les q̄ nec terminant̄ ad maximū nec ad minimū.
Si. n. totū diuidas per partes ꝓportionales, tūc
verſus illud extremū ad qd̄ ꝓcedit diuiſio, qua/

cunq; data, dabitur minor: ⁊ verſus aliud extremũ, quacunq; data, datur maior: ⁊ per cõſequẽs nõ oportet ꝙ ſi partes nõ habẽt terminũ magnitudinis ⁊ paruitatis, totũ nõ habeat. Reſpõdetur ꝙ Ariſt. nõ loquitur de partibus quę ſunt entia ſolũ in potẽtia, ſed de illis partibus quę differunt ſpẽ, ⁊ de illis quę ſunt entia in actu. Et hoc eſt ꝙ ait [in quã cũ inſit. ⁊c.] Si eñ natura hoĩs eſt terminata quoad magnitudinẽ, neceſſe eſt ꝙ partes ratione differẽtes ſint numero finitę, puta caro, os, iecur, caput, manus. ⁊c. Itẽ ꝙ caput habeat terminatã magnitudinẽ ⁊ pariter aliorũ quodcũq; membrũ. Anaxagoras vero ponebat infinitas partes differẽtes ſpecie, ⁊ infinitas atomos quę erant entia in actu: ⁊ propterea procedit argumentum, quod totum non haberet terminatam quantitatem.

Textus. xxxvij.

Amplius, ſi omnia inſunt quidem huiuſmodi in inuicẽ, & nõ fiunt ſed ſegregantur cum inſint, dicuntur autẽ a pluri, fit autẽ ex quolibet quodlibet, vt ex carne aqua, ſegregatũ, & caro ex aqua,

OMNE finitũ per ablationẽ. &c.

O M N E autẽ corpus finitum cõſumitur corporis ablatione finita: manifeſtũ eſt quod nõ cõtingit in vno quoq; vnumquodq; eſſe. Remota eñ ex aqua carne, & iterũ alia facta ex reliqua, ſegregatione: quãuis ſemper minor erit ſegregata, attamen nõ omnem excedit magnitudinẽ paruitate. Quare ſiquidẽ ſtabit ſegregatio: nõ omne in omni inerit: in reliqua enim aqua: non inerit caro. Si vero nõ ſtabit, ſed habebit ſemper remotionem: infinita magnitudine, ę qualia finita inerũt, infinita ſecundũ multitudinẽ. hoc autẽ impoſsibile eſt.

3. Argũ.

¶ Tertiũ qđ aſſerebat Anaxagoras erat ꝙ quodlibet eſt a quolibet ſeparabile. Contra qđ formãtur tria argumẽta. Tertiũ ergo in ordine eſt hoc. Si quodlibet eſſet a quolibet ſeparabile, ſequeretur ꝙ in vna quaq; re. v. g. in carne finita, eſſent infinitę partes equales ſecundũ magnitudinẽ, ⁊ nõ cõmunicantes: qđ implicat cõtradictionem. Ait, equales, q: de proportionalibus nõ eſt incõueniẽs ꝙ ſint infinitę in quocũq; cõtinuo. Addamus nos, nõ cõmunicãtes, q: in vno pedali ſunt infinitę pedalitates cõmunicãtes. Ad probationẽ ſequellę ſupponit prius quatuor dicta Anaxagorę. ſ. ꝙ oĩa ſunt in oĩbus: ⁊ ꝙ res ſimpliciter nõ generãtur, ſed ſegregãtur, ⁊ ꝙ dicũtur a pluri. i. ꝙ res dñatur a maiori multitudine atomorũ prędominãte: ⁊ ꝙ quodlibet fit ex q̊libet, vt ex aqua caro. Et pręterea addit quintũ ſuppoſitũ, videlicet ꝙ oẽ corp⁹ finitũ, ablatione corporis finiti, finities facta, tandẽ cõſumitur. Ex his (inquit manifeſte ſequit̃ ꝙ nõ quodlibet eſt in quolibet, nec ſeparabile a quolꝫ. Probat ſequella. Data aqua, ex qua ſeparet̃ portiuncula carnis, ⁊ facta prima ſegregatione ſeparet̃ ſcđa portiuncula, ⁊ deinde tertia, ⁊ ita deinceps. Tunc ſic aut ſegregatio ſtabit. i. tandẽ ceſſabit in vltima ſegregatione: ⁊ tũc ex reliqua aqua nõ erit ſeparabilis amplius caro. Si vero ſegregationes procedunt in infinitũ, ſequit̃ ꝙ infinitę carnes equales latebãt in aqua finita. ¶ Sed q: offert ſe ſtatim rñſio, ꝙ illę particulę carnis quę ſeparantur nõ ſunt equales, ſed ſemp ſeparat̃ minor ⁊ minor, hanc rñſionẽ excludit Ariſt. ꝙ quãuis pars ſegregata detur minor, ⁊ minor, nihilomin⁹ nõ excedit paruitate omnẽ magnitudinẽ. Quod eſt dicere: nõ eſt poſſibile ſeparare ſemper minorẽ, ⁊ minorẽ ſine termino, ita vt quacunq; minima ſeparata, adhuc ſeparetur alia minor: ſed neceſſe eſt venire ad certã quantitatẽ partis ſeparatę, quę non poteſt ſeparari minor: ⁊ per cõſequens oẽs partes ſeparatę debent eſſe ad minus illi equales. Atq; adeo ſi in infinitũ procedat ſegregatio ſequitur ꝙ in aqua finita erãt infinitę carnes equales. Unde ſequitur contra quintũ ſuppoſitũ ꝙ aqua finita per ablationẽ finitarũ partiũ, finities facta, non conſumetur.

Textus. xxxviij.

Ad hæc autem, ſi omne quidẽ corpus remoto quodã, minus neceſſe eſt fieri, carnis autẽ determinata eſt quãtitas & magnitudine & paruitate:

EX MInimo nihil eſt ſeparabile.

M A N I feſtum eſt, ꝙ ex minima carne nullum ſegregabitur corpus. Erit enim minus: minima. ¶ Amplius autem in infinitis corporibus ineſſet vtiq; iam caro infinita, & ſanguis, & cerebrũ: ſeparata tamẽ ab inuicẽ, nihil autẽ minus entia & infinitum vnumquodq;. hoc autẽ: irrationabile eſt.

4. Argũ.

¶ Quartũ argumentũ eodẽ tendit. Omne finitũ per remotionẽ alicuius finiti fit minus: ergo ſi a carne finita ſeparetur aqua vel quodcũq; aliud ens, erit minor: ⁊ ſi rurſus ſeparet̃, adhuc erit minor: ⁊ ita deinceps. Tunc ſic: caro ⁊ quęcũq; res, vt in prima rõne oſtẽdebatur, de determinat ſibi certã quantitatẽ quo ad paruitatẽ: ergo cũ peruentũ fuerit ad minimã carnẽ, nihil erit inde ſeparabile: ⁊ per ↄñs nõ quodlibet põt a quolibet ſegregari. ¶ Quintã rationẽ addit, ꝙ ſcđꝫ Anaxagorã nõ ſolũ dãtur infinita, ſed infinities infinita in infinitis: vt tripliciter infinitũ reduplicetur. Probatur, nã ſi in carne. v. g. latitẽt entia infinita, puta aqua, lapis, lignũ. ⁊c. cũ quodlibet ſit in quolꝫ, ſeq̃tur ꝙ in quolꝫ illorũ infinitorũ adhuc ſunt rurſus infinita: ⁊ hoc infinities: q: cũ a quolibet ſemp ſine tĩo ſit ſegregabile quodlꝫ, adhuc in quolꝫ infinitorũ, q̃ ſunt in alijs infinitis, erunt infinita: ⁊ in quolꝫ iſtorũ tertiorũ (vt ita dicã) adhũc erũt infinita: ⁊ ita infinities. Qđ tñ adeo eſt inopinabile, vt cogitationem ipſam extinguat.

Textus. xxxix.

Nunquã autẽ ſegregatũ iri: nõ ſcienter quidẽ dicitur, rectè autẽ dicitur. Paſsiones enim inſeparabiles ſunt. Si igitur mixti ſunt colores & habitus: ſi ſegregentur, erit aliquid album vel ſanũ, nõ alterũ aliquid exiſtens, neq; de ſubiecto. Quare inconueniens eſt, impoſsibilia quærens intellectus: ſi velit quidem ſegregare, hoc autem facere ſit impoſsibile, & ſecundum quantitatẽ, & ſecundum qualitatẽ. Secundum quantitatem quidem, quia nõ eſt minima magnitudo. ſecundum qualitatem autẽ: quia inſeparabiles ſunt paſsiones.

¶ Quartũ dictũ Anaxagorę erat, ꝙ ſegregatio rerũ nunq; poterat finiri: ſed quomodocunq; vnũ ſeparetur ab alio, adhuc illud ſeparatũ erat cõmixtũ ex pluribus ſpẽ differẽtibus. De hoc format Ariſt. ſextũ argumentũ ꝑfecto ingenioſum: probãs ꝙ hoc dictũ Anaxagorę nõ eſt quidẽ verũ in ſenſu quo ipſe accipit, ⁊ ideo ait Ariſt. ꝙ nõ ſcienter dictũ eſt: eſt tñ verũ in alio ſenſu: ⁊ ideo recte (inquit) autẽ dr̃. Hic autẽ ſenſus pugnat potius cõtra ipſum authorẽ. Enimuero accidentia ſunt



⁊ inter ſe permixta, ⁊ cũ ſubiecto oĩa eñ accidentia quę ſunt in Petro ſunt ſubiecto vnũ, taliter ꝙ nec a ſubiecto, nec a ſe inuicẽ poſſunt naturaliter ſeparari. Si eñ daretur albedo aut ſanitas ſeorſum exiſtẽs (accipit enim cõcreta formaliter pro abſtractis) tunc ſequeretur ꝙ daretur albedo ſola ſine alio accidente: ⁊ pręterea ſine ſubiecto: quorũ vtrunq; naturaliter eſt impoſſibile. Non eñ ſolũ albedo nõ poteſt eſſe ſine ſubiecto, ſed nec põt dari ens naturale quod habeat ſolũ vnicũ genus accidentiũ: debet nãq; habere quantitatẽ, ⁊ colorẽ, ⁊ grauitatẽ, aut leuitatẽ: immo quatuor ſaltẽ primas qualitates: ergo in hoc ſenſu verũ eſt ꝙ nõ terminabit̃ ſegregatio quin ſemper in cõpoſito maneãt aliqua, puta accidentia, permixta: ſed tamẽ hic ſenſus pugnat contra Anaxagorã dicentẽ, ꝙ oĩa quę ſunt permixta poſſunt ſeparari. Unde ſequitur (ait Ariſto). ꝙ ille intellectus, (quẽ Anaxagoras appellat mentẽ ſegregantẽ oĩa) fuit incõueniẽs ⁊ abſurdus, cũ vellet facere impoſſibile, puta a qualibet quãtitate ſepare quãtitatẽ: cũ tñ ſit dabilis minima aqua nihil eſt ſeparabile: ⁊ cũ vellet ſeparare qualitatẽ. i. accidẽtia a ſubiecto ⁊ ab alijs omnibus qualitatibus: quod tamen naturaliter fieri nequit.

Textus. xl.

Non recte autem generationẽ accipit eorum quæ ſunt ſimiliũ partium. Et enim, vt lutum in luto diuiditur: eſt autem, vt non. Et nõ idem modus eſt, vt lateres ex domo, & domus ex lateribus: ſic autem aqua & aêr ex alterutris, & ſunt & fiunt. ¶ Melius autem eſt: pauciora & finita recipere, quod quidem facit Empedocles.

Septimũ argũ.

¶ Quintũ deniq; qđ Anaxagoras inſinuabat eſt, ꝙ nihil generat̃ niſi a ſuo ſimili. Arguebat eñ ꝙ cũ ex nihilo nihil fiat, ſequit̃ vt ſi ignis gignit̃, antea erat ignis in illo vnde gignit̃. Et ita in reliq̃s. Contra hoc format Ariſt. ſeptimũ ⁊ poſtremũ argumentũ. Ait nãq;, ꝙ non recte accipit gñationẽ ſemp fieri ex ſimilib⁹ partibus ipſi genito. Aliqñ nãq; (inq̃t) ita eſt, vt puta qñ fiunt aliqua entia in actu per diuiſſionẽ cõtinui in quo erãt in potẽtia: vt cũ lutũ diuidit̃ in luta: aut cũ lignũ diuidit̃ in plura ligna: aut lapis in plules lapides. Sed tñ (inq̃t) qñq; cõtraria fiũt ex cõtrarijs mutuo, vt lateres fiũt ex domo qñ dom⁹ diuidit̃: ⁊ rurſus domus ex laterib⁹ qñ ex illis cõponit̃. Text⁹ cõmẽtatoris hẽt ꝙ lateres fiũt ex luto, ſed tñ grecę nõ eſt niſi ex domo. Neq; litera aliter ſtare põt. Uult. n. vti hac ſimilitudine, ꝙ ſic lateres fiũt ex deſtructa domo: ⁊ ruſ⁹ dom⁹ cõponit̃ ex laterib⁹: ita in naturalib⁹ ex aq̃ ꝑ rarefactionẽ gñat̃ aer: ⁊ ruſ⁹ ex aere ꝑ cõdẽſationẽ gñat̃ aq̃. Atq; adeo ex ſemine fit plãta. vel aĩal: ⁊ rurſus ex plãta ⁊ ex aĩali fit ſemẽ. In quo iã accedit ad propriã ⁊ verã opinionẽ gñationis. Uñ cõcludit, ꝙ melius eſt pauciora ⁊ finita principia ponere, vt poſuit Empedocles, q̃ vnũ vt alij, aut infinita, vt Anaxagoras. Quã obrem. 1. meta. ca. 3. vbi latius horũ tractat opiniones, Anaxagoras, inquit, ętate quidẽ ſuperior fuit q̃ Empedocles: operibus vero inferior. Cõmentator hęc vltima verba cõprehendit ſub tex. 41. ſed melius eſt vt relinquantur ſub textu. 40. cum ſint velut ſuperiorum concluſio. ¶ Sequitur hic ſtatim quęſtio quarta ſuper tex. 36. et tex. 38. vtrum entia naturalia. ⁊c.

## QVOD PRINCIPIA RErum naturalium ſint contraria.

## CAP. V.

Textus. xlj.

OMNES igitur contraria, principia faciunt: & qui dicunt ꝙ ſit vnum omne, & immobile (etenim Parmenides calidũ & frigidũ, principia facit. Hæc autem, appellat ignẽ & terram) & qui rarum & denſum. E T Democritus, ſolidum & inane: quorum aliud quidem vt quod eſt, aliud autem vt quod non eſt, eſſe dicit. Adhuc: poſitione, figura, & ordine. Hæc autem, genera contrariorum ſunt. Poſitione, ſurſum & deorſum, ante & retro: figura, angulare inangulare, rectum rotundum.

QVAEſtionis. 5. fundamẽtum.

¶ Reprobatis opinionibus antiquorũ, aggredit̃ Ariſt. propriã opinionẽ de principijs naturalib⁹: quã tribus capitulis exponit. Atqui vt finis oculis obiectus hãc faciat literã perſpicatiorẽ, notandũ eſt intentionẽ Ariſto. eſſe ſtatuere tñ tria principia rerũ naturaliũ. ſ. materiã ⁊ formã, q̃ realiter diſtinguunt̃ ⁊ rei intrãt cõpoſitionẽ: ⁊ priuationẽ, quę ſola rõne diſtinguit̃ a materia, ⁊ eſt termin⁹ a quo reſpectu formę. Et q: veterũ opiniones erãt in duobus extremis, quorũ primi dicebãt eſſe tñ vnũ: alij vero infinita principia (qua de cauſa mediã opinionẽ Empedoclis, tenentis plura eſſe principia ⁊ nõ infinita, magis probauerat) aſſerit primũ aduerſus priores, pꝛĩcipia eſſe plura vno: ⁊ pręterea aduerſus alios, nõ eſſe plura q̃ tria. Utrãq; tñ ꝓpoſitionẽ ꝓbat, vt in ſubſequẽtib⁹ videbim⁹, ex hoc ꝑncipio qđ ꝑncipia rerũ naturaliũ ſunt cõtraria. Qđ ꝑinde fundamẽtũ pręiacit in hoc. 5. cap. ꝙ nouẽ cõplectit̃ textus. ¶ Probat autẽ principia eſſe cõtraria, ꝑmo ex cõi ſentẽtia ⁊ cõſenſu oĩm phorũ, etiã eorũ q̃ errabãt circa ꝑncipia naturalia: nã iſto modo ſunt dignitates probãdę. Eſt. n. dignitas q̃ ꝑ ſeipſam eſt nota apđ oẽs, ẽt apđ cõtraria alias ſenciẽtes. Eorũ eñ q̃ vnũ ꝑncipiũ poſuerũt, alij nõ naturalr̃ loq̃bant̃, vt Parme. Et iſte quodãmodo poſuit principia cõtraria, puta calidũ ⁊ frigidũ: quę appellabat ignẽ ⁊ terrã. Philopo. ⁊ Themiſ. dicũt ꝙ in opibus ſcđꝫ propriã ſentẽtiã tenuit oĩa eſſe vnũ, in alijs vo ſcđm opinionẽ aliorũ, tenuit eſſe duo. Sed melius eſt dicere, vt ait Commentator ꝙ vtraq; fuit ei⁹ opinio, nã dixit oĩa eſſe vnũ, ſcđm rationẽ. i. ſcđm ſpeciẽ: ſed differre ſcđm apparentiã ſenſus: q: alia ſunt calida, alia ſunt frigida: quę ſunt accidẽtales diſpoſitiones. Ex q̃bus (vt cõlector) putabat dimanare oẽs differẽtias colorũ ⁊ ſaporũ ⁊ aliarũ rerũ, vel (vt. 3. cęli author eſt Simplicius.) Parme. cognouit vnã primã cauſam ⁊ vnũ deũ: quẽ ſolũ dixit eſſe verũ ens ſecundũ rationem ⁊ rei veritatem: reliqua vero omnia eſſe ſecundũ apparentiã quaſdã participatiões illius. Quorum diuerſitatẽ ſignificabat nomine ignis ⁊ terrę. ¶ Alij vero naturaliter loquentes vt Thales qui poſuit omnia eſſe aquam, ⁊ Xenophanes qui poſuit eſſe aerẽ, ⁊ Heraclitus qui poſuit eſſe ignem, dixerũt rarum ⁊ denſum eſſe principia diuerſitatis rerum. Democritus autem, qui poſuit principia infinita, poſuit etiam alias contrarietates poſitione ⁊ figura ⁊ ordine. ⁊c. Democritus.

¶ Notan-

¶ Notãda eſt hic dr̃ia inter Anaxagorã ꝛ Democritũ, qui fuit etiã Mileſſius, vt Thales, diſcipulus Anaxagore, ꝛ iunior illo.40.annis: vt lib.9.refert Laerti⁹. Anaxagoras, vt ſupra viſum eſt ponebat infinitas portiunculas ſimilares eiuſdem ſpeciei cum ipſo cõpoſito vt infinitas particulas carnis eiuſdẽ ſpeciei, ꝛ infinitas oſſis alteri⁹ ſpeciei eſſentialis: ꝛ ita in ceteris. Democritus vero ponebat infinitas etiam atomos.i.indiuiſibiles particulas: vniuerſas quidẽ eiuſdẽ ſpeciei eſſentialis, ſed ſolũ quatuor differẽtijs accidẽtalibus diſcrepãtes. Itaqꝫ atomi carnis ꝛ lapidis ꝛ ligni, ꝛ vniuerſe: que ſunt in mũdo, ſunt eiuſdẽ ſpeciei, Differentes tñ primo figura, que erat radix aliarũ. Erãt em̃ alique atomi circulares, ꝛ alique angulares. Et hinc cõtinuo ſubſequebat̃ apud Democritũ ſecũda differẽtia penes plenũ ꝛ vacuũ. qđ hic dr̃, ſolidũ ꝛ inane: nã rotunde ꝛ angulares nõ poterãt in cõpoſitione ita coherere, quin relinquerẽt aliquas vacuitates: quas vocabat poros. Et plenũ appellabat ens: vacuũ vero, appellabat nõ ens. Et quãto plures eſſent pori, tanto res erat rarior ꝛ leuior: vt lana: ꝛ quanto pauciores erãt, tãto res erat dẽſior ꝛ grauior. Tertia differẽtia erat ordinis ꝛ poſitionis. Exẽpli gr̃a: qꝛ in hoie atomi circulares ſunt in parte ſuperiori, caput faciũt rotundũ: ꝛ qꝛ baſes atomorũ angulariũ ſunt in parte inferiori, faciũt plãtas pedũ planas. Et in equo, qꝛ ſurſum coeũt, anguli piramidales faciũt caput ad modũ piramidis: ꝛ qꝛ in pede ſunt circulares, faciũt pedẽ rotundũ. Et piramides acute faciũt dentes, ꝛ atomi obtuſe faciũt molas. Ex eadẽ prima dr̃ia cẽſebat dr̃ias aliarũ qualitatũ dimanare. At qꝛ figura circularis eſt aptiſſima ad motũ, ꝛ ignis eſt velociſſimi mot⁹, affirmabat cauſam caloris eſſe ꝙ in calidis eſt maior multitudo atomorũ orbiculariũ: ꝛ qꝛ figura angularis eſt apta ad ſubſiſtendũ, ꝛ frigiditas facit partes ſubſtantie cõſiſtere, vt patet in aqua gelata, putabat atomos q̃dratas ꝛ cubicas eſſe cauſam frigiditatis. Rurſus atomos triangulares ꝛ piramidales habẽtes acutiſſimos angulos eſſe cauſam albedinis (cuius acuties diſgregat viſum) ꝛ ſaporũ acutorũ. Baſes aũt obtuſas eſſe cauſas cõtrariorũ colorũ ꝛ ſaporũ q̃ ſunt magis obtuſi. Hunc.n.in modũ attoniti illi deſipiebãt. ¶ Arbitror eo nõ eſſe hic mentionẽ factã Anaxagore, ꝙ non ponebat cõtraria principia que ſucceſſiue ſeſe expellerent ab eodẽ ſubiecto, vt ceteri, quippe qui opinabatur oïa actu latere ſimul in quolibet: quod eſt cõtra naturã cõtrariorũ de quo Ariſtoteles redarguit eum.xj.meta.cap.5.

Textus. xlij. ❧ Quod igitur cõtraria quodã modo oẽs faciũt principia: manifeſtum eſt. Et hoc: rationabiliter. Oportet em̃ principia: neq; ex alterutris eſſe, neq; ex alijs, & ex his oïa: cõtrarijs autẽ primis: inſunt hæc: ob id quidem ꝙ prima ſunt, nõ ſunt ex alijs: ob id vero ꝙ ſunt cõtraria, non ſunt ex alterutris.

¶ In tex.42. ſubiungit rationẽ, qua coacti ſunt antiqui ponere pricipia quodãmodo cõtraria. Ait, quodãmodo, q̃m plenũ ꝛ vacuũ, nõ ſunt proprie cõtraria: cũ vacuũ nõ ſit quid poſitiuũ. Neqꝫ figura circularis cõtrariatur proprie angulari: qꝛ figure nihil eſt cõtrariũ, vt habet in predicamẽtis cap. de qualitate. Immo nec, raritas ꝛ denſitas, proprie cõtrariantur: cũ nec ſint actiue nec cõſtẽt ex actiuis: ſed dicunt̃ cõtrarie, qꝛ ſunt forme que nõ poſſunt ſimul eſſe in eodẽ ſubiecto: aut qꝛ vnũ eſt priuatio alterius. Ratio igit̃ eſt hec. Quecunqꝫ nec fiũt ex alijs, nec fiũt ex alterutris: ſed alia fiunt ex illis, ſunt prima principia: ſed prima cõtraria ſic ſe habẽt ꝙ nec fiũt ex alijs, nec ex alterutris, ſed oïa fiũt ex illis: ergo prima cõtraria ſunt prima principia. Et per cõuerſionem, prima principia ſunt cõtraria. Maior eſt diffinitio primorũ principiorũ, tã ſubſtantiarũ q̃ꝫ accidentiũ: eo em̃ ꝙ ſunt prima nõ fiunt ex alijs: ꝛ eadẽ ratione nec fiunt ex alterutris.i.alterũ ex altero: qꝛ ſi a.fieret ex.b.a nõ eſſet primũ, nec ſi.b.fieret ex.a.b.eſſet primũ. Preterq̃ꝫ ꝙ ſi fierẽt ex ſe inuicẽ, idẽ eſſet cauſa ꝛ effect⁹ ſui ipſius. Quod autẽ oïa alia fiant ex illis habẽt eo ꝙ ſunt principia prima. Minorẽ vero.ſ. ꝙ prima cõtraria ita ſe habeãt, probat quo ad duas priores partes, qꝛ prima cõtraria, eo ꝙ ſunt prima, non fiunt ex alijs, ꝛ oïa fiunt ex illis: ꝛ ex eo ꝙ ſunt cõtraria, nõ fiunt ex alterutris. Neqꝫ em̃ frigus verti poteſt in calorẽ, neqꝫ in frigus calor. Tertiã probat tex. ſequẽti. Sed notandũ eſt ꝙ inter contraria alia ſunt que fiunt ex alijs, ꝛ dicunt̃ qualitates ſecũde. vt colores.ſ.albũ ꝛ nigrũ: ꝛ ſapores. vt dulce ꝛ amarũ: alie ſunt qualitates prime. vt caliditas, frigiditas, humiditas, ꝛ ſiccitas, ex quarũ cõmixtione ꝛ temperamẽto reſultãt qualitates ſecũde. Et ideo iſte quatuor ſunt ſimpliciter prima contraria, primaqꝫ principia aliarũ qualitatũ ſecundarũ. ¶ Arguitur autẽ cõtra rationẽ hanc. Principia rei naturalis nõ ſunt qualitates, ſed partes ſubſtãtie: cõtrarietas vero ſolũ cõuenit qualitatibus vt modo exponebamus: qꝛ ſubſtãtie nihil eſt cõtrariũ. vt in predicamẽto ſubſtãtie expoſitũ eſt: ergo prima principia nõ ſunt cõtraria. Et hinc ſumit argumentũ alterũ, ꝙ parũ facit authoritas antiquorũ ad probãdum principia rei naturalis eſſe cõtraria: cum illi ſolũ ponerẽt accidentia cõtraria eſſe rerum principia. ¶ Reſpõdetur ꝙ forma, q̃uis ſit ſubſtantia, cõtrariatur tamẽ forme que expellitur: nõ per ſe primo, ſed ratione qualitatũ primarum quas ſibi vendicat: vt forma ignis forme aque. Et eadẽ ratione cõtrariatur priuationi ſui que prefuit in materia aque. Vñ non citat hic antiquos Ariſt. vt in integrum eorum approbet opinionẽ: vt paulo poſt videbimus: ſed vt eorum cõfeſſionẽ in hoc tñ accipiat, ꝙ quomodocunqꝫ poſuiſſent principia, oẽs tñ ponebãt illa eſſe contraria. Hac rõne victi ꝙ intelligebãt prima principia nõ debere fieri ex alijs.ꝛc. quas cõditiones videbant competere accidentibus contrarijs.

❧ Sed oportet hoc & in ratione cõſiderare: qualiter cõtingat. Accipiendũ igitur eſt primũ: ꝙ omniũ quæ ſunt, nihil neq; facere natũ eſt neq; pati cõtingẽs à cõtingẽti: neq; fit quodlibet ex quodlibet: niſi quis accipiat ſecundũ accidens, qualiter enim fiet albũ ex muſico: niſi accidẽs ſit albo aut nigro, muſicũ? Sed albũ quidẽ: fit ex non albo: & hoc nõ ex omni: ſed ex nigro, aut medijs. Et muſicũ: ex non muſico. ſed non ex omni: ſed ex immuſico, aut ſi: aliquid ipſis eſt medium. Textus. xliij.

¶ Igitur in tex.43. probat tertiã partẽ minoris ſupraposite.ſ.oïa fieri ex cõtrarijs.i.vnumquodqꝫ fieri ex ſuo cõtrario, ſuppoſitis tribus fundamẽtis: nempe ꝙ nõ quodlibet agit in quodlibet contingẽs.i.indeterminatũ: nec quodlibet patitur a quolibet cõtingenti.i.indifferẽter a quocũqꝫ: nec quodlibet proinde fit ex quolibet: ſed ſolũ cõtrarium agit in ſuũ cõtrarium: ꝛ patitur a ſuo cõtrario: ꝛ quodlibet fit ex ſuo determinato contrario. Subiungit exẽpla in accidẽtibus: qꝛ ſunt ſenſui notiora: per que ſenſim deſcendit ad ſubſtantias. Albũ enim per ſe non fit niſi ex nigro aut ex medio colore colorato. Neqꝫ fit ex muſico, aut ex quocũqꝫ alio impertinẽte accidẽte, niſi de per accidẽs: qꝛ accidit vt ſubiecto, cui ineſt nigredo, inſit etiã muſica, aut dulcedo. ¶ Et vt vno verbo literã exponamus, nõ albũ, aut, nõ muſicũ, poteſt accipi in propoſito dupliciter, vt ex Alber. mag. trac.3.c.1. colligitur: vno modo mere infinitanter pro omni illo qđ nõ eſt album, aut nõ eſt muſicũ: alio modo priuatiue pro illo qđ nõ eſt album: ſed eſt de per ſe t̃r̃us a quo incipit gñatio albi: quale eſt nigrũ aut medio colore coloratũ, qđ noncupat̃ per ſe priuatio albi. Et ideo ait ꝙ albũ fit de per ſe ex nõ albo: nõ tñ ex oï: qꝛ non fit de per ſe ex muſico aut ex dulci, ſed ex ſuo cõtrario puta ex nigro, aut medio colore colorato. Et muſicũ fit ex nõ muſico: nõ tñ ex omni: qꝛ nõ fit de per ſe ex albo (impertinẽs.n.eſt eſſe albũ illũ q̃ fit muſicus) ſed de per ſe fit ex nõ muſico.i.ex hoïe ignorante muſicã, apto vt diſcat illã. Et pariter in ſubſtantijs equus fit ex nõ equo, nõ quocũqꝫ: ſed eſt embrione vbi eſt prima priuatio forme equi: de quo latius.q.5. vbi habes rationẽ eſſe, qꝛ fieri eſt nouũ eſſe acquirere, ꝛ per ꝯñs quicquid fit, fit ex ſui negatione in ſubiecto apto. ¶ Atqui notanda eſt probatio hec Ariſtot. Intendit.n.a poſteriori ꝛ a ſigno, quod experiẽtia cõpertũ eſt, probare ꝙ nihil agit niſi in ſuũ cõtrariũ, nec patitur niſi a ſuo cõtrario, nec fit niſi a ſuo cõtrario. Experimur.n. ꝙ ſimile nõ agit in ſimile: ignis enim nõ calefacit ignẽ: nec calidũ vt quatuor calefacit calidũ vt.4. Experimur itẽ quod de per ſe ignis nõ calefacit quodcũqꝫ indifferẽs: nõ em̃ calefaceret celũ nec de per ſe calefacit dulce aut albũ aut muſicũ: qꝛ impertinẽs eſt paſſo, vt calefiat ab igne, habere talia accidentia: ſed de per ſe, vt ignis calefaciat aliq̃d requirit̃ illud eſſe frigidũ. Signũ ergo eſt ꝙ ratio de ꝑ ſe actiõis eſt cõtrarietas inter agẽs ꝛ patiẽs nullũ.n.agẽs agit niſi expellẽdo ſuũ contrariũ. Quo fit vt ratio quare de ꝑ accidẽs ex muſico fit calidũ, nõ eſt (vt quidã dicũt) ꝙ muſica nõ eſt in eodẽ ſubiecto in quo eſt albedo, ſed eſt in intellectu: nã tũc ſaltẽ ex dulci de per ſe fieret albũ qđ eſt falſum: ſed ratio eſt qꝛ calor nõ cõtrariatur muſice. Hac ingenioſa rõne explicat q̃ principia ſunt cõtraria, ꝛ quo mõ ſunt cõtraria. Forma em̃ nõ cõtrariat̃ materie, ſed proprie priuationi, ex qua fit tanq̃ꝫ ex termino a quo: q̃ quidẽ priuatio expellit̃ ab eodẽ ſubiecto, ad modũ cõtrariarũ formarũ. Contrariat̃ em̃ forma ignis priuationi eius que erat in materia aque: vt amplius.q.5. quã de hac re mouem⁹ explicabitur. ¶ Quod ſi quis hic arguat eſſe contradictionẽ: cũ ſuperius dixerit Ariſt. cõtraria non fieri ex alterutris, hic vero dicat cõtrariũ fieri ex ſuo cõtrario. Reſpondetur modo, ꝙ ſupra loquebatur de cõtrarijs in abſtracto. Albedo.n. non fit ex nigredine: hic vero loquitur in ꝯcreto ſubiectũ em̃ albũ fit nigrũ. Sed exactius: ꝛ forte melius reſpondetur.q.5.

Non albũ priuatiue.

❧ Neq;, igitur corrumpitur in cõtingẽs primũ. vt albũ: nõ in muſicũ, niſi forte ſecundũ accidens: ſed in nõ albũ: & nõ in cõtingens: ſed in nigrum, aut medium. Similiter autem & muſicum: in non muſicum: & hoc, non in contingens: ſed in muſicum, aut ſi ipſis aliquid medium eſt. Textus. xliiij.

¶ In textu.44. ſubdit ſimilia exẽpla ſecundi fundamẽti: videlicet, ꝙ nec quodlibet corrũpitur in quodlibet cõtingens.i.indeterminatũ: qꝛ albũ nõ corrũpitur in muſicũ (poteſt.n. qui deſinit eſſe albus, manere muſicus) ſed in nigrũ aut in medio colore coloratum: poteſt tamen de per accidens corrumpi in muſicũ, ſi ſimul efficiatur ꝛ niger ꝛ muſicus. At vero de per ſe nihil corrumpitur, niſi in ſui propriam priuationem.

❧ Similiter autem his & in alijs. Quoniã & non ſimplicia eorũ quæ ſunt ſed cõpoſita: ſecundum eandem ſe habent rationẽ. Sed propterea ꝙ oppoſitæ diſpoſitiones nõ denominatę ſunt: latet, hoc cõtingens. neceſſe eſt enim: omne conſonans ex inconſonanti fieri, & inconſonans ex conſonanti. & corrumpi: conſonans in inconſonantiam, & hanc non cõtingentem, ſed in oppoſitum. Textus. xlv. ¶ Differt autem nihil: in conſonantia dicere, aut ordine, aut compoſitione. Manifeſtum enim eſt: ꝙ eadẽ ſit ratio. At vero & domus, & ſtatua, & quodlibet aliud, fit ſimiliter: domus enim fit: ex eo ꝙ non compoſita ſed diuiſa ſunt hæc ſic. & ſtatua & figuratum aliquid: ex in figurato. & vnum quodq; horum: ſecundum alia quidem ordo, ſecumdum alia verò compoſitio quædam eſt. Textus. xlvj.

¶ In his duob⁹ textibus.45.ꝛ.46. quos nõ opus erat diuidere, ſubiungit ꝙ hoc.ſ. non quodliber fieri ex quolibet, nõ ſolũ in accidẽtibus ſimplicibus verũ habet, ſed etiã in rebus cõpoſitis. Niſi ꝙ in illis nõ eſt nomen impoſitũ, ſignificans contrariã qualitatẽ aut priuationẽ illam ex qua res fit. Compoſitũ enim fit per quandã conſonantiã ꝛ coherentiã partiũ ex inconſonantia ꝛ inordinatione precedenti. vt exercitus fit ex inconſonantia.i.ex inordinatis ꝛ ſeparatis hominibus: que inordinatio nõ habet nomen impoſitũ: ſicuti nigrũ ꝛ rubeũ ſunt nomina contraria reſpectu albi. Etenim domus non fit ex domibus: ſed ex inconſonantia lapidum ꝛ lignorum. Et pariter ſtatua. Itaqꝫ domus de per accidens fit ex lapidib⁹ albis aut nigris, ſed fit ꝑ ſe ex inconſonãtia illorum. Neqꝫ fit ex quacunqꝫ incõſonantia: quia non fit ex inconſonantia muſice. Et pariter ſtatua non fit per ſe ex ligno albo vel nigro. Nec de per ſe fit ſtatua Mercurij ex ſtatua Martis: ſed ex priuatione ſtatue Mercurij.i.ex ligno carente forma Mercurij. Et pariter homo non fit ex homine tanquam ex termino a quo: ſed ex non homine.i.ex priuatione hominis in ſubiecto apto.

❧ Si ergo hoc verum eſt: omne quod fit fiat: & corrumpatur quod corrumpitur, aut ex contrarijs aut in contraria & horum media: media autem: ex contrarijs ſunt. vt colores: ex albo & nigro. Quare omnia vtiq; erunt quæ natura fiunt: aut contraria aut ex contrarijs. Textus. xlvij.

¶ In tex.

¶In tex.47. infert concluſionē intentā videlicet, ꝙ nō quodlibet fit ex quolibet, ſed ex ſua propria priuatione, tanꝗ̄ ex termino a quo. Ut album ex nō albo.i. ex priuatione albi in ſubiecto apto nato: ⁊ calidū ex priuatione calidi in ſubiecto apto nato. Non eñ fiunt ex pura negatione, alias fierēt ex nihilo, ſed de potentia materię, vt.q.7. explicatur. Sed qꝛ dixerat contrariū fieri ex cōtrario, ne quis cōtra arguat, eo ꝙ albū nō ſolū fit ex nigro, ſed ex medijs coloribus coloratis, explicat ꝙ medij colores quodā modo contrariantur extremis: nā participāt rationē vtriuſqꝫ extremi: ⁊ ideo rubedo quatenus participat rationē nigredinis, cōtrariatur albedini: ⁊ in quantū participat rationē albedinis, cōtrariatur nigredini. Hinc deniqꝫ cōcludit Ariſt. ꝙ oīa quę natura inuicē ſeſe generāt ⁊ corrumpūt, aut ſunt cōtraria, aut cōſtant ex cōtrarijs. Enunciauit cōcluſionē diſiunctiue: qꝛ nō vult determinare modo an ſubſtantię proprię ſint cōtrarię: ſatis eñ habet ꝙ aut formę ſubſtantiales ſunt proprię contrarię, aut ſaltem id habeant ratione contrariarum qualitatum, quas ſibi vendicant.

Textus. xlviij. Huc vſq; igitur fere ſequuti ſunt & aliorum plurimi: quemadmodum diximus prius. Omnes enim elementa, & ab ipſis vocata principia quāuis ſine ratione ponentes, tamen contraria dicūt, tanquam ab ipſa veritate coacti. Differunt autem ab inuicem: ex eo quòd alij quidem priora, alij poſteriora accipiunt. & quòd hi quidem, notiora ſecundum rationem: illi autem, ſecundum ſenſum. Hi enim, calidum & frigidum: illi autem, humidum & ſiccum. Alij autem: impar & par. Quidam autem: litem & amicitiam cauſas ponūt generationis. Hæc autem: ab inuicem differunt ſecundum diſtinctum modum.

¶In tex.48. repetēdo priſcorū opiniones oſtēdit Ariſt. quomō de cōtrarietate principiorū conſentiebāt, ⁊ quomodo diſſentiebant. Ait ergo ꝙ huc vſqꝫ plurimi antiquorū veritatē allucinati ſunt, ꝙ plurimi cōtraria principia poſuerūt. Plurimi, inquit, ad ſubnotandū Anaxagorā qui, vt paulo ſuperius dicebamus: re vera nō ponebat principia cōtraria: ſi quidē oīa ſimul actu eo exiſtere dicebat in eodē ſubiecto. Neqꝫ aliquod ꝑinde ſubiectū ponebat mutari a cōtraria in cōtrariā formā. Ait vero eos nō ratiōe: ſed veritate coactos fuiſſe in illā ſententiā. Non eñ cognouerūt quomodo agēs educat formā de potentia materię, atqꝫ adeo ex priuatione quę cōtrariatur ipſi formę: ⁊ ideo nō ſunt moti ex vera ratione cōtrarietatis principiorū. Sed quemadmodum lapis (vt ait S.Tho.) ſuapte natura ſine cognitione fertur ad ſuū propriū finē, ita intellectus ſepe ſuapte natura victus eſt veritatē confiteri. De quibus ait Ariſt.1.meta.cap.4. ꝙ quemadmodū in exercitati ⁊ indocti pręliandi plagas egregias quandoqꝫ infligūt, ita iſti forte ⁊ abſqꝫ ratione aliquas attigerūt veritates. ¶Subdit deinde eorū differentiā: nā quidā eorū ponebāt principia priora: alij vero poſteriora. Parmenides nāqꝫ ponebat calidū ⁊ frigidū: Thales vero ⁊ alij, qui ponebāt raritatē ⁊ denſitatē eſſe principia rerū, virtualiter ponebāt illa eſſe humidū ⁊ ſiccū: nā humiditas cauſa eſt rarefactionis: ſiccitas vero, cōdenſatiōis: vt patet in luto ⁊ cera. Calidū vero ⁊ frigidū, eo ꝙ ſunt qualitates actiuę, priores natura ſunt, qꝫ humidū ⁊ ſiccū, q̄ ſunt qualitates paſſiuę: nā agens prius eſt paſſo. Rurſus alij ponebāt cōtraria ſecundū rationē: alij vero ſecundū ſenſum. Etenim iſte modo nominate qualitates, obiecta ſunt ſenſus tactus. Pythagorici vero ponebāt principia eſſe par ⁊ impar: quę ſunt nota ſecundū rationē: qꝛ par ⁊ impar, cū ſint paſſiones mathematicę, abſtrahūt a materia ſenſibili. Et pariter illa contrarietas Empedoclis, inter litē ⁊ amicitiā nō eſt ſenſibilis: ſed abſtrahit a ſenſu. Pythagoras qꝛ inter Aegyptios nutritus fuit, qui mathematicas ſciētias pręſertim collebāt, oēs rerum naturas ſtuduit per numerorū proprietates explicare. Ut ſicut vnitas eſt principiū numeri, ita par ⁊ impar cenſebat eſſe rerū principia. Hoc mō: Numerus impar, qꝛ eſt diuiſioni ineptus, eo ꝙ non eſt diuiſibilis in duo equalia, appellabatur a Pythagora identitas ⁊ finitas: quaſi ſit res incorruptibilis: numer⁹ vero par, qꝛ eſt diuiſibilis in ſemꝑ diuiſibilia: vt octo q̄ eſt diuiſibilis ꝑ eq̄les numeros vſqꝫ ad vnitatē, appellabatꝰ infinitas ⁊ diuerſitas: qꝛ per diuiſionē cōtinui ꝓcedit numerus in infinitū. Rurſus qꝛ materia de ſe dicit rem indeterminatā ⁊ indefinitā: forma vero terminat materiā cōſtituēdo certā ſpeciē, numerū parē appellabat materiā ⁊ feminā, numerū vero imparē nūcupat formā atqꝫ maſculū. Et ideo dicebat oīa conſtare ex pari ⁊ impari, tanquam ex materia ⁊ forma. Tertio huius tex.25. de hoc amplius.

Non rōne ſed veritate victi.

Pythagoras.

Textus. xlix. Quare: eſt eadē dicere quodammodo & altera ab inuicē. Altera quidē: quemadmodū & videtur plurimis. Eadē autē: ſecundū analogiam: accipiūt enim: ex eadem coordinatione. Hæc enim continent, alia autem continentur: contrariorum. Sic igitur: ſimiliter dicunt & aliter, & peius & melius. Et hi quidem notiora ſecundum rationem, ſicut dictum eſt prius: illi autem, ſecundum ſenſum. Vniuerſale enim, ſecundum rationem notū eſt: ſingulare autem, ſecundum ſenſum. ratio enim vniuerſalis eſt: ſenſus autem, particularis: vt magnum & paruum, ſecundum rationem: rarum autem & denſum, ſecundum ſenſum. Quod igitur contraria oportet eſſe principia: manifeſtum eſt.

¶In tex.49. et poſtremo huius capitis colligit Ariſt. ꝙ hac prefata ratione antiqui quodā modo dicebāt eadē, ⁊ quodā modo altera.ſ. diuerſa. Altera quidē ⁊ diuerſa, qꝛ diuerſi, vt dictū eſt, diuerſas pronunciabāt cōtrarietates. Idem vero ſentiebāt oēs ſecundū analogiā.i. proportionabiliter: qꝛ vnuſquilibet ponebat contraria ex eadē coordinatione. Qđ eſt dīc: Parmenides qui ponebat calidū vnū principiū, non ponebat alterū principiū eſſe humidū, albūve, ſed frigidū: quod dicit qualitatē actiuā cōtrariā calori: humiditas vero, cū ſit paſſiua, nō eſt eiuſdē coordinationis, ⁊ ideo nec eſt cōtraria calori. Rurſus Pythagoras qui ponebat vnū principiū eſſe impar, nō ponebat aliud principiū eſſe diſcordiā, aut eſſe calidū, quod ſignificat qualitatē alterius coordinationis, ſed par, qđ eſt contrariū eiuſdē coordinationis. Itaqꝫ appellat eandē coordinationē duo contraria diuidentes aliqđ genus, vt calidū ⁊ frigidū, humidū ⁊ ſiccū, par impar. ⁊c. Atqui ꝙ iſta cōtraria ſint diuerſarū coordinationum, probat dupliciter. Primo qꝛ aliqua ſunt cōtinentia ⁊ aliqua cōtenta: nā actiua virtualiter cōtinent paſſiua, ⁊ ſuperiora cōtinent inferiora: vt calidū ⁊ frigidū, cōtinent humidū ⁊ ſiccū: qꝛ actiua habēt ſe vt formę, paſſiua vero vt materia: forma vero cōtinet materiā, eo ꝙ informat ⁊ dat illi eſſe. Itē illa quę ſunt cōmuniora cōtinēt alia quę ſunt magis particularia. vt, par ⁊ impar, quę eſt paſſio quātitatis, vniuerſalior eſt cōtrarietas, qꝫ calidū ⁊ frigidū: cōpetit eñ oībus quātis, tā ſubſtātijs, qꝫ accidētib⁹, ſiue ſint qualitates primę, ſiue colores ſiue ſapores. ⁊c. [Sic igitur (inquit) ſimiliter dicūt, ⁊ aliter].i. aliquo mō cōcordant, ⁊ aliquo mō diſcordāt. [Et peius ⁊ melius].i. aliqui melius loquūtur: ⁊ aliqui peius. Alij exponūt.i. oēs ex duobus cōtrarijs dicūt vnū eſſe melius, ⁊ aliud pei⁹. Sed forte prima expoſitio melior eſt. ¶Secundo probat illa cōtraria nō eſſe oīa eiuſdē coordinationis: qꝛ alia ſunt notiora ſcđm rationē, alia vero ſcđm ſenſum. Nam par ⁊ impar, cōcordia ⁊ diſcordia, quę abſtrahūt a ſenſu, ſunt notiora ſecundū rationē ⁊ ſimpliciter: calidū vero ⁊ frigidū, humidū ⁊ ſiccū ſunt notiora ſecundū ſenſum. Ratio eñ, inquit, id eſt, intellect⁹, vlīs.ſ. obiecti eſt, ſenſus vero, particularis obiecti. Hęc authoritas vulgatiſſima eſt ad probādū ꝙ intellect⁹ directe nō cognoſcit niſi vlīa: ſicuti ſenſus nō cognoſcit niſi ſingularia: tametſi intellect⁹ per reflexionē poſſit cognoſcere ſingulare.i. per ſpeciē vniuerſalē determinatā a phantaſmate, vt.q.2. dicebam⁹. Ponit exemplū, vt, magnū ⁊ paruū, ſcđm intellectū: rarū vero ⁊ dēſum cognoſcit ſcđm ſenſum. Enimuero magnū ⁊ paruū, accipiunt reſpectiue: dr̄.n. formica magna reſpectu paruę: ⁊ elephas paruus reſpectu magni: relatio vero non ſenſu, ſed ſolo intellectu cognoſcitur. Sed rarū ⁊ dēſum, ſunt qualitates tactu perceptibiles, ſicuti humidū ⁊ ſiccū, quę ſunt cauſę illarum. Alludit hic forte ad opinionē Platonis, cuius ſupra meminerat tex.32. tenentis magnum ⁊ paruum eſſe principipia materialia rerum. Quam quidem illic ſumus opinionem interpretati. ¶Sequitur continuo caput ſextum.

Intellectus eſt vniuerſaliū.



## QVO NVMERVS PRINcipiorum inquiritur.

## CAP. VI.

Textus. l. CONSEQVENS autem erit dicere, vtrum duo, aut tria, aut plura ſint. vnū enim, impoſſibile eſt: quoniam non vnum, contraria. ¶Infinita autem non: quoniam neq; ſcibile, quod eſt, erit. ¶Et vna contrarietas, in omni genere vno. Subſtantia autem, vnum quoddam genus eſt. Et quia contingit ex finitis: melius autem ex finitis quemadmodū Empedocles, q̄ ex infinitis: omnia nanq; aſſignare opinatur: quemadmodum Anaxagoras ex infinitis. Amplius ſunt alia alijs priora contraria. & fiūt altera ex alijs vt dulce & amarum, album & nigrum: principia autem, ſemper oportet manere. Quod igitur neq; vnum neq; infinita ſint: manifeſtum eſt ex his.

¶Hoc deniqꝫ prętacto fundamento, quod principia rerum naturalium ſunt contraria, hinc venatur Ariſto. eorum numerum. Et in hoc.6. capite, quod octo textus habet, procedit ſolum diſputatiue inquirendo, ⁊ in ſequenti determinat veritatem. Primum igitur omnium in hoc.1. textu qui eſt numero quinquageſimus, excludit, ⁊ tantū eſſe vnum principiū, ⁊ eſſe infinita: tanꝗ̄ duo extrema maniſeſte falſa. Proponit ergo quod ex veritate iam modo aſſerta inquirendum eſt vtrum duo an tria an plura, ſcilicet, in aliquo finito numero ſint principia. Nam vnicū (inquit) eſſe non poteſt: quia principia debent eſſe contraria, ⁊ nihil ſibi ipſi contrarium eſt. Nec rurſus poſſibile eſt eſſe infinita. ¶Qđ quatuor rationibus cōfirmat. 1. Ratio. Prima: quia alias principia nō eſſent cognoſcibilia, ⁊ per cōſequens de cōpoſitis non eſſet poſſibilis ſcientia. Nam infinitum a finita potentia (qualis eſt humana) cognoſci nequit. vt tex.35. aduerſus Anaxagorā concluſum eſt. ¶Secunda ratio eſt. 2. Ratio. In vnoquoqꝫ genere vnica eſt prima cōtrarietas, ad quam omnes contrarietates eiuſdē generis reducūtur: ſed ſubſtantia eſt vnū genus: ergo vna eſt prima cōtrarietas in genere ſubſtātię: ⁊ prima cōtrarietas in vnoꝗqꝫ genere pertinet ad principia illius generis vt probatū eſt: ergo vna eſt cōtrarietas principiorū in genere ſubſtantię: vnius autē cōtrarietatis duo ſunt tantū extrema: ergo principia ſubſtantię nō ſunt infinita. ¶Sed dubiū eſt hic quod in genere ſubſtantię ſunt multę cōtrarietates. vt, corporeū ⁊ incorporeū, rationale ⁊ irrationabile, ⁊ in genere quātitatis ſunt, par ⁊ impar, magnū ⁊ paruū, in genere qualitatis, calidū ⁊ frigidū, albū ⁊ nigrū, ⁊ multę alię: ergo falſa eſt maior huius rationis Ariſt. ¶Locū iſtū varię exponūt interpretes Ariſtot. qꝛ nō eſt intellectu facilis. Quod tamen mihi videor intelligere, eſt, ꝙ in vno quoqꝫ genere eſt vna cōtrarietas vlīs, ⁊ generica, ſub qua oēs alię cōtinentur. Et hęc ſe habet per modū habitus ⁊ priuationis: diuiditur eñ ſubſtantia per corporeū ⁊ incorporeū: ⁊ rurſus corpus, per ſenſibile ⁊ inſenſibile: deinde ſenſibile per rationale ⁊ irrationale. vt in arbore Porphyriana viſum eſt. Et oēs ſpecies animalis ſe habēt virtualiter hoc modo: nā forma vnius cōtinet virtualiter priuationē alteri⁹. Unde ſequitꝰ ꝙ oēs reducūtꝰ ad hāc quę eſt, habitus ⁊ priuatio, Et hic ingenioſę deſignat Ariſto. contrarietatē principiorū naturaliū. Cum eñ ex aqua fit ignis, forma ignis educitꝰ de potētia materię: vbi erat priuatio talis formę. In quo elicitꝰ opinio Anaxagorę, qui nihil putabat educi de potētia materię: ſed vniuerſa actu latere ī ſubiecto. Qua de cauſa ponebat infinita latere in quolibet: ⁊ per cōſequens reſpondetur ad rationē ſuę opinionis. Ratio enim quare non opus eſt ponere infinita, eſt: qꝛ forma geniti non erat actu in materia, ſed tantum in potētia. Pari modo in prędicamētis accidentiū oēs contrarietates reducūtur ad habitū, ⁊ priuationē: quę eſt ſuprema contrarietatum. Nam inter omnes ſpecies, ſiue ſubſtantię, ſiue accidentium, vna excedit aliam, ſicut numerus, numerum. Quo circa illa quę eſt inferior eſt ſicut priuatio ſuperioris, vt frigus virtualiter eſt priuatio caloris: nigredo priuatio albedinis. Et ita in reliq̄s.

Prima cōtraria.

¶Tertia

3.Ratio. ¶Tertia ratio eſt. Fruſtra fit per plura qđ põt fieri per pauciora: ſed per finita principia poſſunt fieri oẽs gñationes: ergo ſuperflue ponunt infinita. Unde meli⁹ (inqt) poſuit Empedocles finita principia, ꝙ Anaxagoras infinita. Maior eſt veriſſima, ppterea ꝙ natura (que ordinatiſſima eſt) nihil agit ſine neceſſitate, alias ageret fruſtra: ⁊ ideo cũ principia ordinẽtur ad cõpoſitũ, nõ multiplicat plura principia ꝙ ſint neceſſaria ad generationẽ rei. Ueluti ars, que nature eſt imitatrix, nõ vtit pluribus inſtrumẽtis aut medijs ꝙ ſint ad finẽ neceſſaria. Medicus. n. non operaret ex arte, ſi plura adhiberet remedia ꝙ que ſunt ad ſanitatẽ neceſſaria. Minorẽ vero probat qꝛ Empedocles principijs finitis deſignat oẽs generationes, melius ꝙ Anaxagoras infinitis.

4.Ratio. ¶Quarta ⁊ poſtrema ratio eſt. Prima principia ſunt certa ⁊ determinata: ergo nõ ſunt infinita: qꝛ infinitum idẽ eſt qđ indeterminatũ. Probt añs. Ex contrarijs principijs alia ſunt priora aliaqꝫ poſteriora, que fiunt ex prioribus, ⁊ ex alterutris. vt qualitates ſecũde puta, albũ ⁊ nigrũ, dulce ⁊ amarũ, fiũt ex actione ⁊ tẽperamento primarũ quatuor qualitatũ: ⁊ rurſus ex albedine ⁊ nigredine cõmixtis fiũt colores medij: ⁊ ex ~~albedine~~ [amaritudine] ⁊ dulcedine cũ mixtis, fiunt medij ſapores: ſed principia debent manere formalr in cõpoſito: ergo iſta cõtraria ſcđa, cũ nõ maneãt formalr in qualitatib⁹ medijs, nõ proprie habẽt rationẽ primorũ principiorũ: ⁊ per cõñs nõ oĩa principia cõtraria ſunt prima principia: ſed illa certa ⁊ determinata ex quibus alia producũtur: atqꝫ adeo nõ ſunt infinita pma principia.

Ex alterutris. ¶Nõ ſi queras quomõ hic dicit contraria principia fieri ex alterutris, cũ ſuperius in diffinitione cõtrariorũ id negauerit: facilis eſt prima frõte reſpõſio, vti iam ſemel dictũ eſt, ꝙ ſupra loquebat de cõtrarijs in abſtracto, ⁊ manifeſtũ eſt ꝙ albedo nõ fit ex nigredine: hic vero loquit de ſubiecto qđ ſucceſſiue eſt ſub diuerſis cõtrarijs qualitatibus. Sed profecto expoſitio hec nõ plene vr ſatiſfacere textui: nã hic vult ponere dñiam inter qualitates ſcđas ⁊ pmas, ⁊ in hoc nulla eſt dñia: qñ pariter ex calido fit frigidũ, ⁊ ecõuerſo. Itẽ qꝛ hic loquit de principijs, ⁊ principia formalia in gñe qualitatis ſunt accidẽtia ipſa in abſtracto. ¶Aliter ergo dicendũ eſt forte. hãc. ſ. eſſe dñiam inter primas ⁊ ſcđas qlitates, ꝙ prime ſunt cauſa ſecundarũ, taliter vt formalr maneãt in ſubiecto earũ fit. n. albedo ex tẽperamento quatuor qualitatũ manentiũ formalr in mixto: ſed tñ qñ ex mixtione cõtrariarũ qualitatũ ſecundarũ fit qlitas media, nõ manẽt formalr ille extreme. In rubore em̃ nec eſt formalr albedo, nec formalr nigredo: neqꝫ in ſapore medio eſt formalr amaritudo aut formaliter dulcedo. Unde licet iſta cõtraria fiãt quodammodo ex alterutris. i. colores medij, qui extremis cõtrariãtur, fiant ex illorũ mixtione (qꝛ medij participãt rationẽ extremorũ) nihilomin⁹ illi extremi nõ habẽt rationẽ principiorũ: qꝛ non manẽt formaliter in ſubiecto, medio colore colorato: ſed quatuor prime qualitates, eo ꝙ formaliter manẽt in mixto, dicuntur prima principia ſecundarũ qualitatũ. Qua ratione nõ ſolũ probat ꝙ prima principia ſint determinata ⁊ non infinita, verũ acute alludit ad principia ſubſtantialia: materia enim ⁊ forma, eo ſunt principia compoſiti, qꝛ manẽt illic formaliter. Eſt namqꝫ artificiũ Ariſto. per accidentia que ſunt ſenſui peruia, occulta principia ſubſtantie patefacere.

Textus.lj. ❧ Quoniam autẽ finita: nõ facere duo tantũ, habet quandã rationẽ. Dubitabit enim aliquis, qualiter denſitas raritatem facere apta natura ſit, aut hæc denſitatẽ. Similiter autẽ: & alia quæcunq; cõtrarietas: nõ enim concordia, diſcordiam congregat, & facit aliquid ex ipſa: neq; diſcordia, ex illa: ſed vtraq;, alterũ quiddã tertiũ. Quidã aũt & plura recipiũt: ex quib⁹ cõcinnãt eorũ q ſunt, naturã.

1.Ratio. ¶In tex. 51. ſuppoſito ꝙ principia nec ſunt tantũ vnũ, nec rurſus infinita: incipit probare ꝙ ſunt tantũ tria. Iccirco probat primo ꝙ nõ ſunt tantũ duo, tribus rationibus: ⁊ poſtea oſtẽdit non eſſe plura, ꝙ tria. Prima ratio eſt hec. Si tñ duo ſunt principia, illa ſunt cõtraria, vt probatũ eſt: ſed ex duobus principijs cõtrarijs nihil fieri põt: ergo nõ ſunt tñ duo. Probatur minor: qꝛ illa tunc vel generãt vnũ tertiũ per hoc quod vnũ trãſmutat aliud, vel per hoc qđ operant circa idẽ ſubiectũ, vnde vnũ expellit aliud: primus modus non eſt poſſibilis: ergo ſecũdus eſt verus: vñ ſequit tria eſſe principia. ſ. duo contraria ⁊ vnũ ſubſtm̃. Minorẽ probat Ariſt. qꝛ nõ eſt intelligibile qualiter vnũ cõtrariũ trãſmutet aliud. i. qualiter dẽſitas nata ſit facere raritatẽ: aut raritas denſitatẽ: aut qualiter diſcordia faciat concordiã: ſed vtraqꝫ operabitur circa vnũ tertiũ. Non. n. calor põt facere frigus, aut põt ex frigore facere calorẽ: ſed ignis ex aqua frigida faciet calidã, expellendo frigus et introducẽdo calorẽ: ⁊ pariter forma ignis nõ faciet formã aque, nec ex forma aque faciet formã ignis: ſed pulſa forma aque a ſubiecto, ⁊ introducta forma ignis, faciet ex aqua ignẽ. Colligitur ergo ꝙ in generatione nõ ſunt tñ duo principia, ſed eſt ſubiectũ manẽs ſub vtraqꝫ forma. Unde cõcludit ꝙ hac de cauſa quidã plura recipiũt ex quibus cõcinnãt ⁊ cõficiunt naturã rerũ. Alludit ad Thaletẽ ⁊ alios antiquos, qui nõ ponebãt ſolũ raritatẽ ⁊ denſitatẽ, ſed vnũ tertiũ ſubiectũ. puta aquam vel aliquid aliud, ex quo per ſucceſſionem raritatis ⁊ denſitatis fierent omnia.

Text⁹. lij. ❧ Ad hæc autẽ, ad huc & hoc aliquis dubitauerit: niſi quis aliam ſuppoſuerit cõtrarijs naturam. Nullius enim videmus eorũ quæ ſunt, ſubſtantię: cõtraria. Principium autẽ, nõ de ſubiecto oportet dici aliquo. Erit enim: principium, principij. ſubiectum enim. principiũ, & prius videtur eſſe, prædicato. ❡Amplius: nõ eſſe dicimus ſubſtantiã contrariam ſubſtantiæ. Quomodo igitur ex nõ ſubſtantijs ſubſtantia vtiq; erit? aut quomodo prius, nõ ſubſtantia quam ſubſtantia erit? ❡Quo circa ſiquis & priorẽ veram putabit eſſe rationẽ: & hãc: neceſſarium eſt, ſi debet ſaluare vtraſq; rationes, ſubijcere quoddam tertiũ: quemadmodũ dicunt, vnam quandam naturã dicentes eſſe. vniuerſum: vt aquam, aut ignem, aut medium horum. — Textus. liij.

¶Subſequũtur in his duobus textibus ſecunda ⁊ tertia ratio: que adeo ſunt truncate ⁊ preſſe, vt apud neminẽ eas interpretũ plane quiuerim intelligere. Narrabo prius literã vt iacet: moxqꝫ eã ſub formã redigã. Ait ergo: ꝙ niſi tertium principium



preter duo contraria adhibeatur, dubitabit aliquis hoc modo. [Nullus ſubſtantię, eorũ que ſunt aliquid eſt contrariũ]. i. ſubſtantię nihil eſt cõtrarium: ſed cõtrarietas proprie eſt in qualitatibus [Principiũ autẽ nõ de ſubiecto oportet dici aliquo]. i. principiũ nõ poteſt eſſe accidẽs, qđ ſubiecto ineſt, alias principij eſſet prius principiũ: [nam ſubſtm̃ prius eſt predicato]. i. ſubſtãtia prior eſt accidẽte, ⁊ principiũ eius (ſupple) Quomodo ergo principia ſubſtãtię erũt cõtraria, qđ ſuperiori cap. determinatũ eſt? ¶Amplius (eſt. n. ratio ſecũda que fere eſt eadẽ) ſubſtãtię nõ cõtrariatur ſubſtãtia: at vero ex nõ ſubſtãtijs. i. ex accidẽtibus quomõ ſubſtãtia erit? id eſt, nullomodo, [aut quomõ non ſubſtãtia. i. accidẽs erit prius ꝙ ſubſtãtia] quod tñ eſſet neceſſariũ ſi accidẽs eſſet principiũ ſubſtantię. Quaſi dicat nullomõ. Si ergo ſubſtãtię nihil eſt proprię contrariũ: ⁊ accidens nõ põt eſſe principiũ, quomõ verũ habet, ꝙ principia ſubſtãtię debẽt eſſe cõtraria? ¶Subiũgit in tex. 53. ſolutionẽ dicẽs. [Quo circa ſiquis ⁊ priorẽ verã putauit rationẽ] illã. ſ. qua probatũ eſt principia eſſe cõtraria, ⁊ hãc itẽ, qua probat oppoſitũ. ſ. principia nõ eſſe cõtraria, neceſſariũ eſt ſubijcere tertiũ eſſe aliqđ principiũ. Quomõ autẽ hoc ſequat apparere nõ poteſt, niſi alia cõcluſio ſuppleatur. Diſponatur ergo totus ſyllogiſmus ſub hac forma. Principia rerũ naturaliũ ſunt aliquo modo cõtraria, vt ſuperiori cap. dictum eſt: ⁊ nõ ſunt proprię ⁊ per ſe contraria, qꝛ talia principia nõ poſſunt eſſe accidentia in quibus proprie eſt cõtrarietas, ſed ſunt partes ſubſtantię quibus nihil proprie eſt cõtrarium: ergo neceſſe eſt vt ſint cõtraria eo modo quo habitus ⁊ priuatio dicuntur cõtraria (⁊ ita eſt in rei veritate) priuatio autẽ ⁊ habitus ſunt circa aliquod determinatũ ſubſtantiuũ, ſicuti viſus ⁊ cecitas circa oculũ: ergo preter principia contraria, que ſunt forma ⁊ priuatio, neceſſe eſt ponere tertium principium puta ſubſtantiuum vtriuſqꝫ, quod eſt materia. Unde ingenioſe Ariſt. cũ hactenus probabiliter diſputauerit de principijs, inde iam nunc cõcludit veritatẽ. Uñ non citat antiquos vt in integrũ eos approbet (ponebãt. n. principia rerũ naturaliũ eſſe accidẽtia) ſed in hoc tñ eos laudat ꝙ poſuerũt vnũ ſubſtm̃ contrarietatis, puta aquã aut aliud huiuſmodi. Quapropter in textu ſtatim. 54.

Textus. liiij. ❧ Videtur autẽ: medium magis. ignis enim, & terra, & aêr, & aqua: cõtrarietatibus cõnexa ſunt. Ideo non irrationabiliter faciunt: ſubiectum, alterum ex his, facientes. aliorum autem: quidam, aêrem. Aër enim: minime aliorum, habet differentias ſenſibiles. conſequens autem eſt, aqua.

¶Magis cõmendat eorũ ſententiã, q ponebãt illud ſubſtm̃ eſſe quodã mediũ inter elemẽta. ſ. inter ignẽ ⁊ aerẽ, aut inter aerẽ ⁊ aquã, ꝙ opinionẽ aliorũ qui ponebãt aliqđ purũ elementũ eſſe ſubſtm̃. Enimuero ſubſtm̃ cõtrariorũ debet eſſe nudũ ab vtroqꝫ cõtrario, vt ambo viciſſim poſſit recipere: ignis vero ⁊ aqua ſuapte natura habent qualitates cõtrarias ⁊ pariter aer ⁊ terra. Eſt. n. ignis calidus ⁊ ſiccus, aqua vero frigida ⁊ humida: ſed aer eſt calidus ⁊ humidus, ⁊ terra frigida ⁊ ſicca: vnde nullũ eorũ eſt ſubſtm̃ aptum vt maneat ſub vtroqꝫ extremo contrarietatis: qꝛ aqua cõſeruatur frigore ⁊ corrũpitur calore: ignis vero ecõuerſo. Quare melius ponetur vnũ ſubſtm̃ mediũ. Quemadmodũ materia eſt vnũ medium quod põt eſſe ⁊ ſub quacunqꝫ forma, ⁊ ſub cõtraria priuatione illius. Inter eos tñ, qui poſuerunt purũ elementũ eſſe ſubſtm̃, melius dixerũt q poſuerũt aerẽ, ꝙ illi qui poſuerunt aquã: nã principiũ habet rationẽ inſenſibilis, ⁊ aer eſt inter elemẽta ~~magis~~ inſenſibilis. Uñ inſinuat, ꝙ qui dixerũt eſſe ignẽ, peſſime omniũ opinati ſunt: hac ſaltim de cauſa, ꝙ ignis habet cõtrarietatẽ maxime ſenſibilẽ ad omnia alia: licet propter eius ſubtilitatem ⁊ actiuitatem, melius forſan ſenſerunt.

❧ Sed omnes: vnũ hoc cõtrarijs figurãt, vt denſitate & raritate, & eo ꝙ magis & minus. Hæc autẽ: omnino ſunt ſuper abundantia videlicet & defectus, ſicut dictũ eſt prius. Et videtur antiqua eſſe etiã hæc opinio; ꝙ vnũ, & ſuperabundantia, & defectus, principia entium ſint. verũ nõ eodẽmodo, ſed antiqui, duo quidem, agere: vnum autẽ, pati. Poſteriorum autem quidam, è contrario: vnum quidem agere, duo autem pati, dicunt magis. — Textus. lv.

¶In tex. 55. reperit antiquorũ opiniones, videlicet, ꝙ oẽs ſaltẽ poſuerũt vnũ ſubſtm̃ ⁊ duo cõtraria: in hoc oẽs cõcordes ꝙ principia rerũ ſe haberẽt per modũ defectus ⁊ exceſſus. Nam dicebãt denſitatẽ ⁊ raritatẽ eſſe rerũ principia: ⁊ raritas dicit exceſſum ⁊ magnitudinẽ quantitatis, defectum vero materię: denſitas vero ecõuerſo dicit exceſſum materię ⁊ defectũ quãtitatis. Cum em̃ aqua rare fit, eandẽ materiã continet ſub maiori quantitate: ⁊ cũ cõdenſatur, eandem cõtinet ſub minori. ¶Subdit autẽ ꝙ hec opinio antiqua fuit: differẽs tamẽ a poſteriorũ opinione. Antiquã vocat opinionẽ Thaletis ⁊ aliorũ: poſteriorẽ vero, opinionẽ Platonis. Inter quos vt tex. 32. dictum eſt, hoc modo differebat, ꝙ antiqui ponebãt vnũ principiũ materiale ⁊ duo cõtraria quodammõ actiua. Platonici vero ecõuerſo dicebãt magnũ ⁊ paruum eſſe conditiones materiales, vt patet in indiuiduis eiuſdem ſpeciei. que differunt magno ⁊ paruo ſolum ex parte materię. Principium autem actiuum eſſe vnam primam cauſam: ⁊ formale, ideam cuiuſqꝫ ſpeciei.

Textus. lvj. ❧ Tria igitur dicere elementa eſſe: & ex his, & ex huiuſmodi alijs, conſiderantibus videbitur vtiq; habere quandã rationẽ, ſicut prædiximus. plura autẽ tribus: nõ amplius. ad patiendum enim: ſufficiens eſt vnum. Si autem, quatuor exiſtentibus, duæ erunt contrarietates: oportebit ſeorſum ab vtraq;, eſſe alteram quandam naturam mediam. Si autem ex ſe inuicem poſſint generare: ocioſa vtiq; altera contrarietatum erit. ❡Simul autem & impoſſibile eſt, plures eſſe contrarietates primas. Subſtantia enim: vnum quoddam genus eſt entis. quare eo ꝙ prius & poſterius different ſolũ ab inuicẽ principia: ſed nõ genere. ſemper em̃ in vno genere: cõtrarietas vna eſt. omnes autem contrarietates: reduci videntur ad vnã. ❡Quod igitur neq; vnũ ſit elementũ, neq; plura duobus vel tribus: manifeſtum eſt. Horum autẽ, vtrum: quemadmodum diximus, dubitationem habẽt multã. — Textus. lvij.

¶Prima cõcluſione probabiliter diſputata, vz,

principia eſſe plura q̃ duo, probat ſecundā: nēpe ꝙ nō ſunt plura q̃ tria. Id aūt ꝓbat duabꝰ rōnibus. Reſumit vero prius cōcluſionē ſuperiorē. ſ. ex dictis patet tria ad minus eſſe principia rerū naturaliū (que eſt prima expones illius excluſiue, tm̄ ſunt tria.) Qđ vero nō ſunt plura q̃ tria (q̃ eſt ſcđa expones) probatur primo rōne. Si eſſent plura q̃ tria, neceſſe eſſet vt eſſent due cōtrarietates ꝛ duo paria cōtrarioꝝ: nā pro vna ꝯtrietate ſufficit vnum ſubm̄. Si aūt eſſent duo paria ꝯtrioꝝ, ad minꝰ deberēt eſſe ſex principia: qm̄ ꝓ vtralibet contrarietate oporteret ponere ſuū ſubm̄. Sed nō eſt neceſſe ponere duas cōtrarietates: qꝛ vna ſufficit circa vnū ſubm̄, ꝛ fruſtra fit ꝑ plura qđ pōt fieri ꝑ pauciora: ꝙ nō opus eſt ponere plura q̃ tria. Qđ aūt duo cōtraria cū ſuo ſubiecto ſufficiāt, amplius. q. 6. manifeſtū fecimus. ¶ Scđa rō, q̄ prima euidētius elucidat, eſt hec. Prima principia ſunt prima cōtraria: ſed ꝑma cōtraria in vno gn̄e nō poſſunt eſſe niſi duo: ꝙ in gn̄e ſubſtātie (qđ eſt vnū genus) tm̄ eſt vnū par cōtrarioꝝ cū ſuo ſubiecto. Probꝛ minor. Cōtrarietates eiuſdē generis nō differūt gn̄e, ſed ſolū tanq̃ prius ꝛ poſterius: ſed ea q̄ differūt tanq̃ prius ꝛ poſteriꝰ in eodē gn̄e oīa reducunt ad vnū primū: ergo. Hāc rationē expoſitā ſupra fecimꝰ. tex. 50. oēs. n. contrarietates ſubſtātie ꝛ cuiuſcūq; alterꝰ reducūt ad hāc primā, q̄ eſt, habitus ꝛ oꝑpō. ¶ Attn̄ dubiū nihiloꝰ reſtat, ꝙ q̃uis in gn̄e ſubſtātie ſit vna prima cōtrarietas, ꝛ per ꝯn̄s duo prima principia cōtraria, nondū probatū eſt, eſſe ſimplr̄ vnā primā contrarietatē, ad quā reducunt oēs, tā ſubſtantiarū q̃ accidentiū. Qđ tn̄ ꝓbare oportuiſſet: nā ꝑma principia rerū naturaliū debēt in vniuerſum eſſe principia rerū oīm generabiliū, tā ſubſtātiarū q̃ accidētiū. ¶ Reſpōdetur, vt ait Cōmentator, ꝙ cū ſubſtātia ſit primū predicamētū ad qđ alia reducunt, qꝛ accidētia nō ſunt niſi ſubſtātie entia, manifeſtū eſt ꝙ prima cōtrarietas ſubſtātie eſt ſimplr̄ prima ad qua oēs alie reducunt. Quo demū fit vt oīa principia ſubſtātie ſint oīm accidentiū principia: vt. n. agēs generās ſubſtantiā ſimul cōgenerat oīa accidentia: ita principia intrinſeca ſubſtātie ſunt principia a quibus oīa accidentia pendēt, a quibuſq; oīa eſſe recipiūt. Vn̄ in tex. 57.

Cōcluſio. Infert Ariſt. concluſionē intentā, ꝙ vƺ principia nec ſunt tātū vnū, nec plura duobus vel tribus. Infert ſub diſiunctione, eo ꝙ hucuſq; ſolū diſputatiue proceſſerit, ꝛ in ſequenti capitu. ſit exactā veritatem oſtenſurus. Iccirco ſubiungit [vtrum autem eorum ſit verum] duo ne ſint, videlicet, an tria [dubitationis habet multū] id eſt, etiam nunc reſtat ſpeculandum. ¶ Sequitur ſtatim caput ſeptimum.

## QVOD PRINCIPIA, re duo, ratione verò ſint tria.

## CAP. VII.

SIC igitur nos dicamus primum: de omni generatione aggredientes. Eſt enim ſecundum naturam, communia primum dicentes: ſic circa vnumquodq; propria ſpeculari.

¶ Poſtq̃ ſuperiori capite ex probabilibus diſputauit tria eſſe tm̄ principia, in hoc ſeptimo, qđ in tredecim textus ſecat, definit ex ꝓprijs veritatē. Diuidit tn̄ capitulū in duo. In ſeptē nāq; prioribꝰ textibꝰ oſtēdit in oī trāſmutatione tria inueniri: duo vƺ contraria, ꝛ vnū ſubm̄: ꝛ in ſex poſterioribus exponit cōcluſionē intentā principlr̄ in hoc libro, vƺ, principia eſſe re duo, ratione vero tria. Sed in hoc tn̄ ꝑmo fragmēto ſuperioris textꝰ proponit modū procedēdi, dicēs, ꝙ primū in gn̄e, dicendū eſt de oī factione, ſiue ſit gn̄atio, q̄ fit noua ſubſtātia, ſiue ſit alteratio, q̄ aliqđ fit alterū, puta albū aut muſicū. ꝛc. Nam priꝰ (inq̄t) ordine nature dicēda ſunt cōia, puta illa q̄ cōueniūt oī generi motus: deinde deſcendendū eſt ad ea que ſunt gn̄ationi ꝓpria. Eſt. n. ingeniū Ariſt. (qđ nunq̃ tibi mēte decidat) ꝑ alterationē accidentalē, ꝛ preſertim ꝑ artificialia, q̄ ſunt ſenſui manifeſta, occultā gn̄onis naturā ꝓpalare. Vſq; ad tex. 69. vbi materiā primā gn̄ationis ſubſtantie docet per analogiā ad materiā artificialiū eſſe cognoſcēdā. Caput hoc totū aureū eſt: q̄ppe quod, ꝛ verā philoſophiā, ꝛ phyſicum loquendi modum aperit.

Dicimus. n. fieri ex alio aliud, & ex altero alterū: aut ſimplicia dicētes, aut cōpoſita. dico autem hoc ſic. eſt enim: fieri hominē muſicū, eſt autem & nō muſicū quippiā, fieri muſicū: aut nō muſicum hominē, hominē muſicū. Simplex igitur dico qđ factū eſt: hominē, & non muſicū, & quod fit ſimplex, muſicum. compoſitum autem, & quod fit, & quod factum eſt: cum nō muſicum hominem, dicimus fieri muſicum hominem. ¶ Horum autem: hoc quidem non ſolùm dicitur hoc aliquid fieri, ſed etiam ex hoc, vt ex non muſico, muſicus. Hoc autem: non dicitur in omnibus, non enim ex homine factus eſt muſicus: ſed homo factus eſt muſicus. Textus. lviij.

¶ Proponit ergo primo in hoc tex. 58. ꝙ tā, aliud fieri ex alio (qđ eſt ſubſtantiā fieri ex ſubſtātia, vt aquā ex aere) q̃, alterū fieri ex altero (qđ eſt tale fieri ex nō tali, vt albū ex nigro) vtrūq; contingit duobus modis. ſ. ꝛ in ſimplicibus ꝛ in cōpoſitis. Simplex fieri ex ſimplici, eſt qn̄ vtrūq; extremū eſt ſimplex. ſ. id qđ fit ꝛ id ex quo fit. Vt ſi dicas, hō fit muſicus, aut ex nō muſico fit muſicū. Compoſitū autē fit ex cōpoſito, qn̄ vtrūq; extremū cōtinet ſimul ſubm̄ ꝛ formā aut priuationē. Vt ſi dicas, nō muſicus hō fit muſicꝰ homo, aut, ex hoīe nō muſico fit hō muſicus. Et hoc eſt qđ ait [Simplex igitur dico qđ factū eſt]. i. tr̄um ſimplicē a q̊, vt, hō, in prima locutione, ꝛ, non muſicū, in ſcđa: itē terminū ſimplicē ad quē, vt, muſicū, in vtraq;. Similiter cōpoſitū dr̄ vtrūq;. ſ. ꝛ qđ fit, puta tr̄us cōpoſitus ad quē, vt hō muſicus in tertia locutione: ꝛ qđ factū eſt. i. tr̄us cōpoſitus a quo, vt nō muſicus hō. ¶ Subiūgit differentiā quātū ad modū loquēdi, ꝙ in ſimplicibꝰ qn̄ tr̄us a quo exprimit ꝑ terminū infinitū, aut priuatiuū, poſſumus illum explicare ꝛ per caſum noīatiui ꝛ per caſum ablatiui. Dicimus em̄ ꝛ nō muſicū fit muſicū, ꝛ, ex nō muſico fit muſicū. Qn̄ vero talis terminus a quo exprimit per ſubm̄ forme, enunciamus illū per nominatiuū, nō autē per ablatiuū. Non em̄ dicimus, ex hoīe fit muſicum, ſed, homo fit muſicus.



Textus. lix. Eorum autem quæ vt ſimplicia dicimus fieri, aliud quidem permanens fit: aliud vero: non permanens. Homo enim: permanet factus muſicus homo: non muſicum autem & immuſicum: neq; ſimplex, neq; compoſitum permanet.

¶ Secundā differentiā ponit quantū ad rem, inter terminos a quibus, tam in ſimplicibus, q̃ in cōpoſitis, ꝙ quādo ſubſtm̄ ponitur pro termino a quo, illud quidē manet ſub termino ad quē: cū em̄ dicimus, hō fit muſicus, hō quidē manet factus muſicus. Sed qn̄ pro tr̄o a quo ponit cōtrariū termini ad quē, vt cū dicimus non muſicū fit muſicū, aut, ex immuſico fit muſicū: immuſicū non manet factū muſicū. Et pariter in cōpoſitis, cū dicimus, ex nō muſico homine fit muſicus homo, homo q̄dē manet, ſed, nō muſicū, nō manet.

Textus. lx. Determinatis autē his, ex omnibus quę fiunt, hoc licet accipere ſi aliquis inſpexerit ſicut dicimus: ꝙ oportet ſemper aliquid ſubijci quod fit: & hoc, & ſi numero eſt vnum: at ſpecie quidē nō vnum. ſpecie enim dico & ratione: idem. nō enim idem eſt homini & immuſico, eſſe. ¶ Et illud quidem, permanet, hoc vero, non permanet. Etenim non oppoſitum permanet. homo enim: permanet. muſicū autē & immuſicū: nō permanet: neq; ex ambobus compoſitum, vt immuſicus homo.

¶ Subſequēter in hoc tex. ſexageſimo ſupponit duo: que quiſq; (inq̄t) ex dictis colligere poteſt. Primū ſuppoſitū eſt, ꝙ in omnibus que fiūt, ſiue fiat ſimpliciter ſubſtātia, ſiue ſecundū quid, vt albū, ſupponit vnū ſubſtantiuū, qđ ſucceſſiue eſt ſub vtroq; extremo cōtrarietatis. Alterū ſuppoſitū eſt ꝙ illud ſubſtm̄, licet realr̄ ſit vnū numero, eſt tn̄ duo ſpecie. Et exponit ſe, ꝙ duo ſpecie intelligit ea que ſola ratione ſunt duo. vt cū hō fit muſicus, terminū ad quē, puta muſicū, precēſſit hō qui eſt ſubſtm̄, ꝛ immuſicū que eſt priuatio ſubſequētis forme ꝛ tr̄us a quo. Homo ergo ꝛ immuſicū, vnū ſunt: ſed ratione differūt: alia nāq; eſt ratio hoīs. ſ. aīal rōnale, ꝛ alia rō immuſici: que eſt priuatio muſici in ſubiecto apto. ¶ Probat autē primo ſecundū ſuppoſitū. ſ. ꝙ differāt rōne, duabus rōnibus. Prima eſt hec. Illa differunt rōne, quoꝝ vnū manet altero nō manēte: ſed qn̄ hō immuſicus fit muſicus, permanet homo, ꝛ nō permanet immuſicū: ergo homo ꝛ immuſicū, differūt ratione. Secunda ratio eſt in textu ſequenti.

Textus. lxj. Sed ex aliquo fieri aliquid, & nō hoc fieri: magis quidem dicitur in non permanentibus. vt ex immuſico: muſicū fieri: ex hoīe autē nō. At vero: & in permanētibus, aliquādo dicitur ſimiliter. ex ære enim, ſtatim dicimus fieri: nō æs, ſtatuā. Hoc tamen: ex oppoſito & nō permanente: vtroq; modo dicitur. & ex hoc, hoc: & hoc, hoc. nāq; ex immuſico, & immuſicus: fit muſicus. Quocirca: & in compoſito ſimiliter. etenim ex immuſico homine, & immuſicus homo. fieri dicitur muſicus.

¶ Probat ſecūdo ſubſtm̄ ꝛ priuationē ratiōe differre hoc ſyllogiſmo. Illa de quibus diuerſimode in gn̄atione loquendū eſt, ratione differūt (nā cū voces ſint ſigna conceptū, ſignū eſt ꝙ habent diuerſos cōceptus) ſed aliter in gn̄atione loquimur de ſubiecto, ꝛ aliter de priuatione: ꝙ. Probatur minor: qꝛ priuatio exprimitur per caſum ablatiui: ſubſtm̄ vero, nō itē: dicimus. n. ex immuſico fit muſicū, non tn̄ dicimus, ex hoīe fit muſicū, ſed hō fit muſicus. Addit vero ꝙ nonnunq̃ in artificialibus id dicimus, vt ex ere fit ſtatua, melius dicimus, q̃ es fit ſtatua. Hoc tamē nō eſt vt nomine eris deſignemus ſubſtm̄, ſed priuationem forme ſtatue: ac ſi diceremus, ex ere informi fit ſtatua. Attamē in non permanentibus. ſ. in priuatione, vtroq; mō loquimur, vƺ ex immuſico fit muſicū, ꝛ, immuſicū fit muſicū. Quapropter ꝛ in cōpoſitis vtraq; etiā admittit oratio ratione priuationis adiuncte. ſ. ex non muſico homine fit muſicus hō: ꝛ, non muſicus homo fit muſicus homo.

Multipliciter autem cùm dicatur fieri, & horū quidem nō ſimpliciter fieri, ſed hoc aliquid fieri, ſimpliciter autem fieri ſubſtantiarum ſolum ſit: MANIFESTVM eſt, ꝙ ſecundū alia quidē neceſſe eſt ſubijci aliquid quod fit. Etenim quantum, & quale, & ad alterū, & quando, & vbi fiunt ſubiecto aliquo, propterea ꝙ ſola ſubſtantia de nullo alio dicitur ſubiecto, ſed alia omnia de ſubſtantia. Quod autem ſubſtantia, & quæcunq; alia ſimpliciter entia ex ſubiecto quodam fiant, conſideranti fiet vtiq; manifeſtum. ſemper enim eſt aliquid, quod ſubijcitur: ex quo fit, quod fit: vt plante, & animalia: ex ſemine. Textus. lxij. QVICquid fit ex ſuppoſito fit ſubō.

¶ Reuertitur Ariſt. in hoc tex. 62. ad probandum primū ſuppoſitū, vƺ in oī factione ſupponi vnū ſubiectū. Hoc aūt ratiōe probare nō pertinet ad phyſicū ſed. 7. meta. tex. 22. id probat ea rōne quā nos q̄ōne. 6. adducimus: hic aūt ſola id inductione manifeſtat. Ait ergo ꝙ cū fieri multiplr̄ dicatur id ſolū ſimplr̄ dr̄ fieri qđ fit hoc aliquid. i. prima ſubſtātia in recta linea vt hō ignis. ꝛc. Cetera vero nō fiunt ſimplr̄: ſed ſcđm qđ, cū. n. aqua calefit nihil fit ſimplr̄: ſed fit calidū. Hinc iā notare incipe ꝙ id qđ fit ſimplr̄ nō eſt forma nec ſubſtātialis nec accidētalis: ſed cōpoſitū qđ in ſubſequentibus palā fiet. Qđ autē in factione ſcđm quid, puta accidētale preſupponat ſubiectū, probat: nam ſola ſubſtantia eſt que nō eſt in ſubiecto reliqua vero oīa predicamēta dicūtur de ſubſtātia ꝛ ideo cū aliquid fit maius per augmentationē, aut albū per alterationē, aut ſimile ꝑ relationē aut mutat tēpus aut locū aut ſitū aut habitū preſupponitur ſubiectū, puta ſubſtātia que has patit mutationes. Qđ aūt ſubſtātia, aut quecūq; alia artificialia cū fiūt ꝑſupponat ſubſtm̄ manifeſtū eſt: qꝛ plāte ꝛ aīalia ex ſemine fiūt. Non intelligas ſemē: ſed materiā ſeminis fieri materiā animalis.

Fiunt autem, quæ fiunt ſimpliciter: alia quidē transfiguratione, vt ſtatua, ex ære. Alia verò, appoſitione: vt quæ augmentantur. Alia vero, ſubſtractione: vt ex lapide, Mercurius. Compoſitione autem alia: vt domus. Alia vero alteratione: vt quæ vertuntur ſecundum materiam. omnia autē quæ ſic fiunt: manifeſtum eſt ꝙ ex ſubiectis fiunt. Textus. lxiij.

¶ Proſequit Ariſto. inductionē in artificialibus: que appellat ſimplr̄ entia, nō ꝙ ſimplr̄ fiāt vt ſubſtātia (ſiquidē eoꝝ forme accidētia ſunt:) ſed qꝛ forme artificialiū ſunt quedā diſpōnes q̄ non ve-

 niunt

niũt ab extrinſeco, ſicut calor ⁊ alię q̄litates: ſed aliter ſint quodãmodo diſpõnes circa eorũ ſubſtantiã ⁊ ideo ſm antiq̄s dicebant ſimpl'r entia, lignũ.n.ſic figuratũ eſt Mercuriꝰ ⁊ aliter formatũ eſt Iupiter. Redigit aũt artificialia ad quinq; gñã alia.n.fiũt trãſfiguratione ſubſtãtię vt fuſilia vt cũ es fuſum fit aut cãpana, aut ſtatua, aut cum virgula aurea fit annulus. Alia vero fiũt appoſitione, vt cũ plãta, aut aĩal augeť per appoſitionẽ noui alimẽti. Tametſi hoc exemplũ ad naturalia pertineat. Fortaſſis Ariſ. alluſit ad cõglutinationẽ pluriũ metallorũ, q̃ latinę dř ferruminatio: vl' ſicut appoſitione a quę ad farinã fit maſa ꝑ artẽ. Vñ nõ legendũ eſt, augmentať, ſed, augmẽtať. i. agglutinanť. Alia fiũt ſubtractiõe vt arte ſcultoria ex lapide, aut ligno ſubtractione fit imago. Alia fiũt ſimplici cõpoſitione ſine aliq̃ alteratiõe vt domꝰ fit ex lapidibꝰ ⁊ lignis. Alia deniq; fiunt per alterationẽ vt ex maſa per decoctionem fit panis ⁊ ex luto lateres ⁊ vrcei. Hęc omnia inquit manifeſtum eſt ex pręſuppoſitis ſubiectis fieri.

Textus. lxiiij.

❧ Quare manifeſtũ eſt ex dictis, ꝙ oẽ quod fit, ſemp cõpoſitũ eſt. & eſt quidẽ aliquid quod fit: eſt autẽ aliquid, quod hoc fit. & hoc: duplex eſt. aut enim ſubiectũ, aut oppoſitum. Dico autẽ oppoſitum eſſe, immuſicum: eſſe autem ſubiectum, hominem: & infigurationem quidem, & informitatem vel inordinationem, oppoſitum: æs autem, vel lapidem, vel aurum, ſubiectum.

¶ Concludit demũ in hoc tex. 64. ex his quę dicta ſunt manifeſtũ eſſe ꝙ id qđ fit ſemp eſt cõpoſitũ: nõ.n. vt iã modo dicebamꝰ fit forma ſubſtãtialis aut accidẽtalis: ſed fit hõ aut fit hõ albus in quo quidẽ cõpoſito eſt aliquid qđ fit tanq̃ terminus quo, ipſius factionis quę eſt forma ⁊ aliquid qđ. Et hoc eſt duplex. ſ. ⁊ ſubſtm̃ ⁊ oppoſitũ formę cũ em̃ fit muſicũ, dr̃e poſſumus ꝙ homo fit muſicus ⁊ ꝙ immuſicũ fit muſicũ. Et ꝓportionabiliter in alijs factionis, infiguratũ ęs fit figuratũ, ⁊, informę fit formatũ, ⁊, inordinati lapides fiunt domꝰ.

¶ Vnde colligitur illa prima ꝓpõ quã in principio capituli dixi mꝰ eſſe intentã in his ſeptẽ textibus, videlicet, ꝙ in quacunq; factione ſunt tria principia: puta duo cõtraria ⁊ vnum ſubiectum.

Textus. lxv.

❧ Manifeſtũ igitur, ꝙ ſiquidẽ ſunt cauſæ & principia eorũ quę natura ſunt, ex quibꝰ primis ſunt, & facta ſunt nõ ſcđm accidẽs, ſed vnumquodq; ꝙ dř ſecundũ ſubſtantiã, oẽ & ex ſubiecto & forma fit. cõponitur.n. muſicꝰ hõ: ex hoĩe & muſico quodãmodo. reſolues enim rationes: in rõnes eorũ. manifeſtũ igitur eſt: quòd quæ fiunt, fient ex his.

¶ Cõſtituta iã prius hac cõcluſione ꝙ in oĩ factione ſunt illa tria: pergit Ariſt. ꝓpriã exponere ſententiã de principijs rerũ naturaliũ: ⁊ in hoc textu probat eſſe duo tm̃ principia ꝑ ſe, ⁊ in ſequẽti vnũ pręterea eſſe ꝑ accidẽs. Primũ ꝓbat hoc ſyllogiſmo. Ea ex quibꝰ ꝑ ſe cõpoſitũ fit ⁊ factũ eſt ſunt eiꝰ ꝑ ſe principia: ſed duo tm̃ vtpote materia ⁊ forma ſunt ex quibꝰ per ſe cõpoſitũ fit ⁊ factũ eſt: ğ hęc duo tm̃ ſunt ꝑ ſe principia. Maior relinquit tanq̃ manifeſta ex ſignificatione huiꝰ noĩs ꝑ ſe principiũ. Minorẽ vero ꝓbat hoc mõ. Ea in q̃ primo reſoluit cõpoſitũ, ſunt pariter ex quibꝰ per ſe cõponiť (nã vnũquodq; reſoluit in ea ex quibꝰ cõponiť:) ſed hõ muſicꝰ (q̃ fit per alterationẽ) reſoluit quodãmodo in hominẽ ⁊ muſicũ: qui enim diffiniret hominẽ muſicũ, deberet dicere ꝙ eſt aĩal rõnale muſicę peritũ: ⁊ eadẽ ratione qui hominẽ phyſicę diffiniret, diceret eſſe aĩal ex materia ⁊ anima rõnali cõpoſitũ. Eſt tñ adnotãdũ ꝙ materia ⁊ forma non ſolũ ſunt per ſe principia cõpoſiti in facto eſſe, ſed etiã in fieri: etenim vt illa ſola manẽt in cõpoſito, ita ⁊ illa ſola per ſe cõcurrunt ad generationẽ. Idcirco enim dixit, ex quibus ſunt et facta ſunt, Priuatio autem non eſt principium compoſiti in facto eſſe. An vero ſit principium de per ſe ad generationem. q. 5. examinatur.

Textus. lxvj.

❧ Eſt aũt ſubiectũ: numero quidẽ vnũ, ſpecie vero duo. hõ em̃, & aurũ, & oĩno materia: numerabilis. nã hoc aliquid magis; & quod fit nõ ſecundũ accidẽs, ex ipſo fit. Priuatio aũt & cõtrarietas: accidens. Vnum autem, ſpecies: vt ordinatio, aut muſica aut aliorum aliquid ſic prædicantium.

¶ Tertiũ addit pręterea principiũ per accidens, dicẽs, ꝙ ſubſtm̃ ⁊ materia, licet ſit vnũ numero, tamẽ ſpecie (id eſt ratiõe vt ſe ſupra expoſuit) eſt duo. Perſiſtit in exẽplis accidentaliũ ⁊ artificialiũ factionũ. Homo enim (inquit) cũ fit muſicus, aut aurũ, cũ fit anulus, ⁊ eadẽ ratione prima materia numerabilis eſt. i. ponẽs in numero cũ forma: vtpote a qua realiter diſtinguitur. Immuſicꝰ vero aut priuatio formę anuli, quę cõtrariatur formę quę gigniť, ⁊ eſt terminus a quo illius, eſt accidẽs ipſius ſubiecti: accidit nãq; homini eſſe priuatũ muſica ⁊ auro eſſe informę. Et pariter priuatio eſt accidẽs materię non numerabile: quia nõ diſtinguitur ab illa numero: ſed ſola ratione.

Materia.

¶ Verba illa, Materia eſt hoc aliquid magis, nõ nihil habet momenti ad probandũ materiã principium eſſe indiuiduationis. Enim vero vt conditio ſingularis huius ſeminis eſt cauſa vt hęc forma numero educatur de eius potẽtia, ita conditiones ſingulares materię ſunt cauſa indiuiduationis formę. Sed de hoc alias. Et hoc modo ſubiectum eſt ratione duo. Et cũ ſpecies quę generatur, vt ordinatio lapidum, cum fit domus, aut muſica, cũ fit homo muſicus, ſit pręterea vnum principium, colligitur eſſe tria principia. Et eadẽ ratione in generatione ſubſtantiali ignis ex aq̃, cõcurrunt duo principia per ſe, puta materia ⁊ forma ignis: ⁊ vnum per accidẽs. vt priuatio formę ignis quę in materia pręceſſerat aquę. Hinc ſequitur ꝙ priuatio non eſt principium in facto eſſe, ſed ſolũ in fieri. puta in generatione. Dubiũ hic reſtat, ꝙ videtur Ariſtote. ſibi ipſe aduerſus: quippe qui textu. 43. viſus eſt ſentire vnũquodq; per ſe fieri ex ſuo contrario. vt album de per accidens fit ex muſico: de per ſe autem ex nigro aut medio colore colorato: hic autem ait priuationẽ eſſe principium per accidens. Huic tamen quęſtione. 6. reſpodimus.

Priuatio.

Textus. lxvij.

QVAEſtionis. 6. materia.

❧ Quocirca eſt quidẽ vt duo dicenda ſint principia: eſt autẽ, vt tria. & eſt quidẽ, vt cõtraria. vt ſi aliquis dicat muſicum & immuſicum, aut calidum & frigidum, aut congruens & incongruens. Eſt autem: vt non. A ſe inuicem enim cõtraria pati: impoſſibile. Soluitur autẽ & hoc: propterea ꝙ aliud eſt ſubiectum. hoc enim nõ eſt contrarium. Quare, neq; plura contrarijs principia quodam modo: ſed duo (vt ſic dicam) numero. Neq; iterum penitus duo, propterea quòd alterũ eſt eſſe ipſis: ſed tria. Alterum enim eſt homini, & non muſico, eſſe: & infigurato, & æri.

¶ Infert tandẽ Ariſt. cõcluſionẽ principaliter intentã in hoc lib. de qua ſextã nos quęſtionẽ mouimus. Et q2 duo de principijs hactenus diſputauerat: primũ de qualitate, an eſſent cõtraria, ⁊ ſecundũ de numero, vtriuſq; cõcluſio eſt hęc. Principia rerũ naturaliũ ſunt quodã modo duo ⁊ quodã modo tria: quodãmodoq; cõtraria, quodãmodo vero nõ. Probat primo ſecundã partẽ exẽplo.

Cõcluſio ꝑncipalis de numero principiorum.

Ait em̃ ꝙ ex tribus principijs duo ſunt quodammodo inuicẽ cõtraria, eo ꝙ nõ ſunt ſimul in eodẽ ſubiecto, ſed ad productionem vnius expellitur aliud, ad modũ cõtrariorũ. Qđ autẽ quodammõ nõ ſint cõtraria, aliqui exponũt hoc mõ, ꝙ forma ipſa ⁊ priuatio nõ ſunt ſimpl'r cõtrarię, cũ ſint priuatiue oppoſita: ſed arbitror nõ hoc ſentire hic. Ariſt. nã textui ſequẽti. id reſeruat. Alij exponũt ꝙ nõ ſunt ſimpl'r contraria, ſi cõſiderent ſeorſum ſine ſubiecto: q2 nõ poſſunt ſe inuicẽ expellere niſi circa ſubſtm̃. Hoc autẽ oĩbus cõtrarijs eſt cõe. Et ideo aliud ſpeciale voluit hic dicere Ariſt. vlʒ ꝙ ex tribus principijs nõ oĩa inter ſe ſunt cõtraria, ſed tm̃ duo: tertiũ vero, puta materia, neutri illorũ cõtrariatur: q2 ſimul eſt cũ priuatione priꝰ, ⁊ poſt modũ cũ forma. Et ideo infert ꝙ quodammodo principia non ſunt plura cõtrarijs. Alius textus habet, cõtrariorũ, Sed mendũ eſt, niſi legatur, numero cõtrariorũ. Eſt em̃ ſenſus ꝙ principia quodã modo nõ ſunt plura q̃ cõtraria quę ſunt duo numero, puta forma ⁊ ꝑuatio: nã priuatio eſt idẽ realiter cũ materia. Sed nihiloꝰ (inq̃t) penitꝰ nõ ſunt duo: ſed quodãmodo tria: ꝓpterea ꝙ materia ⁊ priuatio, vt dictum eſt, ratione differunt. Alia enim eſt ratio homninis ⁊ alia muſici.

Textus. lxviij.

❧ Quot igitur principia ſint, rerum naturalium quæ circa generationẽ, & quomodo tot: dictũ eſt. Et manifeſtũ eſt: ꝙ oportet ſubijci aliquid cõtrarijs, & cõtraria duo eſſe, quodã autẽ mõ alio: non neceſſariũ eſt. Sufficiẽs em̃ erit, alterum contrariorum: abſentia & præſentia, facere mutationem.

¶ Repetit quę dixerat vt perſpicatiora faciat. Ait nãq; quot principia ſunt rerũ naturaliũ, quę circa generationẽ ſunt, ⁊ quomodo ſint tot, ſatis eſſe dictũ. Addit vero, naturaliũ, quę ſunt circa generationẽ, vt excludat cęleſtes orbes: qui, cũ ſint entia naturalia, nõ tñ habẽt tria principia. Nam vel nõ habẽt materiã ⁊ formã diſtinctã, ſed ſunt ſimplex ens. vt aliqui credũt eſſe opinionẽ Ariſt. vel (qđ veriꝰ eſt) materia celi ita eſt formę coęua, vt nõ habeat priuationẽ adiunctã: q2 nõ eſt in potentia ad aliã formã. Quare celi nõ fuerũt geniti ex priuatione pręcedẽte in materia. ¶ Subdit vero. Ph. ꝙ licet quodammodo vt dictũ ⁊ principia cõtraria cõcurrãt ad generationẽ: quodã tñ alio modo nõ eſt neceſſariũ. Qđ adiecit ad maiorẽ expoſitionẽ illius qđ dixerat, priuationẽ eſſe principiũ per accidẽs: nam priuatio nõ dř principiũ, q2 ſit quid poſitiuũ, aut cõcurrens ad generationẽ, aut intrans compoſitionem rei: ſed ad hunc ſenſum ꝙ forma quę fit pręſens per generationẽ requiritur vt antea fuerit abſens: nam fieri eſt eſſe acquire poſt nõ eſſe: ⁊ illa abſentia dicitur priuatio. Quo circa quinto lib. textu. 7. ait ꝙ motus eſt ab aliquo affirmato ad aliud affirmatum. vt ab albo in nigrum: quia motus dicit ſucceſſionem a priori ad poſterius: generatio vero eſt mutatio a negato ad affirmatum, ſcilicet, a non eſſe ad eſſe: ſed corruptio econuerſo ab affirmato ad negatum: puta abeſſe ad non eſſe.

Priuatio.

Textus. lxix.

MATEria cog. ꝑ analogiã.

❧ Subecta autem natura ſcibilis eſt ſecundũ analogiam, vt enim ad ſtatuam æs, aut ad lectũ lignũ, aut ad aliud aliquid habentium formam, materia & informæ ſe habet priuſquã accipiat formã ſic hæc ad ſubſtantiam. & hoc aliquid, & quod eſt, ſe habet. Vnum igitur principium, hæc non ſic vnũ exiſtens, neq; ſic ens, vt hoc aliquid. Vnũ autem: ſecundum ꝙ ratio. amplius autem contrarium huic, priuatio. Hæc autem quomodo duo: & quomodo plura; dictum eſt in præcedentibus.

¶ Hactenus de principijs ſubſtãtię diſſerens Ariſto. exẽplis potiſſimũ vſus eſt artificialiũ: quę nota ſunt ſenſui: ſuſpẽſumq; ſubinde habuit lectoris animũ. Iam vero nũc myſteriũ aperit, dicẽs, ꝙ ſubiecta natura. i. materia prima, quę ſubijcitur generationi ſubſtãtię, per analogiã cognoſcibilis eſt. Vbi hoc eſt animaduertendũ, q̃ ſiniſtre diſtorſerint hanc authoritatẽ ex neothericis quidã. Citãt enim hũc locũ ſub his verbis, Materia cognoſcibilis eſt per analogiã ad formã. Cum tñ nec nomẽ, formã, ſit apud Ariſ. nec analogia eſſe poſſit inter materiã ⁊ formã: neq; vllo modo pręcedẽtibus aut ſubſequẽtibus verbis Ariſto. ſenſus iſte cohęreat. Eſt q̃ ſenſus planus, ꝙ materia prima ſubſtãtię, quę nobis eſt occulta, cognoſcibilis eſt per analogiã. i. per ſimilitudinẽ proportionis (hoc.n. pollet analogia) ad materiã artificialiũ, quę nobis eſt manifeſta. vt.n. cũ ex ęre fit ſtatua aut lectꝰ ex ligno, experimur ęs aut lignũ, qđ prius erat informe, fieri ſub noua forma, ita cõiectari licet, cũ lignũ trãſmutatur in cineres, aliquã ſubijci materiã, quę prius erat ſub forma ligni permanere ſub forma cinerũ. Niſi ꝙ in artificialibus illud ens eſt in actu cõpletũ: ſed materia prima eſt ens in potentia, qđ ſimpl' habet eſſe per formã. Et hoc eſt quod ſubiungit, ꝙ hoc vnũ principiũ. ſ. materia non eſt ſic vnũ exiſtẽs ⁊ vnũ ens, vt hoc aliquid. i. vt prima ſubſtantia in recta linea, quẽadmodũ lignũ aut ęs: ſed eſt pars ſubſtãtię. Scđm aũt principiũ (inq̃t) eſt vnũ vt ratio, puta forma q̃ eſt ratio, quo. ſ. qua ignis eſt ignis. Et tertium eſt eius contrariũ, puta priuatio. Hęc autem puta materia ⁊ priuatio quomodo ſit vnũ et quomodo plura, vt iam ſupra dictum eſt.

Textus. lxx.

❧ Primum igitur dictum eſt, ꝙ contraria ſolum principia ſunt: poſterius autem, ꝙ neceſſe eſt, & aliud quippiam ſubijci, & eſſe tria. Ex ijs autem quæ nunc, manifeſtum eſt quæ ſit differentia contrariorum, & quomodo ſe habẽt principia ad inuicem, & quid ſubiectum. Vtrum autem ſubſtantia ſpecies aut ſubiectum ſit: nondum manifeſtũ eſt. ſed ꝙ principia tria ſint, & quomodo tria, & quis modus eorum: manifeſtum eſt. Quot igitur & quæ ſint principia: ex his conſideretur.

¶ Colligit tandem in textu hoc ſeptuageſimo et poſtre-

poſtremo huius capitis, eorũ epilogũ quę hactenus dicta ſunt. Ait nãq; primo dictũ eſſe ꝙ cõtraria ſolũ principia ſunt. i. vnũ tantũ modo par contrariorũ, quibus tertiũ principiũ ſubijcitur. atq; adeo oĩa ſunt quodãmodo tria. Itẽ dictũ eſt quę nã ſit differentia inter illa cõtraria: nã alterũ, puta forma, eſt ens poſitiuũ, ac ſubinde principium per ſe: alterũ vero eſt priuatio, ⁊ iccirco pricipiũ per accidẽs. Itẽ dictũ eſt (inqt) quomõ eorũ ſubſtm̃ nõ eſt ens in actu: ſed in potẽtia ad eſſe p formã. Vtrũ vtrũ ſpecies. i. forma potius habeat rationẽ ſubſtãtię q̃ ſubſtm̃. i. materia, nondũ (inqt) manifeſtũ eſt: vſq; ad initiũ libri ſecũdi: vbi videbitur tã formã q̃ materiã eſſe naturã: formã tñ poti⁹ habere rationẽ ſubſtantię, q̃ materiã. ¶ Sequitur hic quęſtio quinta ſuper textu. 67. Vtrum principia. ⁊c. ⁊ q. 6. ſuper tex. 69. Vtrũ materia. ⁊c.

## QVO OPINIONIBVS ANtiquorum reſpondetur, ratioq; materiæ aperitur.

## CAP. VIII.

Textus. lxxj.

QVOD autẽ vnico modo ſic ſoluitur & antiquorum dubitatio: dicamus poſt hæc. quærentes enim Philoſophi primi veritatem, & naturam entium: conuerſi ſunt veluti in viam quandam aliam depulſi ob inexperientiam. dicuntq; neq; fieri eorum quæ ſunt vllum, neq; corrumpi: propterea quòd neceſſariũ eſt, fieri quod fit aut ex eo quod eſt, aut ex eo quod non eſt. ex his autem vtriſque: impoſsibile eſſe: neq; enim quod eſt, fieri. eſſe enim: iam. & ex eo quod non eſt: nihil vtiq; fieri. ſubijci enim quippiã oportet.

¶ Poſtq; in ſuperioribus tribus capitulis determinauit Ariſto. veritatẽ de cõtrarietate ⁊ numero principiorũ, in his duobus ſequẽtibus reſpõdet veterũ argumẽtis, oſtendẽs, peccata ex quibus eorũ errores manabãt. Et qm̃ oẽs procedebãt ex duplici ignorantia, ſcilicet, ⁊ q2 ignorabãt naturã materię, ⁊ q2 ignorabant naturã priuationis, in hoc cap. 8. prodit ignorantiã primã, ⁊ in poſtremo, pateſacit ſecundã. Atqui caput hoc amplectitur textus octo: in quorum duobus primis proponit paralogiſmũ falſamq; concluſionẽ antiquorũ: ⁊ in quinq; primis reſpõdet ad illũ vno modo, ⁊ in textu poſtremo reſpondet altero mõ. ¶ Ait ergo in hoc textu. 71. quod antiqui fere oẽs, quęrentes veritatẽ ⁊ entiũ naturã, conuerſi ſunt in viã aliã, ſcilicet, falſam: ob inexperientiã: quia neſciebãt diſtinguere inter ens ſimpliciter, ⁊ nõ ens ſimpliciter. Paralogizabãt nãq; ſic. Quicqd fit, aut fit ex eo quod eſt, aut ex eo qđ non eſt (intellige tanq; ex termino a quo) neutrũ iſtorũ: ergo. Probatur minor: q2 qđ fit ex eo quod eſt, iã antea erat (ſupponebãt enim ꝙ nihil fiebat ex eo quod eſt, niſi q2 id quod fit latebat in termino a quo) ex eo autẽ qđ nõ eſt nihil fieri poteſt, q2 cũ ex nihilo nihil fiat, neceſſe eſt ſupponi ſubtm̃: ergo nihil ſimplr fit: ſed quicquid eſt, fuit ſemper. Argyropilus vertit quicquid fit, fit ex ente aut nõ ente. Idẽ tñ vbiq; pollet apud Ariſto. ens, ⁊ quod eſt, ⁊ pariter, nõ ens, ⁊, quod nõ eſt, ſicut idem eſt, legẽs, et, qui legit, eſt enim, ens, participium ab eſſe.

Et ſic itaq; quod conſequenter accidit augentes, neq; eſſe multa dicunt, ſed tantũ ipſum quod eſt. Illi ergo talem acceperunt opinionem, propterea quæ dicta ſunt. Textus. lxxij.

¶ Addit in tex. 72. ꝙ inde antiqui cõſequẽter inferebãt oĩa eſſe vnũ. Alludit ad Parmenidẽ ⁊ Meliſſum ⁊ alios, q dicebãt oĩa eſſe aut aquã, aut aerem. ⁊c. Enimuero cũ ſecundũ illos nulla ſimplr ſubſtãtia de nouo pducebat, ꝯñs erat vt oẽs qs experimur rerũ trãſmutationes eſſent accidẽtales: atq; adeo oĩa eſſent vna ſubſtãtia. ſ. eiuſdem ſpẽi. Tametſi, Anaxag. ⁊ Democrit⁹ aliter aſſerebãt nihil fieri, d nouo, ponẽtes oĩa actu latitare ĩ qlz, ⁊, gigni, nihil aliud eſſe, q̃ ꝙ latebat aparere.

Nos autem dicimus, ꝙ ex eo quod eſt, aut ex eo quod non eſt, fieri, aut quod nõ eſt, aut quod eſt, facere aliquid, aut pati, aut quodcunq; hoc fieri: vno quidẽ modo nihil differt, aut medicũ facere aliquid, aut pati, aut ex medico eſſe, aut fieri. Textus. lxxiij.

¶ In textu. 73. ⁊ qtuor ſequẽtibus rñdet vno mõ. Ad cuius euidentiã ſupponit pri⁹ ꝙ qñ dicim⁹, ex eo qđ eſt. i. ex ente, aut, ex eo qđ nõ eſt aliqd fieri, nihil differt, ſi illud claritatis cauſa exprimam⁹ ĩ ijs terminis. ſ. ex medico ⁊ nõ medico fieri aliqd: ⁊ cũ dicim⁹, qđ eſt, ⁊, qđ nõ eſt, facere aut pati aliqd, exprimere id poſſum⁹ p hos trĩos, nõ medic⁹ aut, medic⁹, facit aut patit aliqd. Hoc ſuppoſito.

Quare cum hoc dupliciter dicatur: manifeſtũ eſt ꝙ & ex eo quod eſt, & id quod eſt aut facere aliquid, aut pati. Aedificat igitur medicus: non ſecũdũ ꝙ medicus, ſed ſecũdũ ꝙ ædificator: & alb⁹ fit: non quatenus medicus, ſed qten⁹ niger. Medicatur autem, & non medicus fit: quatenus eſt medicus. Cum autem maximè propriè dicamus medicum facere aliquid, aut pati, aut fieri ex medico, ſi ſecundum ꝙ medicus hæc patiatur aut faciat: manifeſtũ quòd non ex non ente fieri & hoc ſignificat, quatenus non eſt. Quod illi quidẽ non partientes: aberrauerunt. & propter hanc ignorantiam tantum inſuper ignorauerunt: quòd nihil aliorum. opinati ſunt fieri, aut eſſe, ſed auferebant omnem generationem. Textus. lxxiiij.

¶ Subdit in textu. 74. ꝙ ſi hoc qđ dicim⁹, ex medico fit aliquid, aut, ex nõ medico fit aliqd, aut, medicus aut non medicus facit aut patit aliquid, ſi hoc (inqt) dicit duplr, ꝯñs eſt, vt etiã dicat duplr, ex eo qđ eſt, aut ex eo qđ nõ eſt, fieri aliqd. At vero medicũ duplr cõtingit facere aut pati aliquid. ſ. ⁊ per ſe, ⁊ per accidẽs. Cũ em̃ dicim⁹, medicus ędificat, id intelligit per accidẽs, quatenus accidit perito ędificãdi peritia ſimul medicinę: nã p ſe nõ ędificat, niſi inquantũ ędificator: ⁊ pariter medicus nõ fit albus in quantũ medicus, ſed in quantũ niger: albũ enim per ſe fit ex eo quod nõ eſt albũ: ꝙ aũt illud ſit medicus, eſt per accidẽs: cum autẽ dicimus ꝙ medicus: medicatur, aut, ꝙ ex nõ medico fit medicus, illud eſt per ſe: q2 medico in quantũ medicus eſt cõuenit medicari, ⁊ nõ medico in quantũ eſt nõ medicus conuenit fieri medicũ. Ex ijs cõcludit manifeſtũ eſſe ꝙ cũ dicitur, ex eo qđ eſt, aut ex nõ ente, fieri aliquid, intelligendũ eſt per ſe: in q ſenſu talis propõ eſt vera:

q2 id



q2 id qđ fit nõ fit per ſe ex eo qđ nõ eſt: nam qđ nõ eſt nõ intrat cõpoſitionẽ rei. At vero id qđ fit, fit per accidẽs ex nõ ente, puta ex eo quod nõ eſt: nã fit per ſe ex ſubiecto. ſ. ex materia, cui accidebat eſſe ſub priuatione huius formę quę gignitur. Et quia illi non ſunt partiti hos duos ſenſus, aberrauerunt, dicentes, nihil fieri ſimpliciter: ⁊ per conſequens auferentes omnem generationem.

Textus. lxxv.

Nos autẽ & ipſi dicimus fieri quidẽ nihil ſimpliciter ex eo quod non eſt: ſed tamen fieri ex eo quod non eſt, vt ſecundum accidens: ex priuatione enim, quæ eſt per ſe non ens, non ex eo quod eſt: fit. Mirabile autem eſt hoc & impoſsibile ſic videtur: fieri aliquid ex eo quod non eſt.

¶ In textu ergo. 75. applicat ſolutionẽ ad formã paralogiſmi antiquorũ. Cum em̃ arguũt. Id qđ fit, aut fit ex eo qđ eſt, aut ex eo quod nõ eſt, reſpõdetur ꝙ neq; fit per ſe ex eo qđ eſt, nec per ſe ex eo qđ nõ eſt: ſed fit p accidẽs ex eo qđ nõ eſt, ⁊ per accidẽs ex eo qđ eſt. Qđ fit per accidẽs ex eo qđ nõ eſt, patet: nã fit ex priuatione q̃ eſt per ſe nõ ens, ⁊ eſt accidẽs materię, ex qua fit gñatio. Intẽdit ergo dicere ꝙ qñ ignis gñatur ex ſtupa, per ſe qdẽ fit ex materia ⁊ forma, fit tñ p accidẽs ex nõ igne, puta ex priuatione formę ignis, q̃ erat in materia. Vbi attẽte cõſiderandũ eſt qđ nõ ſequit ignis fit ex priuatione formę: ⁊ priuatio eſt p ſe nõ ens: ergo ignis per ſe fit ex nõ ente: nã vtraq; partẽ antecedẽtis cõcedit Ariſ. ⁊ negat ꝯñs. Enimuero, vt ca. ſequẽti dicem⁹, priuatio per ſe eſt nõ ens: nã per ſe dicit priuationẽ entis. Cõcedim⁹ ergo ꝙ ignis fit ex per ſe nõ ente vt, per ſe, determinet nomen infinitũ: negamus tñ ꝙ per ſe fiat ex non ente, vt, per ſe, determinet verbũ fit. Sed mirabile, inqt, fuit hoc antiquis: ⁊ ideo impoſſibile videbatur eis aliquid fieri hoc modo ex non ente.

Textus. lxxvj.

Similiter autẽ, neq; ex eo qđ eſt, neq; id quod eſt fieri: niſi ſecũdũ accidẽs: ſic aũt & hoc fieri eodẽ mõ: vt ſi ex aĩali, aĩal vtiq; fiat, & ex quodã aĩali, quodã aĩal. vt ſi canis: ex quo fiat. Fiet em̃ nõ ſolũ ex quodã aĩali canis: ſed etiã ex animali, at nõ quatenus eſt animal. eſt enim iam hoc.

¶ In textu. 76. probat pari forma ꝙ id qđ fit, fiat p accidẽs ex ente. Qđ hoc exẽplo declarat. Si qdã aĩal in ſpecie fieret ex alio quodã aĩali, vt canis ex equo, tũc canis nõ fieret ex aĩali, in genere dicto: nã animal in cõi iam eſt, cũ ſit equus: ⁊ id quod fit tale debet fieri ex non eſſe illius (quod enim erat non fit) fit tamen canis per accidens ex animali. i. nõ in quantum eſt aĩal, ſed in quantũ hoc animal: puta in quantũ canis fit ex equo.

Textus. lxxvij.

Si autẽ aliquid debet fieri aĩal, nõ ſecundũ accidẽs: nõ ex aĩali erit. & ſi aliqd ſit: nõ ex eo quod eſt, neq; ex eo quod nõ eſt: quod em̃ ex eo quod nõ eſt dictũ eſt nobis, quid ſignificet, ꝙ quatenus non eſt. Amplius autem & eſſe omne, aut nõ eſſe: non remouemus: vnus igitur modus hic eſt.

¶ In textu. 77. applicãdo hoc ad propoſitũ, ait, ꝙ eodẽ modo homo nõ fit per ſe ex eo quod eſt. i. ex ente: nã anteq; homo ſit, iam eſt aliquod ens. ſ. illud ex quo fit, fit tamẽ per accidẽs ex ente: nõ quidẽ in quantũ eſt ens, ſed in quantũ hoc ens in potẽtia ad hominẽ, puta ex ſemine vł ex embrione, cui accidit priuatio formę hoĩs. vt. q. 5. expoſuim⁹. Et ita cõcludit Ariſt. ꝙ ſimpliciter nec remouem⁹ oẽ eſſe aut omne nõ eſſe. i. nec negam⁹ ſimpliciter rem quodãmodo eſſe anteq; ſit, q2 cõcedimus eſſe in potẽtia: nec negamus ſimpliciter nõ fuiſſe: q2 cõcedimus quodãmodo nõ fuiſſe in actu. Et hic, inquit, eſt vnus modus reſpõdendi.

Alius autẽ: ꝙ cõtingit eadẽ dicere ſecundũ potentiã, & actũ: hoc autẽ: in alijs determinatũ eſt cũ diligentia magis. Quare, quod quidẽ dicebamus, dubitationes ſoluũtur: propter quas coacti, remouent dictorũ quædã: propter hoc enim: tantum auerſi ſunt priores à via in generationẽ, & corruptionẽ, & omnino mutationẽ. Hæc enim viſa natura, omnem ſoluit hanc ipſorum ignorantiam. Textus. lxxviij.

¶ In textu. 78. ſubiungit aliũ modũ reſpõdendi: qui quodã modo eſt ſuperioris expoſitio: pleni⁹ veruntamẽ ſatiſſacit intentioni pręſenti: nã modus ſuperior ſolũ reſpõdet quomodo id quod fit, fit per accidẽs ex ente, ⁊ per accidẽs ex non ente. Idcirco reſtabat docere ex quo fiat generatio p ſe. Et hoc eſt quod iam nunc edocet. Ait enim ꝙ materia eſt quodammodo mediũ inter ens ⁊ nõ ens: non eſt enim per ſe ens actu, ſed hoc habet per formã: per ſe autẽ eſt ens in potentia. Hoc autẽ, inquit, in alijs determinatũ eſt maiori diligentia: nẽpe. 9. meta. tex. 21. quod nos etiã. q. 6. copioſius tractauimus: ⁊ ideo quicquid fit, fit per ſe ex materia: quę nec ſimpliciter eſt ens nec ſimpliciter eſt nõ ens, ſed ens ſecundũ quid, puta ens in potentia. ¶ Concludit ergo ꝙ iſto modo ſoluunt dubitationes, ppter quas coacti ſunt antiqui negare ſimpliciter gñationẽ ⁊ corruptionẽ, eo ꝙ videbãt nihil fieri ſimpliciter ex ente nec ſimplr ex nõ ente: inter q̃ ignorauerũt mediũ. ¶ Sequit hic quęſtio ſeptima ſuper tex. 78. Vtrum forma. ⁊c.

## QVOD MATERIA ET PRIuatio ratione differant.

## CAP. IX.

Textus. lxxix.

TAngentes igitur & alij quidã fuerũt ipſam: ſed nõ ſufficienter. primũ em̃ confitentur ſimpliciter fieri aliquid ex eo quod nõ eſt: quatenus Parmenidem recte dicere. Poſtea videtur ipſis ſiquidẽ eſt numero vna: & potentia tantũ eſſe. Hoc autẽ: differt plurimũ. Nos enim materiã & priuationem: alterum eſſe dicimus. & horum: materiam quidẽ nõ ens eſſe ſecundũ accidẽs. priuationẽ autẽ: per ſe. & materiam quidem prope & quodammodo ſubſtantiam: priuationem autem. nequaquam.

¶ Cum cap. ſuperiori mõſtrauerit Ariſto. naturã materię, quã antiqui nõ nouerãt, quę conſiſtit in medio inter ens ⁊ nõ ens, in hoc poſtremo capite, quod quinq; habet textus, pergit docere naturã priuationis ratione differentis a materia, quę fuit altera antiquorũ ignorãtia. In hoc ergo textu qui eſt in ordine. 79. proponit veterũ errorẽ, dicẽs, ꝙ antiqui vtcunq; tetigerũt naturã materię, cognoſcentes materiã nõ eſſe ſimpliciter ens (quod vere coniectabãt) ſed tamen affirmabãt ſubinde ſimpliciter eſſe nõ ens, in quo errabant.

baut. Et mouebātur ratione Parmenidis, quam ſuper textū.25. expoſitā reliquimus. ſ. Quicquid eſt pręter ens, eſt nō ens: ſed materia nō eſt ſimpliciter ens: ergo eſt ſimpliciter non ens ⁊ nihil. Quę tamē illatio nihil valet vt per ea quę iā modo dicta ſunt conſtat: cum materia ſit medium inter ſimpliciter ens ⁊ ſimpliciter non ens. Rurſus iſti credētes materiā ſimpliciter eſſe nō ens, atq; adeo nullā eſſe differentiā inter materiam ⁊ priuationē, inferebāt eo modo aliqd fieri ex materia, quo fit ex priuatione: cuius contrariū oſtēſum eſt. Nam ex priuatione fit res per accidēs: ex materia vero, fit per ſe. Obidq; Ariſt. oſtēdit differenciā eſſe rationis inter materiā ⁊ priuationē duplicē, nō obſtante ꝙ idē ſint numero. Prima ꝙ materia per accidens eſt non ens: priuatio vero eſt per ſe nō ens. Cuius ratio eſt: qꝛ materia de ſe nec dicit eſſe, qꝛ per ſe nō exiſtit, ſed per formam: nec rurſus per ſe dicit nō eſſe, quia nō dicit merā negationē, ſed potentiā vt ſit per formā: ⁊ cū ens ſignificet eſſe, fit vt nec per ſe ſit ens, ſed ꝑ aliud, puta per formā: nec per ſe ſit nō ens, ſed per accidens. i. quatenus caret hac vel illa forma. Quod alta mēte philoſophis reponendū eſt, vt intelligatur natura materię, quod fuit Ariſt. ſubtiliſſimū inuentū ad prodendā veterū ignorantiā, vt q.6. per amplius diximus. Priuatio vero ex natura ſua dicit carentiā formę: ⁊ qꝛ eſſe eſt a forma, priuatio eſt per ſe nō ens. vt cecitas: qꝛ ꝑ ſe dicit carentiā viſus, per ſe eſt nō ens, niſi ꝙ nō dicit purā negationē, ſed negationē in ſubiecto apto. Secūda drīa naſcit ex ꝑma: videlicet ꝙ materia eſt prope ſubſtantia: qꝛ eſt proxima ⁊ ꝑ ſe potētia ad eſſe per formā. Obidq; per ſe intrat cōpoſitionē rei naturalis: priuatio vero, nequaq;. Unde fit vt res naturalis per ſe fiat ex materia: per accidens vero, ex priuatione: quippe quę poſitiue non concurrit ad generationem, ſed eſt ſolum terminus a quo incipit generatio.

Duplex diff. inter materiā ⁊ priuatio.

Natura materię.

Textus. lxxx.

❧ Quidam autē quod nō eſt, magnū & paruum ſimiliter: aut ſimul vtrumq;, aut ſeorſum vtrūq;. Quare penitus alter eſt modus hic trinitatis: & ille. hucuſq; enim proceſſerunt: ꝙ oportet quandā ſupponi naturā. hanc tamen: vnam faciūt. etenim ſi aliquis dualitatē facit, dicens magnū & paruum ipſam: nō minus idem facit. alterā enim deſpexit, priuationē. permanēs em̄ cū forma cauſa eſt eorū quę fiūt, ſicut mater, altera vero pars cōtrarietatis: ſepe per imaginationē videbitur ad maleficiū ipſius intendenti intellectum, neque eſſe penitus.

¶ In textu hoc. 80. redarguit philoſophus opinionem Platonis: quę videtur eſſe contraria ſuperiori. Quapropter nō apparet vera ſententia quorundam dicentium opinionem modo improbatam fuiſſe Platonicorum: cum potius appareat fuiſſe aliquorum diſcipulorum Parmenidis. Nam illa opinio videtur huic contraria. Ille namq; videntur negare materiam ⁊ ſolum ponere priuationem, puta non ens ex qua omnia credebant fieri. Enimuero, vt non negarent generationem, ⁊ ſimul ſuſtinerent magiſtri ſententiam, ſcilicet quicquid eſt pręter ens, eſt non ens, concedebant materiam eſſe ſimpliciter nō ens. Platonici vero ponunt materiam ⁊ non priuationē. Tametſi Plato in dialogo illo, quem nōcupauit Parmenides, laudat illam ſententiam, ꝙ quicquid eſt pręter ens eſt non ens. Et ideo forſan, quanq; materiam appellet magnum ⁊ paruum, intelligit ſimpliciter eſſe non ens. At cuiuſcunq; pręfacta illa fuerit opinio, Plato ponebat materiam ⁊ formā. Et quia forma eſt cauſa conuenientię ⁊ vnitatis ſpecificę plurium indiuiduorū eiuſdem ſpeciei, materia vero eſt cauſa diuerſitatis (quia propter accidentia quę ſe tenent ex parte materię differunt indiuidua) formā appellabat vnitatem: materiam vero, dualitatem. Et illam explicabat his nominibus, magnum ⁊ paruum, denſum enim appellabat magnum, propter multitudinem materię: ⁊ rarum appellabat paruū, propter paucitatem materię. Qua diuerſitate reliquas omnes deſignabat. Poſſet ergo quis iudicare Platonem ponere tria principia perinde atq; Ariſtot. vt, paruum, intelligatur eſſe priuatio: magnum, vero, materia. Hoc ait Ariſtot. eſſe falſum: nam trinitas, inquit, Platonis alia eſt quam noſtra. Quoniam magnum ⁊ paruum, ſiue eandem (inquit) numero materiam ſignificarent, propter aptitudinem quam habet vt modo ſit magna modo parua: ſiue ſeorſum magnum ſignificaret materiam quę actu eſt magna ⁊ paruum eam quę actu eſt parua: tamen vtroq; modo ſignificabat vnam naturam, ſcilicet, materiā in quantum eſt materia ⁊ ſubiectum. Et ideo deſpiciebat priuationem: cum tamē longe differat inter materiam ⁊ priuationem. Quam quidem differentiam perſpicuo exemplo explicat, dicēs, quod materia permanet in compoſito: atq; adeo habet ſe in generatione, ſicut mater: quę ſecundum Ariſtot. ſe habet paſſiue in generatione reſpectu viri. 1. meta. tex. 9. Priuatio vero, quę eſt altera pars contrarietatis (quippe quę formę contrariatur) mentis imaginatione videtur ſimilis intendenti ad maleficium, id eſt, quemadmodū adultera maleficium molitur marito, vt alium virum admittat, ita priuatio formę generandę, quę accidit materię, eſt cauſa corruptionis pręcedentis formę, vt alia recipiatur. Sunt tamen Philoponus: et alij, qui exiſtimant Platonem non negaſſe priuationem: tametſi illā non palā vt Ariſtot. expreſſerit.

Plato.

Textus. lxxxj.

❧ Exiſtente enim quodam diuino, & bono, & appetibili: aliud quidem, cōtrarium ipſi dicimus eſſe. aliud autem: quod natura aptum eſt appetere, & deſiderare ipſum ſecundum ſuam ipſius naturam. Quibuſdam autē accidit: cōtrarium appetere ſuā ipſius corruptionē. Attamen neq; ipſum ſuam ipſius poſsibile eſt appetere ſpeciem (propterea ꝙ non eſt indigens) neq; contrarium. corruptiua enim ſunt ſui inuicem: contraria. ſed hoc eſt materia: ſicut ſi fœmina maſculū, & turpe pulchrum. verum non per ſe, turpe: ſed ſecundum accidens: neq; fœmina: ſed ſecundum accidens.

¶ Subſequenter tex. 81. lucidam facit ⁊ notatu dignam cōparationē inter hęc tria principia, vt euidētius ſingulorum natura ſplendeat. Ait enī formam eſſe quid diuinum et bonum. Diuinum quidē, quia deus eſt actus purus nihil materię habens admixtū, forma autem omnis ſuopte nomine dicit actum, ſicut materia dicit potentiam.



Forma.

Et ideo oīs forma ⁊ oē eſſe (quod eſt a forma) eſt qdā participatio diuina. Itē forma eſt bonum ⁊ ꝑfectio materię: qꝛ materia nō habet eſſe: niſi ꝑ formā, ſicut corpꝰ nō habet eſſe albū, niſi ꝑ albedinē. Et ideo īter formā ⁊ alia duo ꝑncipia manifeſta eſt differētia. ¶ Materia vero differt a priuatione, ꝙ materia appetit formam: ſicut informe ſuā perfectionē: priuatio vero, cū ſit cōtraria formę, nō appetit illā. Obidq; ratione differūt. Sed illis (inquit) qui nō credūt materiā ⁊ priuationē differre rōne, ſed eſſe prorſus idem. hoc ſubinde accidit incōueniens, vt cōcedāt contrariorꝫ appetere ſuam propriā corruptionē. Quod ſic probat. Materia appetit formā, vt dictū eſt, ſed non appetit illā ſpeciem. i. formā quā habet, qꝛ nihil appetit, niſi illā rem qua caret ⁊ indiget: ergo appetit formā qua caret. Tunc, vel materia appetit formā, quatenus materia eſt priuatio illius, ⁊ tunc contrarium appeteret ſuum contrarium, ⁊ per conſequēs ſuam corruptionē: nam forma nō pōt aduenire materię, niſi eiecta inde priuatiōe. Si vero materia appetit formā, nō inquantū eſt priuatio, tūc materia ⁊ ꝑuatio differūt ratione. ¶ Animaduertat lector artē ꝓbādi aliqua duo, q̄ ſunt idē numero, differre rōne ex diuerſis modis loquēdi de illis. Si enim materia appetit formā, quā nō appetit priuatio, materia ⁊ ꝑuatio differūt rōne. ¶ Cōcludit ingenioſe Ariſto. ꝙ materia appetit formā, ſicut femina maſculū ⁊ turpe pulchrū. Hoc aliq̄ exponūt de appetitu feminę, quo appetit operā viri ad gn̄ationē. Sed hęc tn̄ expoſitio, textui nō conſonat. Inducit. n. ſimile ad declarandū quō materia appetat formā: priuatio vero, nō. Quapropter ſimile eſt huiōi, ꝙ ſicut oē imꝑfectū appetit eſſe ꝑfectū, nō ꝙ ipſamet ratio ⁊ forma imꝑfectior appetat eſſe forma ꝑfectior: qꝛ nō pōt mutari in illā: ſed ꝙ illud ſubiectū cui accidit ꝑfectio, appetit ad ꝑfectionē aſcendere. Exēpli grā. Femina eſt qd imꝑfectū reſpectu maſculi: ⁊ ideo appetit eſſe maſculus. Sed tn̄ ipſa ratio feminę, q̄ eſt carentia maſculi, nō appetit ꝑfectionem viri: ſicuti nigredo nō appetit eſſe albedo, alias appeteret ſuā corruptionē. At ſuppoſitū, cui accidit illa imꝑfectio, appetit eſſe maſculus. Et pariter turpitudo appetit pulchritudinē. Simili modo ꝑuatio formę nō appetit formā: ſed materia cui accidit, priuatio appetit formā. Ponit exēplū imꝑfectionibꝰ accidētalibꝰ, qualis eſt feminę ⁊ maſculi, q̄ accidētaliter differūt: qꝛ in eſſentialibus eadē eſt ratio de natura ⁊ ſuppoſito. Sicut enim natura hominis non poteſt appetere eſſe natura angeli, ita neq; homo eſſe angelus: qꝛ natura hominis eſt de eius eſſentia.

Materia.

Differre ratione.

Materia appetit formam.

Textus. lxxxij.

❧ Corrūpitur aūt: & fit. Eſt quidē vt ſic: eſt autē, nō. Quatenꝰ. n. eſt, id in quo: ſecundū ſe corrūpitur. quod. n. corrūpitur in hoc, eſt priuatio. q̄tenꝰ aūt ſecūdū potētiā: nō per ſe, ſed incorruptibilē, & ingenitā, neceſſe eſt ipſam eſſe. Si. n. fiat: ſubiici aliqd oportet primū, ex quo in exiſtēte fiat. hoc autem: eſt ipſius natura: quare: erit anteq̄ fiat. Dico enim materiam: primū ſubiectū vniucuiuſq;, ex quo fit aliquid, cū inſit non ſecundū accidens. & ſi corrumpitur aliquid, in hoc abibit vltimum. quare: corrupta erit, antequam corrumpatur.

¶ Cū dixerit toties Ariſto. materiam q̄ antea fuit ſub priuatione eādē manere ſub forma, vn̄ videtur cōſequi materiā eſſe perpetuā, priuationē vero ⁊ formā tanq; ꝑncipia cōtraria eſſe corruptibilia, in hoc tex. 82. exponit quemadmodū materia ſit ingenerabilis ⁊ incorruptibilis, dicēs, ꝙ quodā modo eſt corruptibilis, quodā mō vero, non. Eſt. n. corruptibilis ꝑ accidēs, q̄tenꝰ eſt id in quo (inquit) ſecūdū ſe aliquid corrūpit. i. quatenꝰ eſt ſubiectum cui accidit priuatio, quę ſecūdū ſe corrūpitur. At tn̄ ſecundū ꝙ materia eſt potentia ad formā, non per ſe corrūpitur: ſed eſt ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. Qđ eſt dicere cum materia aquę ſit idētice priuatio formę ignis, ⁊ pariter potentia ad ipſam, quando generatur ignis deſinit habere rationem priuationis, ſed manet ſub ratione ſubiecti. Quod autem materia ſit ſecundū ſe ingenerabilis, probat Philoſophus ſic. Si materia eſſet generabilis, ſupponeret aliud ſubiectū prius ex quo fieret: ſed nullum eſt prius ſubiectum: quia hęc eſt ipſius materię natura, vt ſit primum ſubiectum: ergo non eſt generabilis. Et pari ratione probat non eſſe corruptibilem: quia in rei corruptione reſolutio fit tātum vſq; ad materiam primā: quę permanet ſuccedentis formę ſubiectum. Ad euidentiā minoris ſubiungit diffinitionem materię dicens. Materia eſt primum ſubiectū vniuſcuiuſq; ex quo fit aliquid cū inſit, per ſe ⁊ non ſecundum accidens. Ordina ſic literam, ex quo cum inſit, id eſt ex quo inexiſtente in compoſito, fit res, non ſecundum accidens. Et vtraq; particula ponitur ad excludendam priuationem: quę nec manet in compoſito: nec per ſe eſt principium rei, vt. q. 5. amplius patebit.

Diffinitio materię.

Textus. lxxxiij.

❧ De principio autē ſecūdū ſpeciē, vtrū vnū an plura, & quod, aut q̄ ſunt: cū diligētia, primæ Philoſophiæ opus eſt determinare. quapropter: in illud tēpus reponatur. De Phyſicis autem, & corruptibilibꝰ ſpeciebus: in poſterius demōſtrādis dicemus. Quod igitur ſint principia, & quæ & quot numero: determinatum ſic à nobis ſit. Rurſus autem: aliud principium capientes, dicamus.

¶ In textu deniq;. 83. ⁊ poſtremo huius libri excuſat ſe cur hic, vbi tan longum ſermonem de materia fecerit ⁊ priuatione, nō meminerit formę, quę nobilius eſt principium. Et reſpondet inſinuās duplicem eſſe formā: aliam quę dicitur forma totius, vt natura hominis, natura equi ⁊c. quę dicitur forma metaphyſica. Et qꝛ dē huiuſmodi forma contentio eſt cum Platone, hanc diſputationem proprie innuit pertinere ad libros metaphyſicorum, qui in conſideratione altiſſimarum cauſarum poſiti ſunt. Aliter accipit forma phyſicę pro ea q̄ eſt altera pars cōpoſiti: de qua dicti in ſubſequentibus futurum eſſe ſermonē: libro nanq; proximo copioſior erit formę ſpeculatio. ¶ Cōcludit deniq; propoſitū huius libri ſatis eſſe diſcuſum: nēpe q̄, ⁊ quot ſint principia rei naturalis. Atq; adeo rurſus aliud initium ſumēdum eſt (inquit) libri ſubſequentis: ſane in quo de natura ⁊ aliis cauſis rei naturalis eſt diſſerendum. ¶ Sequitur quęſtio octaua. Utrum priuatio ⁊c.

¶ Finis primi libri.

# Reuerendi patris fratris Dominici Soto Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper ſecundum Phyſicorum Commentaria.

## CAPVT. I.

Textus .j. EORVMQVE ſunt: alia quidem ſunt natura, alia verò, propter alias cauſas. Natura quidem ſunt: & animalia, & partes ipſorum, & plantæ, & ſimplicia corpora, vt terra, ignis, & aer, & aqua. hæc enim, & huiuſmodi: natura eſſe dicim⁹. Omnia autem quæ dicta ſunt: videntur differentia ab iis, quæ non natura exiſtunt. quæ enim natura ſunt omnia: videntur habere in ſeipſis principium motus, & ſtatus. hæc quidem, ſecundum locum: illa verò, ſecundum augmentum & decrementum. quædam autem: ſecũdum alterationem.

Textus.ij. ¶Lectus autem, & indumẽtum, & ſiquid huiuſmodi aliud genus eſt: ſecundum ꝙ quidẽ ſortitum eſt prædicationem vnamquãq;, & quatenus eſt ab arte, ne vnum quidem habet impetum mutationis innatum. quatenus autẽ accidit ipſis, lapidea, aut terra eſſe, aut mixta ex his: eatenus habent.

Materia hui⁹ libri. ¶Cum ſecundũ ordinem procedendi in prologo huius libri ab Ariſt. ſtatutũ ſcientia rei alicuius a principiorum omnium & cauſarum cognitione habeat proficiſci: & rei naturalis alia ſunt principia intrinſeca, que proprie appellantur principia, alia vero extrinſeca, que proprie nominantur cauſe, vt efficiens & finalis: & libro primo tractatum ſit de principiis primi generis (eo ꝙ principium, vt primo cap. primi libri dictũ eſt, cõmunius eſt ꝙ̃ cauſa) ſubſequitur in hoc ſecundo de principiis ſecũdi generis. dicere: nempe de cauſis efficienti & finali. At quia cauſe rei ſunt etiam principia ſcientie eiuſdem, quoniam ſcire eſt rem per cauſas cognoſcere, optime ait. S. Tho. materiã huius libri eſſe de principiis ſciẽtie. Non ꝙ ſcientia hec nõ demõſtret etiam per materiã & formã, de quibus in ſuperiori libro dictũ eſt (nam vt hic videbimus) phyſicus, quia tractat de rebus vt ſunt in materia, per omnes eius cauſas naturales demõſtrat: ſed quia in hoc libro explicat, & ſubiectũ de quo eſt hec ſciẽtia, quod eſt ens naturale: & primũ medium in quod omnes demonſtrationes reſoluuntur: qđ eſt nature definitio, & paſſiones quas hic appellat ſecũdum naturam. Et preterea applicando cauſas rei ad demõſtrationes manifeſtat quemadmodum hec ſcientia per omnes cauſas naturales demonſtrat. Philoponus & alij aiunt intentionem precipuã Philoſophi in his duob⁹ libris eſſe tractare de materia & forma: ſed in primo principali⁹ de materia ꝙ̃ de forma: hic vero principali⁹ de forma & eius cauſis efficienti & finali, ꝙ̃ de materia. Neq; hoc certe diſplicet: nam & in calce primi libri dixit ſe ſtatim dicturum de forma phyſica: & in huius initio ſtatim proponit de natura: cuius ratio principalius conuenit forme ꝙ̃ materie.

Diuiſio libri. ¶Sunt ergo in hoc ſecũdo libro, ut in ſuperiori, capita nouem. Que in tria membra ſecari congrue poſſumus. Etenim in duobus primis explicat tria modo dicta, ſcilicet quid nam ſit natura, quid ens naturale, quid ens ſecundum naturam. Que ſunt, medium ſubiectum, & paſſiones totius phyſice. In quatuor ſequentibus docet quatuor eſſe cauſarum genera. Et in trib⁹ demum vltimis oſtendit quo modo hec ſciẽtia demõſtret per omnes cauſas. ¶Sunt autẽ in toto libro ſecundum diuiſionem Commentatoris textus. 92. Atqui primum hoc caput ꝯtinet textus. 15. ¶In primo & ſecũdo, qui ſub eodem aptius ſunt cõtextu, premittit ſtatim Ariſtot. diuiſionem rerum naturalium a rebus non naturalibus. ſ. que a cauſis non naturalibus proficiſcũtur. Hec ſunt tria genera. ſ. artificialia que ſunt ab arte, moralia que ſunt ex electione ſecundum prudentiam, fortuita que ſunt a caſu vel fortuna: ꝙ̃uis moralia, quia non ſunt res facte: ſed operationes, non attinent ad rem preſentem. Intendens enim naturam diffinire, que nobis eſt occulta, exorditur ex entibus naturalibus eam manifeſtare, q̃ noſtris ſunt oculis obiecta. ¶Cõnumerat ferme gradus omnes entium naturalium: nempe animalia & eorũ partes. In quo innuit differentiã ab artificialibus. Enimuero licet domus ſit quid artificiale, non tamẽ omnes eius partes ſunt artificiales, ſed naturales: vt lapides & ligna: animalium vero & partes organice, & oſſa, & carnes, omnes ſunt naturales. Materia vero & forma nõ dicũtur entia naturalia: ſed ſunt nature. Itẽ numerat plantas, que viuũt ſola vita vegetatiua: & ſimplicia corpora que non viuũt, vt ſunt quatuor elementa. Non meminit mixtorũ nõ viuẽtium, vt ſunt lapides: quia vt habetur. 1. celi. tex. 7. mixta non habent aliũ motum, ꝙ̃ ſecundũ elementũ predominans. Et ideo nomine elemẽtorum intelligũtur. Subticuit item celos, non eo ꝙ ſint animalia, vt ait Cõmentator in de ſubſtantia orbis: ſed propterea, vt arbitror, quia hic non tractat: niſi de generalibus & corruptibilibus. Aut forte, vt ait hic Themiſtius, quia celum nõ videtur habere naturam, que ſit principium motus & quietis: ſicut iſta inferiora: quia naturaliter quieſcere nõ poteſt. Sed de hoc. q. 1. ſermonem fecimus. ¶Subiungit differentiã inter hec naturalia & alia non naturalia, potiſſimũ artificialia, nempe ꝙ naturalia videntur habere in ſe principium ſui motus. Non ait, videntur, eo ꝙ dubitet: ſed quia ita apparet ad ſenſum. Et ponit tres differentias motus. Alia enim videmus moueri localiter: que vt ait Commentator, ſunt tria, ſcilicet celum, elementa, & animalia. Celum enim mouetur circulariter: & elementa, motu recto, aut ſurſum, aut deorſum: et pariter mixta ſecundum predominationem elementi. Animalia vero mouẽtur trãſuerſaliter in ſuperficie terre. Sed plante non mutant proprie locũ: licet augeantur ad maiorem locũ. Alia mouentur motu augmentatiuo: qualia ſunt oĩa viuẽtia. Nã augmẽtatio ignis per appoſitionẽ cõbuſtibiliũ nõ eſt propria, vt lib. 1. q. 4. dictũ eſt. Motu autẽ alterationis cõprehendit, vt ait hic Cõmẽtator, etiã generationẽ, que finis eſt alterationis. Quiquidẽ motus cõuenit oĩbus elelemẽtis & mixtis que cõtinent ſub ſole. Utrũ aũt hec oĩa habeãt principiũ actiuũ ſui motus, an vero tm̃ paſſiuũ. q. 1. elucidatur. ¶In tex. 2. ſubiũgit cõtrariũ de artificialibus, dicens, ꝙ lectus & indumentum & alia artificialia ſecundũ ꝙ habẽt hmõi p̃dicationes. ſ. rationem & nomẽ artificij, non habent principiũ motus: ſed inquantum ſunt lignea, aut lapidea. Qđ eſt dicere ſtatue Mercurij propter formã artificialem nullus cõpetit motus localis, aut alterationis &c. ſed quia eſt lapis, ſi dimittatur cadit deorſum. Et ideo ſtatue de per accidens conuenit ille motus: quia accidit lapidi qui ſua natura cadit vt ſit Mercurius aut Iupiter &c.

Text. iij. Primæ q̃ſtionis ſedes. TAN quã natura ſit principium aliquod & cauſa mouendi, & quieſcendi: ei in quo eſt primum, per ſe, & non ſecundum accidens. Dico autem, non ſecundum accidens: quoniam fiet vtiq; ſibi ipſi aliquis cauſa ſanitatis, cùm ſit medicus. attamen non quatenus ſanatur, medicinam habet: ſed accidit eundem, medicum eſſe & ſanari. quapropter & ſeparantur aliquando abinuicem. Similiter autem: & aliorũ quæ fiunt, vnũquodq;. nullum enim ipſorum habet in ſeipſo actionis principium: ſed alia quidem in aliis & ab exteriori, vt domus, & aliorum manu factorum vnumquodq;. alia autem in ſeipſis quidem, ſed non ſecundum ſeipſa: quæcũq; ſecundũ accidens cauſæ ſunt ipſis. Eſt igitur natura: quod dictum eſt.

Diffinio nature. Burleus. ¶In tex. 3. ex dictis elicit Ariſt. diffinitionẽ nature. Ubi loco generis ponit, principiũ & cauſa, qđ Burleus ſm Auicenam putat diſiũctiue intelligi: vt principiũ dicatur de principio actiuo, qualis eſt forma, et cauſa de principio paſſiuo, qualis eſt materia. Sed profecto hoc non cũſonat dictis in principio primi libri. Principiũ enim propriiſſime dr̃ de materia. Et ideo arbitror legendũ eſſe copulatiue, vt iacet. Sed quia principiũ cõmunius eſt, ponitur prius: ad explicandũ ꝙ tam materia, ꝙ̃ forma vtrũq; eſt principium & cauſa. Eſt enim vtraq; principiũ, propter ordinem: quia ſunt priora toto: & cauſa quia ex illis efficitur totum. Licet materia minus habet de ratione cauſe, ꝙ̃ forma: & ideo forma perfectiori modo eſt natura. vt ſtatim patebit. ¶Mouendi & quieſcendi, Iridẽ cenſet legendũ eſſe diſiunctiue, propter celum: quod habet quidem principiũ mouendi, ſed non quieſcendi: & terrã: que ſecũdum ſe totam habet ecõuerſo principium quieſcendi: ſed non mouẽdi. Attamen derogat ſenſui textus, niſi hoc copulatiue legatur. Mens enim Ariſto. eſt ꝙ natura q̃ eſt principiũ quieſcendi, & propterea ꝙ eſt principium quieſcendi, eſt principiũ mouendi. Natura enim grauis eo mouet lapidem, quia appetit quieſcere in cẽtro: & natura leuis ideo mouet leue ſurſum, quia appetit illic q̃eſcere: & aq̃ ideo reducit ad frigiditatẽ, quia illa eſt ſua perfectio: & plãta & animal ideo augeť, vt ſit in ſua perfectione. An vero in celo quodã mõ poſſit aſſeri principiũ quieſcẽdi, & in terra principiũ mouendi, videbit. q. 1. ¶Ei in quo eſt. i. natura eſt principiũ motus quo ſuppoſitũ ipſum in quo eſt moueatur. Forma ergo ignis non dicictur natura, eo ꝙ eſt principiũ actiuũ calefaciẽdi aquã: ſed materia aque eſt natura eo ꝙ eſt principiũ ipſi aque vt moueatur ab alio. Et forma viuẽtis dicitur natura: quia eſt principiũ augmenti ipſius ſuppoſiti in quo eſt. ¶Primum, Ad differentiam accidentis, quod eſt principium ſecundũ, & inſtrumentale, vt calor naturalis eſt principiũ nutritionis eius & augmenti: & grauitas eſt principium deceũſus grauis: non tamen eſt natura, niſi ſola forma ſubſtantialis, que eſt primũ & principale principium, aut materia que eſt principiũ paſſiuũ. ¶Per ſe, & nõ ſecundum accidens, ponitur ad differẽtiam artis medici infirmi, q̃ ſeipſum ſanat: eſt enim principiũ ipſi medico ſue ſanitatis: ſed hoc eſt per accidẽs. Ut enim lib. 1. tex. 74. dictum eſt, medicus non fit albus quatenus medicus eſt, ſed quatenus niger: fit enim album per ſe ex nigro, cui accidit, vt ſit medicus. Eodem modo medicus non ſanatur per ſe eo ꝙ ſit medicus, ſed eo ꝙ ſit infirmus: cui accidit ꝙ ſit medicus. Quapropter ait Ariſt. [ſeparantur aliquando] ſtat enim ꝙ ille qui ſanat nõ ſit medicus: ſed tñ infirmus & qui ſanatur nõ ſeparãtur. Neceſſarium enim eſt, vt qui ſanatur, ſit infirmus: ſicut id quod mouetur ad calorem neceſſe eſt, vt non ſit perfecte calidum. ¶Similiter (inquit) eſt in aliis artificiis, ꝙ. ſ. non habent in ſe principium ſui motus: ſed alia quidem ita habent in ſe principium extrinſecum, vt nec per ſe, nec per accidens poſſint illud habere in ſeipſis: vt domus eſt ab arte, que nullatenus eſſe poteſt in domo. Alia vero poſſunt habere in ſe principia: ſed per accidens, vt de ſanitate medici modo dictum eſt. De maioribus dubiis queſtionẽ primam conſulito.

Naturam autem habent, quæcunque huiuſmodi habent principium: & ſunt hæc omnia; ſubſtantia. Subiectum enim quoddã, & in ſubiecto eſt natura ſemper. Textus. iiij.

Ens naturale. ¶In tex. 4. ſubdit ens habẽs naturã, eſſe, qđ cũq; ens habens in ſe principiũ ſui motus. Quapropter, vt in principio primi libri adnotauimus, idem eſt ens naturale, & ens mobile. Et ratione ſubnectit, ꝙ cũ natura ſemper ſit in aliquo ſubiecto. i. in aliquo ſuppoſito (eſt enim, aut materia, aut forma) illud ſuppoſitum in quo eſt natura dicitur habens naturam. i. ens naturale: veluti ſubiectum illud in quo eſt albedo eſt res habẽs albedinem, atq; adeo album.

Textus. v. Secundum autem naturam ſunt: & hæc, & quæcunque his inſunt ſecundum ſe: vt igni: ferri ſurſum, hoc enim natura quidem nõ eſt, neq; habet naturam, ſed à natura, & ſecundum naturam eſt. Quid igitur eſt natura, dictum eſt: & quid, quod à natura & ſecundum naturam.

¶In tex. 5. explicat tertium nomẽ eorum que propoſita ſunt, dicens, ꝙ ſecundum naturam dicuntur & hec omnia, ſcilicet ſubſtantia, & ſuppoſita q̃ habẽt eſſe a natura, & preterea motus & accidentia q̃ illis a tali natura cõpetunt, vt eferri ſurſum eſt ſecundum

ſecūdū naturā ignis, ⁊ cadere deorſum eſt ſecūdum naturā grauis, q̄ ſunt paſſiones huius ſciētię de quibus lib. 3. incipit philoſophari. Habentur ergo hęc tria expoſita, ſcilicet quid ſit natura, quid habens naturam, id eſt, ens naturale, ⁊ quid ens ſecundum naturam.

Textus. vj. ❧ Quod autem ſit natura, tentare demonſtrare: ridiculum eſt. Manifeſtum eſt enim: quòd huiuſmodi entia ſunt multa. Demonſtrare autem manifeſta per immanifeſta: non potētis iudicare eſt quod per ſeipſum, & nō per ſeipſum notum eſt: Quod autem contingat hoc pati: non immanifeſtum eſt. SYLLogizare enim quis poſſit de coloribus: cùm à natiuitate ſit cecus. Quare neceſſe eſt talibus: de nominibus eſſe ſermonem, nihil autem intelligere.

Cæcus nō iudicat de coloribus.

¶Subſequēter in tex. 6. docet Ariſ. ⁊ naturam eſſe, ⁊ quid ſit natura, ſupponendū eſſe in philoſophia naturali tanꝗ̄ primū principiū indemōſtrabile. Auicena, vt refert Commētator tex. 3. ait nō eſſe ꝑ ſe notū in phyſica naturā eſſe, nec illud hic Ariſtotelē docere: ſed id ſolum ꝙ ad phyſicū nō ptinet hoc demōſtrare, ſed ad metaphyſicū, cuiꝰ eſt aliarū principia ſciētiarū demōſtrare. Hoc ſibi perſuadet, qr 7. ⁊ 8. huius probat Ariſtot. omne qđ mouet habere principium ſui motus: ⁊ 3. cęli probat grauia ⁊ leuia habere principium ſui motus, puta grauitatē ⁊ leuitatem: qđ eſt ꝓbare naturā eſſe. ¶Falſa tn̄ eſt opinio Auicenę. Enimuero cū 1. poſt. tex. 2. dictum ſit de ſubiecto ſcientię ſupponēdū eſſe, ⁊ ꝙ ſit, ⁊ quid ſit, mens hic Ariſt. eſt docere vtrūꝫ eſſe per ſe notū de natura, quę eſt principium motus, a qua dr̄ ens naturale et mobile: qđ eſt phyſicę primū ſubiectum. Obidꝫ volētes (inq̄t) demōſtrare naturā eſſe, vtūtr hoc tanꝗ̄ ignoto ⁊ demōſtrabili: cū tn̄ ſit per ſe notū ad ſenſum ⁊ indemōſtrabile. Et id quidē patefacit exēplo a cōtrario. Etenim vt cecus natus, qui nullā de coloribus habere pōt ſcientiā (nam deficiente ſenſu deficit eius obiecti ſcientia 1. poſt. tex. 32.) cū de coloribꝰ ſyllogizat, ſola nomina format ſine eorum conceptibus: ⁊ ideo vtit ignotis acſi eſſent ſibi nota. Cōtrario mō ꝯtendēs demōſtrare naturā eſſe vtit tanꝗ̄ ignoto ⁊ dubio, illo qđ eſt ꝑ ſe notū. ¶Qđ vero ad ſenſum ſit per ſe notū naturā eſſe, patet. Noīe enim naturę vniuerſi intelligūt id quo res naturales differūt a nō naturalibꝰ: qđ eſt habere intra ſe ꝑncipiū ſui motꝰ. Dr̄ n. natura, vt q. 1. explicabimꝰ, quaſi naſcitura: qđ eſt principiū naſcentiū cōiunctū ipſi ſemini quo ab intrinſeco diſponitur ad generationē. Et inde vniuerſaliter principiū intrinſecū, quo res mouetur appellatur natura: ſed eſt ad ſenſum per ſe notū multa entia a ſeipſis moueri, vt manifeſtū eſt de motu progreſſiuo animalium, ⁊ de motu grauiū, quę cum permittūtur, ſua ſponte cadunt: ergo. Dicit, quędā, quia de oībus non eſt adeo manifeſtū. At de cęlo nō habemus experientiā vtrum a ſe, an ab alio moueatur. Nec de motu alterationis elementorū id conſtat ad ſenſum: cum videamus nō alterari: niſi ab extrinſeco. ¶Unde ad Auicenā reſpōdetur ꝙ nec eſt dubium id naturam eſſe qđ eſt principium motus: nec rurſus ꝙ natura ſit: ſed eſt de qualibet re dubitabile: quā ſit eius natura. Primū vtrum vľiter natura ſit res diſtincta ab eo cuius eſt natura. Hoc enim negabat Plato eſſe neceſſariū, dicēs, ꝙ aliquid poteſt a ſeipſo moueri, ita vt nullo mō diſtinguatur pars quę mouet a parte quę mouetur: cuius cōtrariū docet Ariſt. locis citatis. ſ. ꝙ omne qđ mouet ab alio mouet: quinā ſint huic ⁊ illi rei, naturales motus, hoc eſt vnicuiꝫ ſcientię proprium pręſcutari circa ſuum ſubiectum.

Auicena.

❧ Videtur autem nonnullis, natura & ſubſtātia eorum quæ natura ſunt: eſſe quod primum ſubiectum eſt vnicuique, non formatum per ſeipſum. vt lecti natura, lignum: ſtatuæ autem, æs. ſignum autem dicit Antiphon: quoniam ſi aliquis defoderit lectum & accipiat potentiam putredo vt ſit germen, non vtique fieri lectum ſed lignum, tanꝗ̄ quod ſecundum accidens eſt, eſſe diſpoſitionem ſecundum legem & artem. ſubſtantiam autē: eſſe illam, quæ etiam permanet, hæc patiens cōtinuè. Texus. vij.

¶Ex diffinitiōe ſignata naturę dubiū reſtat quōmō illic accipiātur principiū ⁊ cauſa: ſit ne natura principiū actiuū tm̄, an paſſiuū tm̄, an vtrūꝫ. Quā ambiguitatē dirimit in hoc tex. 7. ⁊ ſequentibus. Ubi intendit tres ſtatuere concluſiones. Prima eſt meteria, quę eſt principalium paſſiuū eſt natura. Secunda. Forma nihilominꝰ eſt natura. Tertia. Forma eſt magis ⁊ perfectiori mō natura ꝗ̄ materia. Ubi ex 1. lib. meminiſſe opus eſt illius differentię inter veteres illos phōs ⁊ Ariſtotelē, ꝙ illi, nō attingētes verā naturā ꝑcipij materialis, ponebāt illud eſſe ens in actu cōpletū, puta aquā vel aerē ⁊c. atꝫ adeo formas oēs ſubſtātiarū putabāt eſſe accidentia. Illi ergo tm̄ mō appellabāt naturā rei ꝑncipiū illud materiale, hoc mō ſyllogizātes. Natura vniuſcuiuſꝫ rei (vt nomē ipm ſonat) nihil aliud eſt, ꝗ̄ eiꝰ ſubſtātia, ſubſtātia vero (vt nomē itidē ꝓſefert) eſt illō qđ ꝑpetuo manet ꝗcūꝫ accidēte corrupto: ſed ſolū ꝑncipiū materiale eſt hmōi: ḡ. Maiorē manifeſtabat Antiphō exēplo artificialiū. Experimur eīn ī artificialibꝰ ꝙ ſi ſtatuā ligneā Mercurij ſubtus terrā defodiamus, tunc cum putrida germinauerit nō pululabit inde ſtatua: ſed lignū. Signū ḡ eſt naturam ſtatuę nō eſſe figuram illam, quę corrupta nō repullulaſcit, ſed tantū lignū.

Tres concluſiones.

❧ Si autē & horū vnūquodq; ad aliud aliquid idem hoc patitur (vt æs quidem & aurū, ad aquā: oſſa autem & ligna: ad terram, ſimiliter autem & aliorum quodlibet) illa, eſt naturam eſſe ſubſtantiam ipſorum. Textus. viij.

¶Applicat in tex. 8. hoc ad naturalia, hoc mō. Sicut ſe habet lignū ad lectū aut ſtatuā, ita in naturalibus aqua ſe habet ad ęs ⁊ aurum, ⁊ terra ſe habet ad oſſa ⁊ ligna: ſed lignum eſt natura ſtatuę; ergo ⁊ aqua eſt natura ęris ⁊ auri: ⁊ terra eſt natura oſſis ⁊ ligni. Ponit duorum exēplum: qr metalla ⁊ omnia fuſilia, dum igne liqueſcunt reſoluuntur in liquorē, quem appellabāt aquam: oſſa vero ⁊ ligna ⁊ lapides non liqueſcunt: ſed igne vertuntur in cineres, ⁊ pariter ſi conterantur. Et ideo ſubſtantiam ⁊ naturam illorum appellabant aquam: horum vero, terram.

❧ Quocirca ſanè, hi quidem terrā, alij verò ignē, alij aerem dicunt: quidam autem aquam, quidā verò quędam horum, quidam autem omnia hęc, naturā eſſe eorū q̄ ſunt. Quod enim aliquis ipſorum exiſtimauit huiuſmodi, ſiue vnū, ſiue plura: hoc & tot dicit eſſe omnem ſubſtantiā: alia autē oīa: paſſiones iſtorum, habitus, & diſpoſitiones. Tex. ix.

¶Infert tex. 9. ꝙ ex illis aliqui dicebant naturā ⁊ principiū rerū eſſe ignē: alij vero, aquā: aut aerē: quidā vero quędā horum. i. duo puta aquā reſpectu metalorū fuſilium, ⁊ cerę, ⁊ aliorū liquorum: terrā vero reſpectu ſicorū. Sed reliqua puta formas auri, oſſis, ligni, equi ⁊c. putabant eſſe paſſiones quaſdā accidētales illius ſubſtātię ⁊ naturę. ¶Cōtrariū huiꝰ qđ hic ait Ariſ. videlicet aliquos antiquos poſuiſſe terrā principiū, videtur aſſeruiſſe 1. meta. tex. 14. vbi dixit neminē poſuiſſe terrā vt principium. Nulla eſt tn̄ cōtradictio: qr illic ſolū dicit ꝙ nemo eorū qui ponebāt tantū vnū principiū dicebat illud eſſe terrā: ſed tn̄ qui ponebāt plura principia, vnum quidem eorū ponebant terram, vt Empedocles qui ponebat omnia elemēta ⁊ Parmenides, qui ponebat ignem ⁊ terram, vt habetur eodem lib. cap. 3.

Textus. x. ❧ Et horum quidem: quodlibet eſſe perpetuū. Non enim eſſe mutationem ipſis ex ſeipſis. alia autem fieri & corrumpi infinities. Vno igitur modo: natura ſic dicitur, prima vnicuiq; ſubiecta materia habentium in ſeipſis motus principium & mutationes.

¶Rurſus aiebāt illā ſubſtātiā ⁊ naturam rerum, perpetuam eſſe, nec fieri tranſmutationes ſecundū ipſam: ſed ſolū ſecūdū formas, quę infinities generantur ⁊ corrūpuntur in eadē natura. Ut n. ſi ſtatua obruatur ſub terra, corrūpetur quidē et germinabit lignum: ex quo iterum poteſt fieri ſimilis ſtatua: quę iterato corrūpi pōt manente ligno: ⁊ ita infinities, pariter in naturalibꝰ lignū verſum in pulueres rurſus germinabit: ⁊ ita infinities, manente terra, quę eſt natura ligni generabitur ⁊ corrūpetur lignū. Et ſimili modo manente aqua, quę natura ⁊ ſubſtātia eſt metalorū, infinities corrūpetur, ⁊ inde rurſus generabuntur metalla. ¶Philoſophus igitur illis antiquis cōcedit Ariſt. hanc cōcluſionē, quę apud ipſum eſt prima. Materia eſt natura. Unde natura inquit vno quidē modo dicit prima vnicuiꝫ ſubiecta materia habētiū in ſeipſis motū ⁊ principiū motus. ¶Ubi ad notādū eſt ꝙ licet cōcedat illis materiā eſſe naturā, nō tn̄ ꝯcedit materiā eſſe aliqđ ſuppoſitū cōpletū, vt cēſebāt illi: ⁊ ideo ait ꝙ natura eſt prima materia, ad drīam ligni ⁊ aliorū ſubiectorū artificialiū. Et rurſus [quę ſubiecta eſt vnicuiꝫ habētiū in ſe principiū] ad drīam itidē artificialiū, quę nō habēt in ſe principiū motus, vt dictū eſt. Ait, principiū motus ⁊ mutationis, propter generationē: quę nō eſt motus: ſed mutatio. Quibus verbis argute inſinuat aduerſus illos, ꝙ lignū, qđ eſt ſubiectum formę artificalis, non eſt natura, ſed habens naturā: natura vero eſt prima materia ligni in quā reſoluitur putrefactū lignū, de cuius potētia per virtutē ſeminalem educitur forma arboris, quę inde pullulat.

1. Cōclu.

Textꝰ. xj. ❧ Alio autē modo: forma & ſpecies, quæ ſecundum rationem, Vt enim ars dicitur, quod ſecundum artē, & artificiale: ſic & natura, quod ſecundum naturam dicitur, & quod naturale. Neque autem illud adhuc dicimus habere ſecundum artem aliquid: ſi potentia tantùm eſt lectus, nondū autem habet ſpeciem lecti: neque eſſe arte: neque in iis quæ natura ſubſiſtunt. Potentia enim caro aut os: neque habet adhuc ſuiipſius naturam priuſquam accipiat ſpeciem, quæ ſecundum rationem, quam diffiniētes dicimus quid eſt caro, aut os. neque natura eſt.

¶Addit aduerſus priſcos in tex. hoc. 11. ꝯcluſionē ſecūdā. Alio modo natura eſt forma ⁊ ſpecies quę eſt ſm̄ rationē. i. forma, vnde res ſumit ſpeciem, quę exprimit ꝑ diffinitionē. Noīe enim rationis, ītelligit quiditatiuā diffinitionē. Obidꝫ ait, alio mō, qr alia rōne materia dr̄ natura, alia vero forma. Probat ꝯcluſionē tribꝰ rōnibus. Prima eſt. Quēadmodū ī artificialibꝰ illud eſt ars, a quo res dr̄ artificialis ⁊ ſm̄ artē, ita in naturalibus illud eſt natura, a quo res dr̄ naturalis et ſm̄ naturā (nam ſicut ars ad artificialia, ita natura ad naturalia) ſed in artificialibus non dicitur aliquid lectus, aut ſtatua eo ꝙ ſit in potentia lectus, aut ſtatua: nā lignum informe non dicitur res artificialis, aut ſm̄ artem: ſed tunc dr̄ talis: qn̄ eſt ſub forma artificiali: ḡ neꝫ in ijs, quę natura ſubſiſtūt, dicit res naturalis: puta os, aut caro propterea ꝙ ſit in potētia talis: nā tunc ſemen animalis diceret animal: ſed dr̄ naturale os, qn̄ actu habet formā oſſis: ⁊ naturalis equꝰ, qn̄ actu habet formā eq̄: ḡ ſicut ſm̄ artificialibꝰ forma eſt ars, ita ⁊ ī naturalibꝰ forma eſt ꝓprie natura. Nō accepit artē ꝑ habitu q̄ eſt ī artifice, ſʒ ꝑ forma: qr effectꝰ ſortit nomē cauſę: dicimꝰ. n. imaginem, optimā eſſe artē. Erue medulā huiꝰ rōnis, q̄ certe ingenioſe Ariſt. redarguit antiquos, intēdēs, ꝙ nō deberēt arguere ex analogia materię artificialiū ad rimandū naturaliū naturā, ſed potius ex analogia formę ad formam: vt ſicut forma artificialiū eſt id a quo res artificialis ſortitur ſpeciē et per conſequēs a quo dicitur artificialis, ita id a quo res dicitur naturalis eſt forma: ⁊ per cōſequens illa eſt perfectius natura.

2. Cōclu.

1. Ratio.

❧ Quare: alio modo natura vtique erit habentium in ſeipſis motus principium, forma & ſpecies non ſeparabilis exiſtens, niſi ſecūdum rationem. Quod autem eſt ex his: natura quidem non eſt, ſed à natura, vt homo. Et magis natura hæc eſt: q̄ materia. Vnumquodq; enim tunc dicitur: cum entelechia ſit, magis quàm cum potentia. Textus. xij.

¶Concludit ergo in textu. 12. propoſitā cōcluſionē. ſ. ꝙ forma ⁊ ſpecies (idē enim eſt) alio mō eſt vtiꝫ natura ꝗ̄ materia. Nō negat quin materia ſuo mō ſit natura: ſed dicit ꝙ forma eſt alio mō. Subdit autē ꝙ forma non eſt a materia ſeparabilis exiſtens ſm̄ rem: quia forma naturaliter ſine materia eſſe non poteſt: eſt tn̄ ſeparabilis ſm̄ rationē. i. ſm̄ eſſentiā ⁊ diffinitionē quiditatiuā. Materia enim dr̄ natura, eo ꝙ eſt in potentia ad formam rei naturalis: forma vero eſt natura, eo ꝙ eſt actus quo res naturalis ſortitur ſpeciem ⁊ diffinitionē quiditatiuam. Homo autem ⁊ quodcūꝫ cōpoſitū non dicitur natura, ſed a natura. i. ens naturale. An vero natura ęquiuoce ſignificet materiam ⁊ formam, queſtione 1. diſputatur.

Aliter forma ꝗ̄ materia eſt natura.

¶Hinc

¶Hinc infert tertiam concluſionē, ſcilicet ꝙ forma eſt magis natura q̃ materia.i.perfectius: nō ſolum ꝙ forma eſt perfectior q̃ materia in genere entis, ſed ꝙ ratio nature ⁊ principij eſt pꝛeſtantius in forma q̃ in materia. Materia enim eſt natura eo ꝙ eſt principium paſſiuum motus eius in quo eſt: forma vero eo ꝙ eſt actus ⁊ perfectio a quo res ſortitur ſpeciē. Et hoc eſt quod ait formam eſſe entelechiam.i.actum perficientem rationem ſpeciei.

Textus. xiij.

Amplius, fit ex homine homo: ſed non lectus ex lecto. Quapropter etiam dicunt figuram non eſſe naturam: ſed lignum. quoniā fiet vtiq; ſi germinabit: non lectus, ſed lignū. ſi ergo hoc eſt ars: & forma eſt natura. fit enim: ex homine, homo.

¶In textu.13. probat eandem concluſionē ſecundā ſecunda ratione: qua ſane antiquos ſuo ipſorum pugione confodit. Illud eſt rei cuiuſcunq; natura, quod ſuapte natura reddit ⁊ permanet quacunq; alia forma corrupta: quod Antiphon confitetur, dicens, lignum eſſe naturam lecti, formam vero minime, eo ꝙ lectus cū ſub terra obruitur, germinat lignum ſine forma lecti: at vero tunc non ſolum materia ligni reddit: ſed forma ligni: ergo qua ratione dicūt lignum eſſe naturā, concedere ſubinde habent formam ligni eſſe naturam. Imo potius formā q̃ lignum: nam ſi ex lecto naſceretur lectus, ſicut ex homine homo, et ex ligno, lignum, formam lecti merito appellaſſent naturam: quia natura eſt id ſecūdum quod ſimile generat ſibi ſimile: ⁊ forma eſt ratio ſimilitudinis geniti ad generans. Itaq; qua ratione negant formam artificialem lecti eſſe naturam, affirmare tenentur formam ligni eſſe naturam.

Textus. xiiij.

Amplius autem: natura dicta vt generatio, via eſt ad naturam. Non enim vt medicatio dicitur non ad medicinam via, ſed ad ſanitatem (neceſſe enim eſt: à medicina non ad medicinam, eſſe medicationem) ſic natura ſe habet ad naturam. ſed quod naſcitur: ex quodam in quidam venit, quatenus naſcitur. Ad quod igitur naſcitur? non ad id ex quo: ſed ad quod.

¶In text.14. ſubditur tertia eadēq; arguta ratio. Ad cuius euidentiam notato, ꝙ motus quando ſignificatur per modum actionis, denominatur a principio a quo: cū vero ſignificatur vt paſſio, denominatur a termino ad quē. Cuius ratio eſt, ꝙ motus eo ꝙ eſt vt via in fieri denominatur a ſuo actu: actꝰ vero actionis eſt forma, vnde procedit actio: ſed terminus paſſionis eſt forma ad quam terminatur paſſio. Exempli gratia. Medicatio ſignificat motum per modum actionis: et ideo denominatur a medicina, que eſt principiū eius actiuum: ſed ſanatio eſt nomen paſſionis, q̄ recipitur in animali: ⁊ ideo denominatur a ſanitate. Unde medicatio non eſt via ad medicinā, ſed a medicina: neq; ſanatio eſt via a ſanitate: ſed ad ſanitatem. Ad propoſitum, natura, vt hic inſinuat Ariſto. eſt equiuocum, ſignificans ⁊ viā ſcilicet generationē, que dicitur naſcitura ⁊ natiuitas: ⁊ pꝛeterea terminū generationis, a quo generatio dicitur natiuitas. Et hoc eſt quod ait. [Eodem modo] (.ſ. vt ſanatio a ſanitate) natura dicitur ad naturam.i. natura denominatur a naſcitura. Tunc ratiocinatur hoc modo. Id quod naſcitur a quodam in quoddā naſcitur.i. de potentia materie prodit in actum forme (vt equum naſci eſt de potentia ſeminis in actum forme prodire) A quo ergo illud denominabitur naſci et motus denominabitur natiuitas? Ab illo ne a quo naſcitur, puta a materia, an ab illo ad quod naſcitur, ſcilicet a forma? Quaſi dicat denominabitur certe ab illo termino ad quem naſcitur: q2 naſci ſignificatur per modum paſſionis. Probe ergo colligit ꝙ forma ſit magis natura q̃ materia: vtpote cum a forma motus generationis dicat natiuitas, ⁊ ſuppoſitum dicatur naſci. ¶Hinc elicitur ꝙ generatio eſt motus ad naturā: corruptio vero motus a natura que corrumpitur.

Natura.

Textus. xv.

Forma itaque, natura eſt: ſed forma & natura dupliciter dicitur. Etenim priuatio: ſpecies quodam modo eſt. ſi autem eſt priuatio & contrariū aliquod circa ſimplicem generationem, aut non eſt: poſterius conſiderandum eſt.

¶Tandem text.15. ⁊ poſtremo huius capitis ait ꝙ forma et natura dupliciter dicitur, ſcilicet de ſpecie, puta de forma, ⁊ de priuatione forme. Hoc bifariam poteſt quis forte ſentire. vno modo vt priuatio que eſt tertium principium rei naturalis (nēpe negatio forme in ſubiecto apto, que eſt terminus a quo generationis) ſit quodā modo forma ⁊ natura. Hic tamen ſenſus ſtare non poteſt: tum quia vt queſtione vltima libri primi dicebamus, priuatio nihil poſitiuū dicit, ſed negationem ⁊ abſentiam forme: quare neutiq; cenſeri poteſt eſſe forma: tum etiā quia intentio Ariſt. eſt ex tribus principiis generationis ſolā materiam ⁊ formam appellare naturam. Et ideo Commentator ⁊ fere omnes dicunt ꝙ priuatio accipitur hic pro forma duarum contrariarum minus perfecta: quā.q.5. explicuimus virtualiter includere priuationem ſue contrarie. Eſt enim nigredo quodam modo priuatio albedinis: ⁊ frigiditas, caloris: ⁊ forma plante, forme animalis ⁊c.

¶Sed reſtat dubitato, quāobrem Ariſtot. induxerit huc, diſtinctionem hanc, arbitror id cauſe fuiſſe, ꝙ cum proxime dixerat generationem dici natiuitatem a forma genita, que eſt terminus ad quem ⁊ natura: poterat quis ambigere, dum res perfecta corrumpitur in imperfectā, vt cum lignum putreſit, exicatur arbor, aut moritur animal, corruptionē huiuſmodi non eſſe generationē ſeu natiuitatē: atq; adeo formam cadaueris, aut quācūq; aliam corruptionis nō eſſe naturā. Ait ergo hmōi formas, licet ſint quodā mō priuationes pfectior, nihilominꝰ, eſſe naturas. Unde illā elicit maximā phyſicam.3. huius textu.73. ⁊.1. de gene. tex.16. ꝙ ſemper corruptio vnius eſt generatio alterius. Ad q̄ quidē loca forſan annuit hic dicēs, ꝙ poſterius eſt cōſiderandū an in ſimplici.i. ſubſtātiali gn̄atione, ſemp corruptio vniꝰ quod ſe habet vt priuatio, ſit generatio alterius, qd ſe habet vt forma. Uel forte alludit ad.5. huiꝰ tex.10. ⁊.2. de gene. tex.24. vbi diſputat, an ſicut in generatione ſm quid, puta alteratione, contrarium fiat ex corruptione ſui contrarij, ita in generatione ſimplici.i. ſubſtantiali, forma que corrumpitur ſit contraria forme, que gignitur.

¶Sequitur queſtio.1. ſuper text.3. Utrum diffinitio nature ⁊c.

Quod



## QVID INTER PHYSIcam differat, & Mathematicam.

## CAPVT. II.

Textus. xvj.

QVONIAM autem determinatū eſt quot modis natura dicitur: poſt hoc ſpeculādum eſt, quo differt Mathematicus à Phyſico. Etenim plana, & ſolida, habent phyſica corpora, & longitudines, & pūcta, de quibꝰ cōſiderat Mathematicꝰ.

¶Poſtq̃ ſuperiori cap. pꝛeiecit Ariſt. ceu fundamentū huius libri, quid eſt natura, que eſt velut mediū primum demōſtrationum huius ſcientie: quid ens naturale, qd eſt ſubm̄: ⁊ quid ſm naturā, que ſunt proprie paſſiones: in hoc cap. qd.11. habet textus (conſtituit drīam inter ſcientiam hāc phyſicā, ⁊ mathematicas: ea de cauſa, quia cū tractent de eiſdē fere rebus, poſſet quis ſuſpicari eſſe eandē ſcientiā. Facit ergo duo argumēta ad queſtionē. Primū in hoc tex.16. Ille ſcientie que cōmunicāt in ſubiecto, ſunt eedem, aut ſaltē vna eſt pars alterius, vt ſciētia de generatione eſt pars ſciētie phyſice: ſed phyſicus ⁊ mathematicus cōmunicāt in ſubiecto: philoſophatur enim vterq; de ſolidis.ſ. de corporibus, ⁊ de longitudine, puta de linea, ⁊ de punctis: nam phyſicus tractat de ente mobili: quod non poteſt eſſe, niſi materiale, ⁊ per ꝯñs trinam habens dimenſionem: ⁊ tractat de lineis: nam tractat de terminis quantitatis augmenti ⁊ decrementi.

Textus. xvij.

Amplius autem ſi Aſtrologia, alia eſt: an pars Phyſicæ, ſi enim Phyſici eſt quid ſit ſol, aut luna ſcire, accidentium autem per ſe nullum: inconueniens eſt. & præſertim cùm videantur dicere, qui circa naturā verſantur: & de figura ſolis, & lunæ, & vtrum ſpherica ſit terra, & mundus, an non.

¶Secūdū eſt in tex.17. Ille ſciētie ſunt eadē, quibus eadem eſt pars ſpecifica: ſed aſtrologia eſt pars mathematice, vt notum eſt: quippe que tractat de quātitatibus orbiū ⁊ ſiderū ⁊ motuū eorū: ⁊ eſt itidē pars phyſice: nam vna pars phyſice eſt de ſole ⁊ luna, vtpote que ſunt entia naturalia: ⁊ qui tractat de rei cuiuſpiā ſubſtātia, habet ⁊ de eorum omnibus accidentibus diſſerere: ergo phyſica, ⁊ mathematica in idem concidunt.

¶Quod aduc confirmat authoritate veterū phyſicorum, qui de figura ſolis ac lune terreq; ⁊ totiꝰ orbis in quantum phyſici pertractarunt.

Textus. xviij.

De his igitur negociatur & Mathematicus: ſed non quatenus Phyſici corporis terminus eſt vnumquodq;. neque accidentia ſpeculatur: quatenus talibus exiſtentibus accidunt. QVApropter: & abſtrahit. abſtracta enim ſunt intellectu à motu: & nihil refert. Neque fit mendaciū: cùm abſtrahunt.

Abſtrahētiū non eſt mendatū.

¶Queſtionē diluit in tex.18. dicens phyſicam diuerſam eſſe a mathematicis ſcientiā: nam q̃uis idem habēt obiectū materiale, non tñ habēt idē formale. Cōſiderāt.n. quidē de rebus eiſdē, rōnibus lōge diuerſis. Hoc iam.q.1. notum fecimus: mathematicꝰ enim tractat de quātitate, abſtrahēdo a materia ſenſibili: puta de triangulo, aut circulo, abſtrahendo a ligneo, eneo, albo, nigro ⁊c. Phyſicꝰ vero tractat de figuris vt ſunt termini rerū naturalium. ¶At q2 heſitare quis poſſet: quonā modo intellectus poſſit abſtrahere quātitatem a ſubſtantia, cum in rei veritate abſq; ſubſtātia naturaliter eſſe nō poſſit: addit abſtractionem hmōi non eſſe mendacium. Ubi vulgata eſt illa diſtinctio abſtrationis duplicis. Alia enim eſt negatiua: qua.ſ. negat hoc eſſe hoc. Et hec falſa eſſet, qua negaret quantitatem ⁊ eius figuras eſſe in ſubſtantia. Sed alia eſt abſtractio pꝛeciſiua: que nō eſt negatio, ſed cōtēplatio alicuius rei, aut alicuiꝰ, rōnis pꝛeſcindēdo ab alijs cum quibus in re cōiungitur. Sicut poſſet quis albedinem lactis cōſiderare ſine dulcedine: nō tamē iudicādo album non eſſe dulce. Ex hac pꝛeciſiua abſtractione poteſt, id qd eſt prius natura abſtrahi ab eo qd eſt poſterius natura. Poſſumus.n. rationē ſpecificam hois abſtrahere a petro: ⁊ rōnem genericā aīalis, ab hoīe: eſto petrꝰ formaliter ſit hō, ⁊ aīal. Et pari ratione, cū quātitas ſit velut ſubiectū oīm alioꝝ accidentium ſenſibiliū atq; adeo prius: imo realiter diſtinctum ab illis: poſſumus cōſiderare quantitatē abſtrahendo ab albedine ⁊ nigredine: quin etiam abſtrahendo a ſubſtātia, etiā ſecundū opinionē tenētium ꝙ non diſtinguitur realiter ab illa.

Abſtractio duplex.

Textus. xix.

Latent autem qui hoc faciunt: & qui ideas dicunt. Phyſica enim abſtrahunt: cùm minus ſint abſtracta mathematicis. ¶Fiet autē à hoc manifeſtum: ſi aliquis vtrorūq; tentauerit dicere terminos, & ipſorum, & accidentium. impar enim erit & par, & rectum & curuum, adhuc autem & numerus, & linea, & figura: ſine motu: caro autem, & os, & homo: non amplius. ſed hæc, ſicut naris ſima, ſed non ſicut curuum dicuntur.

¶Unde text.19. ſubnotat Platonem, ꝙ ex ignorātia huiuſmodi abſtractionis lapſus eſt in idearum errorem. Et hoc eſt quod ait [latent autem qui hoc faciunt, ⁊ qui ideas dicunt].i. hoc modo abſtrahentes latent eos qui ponunt ideas. Acſi dicat ponentes ideas ignorāt hunc modum abſtrahendi per intellectum id qd in re non eſt ſeparatum. Et hac de cauſa ponunt ſpecies realiter ſeparatas ab indiuiduis: que tamen ſola ſunt ratione ſeparabiles. Et hoc eſt qd ait, illos abſtrahere phyſica, que minus abſtracta ſunt, q̃ mathematica. Nam ſecundū Ariſto. quātitates, de quibus conſiderat mathematicus, licet non poſſunt eſſe naturaliter ſine ſubſtantia, ab ea tamen realiter diſtingūtur: ſpecies vero, de quibꝰ cōſiderat phyſicus, non ſolū nō poſſunt eſſe ſine īdiuiduis, verū nullo mō diſtingūtur ab illis, niſi ſola ratione. Petrꝰ nāq; ⁊ realiter ⁊ formaľr eſt hō. ¶Fiet autē manifeſta (ait Ariſt.) dr̄ia mathematice a phyſica, ꝙ mathematicꝰ cōſiderat, par ⁊ impar, curuū ⁊ rectū, non ꝯſiderādo in qua materia ſint: phyſicꝰ aūt ꝯſiderat curuitatē: nō quidē abſtractā, ſed eā q̄ eſt in naſo. Diffinit enim ꝙ ſimitas, aut aquilitas eſt naſi curuitas: illa quidem caua, hec vero, prominens. Et pariter tractat de figura oſſis, de figura hominis ⁊c.

Textus. xx.

Demonſtrant autem: & quæ ex mathematicis magis phyſica ſunt, vt Perſpectiua, & Harmonica, & Aſtrologia: è contrario enim: quodā modo ſe

do ſe habent ad Geometriam. Geometria enim, de phyſica linea conſiderat, ſed non quatenus eſt phyſica. Perſpectiua autem: mathematicam quidem lineam, ſed non quatenus mathematica: ſed quatenus phyſica eſt.

Scientię medię.

¶ In tex. 20. perſpicatius adhuc dĩam hanc manifeſtat argumento a maiori. Perſpectiua ꝛ muſica, quę ſunt medię inter mere mathematicas ꝛ mere phyſicas, propriꝰ tñ phyſicę, ꝗuis cõnumerentur inter mathematicas: iſtę (inquit) ſciẽtię differũt a geometria ꝛ Arithmetica, quę ſunt purę mathematicę: ergo a fortiori ſcientia pure phyſica differt a mathematica. Probat antecedẽs, quia geometria conſiderat quidẽ lineã abſtrahendo ab omni materia ſenſibili: perſpectiua vero ꝯſiderat lineã phyſicã. ſ. viſualẽ, quę motu procedit ab obiecto ad potentiam. Et pariter arithmetica tractat de pari ꝛ impari, abſtrahendo a materia ſenſibili: muſica vero de numero ꝓportionali in ſono, qui armoniã cõtẽperat. Dicuntur hę ſcientię magis phyſicę, vt probe ait S. Tho. qꝛ habitus ſortitur ſpeciẽ a fine: ꝛ finis iſtarũ eſt ſpeculari proportionem in re ſenſibili.

Textus. xxj.

Cùm autẽ natura duplex ſit, & ſpecies & materia: vt ſi de ſimitate quid ſit conſideremus, ſic cõtemplandum eſt. Quare neque ſine materia, neq; ſecundum materiam: quæ huiuſmodi ſunt. Etenim iam & de hoc dupliciter dubitabit quis: cũ duę naturę ſint, de vtra eſt Phyſici, an de eo quod eſt ex vtriſque? ſed ſi de eo quod eſt ex vtriſq;: & vtraque. Vtrum igitur: eiuſdẽ aut alius, vtrãq; cognoſcere?

¶ In tex. 21. ꝛ in parte reliqua huius capitis, cõſtituta dĩa inter phyſicã ꝛ mathematicã, manifeſtare proſequitur Ph. quouſq; protẽdatur intentio phyſicę ſcientię. Vnaquęq; enim ſciẽtia, vt habet ꝓpria principia a quibus proficiſcat, ita habet ꝛ ꝓprios terminos ad quos vſq; ptingat. Et ideo, cũ duplex ſit natura. ſ. ſpẽs (.i. forma) ꝛ materia: quęſtionẽ mouet, vtrũ phyſicus habeat de vtraq; cõſiderare. Atqui duobꝰ verbis inſinuat argumenta duo ad partẽ affirmatiuã. Primũ qꝛ cũ phꝰs naturalis habeat ꝯſiderare de natura: ꝛ tã materia q̃ forma ſit natura, ſequit vt vtriuſq; ſit eius cõſideratio. Secũdo qꝛ cum phyſicus, vt modo dicebamus, differat a mathematico: ꝛ ille tractet de formis accidẽtalibus vt abſtrahunt a materia, phyſicus vero de ſubſtãtialibus vt ſunt in materia, ꝯñs eſt vt phyſicus tractet de vtraq; natura. ¶ Duplicẽ ergo ꝓponit dubitationẽ. Prima vtrũ phyſici ſit cõſiderare de vtraq; natura. Sed hanc, tanq̃ ex primis verbis ſatis ſolutã, relinqt. Secũda dubitatio eſt vtrũ eſto phyſicę ſcientię ſit tractare de cõpoſito ex vtraq; natura, ꝛ per ꝯñs de vtraq; natura, vtrũ eiuſdem partis phyſicę ſit vtraq; cõſideratio, an alterius ſit tractare de materia, ꝛ alteriꝰ de forma. Qđ eſt quęrere, vtrum ſicut de diuerſis partibus ſubiectiuis .i. ſpeciebus entis mobilis, puta de cęlis et de animalibus, ſint diuerſę partiales ſciẽtię phyſicę, ita ꝛ de materia ꝛ forma, quę ſunt partes eſſentiales ſint diuerſę ſcientię.

Textus. xxij.

Ad antiquos enim aſpicienti: videbitur vtiq; eſſe materiæ. ad exiguam enim partẽ quandam. Empedocles & Democritus ſpeciẽ & quod quid erat eſſe: tetigerunt. ſi autem ars imitatur naturam, eiuſdem autem eſt ſcientiæ cognoſcere ſpeciem & materiam vſq; ad aliquid (vt medici ſanitatem, & choleram, & phlegma: in quibus eſt ſanitas. ſimiliter autem & ædificatoris: ſpeciẽ domus, & materiam, lateres ſcilicet & ligna. ſimiliter autem, & in aliis) & Phyſicæ vtique erit cognoſcere vtraſque naturas.

¶ In tex. 22. reſpondet ad quęſtionẽ ꝙ. ſ. ad eandẽ prorſus partẽ phyſicę pertinet tractare de materia ꝛ forma. Ait verũtamẽ ꝙ antiquos aſpicienti videbit ꝙ ſpeculatio phyſica ſolũ ſit circa materiam: ꝛ nihil circa formam: propterea ꝙ cõſideratio phyſica ſolũ eſt de natura, et illi materiale dũtaxat ſubſtm̃ cenſebant eſſe naturam. Præter Empedoclem ꝛ Democritũ: qui parũ exiliterq; inſinuarunt de rõne formę. Quippe quorꝝ primꝰ ponebat res fieri per cõmixtionẽ diuerſorũ elemẽtorꝝ ex quibus reſultaret mixtũ, quodãmodo differẽs ab illis: alter vero dicebat cõpoſitum fieri per cõcurſum atomorꝝ diuerſarum figurarũ. ¶ Probat autẽ concluſionem poſitã tribus rationibꝰ. Prima. Ars imitatur naturã: ergo ex artibꝰ poſſumus naturã indagare. Nam ſicut natura educit formã de potẽtia materię, diſponendo prius illã ꝛ tandem gignendo ens naturale, ita et artifex ex pręparatis ꝛ dolatis lapidibus ꝛ lignis facit domum: ꝛ ex molificato ferro facit enſem: ꝛ ex pręparato ligno ſtatuam: ſed artificem cuius eſt inducere formã pertinet etiã cõſiderare materiã, in qua ꝛ ex qua operat: ergo ꝛ ad philoſophũ naturalẽ pertinet, non ſolũ formam, ſed materiã cõſiderare. Ait vero, vſq; ad aliquid, qꝛ ad medicum, cuius eſt ſanitatem facere in corpore humano, pertinet phlegma et ſanguinem alioſq; humores cognoſcere, q̃ ſunt materia ſanitatis (nã ſanitas eſt humorꝝ proportio) et ideo debet cognoſcere an phlegma ſuperabundet, an ſanguis ſit putridus ꝛc. ſed tñ inquantũ medicus non tenet ſcire an ſanguis ſit generoſus, an cõplexio ſit apta ad ſcientias vel virtutes: quia hęc nihil pertinent ad ſanitatẽ. Et ſimiliter artifex debet conſiderare an lateres ſint bene cocti, ſint ex terra bona an ex ſabulo, an vero ſint albi, vel nigri, nõ pertinet ad ipſum. Et ſtatuarius, cõſiderat an lapis habeat neuos et maculas, habeat grana groſſa: ꝛ lignum ſit ne durũ, an mole: quatenus requiritur ad artẽ. An vero ſit calidũ an ſalubre: an germinãs dulces fructus necne: non pertinet ad ipſum. Eodẽ mõ ad phyſicũ pertinet cognoſcere materiã quatenus eſt potẽtia ꝛ principiũ paſſionũ formę: quẽ vero gradũ entis habeat in rebus, hoc pertinet ad metaphyſicũ.

Prima rõ.

Textus. xxiij.

Inſuper eiuſdem eſt: id cuius gratia & finẽ, & quæcunq; ſunt horum gratia. natura autẽ: finis eſt, & id cuius cauſa. quorum enim cõtinuo motu exiſtente, eſt aliquis finis ipſius motus: hic vltimũ eſt, & id cuius cauſa. Quocirca & poeta: deriſoriè adductus eſt vt diceret. Habet finem, cuius quidem cauſa factus eſt. VVLT enim: non omne vltimum eſſe finem, ſed optimum.

FINIS.

¶ In tex. 23. Subdit rationẽ ſecundã. Ad eandem ſcientiam



ſcientiam pertinet cognoſcere ꝛ finem, ꝛ ea quę ſunt ad finẽ: ſed natura .i. ſpẽs quę ꝯſtituitur per formã, eſt finis ad quẽ materia ordinatur: ergo ad eandem ſcientiam pertinet cognoſcere ꝛ materiã ꝛ formã. Minorem probat ſic philoſophus. Illud qđ eſt finis .i. terminus alicuius motus cõtinui, eſt vltimũ (.i. optimũ) ꝛ id cuius gratia fit motus: ſed id ad qđ terminatur generatio, eſt forma per quã ſuppoſitũ cõſtituitur in certa ſpecie: ergo forma eſt vltimũ, ꝛ id cuius gratia eſt generatio: ꝛ per ꝯñs cuius gratia eſt materia, quę eſt ſubm̃ generationis. ¶ Ad euidentiam huius textus notandum eſt ꝙ nomẽ finis ęquiuocum eſt. Accipitur .n. vno modo, aut pro extremo alicuiꝰ rei, vt dicimus finis terrę, aut pro termino alicuius durationis, vt erit finis mundi, ꝛ mors hoĩs dr̃ finis eius. Alio mõ accipitur pro cauſa finali: quę eſt id cuius gratia res fit. Ad cuius rationẽ non ſufficit ꝙ ſit vltimũ rei: ſed cum hoc requirit ꝙ ſit optimũ ꝛ id qđ intendit in motu, aut generatione. ¶ Qđ ſi quis quęrat modũ cognoſcendi qñ aliquid qđ eſt vltimũ, eſt etiã finis cuius gratia. Rñdet hic latẽter, ſed ingenioſe Ariſt. ꝙ finis .i. terminus motus, qñ motus eſt continuus, eſt finis optimus ꝛ cuius gratia. Motum continuũ appellat illũ qui non interpollat. Exempli gratia. In generatione aĩalis eſt emiſſio ſeminis, et alteratio eius in matrice: quę terminat ad gñationẽ ꝛ vitã aĩalis geniti. Vita ĝ eſt finis .i. id cuius gratia: qđ eſt cauſa finalis. Sed cũ aĩal peruenit ad perfectũ ſtatũ incipit poſtea alius motus cõtrarius tendẽs ad corruptionẽ aĩalis: qui proinde nõ eſt cõtinuus cũ pręcedenti. Eſt .n. ſicut graue proiectũ ſurſum, qđ in puncto reflexionis quo incipit cadere quieſcit. Mors igit aĩalis eſt quidem finis .i. terminus vitę illius: nõ tñ eſt cauſa finalis: qꝛ non eſt optimũ, ꝛ id cuius cauſa genitũ eſt aĩal. Ideoq; dicere (vt eſt in ſermone vulgi) mortem eſſe finẽ ad quem homo natus eſt (ita .n. loquit vulgus, vt natus ſum ad moriẽdũ, ita hoc eſt verum) hęc inq̃ falſa locutio eſt, laborãs ęquiuocatione finis. ¶ Secũdo notãdũ eſt ꝙ iſte innominatꝰ poeta (quẽ Philoponus ait fuiſſe Euripidẽ) inducit quaſi loquẽs de aliquo nup defuncto. Vt ſi dicas de Priamo, cum animã exalauit. [Habet finem, cuius cauſa factus eſt.] Dicunt aliqui interpretes hoc dixiſſe irriſorie, eo ꝙ videtur nugatio, cũ dr̃, finis, ꝛ id cuius cauſa, ac ſi diceret hõ aĩal. Vtrũ irriſio certe non conſiſtit in hoc: qꝛ nulla eſt nugatio, ſed potius diffinitio, cũ dr̃, finis eſt id cuius gratia. Sed irriſio cõſiſtit in ęquiuocatione finis: qꝛ mortẽ, quę eſt finis .i. terminus, appellauit finẽ .i. cauſam finalẽ. Ac ſi hõ propter hanc cauſam natus ſit, vt moriatur. Et põt aduerbiũ, irriſorie, accipi paſſiue: nam ſi ille aſſertiue hoc dicebat, irridedꝰ eſt. Et hũc ſenſum iſinuat traductio Argiropili. Si tñ illud ꝓferebat iocoſe, tũc irriſorie accipitur actiue: quaſi ꝙ ipſe irridebat ſophiſma. Et hunc ſenſum exprimit verſio Boetij, ꝛ hęc Vatabli: vt patet in verbis ſequentibus [vult enim] ꝛ ita habetur Gręce, bouletę, id eſt bene enim poeta intelligebat non omne vltimum eſſe finem: ſed illud qđ eſt optimũ.) Inducit ergo Ariſt. poetã ad explicandum illã particulam. [Continuo motu exiſtente] id eſt finis cuius gratia, non eſt terminus cuiuſcunq; motus: ſed vltimũ qđ cõtinuo motu intenditur ab agente. Vnde .5. meta. text. 21. mors (inquit) non eſt finis, niſi metaphorice: quia eſt perfecta corruptio ꝛ vltimum malorum.

Textus. xxiiij.

Quoniã & faciũt artes materiã: aliæ quidẽ ſimpliciter, aliæ verò operi accomodam. & vtimur, tanq̃ propter nos: omnibꝰ quæ ſunt. SVMVS enim quodã mõ & nos, finis. dupliciter enim eſt: id cuius cauſa. dictũ eſt autẽ: in eo qui de Philoſophia. ¶ Duæ igitur ſunt artes quę dominãtur ipſi materiæ, & quę ſunt cognoſcentes: ea quæ vtitur, & factiuæ quæ architectonica eſt. quapropter & q̃ vtitur architectonica quodã modo eſt. differt autem quatenus hæc quidem quę ſpeciẽ cognoſcit, architectonica eſt: alia autem, vt effectrix materiæ. Gubernator enim qualis ſit ſpecies aliqua temonis cognoſcit, & præcipit. Alius autem: ex quo ligno, & quibus ex motibus eſt. In iis igitur quæ ſunt ſecundum artem: nos facimus materiã, propter opus. ſed in phyſicis eſt.

NOS ſumꝰ finis omnium.

Textus. xxv.

¶ In text. 24. ꝛ. 25. ſubſequitur vel noua ratio vel explicatio eiuſdem minoris, quomodo videlicet materia naturalis eſt propter formã, ꝛ forma eſt finis materię. Pro cuius intellectu notandũ eſt quatuor hic adnotari ab Ariſtotele artium gñ̃a: duas quę verſant circa materiã: tertiã, circa formã: quartã, circa vſum. Eſt .n. ars oĩum infima, q̃ ſolũ facit materiã ſimplr̃. vt ars faciendi lateres domibus extruendis. Alia eſt paulo altior, q̃ pręparat materiã. vt ars fabrilignarij: qui dolat et pręparat ligna ad cõſtruendam nauem. Interſerit tamen parentheſim, dicens, ꝙ finis omnium quę arte fiunt nos ſumus. Duplex enim eſt finis alicuius rei aut actionis. vt habetur .5. meta. quẽ locum hic citat. Quãuis expreſſior ſit hęc diſtinctio .2. de aĩa tex. 37. Alter .n. eſt qui dr̃ finis cuiꝰ: ꝛ alter finis quo. vt finis cuius reſpectu domꝰ, eſt homo: finis vero quo, eſt habitatio. Et ideo dicit ꝙ finis quodã mõ oĩum artium .i. finis cuius, eſt hõ: fines vero quibus, ſunt diuerſi vſus diuerſorum artificiorum. vt finis nauis nauigatio: finis equi equitatio. Quare nõ ſolũ finis rerꝝ artificialiũ, verũ omniũ naturaliũ eſt hõ: quippe qui omnibus vtitur tanq̃ iis quę eius cauſa facta ſunt. ¶ Aliq̃ duę (inquit textu. 25.) ſunt artes architectonicę .i. principantes ꝛ dominantes artibꝰ verſantibus circa materiã .ſ. ars inductiua formę. vt ars conſtruendi nauem: ꝛ ars quę vtitur naui .ſ. ars nauigandi. Artẽ aliquã dominari alteri inferiori, eſt pręcipere artifici quomõ debeat operari. vt ars equeſtris pręcipit frenefactiue, dirigendo quale debet eſſe frenũ: tale .n. debet facere frenũ faber ferrarius, quale ſit ad equitationẽ accõmodatiꝰ ſcđm iudiciũ equitis. Ait ergo ꝙ tam ars inductiua formę, q̃ ars vſualis eſt architectonica. Nã ars vſualis eſt maxime oĩum ſuprema: nempe quę habet iudicare de ſpecie ꝛ forma nauiũ. Secundũ eñ iudiciũ nautę debet ars ꝯſtruendarũ nauiũ facere formã nauis, ꝛ formã temonis, et aliorꝝ inſtrumẽtorꝝ nauis. Sed tñ ars naui factiua eſt architectonica reſpectu artis, q̃ pręparat ligna. Artifex enim nauium pręcipit fabrilignario qua forma debeat dolare ligna. Sicut architector arcis pręcipit illis qui dolãt lapides, facere eos, aut quadratos, aut rotundos.

Artiũ quatuor gñ̃a.

Finis duplex.

Ars vero pręparãdi materiã habet iudicare de materia ipſa quã pręparat. vt faberlignariꝰ, an lignũ ſit ſolidũ. An ſit aptũ dolabre. Sicut q cõſtruit pietẽ dꝫ iudicare an lateres ſint bene cocti. ¶ Applicat Ariſt. artificioſe quidẽ artẽ ad naturã, dicẽs, ꝙ queadmodũ in artificiis nos facimus materiã ⁊ eã pręparamꝰ, vt ſit apta ad talẽ formam artificialem, ita in operibus naturę materia ipſa, non quidem fit (quia eſt perpetua) ſed eſt propter formam. Unde tandem colligitur intenta concluſio, ſcilicet ꝙ ad eandem ſcientiam phyſicam pertinet conſiderare, ⁊ de materia et de forma.

Textus. xxvj.

❧ Amplius eorum quæ ad aliquid, materia eſt. ad aliam enim ſpeciem: alia materia. Quouſq; ergo: Phyſicum oportet coguoſcere ſpeciem, & ipſum quid eſt? an quemadmodum medicũ, neruum: aut fabrum, æs, vſque ad aliquid? Alicuius enim gratia: vnũquodq;. & circa ea quę ſunt ſeparabilia quidem ſpecie: in materia autem. homo enim, hominẽ generat: & ſol. Quomodo autem ſe habeat hæc ſeparabilis, & quid ſit: Philoſophiæ primæ eſt officium determinare.

¶ In textu deniq;. 26. ⁊ poſtremo huiꝰ capitis addit primo poſtremã rationẽ eiuſdẽ cõcluſionis. Eorũ quę ad ſe mutuo referunt, eadẽ eſt ſcientia: ſed materia dr̃ relatiue ad formã: ergo cognitio materię ⁊ formę ad eandem ſcientiã ſpectat. Nõ intelligit materiã eſſe relationẽ ſecũdũ eſſe: quãdoquidẽ eſt pars ſubſtantię: ſed ꝙ eſt relatiuum ſecundũ dici. Quia natura materię nõ exprimit, niſi in ordine ad formã: ſicut potẽtia diffinitur in ordine ad actũ. Ut enim in artificialibꝰ cuicunq; formę adaptatur ſua ꝓpria materia, ita in naturalibus diſpoſitiones materię ſunt ſm naturam formę. ¶ Cõcludit tandẽ Ariſto. quouſq; extendatur ſcientię phyſicę ſpeculatio. Ait enim ꝙ quẽadmodũ medicus inquantũ medicus nõ cõſiderat de neruo inquantũ neruus eſt. ſ. ex tali materia ⁊ forma, ſed inquantũ eſt ſubm̃ ſanitatis: ⁊ faberlignarius non cõſiderat naturã ligni inquantum eſt fructiferum, aut inquantũ ſanitatis cauſa (vt eſt lignũ indicum) ſed inquantũ aptum ad ſuã artẽ: ita phyſicus debet ꝯſiderare de formis nõ ſimplr̃: ſed quatenus ſunt actus materię. De formis enim quatenus abſtrahũt a materia, metaphyſica eſt cõtẽplatio: ſane cũ illa ſcientia tractet de ſubſtantiis ſeparatis: phyſica vero tractat de formis generalium ⁊ corruptibilium. Ex quo ſequit ꝙ ꝯſideratio de aĩa rationali, quatenus eſt actus corporis. i. ſm operationes in quibus dependet a corpore, attinet ad phyſicũ conſiderare: ⁊ ita in libris de anima conſideratur de ſenſationibus et de intellectionibus, in quibus pro iſto ſtatu neceſſe eſt phantaſmata ſpeculari. Ibi autem ſiſtit phyſicus: incipitq; de anima ſeparata ſpeculari thologus. ¶ Sequitur queſtio ſecũda ſuper tex. 7. ⁊ tex. 18. Utrum naturalia ⁊c.

## ❧ DE CAVSIS. CAPVT. III.

Textus. xxvij.

Determinatis autem his: cõſiderandũ eſt de cauſis, & quæ & quot numero ſunt. Cum enim ſciendi gratia hoc negocium ſit, ſcire autem non prius opinamur vnumquodq; q̄ vtiq; ceperimus propter quid circa vnũquodq;, hoc autem eſt accipere primam cauſam: manifeſtum quòd & nobis hoc faciendum eſt, & de generatione, & corruptione, & de omni Phyſica mutatione. vt ſcientes ipſorum principia: reducere ad ipſa, tentemus quæſitorum vnumquodque.

¶ Secundũ membrũ principale huius libri, vt in eius partitione dicebamus, eſt de cauſis rei naturalis. Quapropter in hoc. 3. cap. per. 12. textus diſtributo agit Philoſophus de quatuor generibus cauſarũ naturalium: ⁊ in tribus ſequentibus cap. agit de fortuna: quę eſt cauſa nominalis. ¶ In. 1. textu. qui eſt ordine. 27. proponit ꝙ determinatis his. ſ. diffinitione naturę, et quouſq; intentio huiꝰ ſcientię progrediat, rimari oportet cauſas ac potiſſimũ cauſam ꝑmã rei naturalis. Qð hac rõne ꝓbat. Cõſideratio rex q̃ eſt ꝑp ſcire debet ꝑmas cauſas ꝑmũ omniũ ſtatuere, ad q̃s ſuas demõſtrationes reducat: ſed phyſica eſt ꝓpter ſcire rem naturalẽ: g̃ ꝑnoſſe habet eiꝰ cauſas. Inſinuat ĩ maiori alias eſſe ſciẽtias q̃ nõ ſunt ꝓpter ſcire, ſʒ ꝓpter opari vt phĩa moralis ⁊ ars mechanica: in qbꝰ nõ eſt neceſſariũ oẽs rei cauſas cognoſcere. Phus. n. moralis nõ perſcrutat habitũ virtutis, an ſit quãtitas vel qualitas, an intendatur per radicationẽ in ſubiecto an vero per additionẽ gradus: ſed ſolũ quõ generetur ex actibus virtutis, quõ operet ex electione ⁊ firmiter ⁊c. Et pariter faberlignarius, vt mõ dicebamus, nõ cõſiderat cauſas naturales ligni, ſed an ſit mole vel durum, ad ſuã artem. Phyſicus autẽ ꝯſiderat res naturales nõ ad faciẽdũ illas: qꝛ nõ eſt in nr̃a poteſtate eas facere: ſed ad cognoſcendũ contẽplationis grã. Et qꝛ, vt in primo dictum eſt, tunc rem cognoſcimus, qñ cauſas eius vſq; ad primas cognoſcimus, colligitur. vt ad phĩam naturalẽ pertineat conſiderare cauſas rei naturalis. Unde illud inter phõs prouerbiũ ortũ habuit. Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

Textus. xxviij.

❧ Vno igitur modo cauſa dicitur ex quo fit aliquid cùm inſit. vt æs ſtatuæ, & argentum phialæ: & horũ genera. Alio autẽ modo: ſpẽs & exẽplũ. hęc autẽ, eſt ratio ipſiꝰ quodq̃d erat eſſe: & huius genera. vt ipſiꝰ Diapaſon: duo ad vnũ, & omnino numerus, & partes quæ in ratione.

Textus. xxix.

ℭ Amplius: vnde principiũ mutationis primũ, aut quietis. vt cõſultor cauſa, & pater filij: & omnino faciens facti, & trãſmutans tranſmutati. Præterea, vt finis. hic autem eſt: id cuius gratia, vt ambulandi, ſanitas. ꝓpter quid enim ambulat? dicimꝰ, vt ſanus ſit: & ita locuti, opinamur aſsignaſſe cauſam. Et quęcunque iam mouente alio: intermedia fiunt ipſiꝰ finis. vt ſanitatis: macies, aut purgatio, aut medicamenta, aut organa. omnia nãque hæc, finis gratia ſunt: differunt tamẽ abinuicem. quia alia quidem, ſunt opera: alia verò, organa. Cauſæ igitur: fere tot modis dicuntur.

Quatuor gña cauſarum.

¶ In textus. 28. ⁊. 29. ad rem accidẽs ꝓponit quatuor eſſe genera cauſarꝝ. Quas eiſdẽ fere verbis recenſet. 5. meta. text. 2. Ut in ędificiũ extructione lapides ⁊ ligna ſunt cauſa materialis: figura vo eſt cauſa



cauſa formalis: ſʒ artifex eſt efficiẽs: ⁊ habitatio eſt finalis. Prima g̃ cauſa ordine gñatiõis eſt materialis. Cuiꝰ repetit diffinitionẽ, quã ĩ calce primi libri ſtatuerat: nẽpe ꝙ materia eſt cauſa ex q̃ fit aliq̃d cũ inſit. i. q̃ intrinſeca eſt rei ⁊ ꝑ ſe illi cõueniens. vt loco citato expoſuimꝰ. Ponit exẽplũ in artificialibus: ꝑ q̃ materiã primã inueſtigamꝰ.

Materia.

Forma.

¶ Secũda cauſa, q̃ itidẽ intrinſeca eſt, eſt forma. Quã hic ⁊ vbiq; appellat ſpeciẽ. Addit aũt ſpẽs ⁊ exẽplũ: vel (vt Argiropylꝰ vertit) exẽplar. Hoc, vt arbitror, adiecit ad refellẽdã opinionẽ Platonis: q̃ ponebat duas cauſas formales: aliã ideã ſeparatã ꝑpetuã, quã vocabat exẽplar, aliã particularẽ in materia: q̃ erat illiꝰ participatio. Ariſ. vero alr̃ philoſophat. Docet. n. formã quę eſt in agente, eſſe exẽplar, ad cuius ſimilitudinẽ ꝓducit forma in genito. Itaq; forma, quatenus eſt in agẽte, habet rõnẽ exẽplaris: ⁊ quatenꝰ eſt in genito exercet rõnẽ formę. Subdit tñ exẽplũ de ſpecie. i. de q̃ditate: ꝓpterea ꝙ q̃ditas ſpecifica rei ſumit a forma phyſica, vñ diffinitio quiditatiua ſumit dr̃iam. Et ponit illud in artificialibꝰ.

Diapaſon

Diapaſon. n. eſt proportio ⁊ velut quiditas muſicę. Diapaſon, ſi ad verbũ Grecũ reddas, idem eſt qð ꝓportio ex oĩbus. Et ideo authore Boetio lib. 1. muſicę ⁊ hic Ariſt. eſt ꝓportio dupla: quã muſici practici vocãt, octauã inter cuiꝰ extrema mediãt oẽs voces. Symphonia g̃. i. ꝯſonãtia, eſt genus, ſicut aĩal: diapaſon vero eſt ſpẽs, ſicut hõ. Exemplũ vero ĩ naturalibꝰ eſt forma phyſica aut q̃ditas ſpẽi. Addit aũt ꝙ ad hoc genꝰ cauſę reducit genꝰ diffinitionis. Nõ. n. ſolũ diapaſon, q̃ eſt proportio duorꝝ ad vnũ, ſʒ nũerus q̃ eſt genꝰ illiꝰ, eſt ſicut cauſa formalis. Et oĩno ptes diffinitiõis. ſ. dr̃ia. Ponit exẽplũ numeri qui eſt primũ ⁊ ſupremũ genus arithmeticę, cui ſubalternat muſica. Nã genꝰ proximũ diapaſon. ſ. ꝓportionis duplę, eſt ꝓportio multiplex quę diuidit per duplã, triplã ⁊c. Et nota q̃ʒ ſit hoc exẽplũ naturalibꝰ aptiſſimũ. Ut. n. muſicꝰ nõ tractat de ꝓportiõe abſtrahẽdo a materia, ſʒ de ꝓportiõe ĩ materia ſenſibili. ſ. ĩ nũero ſonoro, ita phyſicus nõ tractat de formis ſepatis, ſʒ de formis cõſtituẽtibꝰ certã ſpẽm in materia ſenſibili.

Cauſa efficiens.

¶ Tertia cauſa in text. 29. eſt vñ ꝑncipiũ mutationis aut quietis. Qð eſt dicere cauſa efficiẽs eſt ꝑncipiũ ꝑmũ: vñ ꝓcedit mutatio ⁊ quies. Ait ꝑmũ, vt excludat cauſam iſtrumentalẽ: diffinit. n. hic cauſa dũtaxat ꝑncipalis. Subdit exẽpla q̃tuor. Quę S. Tho. hoc mõ reducit ad cauſam efficiẽtẽ. Eſt inquit efficiens q̃druplex. ſ. ꝯſiliãs, ꝑficiẽs. i. inducẽs formam, ⁊ pręparãs, ſeu diſponẽs materiã, ⁊ adiuuãs. Et quidem ptitio hęc cauſę efficiẽtis optima eſt ⁊ phyſica. Cui vero v̾ba Ariſt. hoc nõ appareãt ita manifeſte exꝑmere, dicere põt ꝙ Ariſt. poſuit exẽplũ in moralibꝰ, dũ dixit, ꝯſultor, qui eſt primũ mouens tanq̃ʒ cauſa efficiẽs. Nã conſultor mouet eũ qui facturꝰ eſt opꝰ. In naturalibꝰ vero, quãtũ ad factionẽ ſimplr̃ (qualis eſt gñatio ſubſtãtię) poſuit exẽplũ ĩ pr̃e: ſʒ vt ꝯprehẽderet oẽm factionẽ, ẽt ſm quid (q̃les ſunt oẽs alterationes naturales) adiecit tertiũ. ſ. faciẽs, facti, at de artificialibus ſubiecit vltimũ exẽplũ. Ut medicꝰ eſt cauſa ſanitatis ꝑ trãſmutationẽ materię. ſ. attenuãdo, aut corroborãdo infirmũ. Et hęc q̃tuor repetit paulo poſt. ¶ Poſtrema cauſa eſt finis: q̃ vt tex. 23. dicebat, eſt id cuiꝰ grã res fit. vt ſanitas eſt ambulationis cauſa finalis. At qꝛ in fine occulta eſt rõ cauſę, ꝓpterea ꝙ finis eſt vltimũ in opatione, cũ tñ cauſa dicat id qð ꝑcedit effectũ, ꝓbat finẽ eſſe cauſam. eo ꝙ dũ iterrogamur ꝓpter q̃d ambulamus, rñdẽtes ꝑp ſanitatẽ, opinamur cauſam aſſignaſſe. ¶ Pręterea qꝛ nomẽ finis vr̃ deſignare id qð eſt vltimũ ⁊ poſtremũ in opatiõe, addit ꝙ vbi multa media ordine q̃dã tẽdũt ad vnũ vltimũ finẽ, tũc ꝯtigit eſſe plr̃es fines itermedios. vt ſemꝑ id qð eſt poſteriꝰ in executione ſit finis reſpectu prioris. Sicuti ecõuerſo: qð eſt priꝰ in executiõe eſt cauſa efficiẽs reſpectu poſterioris, vt ſi ꝑp ſanitatẽ attenuat infirmꝰ, ſanitas eſt finis attenuationis ⁊ maciei. Sʒ qꝛ ad extenuãdũ requirit purgatio aut phlebotomia, macies eſt finis vtriuſq; euacuatiõis. Et eadẽ rõne purgatio eſt finis ꝯficiendę medicinę euacuatiuę: ⁊ phlebotomia eſt finis organorũ. ſ. inſtrumẽtorũ. vt ſcapelli tõſoris. Et viceuerſa ꝯfectio potionis eſt cauſa efficiẽs euacuatiõis: ⁊ euacuatio, extenuatiõis: ac demum extenuatio, ſanitatis. Ait tñ hęc differre abinuicẽ, ꝙ iter hęc aliq̃ ſunt opa, vt euacuatio, alia vero, organa. vt ſcapellꝰ. Imo alia etiã ſunt opera operata. vt potio ⁊ ſanitas. Cõcludit ergo ꝙ cauſę fere tot modis dicũtur. Adiecit, fere, aut propter alias cauſas nõ naturales (qualis eſt fortuna) aut quia ille eſt modus loquendi Ariſtot. ad reſcindendas cauillationes ſophiſtarum.

Textus. xxx.

❧ Accidit autem cũ multipliciter dicatur cauſæ: & multas eiuſdem cauſas eſſe, non ſecundum accidens. vt ſtatuæ, & ars ſtatuaria, & æs: non ſecundũ alterũ quid, ſed quatenꝰ eſt ſtatua: ſed nõ eodẽ modo: ſed hoc quidem, vt materia: illud autẽ, vt vnde eſt motus. ℭ Sunt autẽ quædam: & adinuicem cauſæ. vt laborare: cauſa eſt bonæ habitudinis. & hæc, laborandi: ſed nõ eodem modo, ſed hoc quidem, vt finis: illud autem, vt principium motus. ℭ Amplius autem eadem cauſa contrariorum eſt. Quod enim præſens, cauſa huius eſt: hoc & abſens facimus aliquando cauſam contrarij. vt abſentiam gubernatoris, nauis ſubuerſionis: cuius erat præſentia cauſa ſalutis.

Tria corollaria.

¶ In tex. 30. infert ex dictis corollaria tria. Primũ ꝙ eiuſdẽ rei poſſunt eſſe plures cauſę per ſe. Nã cauſę quę ſunt ſm accidens nullum eſt dubium quin poſſint eſſe plures (cũ non cõprehendãtur ſub certo numero) vt ſtatuę (inquit) inquantum eſt ſtatua, ars eſt cauſa ⁊ ęs: ęs quidem vt materia: ⁊ ars, vt cauſa efficiens vnde motus. Cauſa enim efficiens eſt artifex: ſed cauſa qua agit, eſt ars.

Aliq̃ ſunt ſibi mutuo cauſę.

¶ Secundum corollarium eſt, ꝙ ſtat aliqua duo ſibi inuicẽ eſſe cauſas per ſe. ſ. in diuerſis generibus cauſarũ. vt bona valetudo per ſe eſt cauſa finalis laborandi. i. exercendi corpus: exercitiũ vero eſt cauſa efficiens ſanitatis. Cauſa efficiens ſemꝑ appellat principium vnde motus: ſicut finis vocatur, cuius gratia. Et pariter materia eſt cauſa materialis formę ⁊ forma cauſa formalis materię. ¶ Nec vlla eſt in hoc cõtradictio, quę apparere poſſet, propterea ꝙ cauſa eſt prior effectu, ⁊ videtur cõtradictio ꝙ. a. ſit prius ⁊ poſterius q̃ʒ. b. Etenim finis eſt prior ſm rationem. i. in intentione agentis: cauſa vero efficiens eſt prior ſm rem in operatione. vt. q. 3. apertius conſtabit.

Idē eſt cōtrariorꝫ cauſa

ſtabit. Tertiū corollariū eſt, ꝙ idē eſt q̄nq; cauſa cōtrariorum. vt gubernator, qui ſua pſentia eſt cauſa ſeruationis nauis, abſentia ſua, dum dormit, eſt cauſa ſubmerſionis.

Textus. xxxj.

Omnes autē nunc dictæ cauſæ in quatuor cadūt modos manifeſtiſſimos. Elementa enim ſyllabarū, & materia factibiliū, & ignis & hmōi corporū, & partes totius, & ſuppoſitiones cōcluſionis: vt id ex quo cauſæ ſunt. Harū autē: aliæ quidem ſunt vt ſubiectum, vt partes. aliæ autem, vt quodquid erat eſſe: & totū, & compoſitio, & ſpecies. ſemen autem, & medicus, & conſultor, & omnino ipſum faciens: omnia ſunt vnde principium mutationis, aut ſtatus, aut motus. Aliæ autem: vt finis, & bonum aliorū. Id enim cuius gr̄a: optimū, & finis aliorum conſueuit eſſe. Differat autem nihil: idem dicere bonum, vel apparens bonum. Cauſæ igitur tales, & tot ſunt ſpecie.

¶ Subſequēter tex. 31. & ſequentibus ad maiorem elucidationē latius explicat modos cauſarum. Atqui apertiora prius ponit exēpla pſfactorū quatuor generū in his q̄ vident habere nōnullā dr̃iam. Ait enim ꝙ in gn̄e cauſe materialis ſunt elemēta ſyllabarū. i. litere, ex quibus cōſtāt ſyllabe: & materia factibiliū, vt lignū ſcanū. Et ignis, & hmōi. ſ. alia elemēta, corporū. i. ſunt quodā mō materia mixtorum. Et partes. ſ. integrales ſunt materia totius, vt mēbra, hominis: & ſuppoſitiones, concluſionum. Hec enim omnia, licet nō nihil videant differre, habent tn̄ rationē cauſe materialis, ppterea ꝙ cauſa materialis exprimit p ppoſitionē, ex, & hec oīa ſunt ex q̄b⁹ res fit. Tāetſi aliter ſyllaba fiat ex literis q̄ ſunt partes ei⁹, & aliter phiala ex ere, qđ eſt eius ſubm̄: & aliter mixta ex elementis: que vt dicturi ſumus, in lib. de generatione nō manēt in mixto formaliter, ſed ꝑm ſuas qualitates: nihilomin⁹ ex mutua in ſe actione fit mixtū. Et aliter mēbra aīalis ſunt materia adhuc q̄ ptes ſyllabe. Nā ptes hoīs ſunt ſimplr̄ vnū per ꝯtinuationē: litere vero minime. ¶ Qđ ſi quis arguat ꝯtradictionē eſſe in Ariſtotele: qꝛ ſupe tex. 28. dixerat partes diffinitionis. ſ. genus et dr̃iam eſſe cauſas formales, ſicuti eſt diffinitio & ſpecies ipſa: hic vero generaliter dicit ꝙ partes ſunt cauſe materiales. Bifariā reſpōderi poteſt. Primū ꝙ hic ſolū loquit de partibus integralibus, illic vero de partibus diffinitionis. Sed melius reſpondet cum S. Thoma ꝙ ſi partes diffinitionis conſiderent in ordine ad ſuppoſitū, tūc ſicut quiditas ipſa & natura que exprimitur per diffinitionē ſignificat, vt forma reſpectu ſuppoſiti, vt humanitas reſpectu hominis, ita & vtraq; pars diffinitiōis ſe habet vt forma reſpectu eiuſdem ſuppoſiti. Si vero cōſiderētur in ordine ad diffinitionē cuius ſunt partes, tūc cēſeri poſſunt quodā mō materia ipſius, qꝛ diffinitio componitur ex genere & differentia, ſicut compoſitū phyſicum ex materia & forma. ¶ Poſtremum exēplū eſt ꝙ ſuppoſitiones. i. pmiſſe ſunt materia ꝯcluſionis. In quo etiā verbo eſt dubiū: nam pmiſſe potius ſunt cauſa efficiēs cōcluſionis, quipe cuius aſſenſum efficiunt, q̄ ſint materia. R̄ndetur tn̄ ꝙ aſſenſus pmiſſarum, atq; adeo habitus indegenitus, ſunt quidem cauſa efficiēs aſſenſus & habitus cōcluſionis, attamen termini ex quibus cōſtant pmiſſe appꝛehēſiue ſunt etiam materia ex quibus cōponitur cōcluſio appꝛehēſiua. Sane que cōflatur ex extremitatibus pmiſſarū. Non tn̄ viceuerſa cōcluſio dr̃ materia pmiſſarū: qꝛ cōcluſio cōponitur ex extremitatibus que in antecedēti ſeorſum ſunt in diuerſis pmiſſis: ſed coeunt in cōpoſitionem concluſionis. ¶ Sequitur exēplum cauſe formalis. Ait enim ꝙ cauſa formalis eſt quodquid erat eſſe. i. quiditas ſpeciei. Humanitas enim eſt forma hoīs. Hic mod⁹ loquēdi notādus eſt apud Ariſtotelē quem. q. 3. latius aperimus. Et generaliter (inquit) omne totū & ꝯpoſitio & ſpecies eſt ſicut forma reſpectu ſuarū partium. vt cōpoſitio ſyllabarum, & cōpoſitio domus reſpectu ſuarum partium: cōpoſitio mixti reſpectu elementorū: cōpoſitio animalis reſpectu mēbrorū: & cōpoſitio cōcluſionis reſpectu extremitatis. vt ſingula formarū exēpla ſingulis materiarū r̄ndeāt. ¶ De cauſa efficiēti ſubiungit in particulari & expſſe quatuor illa que in text. 29. dixerat confuſe. Qđ enim illic dixerat, pater filij, dicit hic ſemē (qđ eſt virtus patris) quod dixerat, trāſmutās, trāſmutati, dicit hic medic⁹: qđ dixerat, cōſultor, & qđ dixerat, faciens, facti, eiſdē noībus refert. ¶ Quarto deniq; loco ſubijcit exēpla cauſe finalis. Ait enim ꝙ cauſa finalis eſt bonū & optimū vniuſcuiuſq;, cuius gratia aliquid eſt. Et qꝛ in moralibus non ſemꝑ actiones fiūt ppter id qđ apparet bonū, addit, nihil referre ad rationem finis bonum ne ſit in re, an apparens bonum. Eſt enim finis auari vtilitas, & finis voluptuoſi delectatio, q̄ ſenſibus apparēt bona.

Textus. xxxij.

Modi autē cauſarū, numero quidem ſunt multi: in capita verò cōtracti, & hi pauciores. dicūtur enim cauſæ multipliciter: & ipſarū q̄ ſimiliū ſpecierū ſunt, prior ac poſterior alia, alia. vt ſanitatis, medicus & artifex: & ipſo diapaſon, duplum, & numerus. & ſemper quæ cōtinent: ad ſingulares.

Diuiſiōes quatuor.

¶ In text. 32. pergit exprimere varios modos cauſe in vnoquoq; genere. Qui ſi reducantur (inq̄t) ad capita. i. ad aliquas rationes magis vniuerſales, pauciores erunt vt textu ſtatim. 36. explicabimus. Diuiſiones, pſter iam poſitā, ſunt quatuor. Prima. Vnūqđq; genus cauſe diuidit in particularē & vniuerſalē. Seu, in proximā, & remotā. Que quidem diuiſio eſt ꝑm modum ſignificandi ſuperiorē & inferiorem. vt in cauſis efficientib⁹. Sanitatis cauſa proxima & particularis eſt, medicus: remota vero et vniuerſalis eſt, artifex. Et adhuc remotior eſt, agens. Hec. n. tria ſe habent: ſicut ſuperi⁹ & inferius. Et in cauſis formalibus. Ipſius diapaſon (que eſt proportio dupla in numero ſonoro) cauſa formalis. i. proximū genus, eſt proportio dupla numerorꝫ, abſtrahēdo a materia ſenſibili: remotior aūt eſt pportio: abſtrahēdo a dupla vel tripla. ¶ Facile pōt quiſq; exempla hec naturalib⁹ accōmodare. Hoīs. n. cauſa prima & pticularis eſt hō: remotior vero et vl̄is eſt aīal: & adhuc remotiſſima, corpus. Non ꝙ he cauſe dicāt diſtinctas res: ſed diſtinctas rōnes. Hō enim generat hoīem: non inquātum aīal, ſed inquātum hō: qꝛ ratio aīalis nō ſufficeret ad generationē hoīs: ſed qꝛ homo per ſe eſt animal, ſicuti medicus per ſe eſt artifex, animal per ſe eſt cauſa hoīs: remota tn̄, et vniuerſalis. ¶ Dubium eſt hic



quō intelligit hic Philoſophus, particulare & vniuerſale, vtrum in pdicādo ſolū, vt apparet in eius exēplis, an etiā per hec intelligat particulare & vniuerſale in cauſando. Generationis enim hominis proxima cauſa eſt homo: vniuerſalis vero eſt ſol: qui nō ſolū hominē, ſed res alias producit: nō tn̄ eſt vniuerſalis in pdicando: qm̄ hō non eſt ſol: ſicut medicus eſt artifex, et diapaſon eſt proportio numerorum. ¶ Ad hoc tamen, quia res eſt maioris note. q. 3. reſpondetur. Vbi & exēpla, que hic pſtermiſſa vidētur, in cauſis finalibus & materialibus adhibentur.

Textus. xxxiij.

Amplius autem vt accidēs, & horum genera: vt ſtatuæ. aliter Polycletus, & aliter ſtatuarius. quoniam accidit ſtatuario, Polycletum eſſe. & cōtinentes etiā accidens: vt ſi homo cauſa ſit ſtatuæ, aut omnino animal. Sunt autem accidentiū alia aliis remotius & propinquius: vt ſi albus & muſicus, cauſa dicantur ſtatuæ.

¶ Scđa diuiſio eſt in tex. 33. Cauſarꝫ alia eſt per ſe, alia per accidēs. Cauſa per ſe eſt illa que neceſſario requiritur ad affectū, ſeu que ſe habet, vt propriū pſincipiū illius. vt ſtatuarius eſt cauſa ſtatue. Cauſa vero per accidens eſt illa que accidit, aut cauſe per ſe, aut effectui intento a cauſa per ſe, vt Polycletus aut muſicus: que accidunt ſtatuario (pōt enim eſſe ſtatuari⁹, qui nec ſit Polyc. nec muſicus: & foſſio ſepulchri eſt cauſa per accidens inuentionis theſauri: cum fodiens non intēdebat, niſi mortuum ſepelire. Sed hec. q. 3. amplius explanantur. Obidq; ſicut cauſarum per ſe, alia (vt dictum eſt) eſt particularis, & alia vniuerſalis, ita (inquit) eſt in cauſis per accidēs. Eſt enim & inter has alia ppinquior & alia remotior.

Cauſa per accidēs duplr̄.

¶ Et vterq; mod⁹ cōbinat cū vtroq; mō per accidēs. Cauſa. n. p accidēs ꝯtingit duplr̄. Primo ex parte ſubiecti cui accidit ars. Et inter has aliq eſt propinqua & alia remotior. vt Polycletus eſt cauſa per accidens propinqua ſtatue. ſed homo, eſt cauſa per accidēs remotior: & animal adhuc remotior. Nā cū forme non ſint, niſi in ſingulari indiuiduo, hō eſt ſtatuarius: qꝛ Polycletus eſt ſtatuarius: & non econuerſo, qꝛ homo eſt ſtatuarius, Polycletus eſt ſtatuarius: poterat enim eſſe homo ſtatuarius, licet nō eſſet Polycletus. Et eadē ratione: qꝛ hō eſt ſtatuarius animal eſt ſtatuariū. Et ideo quāto pdicatū eſt vl̄ius, tanto, eſt cauſa per accidēs remotior ſtatue. ¶ Sed contra licet Polycletus ſit cauſa per accidēs ſtatue, vr̄ tn̄ ꝙ hō ſit cauſa p ſe: nam ars p ſe eſt in hoīe: qꝛ brutū nō poteſt eſſe artifex. ¶ R̄ndetur dupliciter. Primo ꝙ q̄uis ars ſoli homini poſſit cōpetere, nō tn̄ cōuenit oī: quin etiā poſſibile eſſet nullū hoīem habere artē: & ideo hō eſt cauſa per accidēs. Et pſterea qꝛ nō ſolū hō pōt eſſe cauſa artificij, ſed et brutū: boues. n. quodā mō faciunt domū vehendo materiā. ¶ Alio mō contingit cauſa per accidēs: quia accidit ſubiecto artis, vt alb⁹ aut muſicus eſt cauſa ſtatue. Et inter has adhuc aliqua eſt propinquior & aliqua remotior. vt muſicum & album. Muſica videtur eſſe accidēs propinquius reſpectu ſtatuarij, q̄ albedo: ppterea ꝙ muſica eſt in anima rōnali, vbi eſt ars ſtatuaria. Et ideo qui aptus eſt ad muſicā, vr̄ eſſe ingenioſus, qđ pariter requirit ad hoc vt ſit artifex. Albedo vero eſt in corpore: & ideo nullam dicit aptitudinē ad artem. At vero ſubm̄, puta Polyclet⁹, ppinquior cauſa eſt q̄ muſicus, & qđcunq; accidēs. Nā muſicus non eſt cauſa ſtatue, niſi ratione Polycleti, in q̄ & muſica & ars ſtatuaria ſimul ſunt. ¶ Et hanc itidē diſtinctionē ad naturalia facile eſt applicare. Hō. n. eſt cauſa p ſe hoīs: & equus, equi: petr⁹ autē non per ſe cauſa hoīs, ſed per accidēs: qꝛ pōt hō generari ab alio q̄ petro. Et a fortiori alb⁹, aut niger, chriſtianus, aut ſarracenus eſt cauſa per accidēs hoīs. Tametſi hoc. q. 3. exactius examinamus.

Textus. xxxiiij.

Præter omnes autē & propriè dictas & ſecundum accidēs: aliæ quidem vt potentes dicuntur, aliæ verò vt operantes. veluti ędificandæ domus, ædificator: aut ædificans ædificator.

¶ Tertia diuiſio eſt in tex. 34. ſ. cauſarum, ſiue per ſe, ſiue per accidens, alia eſt cauſa in potentia, vt ſtatuarius, edificator, que ſolum dicunt habitum: alia vero in actu. vt edificans, ſtatuam faciens, que dicunt actū operandi, acſi dicas, ſciēs & doctus, qualis eſt dormiens, et, conſiderans, ſeu ſcientia vtens.

Textus. xxxv.

Perinde autem dicetur vt in iis quorum cauſæ ſunt ipſæ cauſæ: atque in iis quæ dicta ſunt. vt huius ſtatuæ, aut ſtatuæ, aut etiam omnino imaginis: & æris huius, aut æris, aut omnino materię, & in accidentibus ſimiliter.

¶ Addit in tex. 35. ꝙ diuiſiones oēs que poſitę ſunt ex parte cauſe, poſſunt etiā intelligi ex parte effectuū. Sicut enim dicimus ꝙ huius effectus, puta huius ſtatue, cauſa per accidens proxima eſt Polycletus, & cauſa per ſe proxima eſt ſtatuari⁹, & cauſa remota et vniuerſalis eſt artifex, ita ex parte effectus dicendum eſt ꝙ Polycletus eſt cauſa huius ſtatue. ſ. Mercurij, & cauſa ſtatue, et adhuc cauſa imaginis: que eſt vniuerſalior effectus. Imago enim etiam dicitur de imagine ſigilli, licet non ſit ſtatua. Et ſimiliter in accidentibus Polycletus eſt cauſa ſtatue, & cauſa magni & parui: que ſunt accidentia ſtatue, quatenus artifex magnum lignum, dedolādo facit paruum: paruū vero coaugmentando facit magnum.

Textus. xxxvj.

Amplius autem: connexæ & hę & illæ dicentur. vt non Polycletus neque ſtatuarius: ſed Polycletus ſtatuarius. ¶ Attamē oēs hæ, ſunt multitudine quidē ſex: dictę autē dupliciter. Aut enim vt ſingulare, aut vt genus, aut vt quod ſecundū accidens, aut vt accidentis genus, aut vt connexæ hę, aut vt ſimpliciter dictæ: omnes autē aut actu exiſtentes, aut ſecundum potentiam.

¶ Textus hic trigeſimus ſextus, habet duas particulas. In prima eſt poſtrema diuiſio cauſarū. Ait enim ꝙ cauſa per ſe & per accidēs accipi poſſunt, aut ſeorſum per ſe, aut cōplexe & cōiunctim, vt Polycletus ſeorſum eſt cauſa per accidēs ſtatue: ſtatuari⁹ vero eſt cauſa p ſe: ſed ſi dicas Polyclet⁹ ſtatuari⁹, hec eſt cauſa ꝯplexa et p accidēs & p ſe. ¶ In ſecūda particula reducit hos modos ad certū numerum. Ait. n. duodecim eſſe modos cauſarū. ſ. ſingularis, & vl̄is, per ſe, & p accidēs, cōnexa. i. cōplexa, & ſimplex. Et quelibet iſtarum ſex diſtinguitur in potētiam & actum: & ita reſul-

tāt duodecim modi. Et hoc eſt qđ ſupra dixerat, ꝙ ſcilicet plurimi ſint modi: ſʒ ſi reducant̄ ad certa capita ſunt pauciores. Duodecim enim reducuntur ad quatuor.

Textus. xxxvij. Differunt autē tantū, ꝙ actu quidem exiſtentes & ſingulares, & ea quorum ſunt cauſæ, ſimul ſunt & non ſunt. vt hic medēs cum hoc qui ſanatur: & hic ædificator cum hoc quod ædificatur. Quæ autem ſunt ſecundum potentiā: nō ſemper. corrūpitur enim nō ſimul: domus, & ædificator.

¶ Cōſequēter in textu. 37. ſtatuit differentiā inter cauſam in potentia ⁊ cauſam in actu, dicens, ꝙ cauſa in actu dicitur ad conuertentiā cū ſuo effectu: ita vt ad poſitionē vnius ſequat̄ poſitio alterius ⁊ viceuerſa. Hoc tn̄ (ait) intelligit̄ qn̄ eſt cauſa per ſe ⁊ proxima ſingularis. Sequit̄ enim hic medicās eſt: ergo hic, cui medetur, eſt, ⁊ ecōuerſo: vt hic ſanat̄: ergo hic ſanās eſt, tn̄ cauſa in potentia non cōuertit̄ cū ſuo effectu: non. n. ſequit̄, ędificator eſt: ergo ędificium fit aut eſt, q̄r ędificator non dicit actū, ſed habitū ędificādi: nec ſequitur viceuerſa, ędificium eſt: ergo ędificator eſt, Imo nec in cauſis in actu ſequitur ſi ſunt cōmunes ⁊ remotę. Nō enim ſequitur, ędificans eſt: ergo hoc ędificatur: potuit. n. ędificās aliud ędificare: nec ſequit̄ aliquid ędificatur: ergo hoc ędificans eſt: q̄r pōt aliquid ędificari ab alio. Sequit̄ autē ſi cauſa ⁊ effectus accipiantur proportionabiliter ⁊ proxime. vt ſequit̄ ędificās eſt: ergo aliqđ ędificat̄: ⁊ ecōuerſo. vt. n. hoc ędificās eſt cauſa proxima huius ędificij, ita ędificās in cōmuni eſt cauſa ędificij. ¶ Sed dubiū eſt hic contra exēplum Ariſt. nō enim ſequit̄ hic medicans eſt: ergo hic infirmꝰ curatur: nec econuerſo: q̄r pōt hic medicās aliū modo ſanare: ⁊ hic q̄ ſanat̄, ab alio medicante mō ſanari. ¶ Reſpondetur ꝙ hęc medicatio numero fieri non poteſt, niſi ab hoc medicante ⁊ in hoc medicato: q̄r actiones ſingulares ſunt per ſe circa talia ſingularia: ſcriptio. n. hęc numero non eſt, niſi huius numero literę, et ab hoc ſcribente: neqꝫ hęc numero litera, potuit alia numero ſcriptione fieri. Et hęc doctrina maxime in naturalibus eſt obſeruanda: vtpote qua docetur ꝙ hic numero ignis cum his diſpoſitionibus. ſ. hic ⁊ nunc non poteſt, niſi hunc numero ignē pducere. ¶ Alterum dubium eſt maius in naturalibus: nō. n. ſequitur, hoc generās eſt: ergo hoc qđ gn̄atur eſt, q̄ppe cū multo ante hō gn̄at, q̄ꝫ ſit filius genitus. Imo in artificialibus qn̄ artifex iacit primū lapidem fundamenti ędificat: ⁊ tn̄ domus non eſt. Quin ſtat etiam vt aliqđ ſit actu ędificans, ⁊ tamē nunq̄ꝫ domus finiatur. Poſtremo cap. 2. lib. poſteriorū copioſe hoc tractat Ariſto. quo mō vʒ cauſa ⁊ effectus dicantur ad conuertentiam, vbi nos id late expoſuimus. Sed et. q. hic. 3. tractamus copioſius.

Textus. xxxviij. Oportet autē ſemper cauſam vnius cuiuſque ſummā quærere: vt & in aliis. vt homo ædificat, quoniā ædificator eſt. ædificator autē: eſt ſecūdū ædificandi artē. hæc igitur prior cauſa eſt: & ſic in omnibus. ¶ Amplius, aliæ quidē genera ſunt generum: aliȩ autem, ſingularia ſingularium. vt ſtatuarius quidem, ſtatuȩ: hic autem, huiuſce. Et potentiæ quidem, poſsibilium; actu autem exiſtentes, ad actu exiſtentia. Quot igitur cauſæ, & quomodo cauſæ ſunt: ſint nobis determinata ſufficienter.

¶ In textu. 38. ⁊ poſtremo huiꝰ capitis ponit Ariſto. duo documēta. Primū ꝙ in omni genere cauſę oportet ſemper primā perueſtigare. vt ſi quęratur in cauſis efficientibus, cur hō ędificat, rn̄dēdum, q̄r eſt ędificator. Qđ ſi rurſus quis percōtetur, cur eſt ędificator, rn̄dendū, quia artē habet ędificādi: ⁊ illic ſiſtēdū eſt, tanq̄ꝫ in illo quod eſt huius ordinis cauſarum primū. Notādū eſt hic, vt ex Themiſtio elici pōt, tres conditiones deſignari nomine primę cauſę alicuius ordinis. Nēpe ꝙ ſit per ſe, ꝙ ſit prima, ꝙ ſit cauſa omniū aliarū eiuſdē ordinis. Prima enim cauſa cur medicꝰ ſanat, non eſt q̄r eſt homo aut muſicus, aut Polycletus: quia oēs illę ſunt cauſę per accidēs: neqꝫ eo ꝙ eſt artifex, aut agēs: nam illę ſunt cauſę, per ſe quidē, ſed tn̄ remotę. Rurſus prima cauſa non eſt, q̄r eſt medicus: licet illa ſit cauſa per ſe ⁊ proxima: ſʒ q̄r habet artē medicinę. Nā licet eſſe medicū, ⁊ habere medicinā, nō ſint duo realiter, tn̄ formalr̄ loquēdo, nō eſt verū ꝙ iſte habet artem medicinę, q̄r eſt medicꝰ: ſʒ ecōuerſo, q̄r habet artem medicinę, eſt medicꝰ. Et ideo habere artē, nō ſolū eſt cauſa effectus medēdi, ſed eſt etiam cauſa quare iſte eſt medicus, quę erat cauſa intermedia. obidqꝫ illa eſt prima cauſa. Similiter in naturalibꝰ, ſi quęrat̄ q̄re petrus generat paulum, illud nō eſt q̄r habet vxorē: illa. n. eſt cauſa per accidēs: q̄r potuit ex aliena generare: nec q̄r eſt animal: q̄r illa eſt cauſa remota: ſed q̄r eſt hō. Qđ ſi rurſus quęras quare eſt hō, q̄r aīal rōnale: q̄ eſt prima cauſa in illo ordine. Eodē modo in cauſis materialibꝰ: cauſa quare hoc eſt albū eſt, q̄r eſt quantū: ſed cauſa quare eſt quātū, eſt q̄r eſt corpus: corpus autē eſt q̄r habet materiam. Et pariter reſpectu finis, cur ignis calefacit aquā, vt generet ignē: cur generat ignē, vt ſpēs ignis cōſeruet̄. Et ille eſt vltimus finis. Et iſtę cauſę dicūtur primę in ſuo cuiuſqꝫ ordine cauſarum particulariū. Nam ſup iſtas ſunt cauſę vl̄es: ſupra quas eſt deꝰ: q̄ eſt alpha ⁊, omega, p̄ma. ſ. cauſa ⁊ efficiēs, ⁊ finalis omniū. De quibus omnibus quatenus ſunt cauſę horū inferiorū incumbit phyſico ſpeculari. ¶ Alterū documētū eſt notandū. ſ. ꝙ cauſa ſingularis eſt per ſe, ⁊ proxima effectus cauſę ſingularis: cauſa vero ſpecifica, effectus ſpecifici: ſed cauſa generica, effectus generici. vt Paulus per ſe ⁊ proxima cauſa eſt Dominici, homo, per ſe et proxima cauſa hominis: animal, per ſe ⁊ proxima cauſa animalis. ¶ Sequuntur queſtiones tertia ⁊ quarta.

*Tres cōditiões cauſę primę.*

## DE FORTVNA, ET CASV. CAPVT. IIII.

Textus. xxxix. DICVNTVR autē & fortuna, & caſus, de numero cauſarum eſſe. & multa, & eſſe & fieri, propter fortunam & caſum. Quo igitur modo in his cauſis eſt fortuna & caſus, & vtrum idem ſint fortuna & caſus. An diuerſum: & omnino quid ſit foruna & caſus, conſiderandum eſt.

¶ Inter tractandū de cauſis naturalibꝰ merito Ariſt. de fortuna meminit ⁊ caſu: q̄ ſunt cauſę per accidens: quarū antiqui naturam parum (vt hic inquit) attigerunt. At qui de natura ⁊ caſu facit tria capitula, quibus tres diſſerit quęſtiones. Primum hoc, quod eſt ordine quartum, per textus nouē diſtribuitur. Proponit ergo in text. 39. ꝙ cum fortuna ⁊ caſus inter cauſas annumerent̄ multaqꝫ a fortuna ⁊ caſu ⁊ eſſe ⁊ fieri ſit cōpertū, tres ſunt examinādę quęſtiones. Prima, an ſint caſus ⁊ fortuna. i. an caſus ⁊ fortuna annumerentur inter cauſas. Secūda, nū fortuna ⁊ caſus eadē res ſint, an diuerſę. Tertia demū, quidnā fortuna, q̄dqꝫ ſit caſus: ⁊ ad qđ genꝰ cauſaꝝ reducant̄.



Textus. xl. Quidā enim & ſi ſint an non, dubitant. nihil enim fieri à fortuna dicūt: ſed omniū eſſe aliquā cauſam determinatā, quæcūq; dicimus à caſu, fieri, aut à fortuna. vt veniēdi à fortuna in forum & reperiēdi quē volebat quidem, non autem putabat: cauſa eſt, velle cum venerit emere. ſimiliter autem & in aliis quæ à fortuna dicuntur, ſemper aliquam eſſe accipere cauſam, ſed non fortunam.

¶ Primā aggrediens quęſtionē, tres in hoc capite recitat, impugnatqꝫ opiniones, prima (inq̄t) opinio fuit negātiū fortunā ⁊ caſum, duabus rationibus. Prima: quia fortuna ⁊ caſus non differunt ab aliis cauſis aut naturalibus aut liberis a pposito agentibus: ſed quicq̄d dicimus fieri a caſu procedit ab aliqua certa cauſa. Ut cū quis emendi gratia venit in forū vbi forte reperit eū quem optabat ſibi dari obuiū, illius reperti hominis cauſa non fuit fortuna, ſed neceſſitas veniendi in forum ad emendum victū. Et ad hunc, inquit, modū reliquis in omnibus cenſendū eſt.

Textus. xlj. Quoniā ſi aliquid eſſet fortuna, inconueniens vtiq; perq̄ verè videbitur. & dubitabit vtique aliquis, propter quid nullus antiquorum ſapientū cauſas de generatione & corruptione dicens: de fortuna quicquam determinauit. ſed (vt videtur) nihil opinabantur illi eſſe à fortuna.

¶ Secunda ratio eoꝝ erat. Qm̄ ſi fortuna eſſet aliquod genus cauſę, dubitaret tunc quis poſſet (⁊ veram inquit haberet cauſam dubitādi) cur antiqui ph̄i de cauſis oībus, ⁊ vt ſibi videbāt abūde diſſerētes, de fortuna ⁊ caſu mētionē nō fecerint.

Textus. xlij. Sed & hoc mirabile. multa. n. fiūt & ſunt à fortuna & caſu: quē non ignorātes ꝙ licet referre ad aliquā cauſam vnūquodq; eorū quæ fiūt, vt antiquus ſermo dixit deſtruēs fortunā: horū tn̄ alia quidē eſſe dicūt oēs à fortuna, alia vero nō à fortuna.

Textus. xliij. ¶ Quocirca & quodā mō erat faciēda ipſiꝰ mētio: at vero neq; illorū quidē aliquid opinabātur eſſe fortunā, vt amicitiā, aut litē, aut ignē, aut intellectum, aut aliquid aliud taliū. Inconueniens eſt igitur: ſiue nō putauerūt eſſe, ſiue putātes relinquerūt: pſertim aliq̄n vtentes, vt Empedocles nō ſemper aerem ſegregari ſuperius dicit, ſed vt accidit. dicit enim in Coſmopœia. i. mundi fabrica. Sæpe aliâs aliter, ſed tūc ſic fortè cucurrit. Et partes animalium à fortuna fieri plurimas: ait.

¶ In tex. 42. ⁊ ſequēti reprobat Philoſophus opinionē iſtā. Et q̄uis aliter alij literam hanc diſponāt, videtur tamen Ariſt. prius obijcere ꝯtrariā cōcluſionē, dicens, mirabile eſſe negari fortunā ⁊ caſum: cū multa (vt hominū vulgus pro cōpertiſſimo habet) a caſu ⁊ fortuna cōtingāt. Et deinde reſpōdet ambabus rationibꝰ opinionis. Primę quidē, vbi ait. [Quę nō ignorantes ⁊c.] Ratio enim eorū erat, ꝙ cū fortuna ⁊ caſus reducat̄ in cauſam per ſe ⁊ certā (vt exēplo euntis ad forum mōſtratum eſt) idcirco nō opus eſſet ponere fortunā ⁊ caſum. Cōtra hanc ſolutionē replicat Ariſto. ꝙ q̄uis homines non ignorent fortunā ⁊ caſum referri. i. reduci ad aliquā certā ⁊ per ſe cauſam, vt ſermo ſuꝰ dixit (q̄r vt. q. 5. exponimus cauſa p accidēs reducit̄ ad cauſam p ſe) nihilominꝰ cōfitent̄, alia fieri ex intētione cauſę p ſe, alia vero a fortuna. Obidqꝫ nō obſtāte tali reductione, negari nō debet q̄minꝰ ſint caſus ⁊ fortuna. ¶ In textu. 43. reſpondet ſecūdę rationi ſumptę ex authoritate, dicēs, ex eo ꝙ antiqui nō tractauerint de fortuna ⁊ caſu, nō valere argumētū fortunā et caſum nō eſſe: quin potiꝰ ecōuerſo, eo ꝙ cōpertiſſimū ſit fortunā ⁊ caſum eſſe, ꝯcludit aduerſus illos ꝙ debuiſſent de hmōi cauſis mētionē facere: qui tn̄ nullā eaꝝ cauſam, q̄s aſſerebāt reꝝ naturaliū, dicebāt eſſe fortuna. ſ. neqꝫ litē neqꝫ amicitiā (quas Empedocles ponebat cauſas naturales vt i lib. 1. tex. 32. viſum eſt) neqꝫ ignē: quē ponebat Heraclitꝰ eſſe cauſam. Et eadē rōne neqꝫ aquam neqꝫ aerē (q̄ alij aſſerebāt eſſe pncipia) neqꝫ intellectū. i. mētē, apud Anaxagorā. Cōcludit incōueniēs fuiſſe, antiquos nō feciſſe mētionē de fortuna. Si. n. nō crediderūt fortunā aliquo modo diſtingui a cauſis per ſe, fuerunt quidē ignorātes: ſi vero id credēres, non explicuerūt, negligentię ſunt arguēdi [Preſertim aliq̄n vtentes ⁊c.] auget argm̄ peculiariter aduerſꝰ Empedoclē, dicēs, ꝙ ſaltē Empedocles acriꝰ eſt de hoc reprehēdēdꝰ: nēpe qui in rei veritate cōceſſit aliq̄ fieri a fortuna. Ubi id cōmemorandū eſt qđ lib. 1. ſuper text. 32, adnotauimus ſm̄ Empedoclē: videlicet ꝙ mūdū dicebat̄ fieri p hoc qđ res, quę in chao p amicitiā fuerāt permixta ⁊ confuſa, p litē ſegregant̄: At cū ignoraſſet rōnē cauſę finalis, dicebat i illa ſeparatione, nō pp̄ter finē, ſed vt ſors forte tulit, accidiſſe vt aer ſegregaret̄ ſup aquā, vt modo eſt: ⁊ aquā ſubtus, ⁊ ignē eſſe ſupremum. vnde in alia mūdi gn̄atione (quę Gręce dr̄ coſmopeia) euenire poſſe vt aer ſit ſub aqua. Aiebat. n. mūdum infinities generari ⁊ corrumpi. vnde extat carmē Empedoclis quod Themiſtius refert. Sic cecidit volitans, aliter quoqꝫ ſepius aer. Itidem et partes animaliū dicebat a fortuna fieri: nempe vt plāta pedis ſit plana, caput vero rotundū ⁊c. Tenebatur ergo explicare quidnam eſſet fortuna, ⁊ quomodo per ſe a cauſis differret.

*Empedocles.*

Textus. xliiij. Sunt autem quidam qui & cæli huius, & mundanorū oīum cauſam eſſe ponūt caſum. à caſu. n. fieri dicunt reuolutionē, & motū qui diſcreuit & conſtituit in hunc ordinem, vniuerſum.

Opinio. 2. ¶ In tex. 44. refert ſecūdā opinionē in alio extremo, q̄ plus nimio dilatabat fortunā: nēpe quę dicebat celorū elemētorūqꝫ ſitū ⁊ motū, quibus orbis diſpoſitio cōſtat, eſſe a fortuna. Quę quidem opinio vt Themiſt. ⁊ Philop. authores ſunt, erat Democriti: cuiꝰ opinionē lib. 1. ſup tex. 41. interptati ſumus. Dicebat. n. ex varia diſpōne atomorū rerū diuerſitatē accidere: atqꝫ adeo cū i celoꝝ

*Democritus.*

cõpoſitionẽ multitudo atomoꝝ orbiculariũ for⸗te coierit cęlos eſſe ita celeriter mobiles: ⁊ ꝑ ꝯñs velociſſimo ſuo motu tenere terrã in medio im⸗mobilẽ, circũq; eã alia elemẽta: inſtar illius qui brachio velociſſime moto phialã aqua plenã cir⸗cũagens, non permitteret aquam cadere: velo⸗ciſſimo motu phialę, caſum aquę preueniente.

Textus. xlv.

❧ Et valdè hoc ipſum admiratione dignum eſt, ꝙ dicant, ipſa quidem animalia ac plantas à for⸗tuna nec eſſe nec fieri: ſed aut naturam aut intelle⸗ctum aut quippiã tale aliud eſſe cauſam: nõ enim quoduis: ex ſemine vnoquoq; fit. ſed ex tali qui⸗dẽ, olea: ex tali autẽ, hõ. Cœlũ autem, & diuinio⸗ra ſenſibilium à caſu fieri talem autẽ cauſam nul⸗lam eſſe: qualem animalium, & plantarum.

¶ Hanc opinionẽ reprobat textu. 45. a maiori ad min⁹ negatiue. Plantaꝝ animaliũq; (quib⁹ plus deberet dominari fortuna) motus ⁊ gñationes nõ fiũt a fortuna ⁊ caſu, ſʒ ordine naturali: ergo nec motus celoꝝ fiũt a fortuna ⁊ caſu. Maior experiẽ⸗tia cõſtat. non enim ex quouis ſemine quęuis ar⸗bor temere pullulat, aut quoduis aĩal naſcit̃: ſʒ ex tali, puta ex oliua, oliua: ⁊ ex homine, homo, ⁊ ex grano tritici, ſpica ⁊c. ⁊ ꝯñia eſt etiam manife⸗ſta: qꝛ plãtę ⁊ animalia ſunt minores orbis par⸗tes, vbi proinde maior apparebat ratio incerti⸗tudinis fortunę, q̃ in cęlis et elementis quę cum ſint digniſſimę partes mundi, debent ordine ma⸗gis certo ⁊ neceſſario moueri.

Textus. xlvj.

❧ Atq; ſi ſic ſe habeat hoc ipſum: dignũ eſt vt in⸗ſiſtam⁹: & bene ſeſe habet, dici aliq̃d de hoc ipſo. Nam prærerq̃ quod & alioqui abſurdũ eſt quod dicitur: adhuc abſurdius eſt dicere hæc, cùm vi⸗deant in cœlo nihil à caſu factum. in hiis autem quæ non à fortuna, multa contingere à fortuna. attamen par erat contrarium fieri.

¶ In text. 46. adiungit ſecundã rationem, conclu⸗dens, prius ꝙ ſi ita res ſe habet, nẽpe ꝙ tam ine⸗pte illi loquuti ſunt de fortuna, dignũ eſt vt inſi⸗ſtam⁹ veritatẽ indagare. Nã pręterq̃ ꝙ abſurdũ eſt dicere ꝓcipuas partes orbis a fortuna moue⸗ri, abſurdius tñ id eſſe cõprobat experiẽtia ipſa, qua cõpertum eſt econuerſo in iſtis inferiorib⁹ ⁊ in motibus naturalibus aliqua nõnunq̃ a fortu⸗na fieri: vt ꝙ homo vno digito mãcus naſcatur, aut oculis orbus, aut quomodolibet aliter mon⸗ſtrum. In illis autem cęleſtibus motibus, nihil vnq̃ viſum eſt a naturali curſu deficere.

Textus. xlvij.

❧ Sunt autẽ quidã, quib⁹ fortuna videtur q̃dem eſſe cauſa: immanifeſta autẽ humano intellectui, tãq̃ diuinum quidam, exiſtens & felicius. Quare conſiderandum eſt & quid ſit vtrũq;, & ſi idẽ an aliud & caſus & fortuna, & quomodo in determi⸗natas cauſas incidunt.

3. Opinio.

¶ In tex. 47. refert opinionẽ tertiã eoꝝ qui cenſe⸗bant, queadmodũ vna eſt prima cauſa vniuerſo⸗rũ, quę per ſe ex neceſſitate ⁊ certo ordine fiunt, ita eſſe vnã primã cauſam eorũ oĩum quę fortui⸗to accidũt. Quę quidẽ occulta eſt ⁊ a nr̃a cogni⸗tione ſemota. Quocirca in more fuit apud gen⸗tes fortunã ꝓ dea colere: cui tẽpla erigere, ſolẽ⸗nes ceremonias ritusq; celebres ſtatuere, ꝓ reli⸗gione ducebãt. Quare (inquit Phus) ꝯſiderãdũ eſt ⁊ q̃d ſit vtrũq;: ⁊ ſi idẽ, an aliud eſt caſus ⁊ for⸗tuna. Tres nãq; propoſuerat quęſtiones in ꝓnci⸗pio hui⁹ capitis: quarũ primã. ſ. fortunã ⁊ caſum eſſe hactenus determinauit, reliquas duas pro⸗ſequit̃ determinare. Sequit̃ ꝯtinuo cap. quintũ.

## ❧ DE FORTVNA.

## CAPVT. V.

Textus. xlviij.

PRIMVM igitur cùm videamus alia quidẽ ſemper ſimiliter fieri, alia autẽ frequẽter: manifeſtũ eſt ꝙ neu⸗tri horũ caſu fortuna dr̃. Id. n. quod à fortuna: neq; ei⁹ eſt quod ex neceſsitate & ſem⸗per, neq; ei⁹ quod frequẽter. ſed q̃m quædã fiunt & ꝓter hæc, & oẽs hæc dicunt eſſe à fortuna: ma⸗nifeſtũ ꝙ aliq̃d eſt, fortuna & caſus. Talia enim à fortuna: & quæ à fortuna, talia eſſe ſcimus.

¶ In quinto ergo capite, q̃d nouẽ itidẽ text⁹ ꝯtinet, pergit ſecũdã explicare quęſtionẽ, an vʒ caſus ⁊ fortuna eadẽ ſint res. Et primum quidem in toto capite exponit diffinitionẽ caſus ⁊ fortunę, ⁊ reli⸗qua oĩa in quib⁹ hęc ambo conueniunt: ⁊ cap. ſe⸗quenti oſtendit ea quibus differũt.

Quatuor diſtinctiones.

¶ Pręmittit autẽ q̃tuor diſtinctiones cauſarũ ⁊ effectuũ, qui⸗bus diffinitionẽ fortunę venatur. Prima eſt. Eo⸗rum quę fiunt alia quidẽ ſemper eodẽ modo con⸗tingũt, vt ortus occaſusq; ſolis: alia vero frequẽ⸗ter, vt hominem decẽ digitis ambarum manuũ naſci, ſolẽ in cãcro feruere, in capricornio vero, tepeſcere. Sed alia ſunt quę raro contingunt, vt ſunt horũ contraria: nempe hominẽ ſex aut qua⸗tuor penit⁹ digitis in manu naſci, ſole in cancro, frigus eſſe ⁊c. ¶ At vero diuiſionem hanc redar⸗guit Auicena ꝙ nõ ſit cõpleta: vt refert in ꝓſen⸗tiarũ. Cõmentator. Deeſt enim (inquit) membrũ quartum, quippe cũ aliqua ſint quę ęqualiter ad vtrũlibet cõtingũt: vt hoĩem ſedere ⁊ ambulare, dormire ⁊ vigilare ⁊c. Quę quidem proinde Aui⸗cena exiſtimat a caſu fieri, perinde atq; illa quę raro cõtingũt. Quã opinionẽ. q. 5. examinamus.

Textus. xlix.

❧ Eorũ autẽ quæ fiũt: alia quidẽ propter aliq̃d fiunt, alia verò nõ. ¶ Horũ autẽ, alia quidẽ ſecun⸗dũ propoſitũ, alia verò nõ ſecũdũ propoſitũ. am⸗bo autẽ ſunt in iis quæ propter aliquid. ¶ Quare manifeſtũ eſt: ꝙ & in iis quæ ſunt præter neceſſa⸗riũ, & quod frequẽter, ſunt quędã circa quæ con⸗tingit eſſe id quod eſt propter aliquid. Sunt autẽ propter aliquid: & quæcunq; ab intellectu vtiq; aguntur, & quæcunque à natura.

Diuiſio. 2.

¶ Subduntur in textu. 49. alię duę diſtinctiones. Secunda eſt. Eorum quę fiunt, alia fiũt propter aliquid. i. propter finem: vt naturales generatio⸗nes et ea quę procedũt a voluntate, ex arte aut prudentia. Alia vero fiunt non propter finẽ. Hoc membrum dupliciter exponit S. Thom. Primo ꝙ intelligatur de ipſomet fine vltimo, qui non fit propter aliũ finẽ. Sed tamẽ profecto intẽtio ipſa vltimi finis eſt etiã propter finẽ. i. ꝓpter vltimũ ipſum. Et ideo ſecũda expoſitio eſt quę conſonat literę ⁊ intentioni Ariſtotelis. Illa enim fiunt nõ propter finẽ, quę fiunt temere ſola imaginatione ſine aliqua intentione finis: vt cũ meditabũdus hõ aut barbã fricat, aut eleuat feſtucã.

60 no ꝗ̃ ex ꝑo [illegible] 150.

Diuiſio. 3.

¶ Tertia diuiſio eſt. Horũ quę fiunt propter aliquid. i. pro⸗pter finẽ, alia quidẽ fiunt ſecundũ propoſitũ. i. ſe⸗cundũ electionẽ: alia vero, nõ, ſed ex neceſſitate naturę. ¶ Quod ſiquis hic dubitaret idẽ eſſe pror⸗ſus, fieri propter finẽ, ⁊ fieri a propoſito. Facere nãq; a propoſito nihil aliud eſt, q̃ agẽs propoſi⸗to fine agere: ⁊ per ꝯñs male diuidit, agere pro⸗pter finẽ, in agere a propoſito, ⁊ agere nõ a propo⸗ſito: q̃d. n. nõ eſt a propoſito, non eſt propter finẽ. Rñdetur ꝙ dupl'r agẽs aliquod, agit ꝓpter finẽ, vt quęſtione tertia dicebamus. Vno modo, quia agẽs ipſum particulare cognoſcẽs finẽ mouet ſe in finẽ: vt homo. Et hę actiones dicũtur a propo⸗ſito. Alio modo ꝙ agẽs nõ moueat ſe: ſed ab alio moueatur in finẽ: ſicut ſagitta. Et iſto modo en⸗tia naturalia mouẽtur in finẽ: nõ quidẽ a propo⸗ſito. i. ex propria electione particularis agentis: ſed a datore naturę: reſpectu cuius etiã natura⸗lia poſſunt dici a propoſito: vt pote cum oĩa eius prouidentia gubernentur. ¶ Sed oritur hinc al⸗terum argumentũ ꝙ iſtę duę diſtinctiones repu⸗gnẽt. Nam iſto modo oĩa quę in orbe fiũt, ſiue vo⸗luntaria ſint, ſiue naturalia, fiunt propter finem. Quapropter falſum eſt quod dixit in ſecũdo mẽ⸗bro ſecundę diſtinctionis, aliquã. ſ. eſſe actionẽ nõ propter finẽ, vt fricatio barbę. ¶ Reſpondetur ꝙ actiones hoĩs, ſi temere ⁊ ſine electione fiant, q̃uis fiãt propter finẽ: ſicut actiones reliquę na⸗turales, tñ dicũtur ſimpliciter nõ eſſe propter fi⸗nẽ, eo ꝙ erãt apte fieri ex propria electione parti⸗cularis agẽtis, ſicuti reliquę actiones humanę. ¶ Subiungit ergo, ꝙ in ambobus. ſ. tam in his q̃ fiunt a propoſito. i. ex electione particularis agẽ⸗tis, q̃ in ijs quę fiunt ex neceſſitate naturę, cõtin⸗git aliquid fieri propter finem. Secundo ſubdit ꝙ non ſolum in his quę fiũt ſemper, ⁊ in his quę frequenter, ſed in his etiam quę raro contingũt, fit aliquid propter finem. Itaq; fieri propter finẽ, habet locum in omnibus membris primę diui⸗ſionis, ⁊ in ambobus membris tertię.

Textus. l.

❧ Huiuſcemodi igitur cùm ſecundum accidens fiunt: à fortuna dicimus eſſe. vt enim & quod eſt, aliud quidem per ſeipſum eſt, aliud autem ſecun⸗dum accidens: ſic & cauſam cõtingit eſſe. vt ipſius domus, per ſe quidem cauſa eſt ædificatiuũ: ſecun⸗dum accidens autẽ, album aut muſicũ. Itaq; per ſe cauſa, definita eſt: quæ vero ſecundum accidẽs, indefinita. infinita enim: vni accident.

Diuiſio. 4

¶ In tex. 50. ſubiungitur quarta diſtinctio: quę ex ſuperioribus colligitur. Ait enim ꝙ quemadmo⸗dũ ea q̃ ſunt (. i. entia, vt exponit Themiſt. ⁊ Alex. quos ſequit̃ S. Tho.) vel effectus qui fiunt (vt ex⸗ponit Simplicius) alia ſunt per ſe. i. ſunt aut ex neceſſitate naturę, aut a propoſito producta, alia vero per accidẽs: ita ⁊ cauſę alia eſt per ſe. i. quę ex propria intẽtione operat̃, ⁊ alia per accidẽs. i. quã ſequit̃ effectus non intentus a tali cauſa. Et hęc (inq̃r) cauſa per accidẽs appellatur fortuna.

Fortuna eſt cauſa ꝑ accidẽs.

¶ Vbi cõſiderandũ eſt, ꝙ diſtinctio inter cauſam per ſe, quę agit ex neceſſitate, aut a propoſito, et cauſam per accidẽs, quę eſt fortuna, nõ eſt diſtin⸗ctio duarũ diuerſarũ rerũ: ſed eiuſdẽ rei cõſide⸗rate. ſub diuerſis rationibus. Exẽpli gratia. Fo⸗diens ſepulchrũ, reſpectu illius effectus, qui eſt cadauer humari, eſt cauſa per ſe, eo ꝙ intẽdit il⸗lũ effectũ: ſed reſpectu inuẽtionis theſauri, quẽ nõ intendebat, eſt cauſa per accidens, ⁊ fortuna.

Fortuna eſt nomẽ cauſę.

Quocirca nomẽ, fortunę, nõ ſignificat effectũ for⸗tuitũ, ſed cauſam illius per ſe effectus, cui acci⸗dit effectus fortuitus. Quamobrẽ adnotauit hic Ariſt. ꝙ ea ratione qua effectus dicitur per acci⸗dẽs reſpectu alterius effectus per ſe intenti, po⸗teſt ⁊ cauſa eiuſdem effectus dici per accidẽs: ⁊ per ꝯñs fortuna. ¶ Infert inde Philoſophus ꝙ per ſe cauſa diffinita eſt: quęcunq; enĩ per ſe cau⸗ſa determinata eſt ad certũ effectũ: vt homo non generat, niſi hominẽ: ⁊ intendẽs facere arcã, nõ facit niſi arcã. Cauſa vero per accidẽs, ⁊ fortuna eſt indeterminata: qꝛ eidẽ re ĩfinita poſſunt acci⸗dere. Fodiẽs enĩ ſepulchrũ poteſt quidẽ inueni⸗re ⁊ theſaurum quo diteſcat, ⁊ viperã, a qua mor⸗ſus pereat. Et rurſus inuẽtio theſauri ex multis cauſis procedit. ſ. ab illo qui fodit terram vt ſepe⸗liat mortuũ, vel qui fodit vt vineam plantet. ⁊c.

Textus. lj.

❧ Sicut igitur dictum eſt, cum in ijs quæ propter aliquid fiunt, hoc fiat: tunc dicitur à caſu & à for⸗tuna. Ipſa autẽ, ad inuicẽ horũ differentia poſte⸗rius determinanda eſt. nunc verò hoc ſit manife⸗ſtũ: ꝙ vtraq; ſunt in ijs quæ propter aliquid ſunt. Vt cauſa recipiendi argentũ, veniſſet: reportatu⸗rus pecuniã, ſi ſciuiſſet. venit autem, nõ huius gra⸗tia: ſed accidit veniſſe, & feciſſe hoc, reportãdi gra⸗tia. hoc autẽ: neq; frequenter venientẽ ad locum, neq; ex neceſsitate. Eſt autẽ finis, reportatio: non cauſarum quæ in ipſo, ſed eligibilium, & ab intel⸗lectu. & dicitur tunc à fortuna quidẽ veniſſe. ¶ Si autem proponens, & huius gratia, aut ſemper ve⸗niens, aut frequenter reportans: non à fortuna.

¶ In tex. 51. maioris explicationis gratia, ſubdit Phus ea quibus fortunã ⁊ caſus cõueniunt. Ait igit̃ ꝙ drĩa inter caſum ⁊ fortunã poſterius deter⸗minanda eſt. ſ. cap. ſequẽti: nõ autẽ duo adnotã⸗da ſunt quibus cõueniũt.

Fortuna ⁊ caſ⁹ duobus cõueniunt.

Primũ eſt ꝙ tã caſus q̃ fortuna cõtingunt in his quę agũt ꝓpter finẽ. Et hoc ſequit̃ ex dictis: nã fortuna ſola ratiõe differt a cauſa per ſe, cũ reſpectu effectus intẽti dicatur per ſe: ⁊ reſpectu nõ intẽti dicatur fortuna. Vnde nõ eſt intelligendũ ꝙ effectus ipſe fortuitus de⸗bet eſſe intẽtus tãq; finis: ſed ꝙ debet eſſe pręter intentionẽ agẽtis ꝓ aliũ finẽ. ¶ Sed eſt hic ꝑfe⸗cto nõ cõtemnendũ dubiũ. Vr. n. ꝙ caſus nõ ſolũ cõtingat in his quę agũt ꝓ finẽ: ſed etiã in actio⸗nibus hoĩs quę ſunt indeliberatę. Exempli grã. Si aliquis cogitabũdus impremeditato vt ſolet fricare barbã, oculũ ſibi erueret aliquo gladio, quẽ forte manu teneret, certe illa eſſet mala for⸗tuna vel caſus, ⁊ tñ actio illa nõ erat ꝓ aliquẽ fi⸗nẽ. ¶ Dupliciter rñderi põt iuxta duplicẽ ſenſum huius propõnis, ꝙ fortuna et caſus ſunt in his q̃ ſunt ꝓ finẽ. Põt enĩ eſſe vnus ſenſus ꝙ illa actio quã ſequit̃ effectus caſualis, aut tũc exerceat̃ ꝓ aliũ finẽ, aut ſaltẽ nata ſit exerceri. Et tũc dicẽdũ eſt ꝙ fricatio barbę nata erat fieri ꝓ aliquẽ finẽ, obidq; leſio oculi nõ intenta, eſt illi caſualis. Se⸗cũdus ſenſus iſtius propõnis eſt ſcd̃m Simpli⸗ciũ, ꝙ effectus fortuitus ſit natus eſſe finis inten⸗tus aliq̃n ab aliqua cauſa. Et hunc ſenſum videt̃ ſignificare exẽplũ q̃d hic ponit Ph. ⁊ illud q̃d po⸗nit infra tex. 63. Et tunc rñdet̃ ꝙ leſio iſta oculi eſt

 caſualis

caſualis: q: nõ fuit intenta ꝛ potuit eſſe intenta.
¶Sequitur ergo exemplũ in litera. Ut ſi alia intẽ
tione quis ductus, venit in forũ. ſ. emẽdi gratia, ꝛ
forte reperit debitorẽ a quo inſperatã pecuniã re
cuperat, recuperatio illa eſt a fortuna: ꝓpterea
(inquit) q: ſi ille ſciuiſſet ſe recuperaturũ pecu-
niã, iuiſſet quidẽ. Duo ḡ requirũtur vt actio ſit ca
ſualis. ſ. ꝛ ꝙ tũc nõ ſit intenta ꝛ ꝙ poſſit eſſe inten
ta. Et hoc certe ſonat fieri pręter intentionẽ. Un
cõcludit ꝙ finis fortuitus. i. illa reportatio pecu-
nię, nõ eſt cauſarũ quę in ipſo. i. nõ eſt ſicut motꝰ
naturalis procedẽs a principio intrinſeco, qđ eſt
in ipſo mobili: ſed eſt a pricipio extrinſeco. Neq;
rurſus a quocũq; principio extrinſeco: ſed ab iis
cauſis quę electione ꝛ intellectu agunt, in quibꝰ
proprię inuenitur fortuna. ¶Secũda cõditio for-
tunę ꝛ caſus eſt ꝙ ſit reſpectu effectus raro cõtin
gẽtis. Quapropter tria, inq̃t, ſunt ob quę aliqua
cauſa nõ eſt fortuna. Primũ ſi ſit intendens talẽ
effectũ, vt in exemplo poſito. Secundũ ſi quãuis
effectus nõ ſit intẽtus, nihiloꝰ ſemꝑ adiungitur
effectui intẽto. Quare fur licet nõ intẽdat pecca
re, ſed ſolũ vtilitatẽ pecunię, nihiloꝰ intendẽs fu-
rari nõ peccat a caſu vel a fortũa: q: peccatũ ſem-
per adiũgitur furto: ꝛ ideo imputatur illi pecca-
tũ. Tertiũ ſi tale accidẽs frequẽter adiũgatur ef-
fectui pſe. vt ſi podagricus cõpertũ hẽt, vinũ vt
plurimũ humorẽ cõcitare, licet nõ bibẽs nõ intẽ
dat, niſi delectationẽ, recipiat tamẽ damnũ, effe-
ctus ille non eſt a fortuna: ſed ex electione gulę.

Textus. lij.

Manifeſtum itaq;: quòd fortuna cauſa eſt ſe-
cundum accidens, in ijs quæ ſecundum propoſi-
tum eorum quæ propter aliquid ſunt. ¶Qua-
propter: circa idem, & intellectus & fortuna eſt.
Propoſitum enim non ſine intellectus eſt.

Diffinitio fortunę.

¶Ex ſuperioribus pręiactis fundamentis elicit
demũ Ph. tex. 52. diffinitionẽ fortunę, dicẽs, mani
feſtũ eſſe, ꝙ fortuna eſt cauſa per accidẽs in iis q̃
ſecundũ propoſitũ fiunt propter finẽ, ꝛ raro con-
tingũt. Ubi quatuor ſunt particulę. Prima, ſecun
dũ accidẽs, in quo differt fortuna a cauſis natu-
ralibus ꝛ ab electione. Secunda, in his quę ſunt
propter finẽ, vt excludat ea quę temere fiũt. i. nec
ex determinatione naturę, nec ex determinatio-
ne electionis. vt fricatio barbe. Tertia particula
eſt, ſecundũ propoſitũ, in qua forma differt a ca-
ſu, caſus em̃ vt ſtatim videbimus cõtingit in na-
turalibus quę agũt quidẽ propter finẽ: ſed non a
propoſito ꝛ electione. ¶Unde infert corollariũ ꝙ
fortuna ꝛ intellectus ſunt circa idẽ: nã iis ſolum
qui habent intellectũ contingit agere a propoſi-
to: atq; adeo in illis ſolis eſt ratio fortunę.

Textus. liij.

In definitas igitur cauſas, neceſſe eſt eſſe: à qui
bus fiat quod eſt à fortuna. ¶Vnde videtur fortu
na: indefiniti eſſe, & immanifeſta homini. ¶Et
eſt: vt nihil à fortuna videatur vtiq; fieri. Omnia
enim hæc: recte dicũtur, quoniam rationabiliter.
¶In textu. 53. ꝛ reſiduo capitis ex diffinitione col
ligit Ph. fortunę cõditiones, quibus eius natu-
ra fit perſpicatior. Eſt tamẽ conſiderandum ꝙ ex
tribus ſupra recitatis opinionibus, ſecundũ quę
aſſerebat i cęlorũ motibus eſſe fortunã, tanq̃ ab-
ſurdã iam ſupra abiecit. Tertiã vero ꝛ primã ex-
ponit in hoc textu, quandã pręſe ferre probabili
tatẽ. Sit ergo id quod eſt a fortuna indefinitas ꝛ

indeterminatas cauſas habere. Inuenit em̃ ho-
mo theſaurũ dum ſpeluncã ſubit, aut pluuiã fu-
giẽs aut hoſtẽ, aut ferã perſequẽs, ꝛ alia quauis
cauſa. Et ideo probe dicebat tertia opinio fortu-
nã eſſe cauſam immanifeſtã. i. hominibus occul-
tã. Enimuero cũ hoĩes per effectus cauſas per-
ueſtigẽt, vbi effectus habet certã ꝛ determinatã
cauſam, per effectus venimus in cognitionẽ cau
ſarũ: q: enim eclipſis lunę cõtingere non poteſt,
niſi per interpoſitionẽ terrę, multis experientiis
philoſophi ab effectu cognouerũt cauſas: ſi ve-
ro effectus ille nõ haberet certã cauſam, nõ poſ-
ſet cauſa perquiri. Obidq; cũ effectus fortuiti nõ
habeãt certã cauſam, merito fortuna appellatur
cauſa occulta: ſicut ſi mulier plures cognoſceret
viros, filius nõ haberet manifeſtũ patrẽ. Item ꝛ
prima (inq̃t) opinio rationabiliter dicebat nihil
fieri a fortuna: quodammodo enim hoc eſt verũ.

Fortuna occulta.

Textus. liiij.

Eſt enim: vt fiat à fortuna. ſecundum accidens
enim fit. & eſt cauſa, vt accidens: fortuna. vt autẽ
ſimpliciter, nullius. vt domus, ędificator quidem
cauſa eſt: ſecundum accidens autem, tibicẽ. & vt
veniens referat argentũ, non huius cauſa veniens:
infinitæ ſunt multitudine. Et enim videre aliquẽ
volens, & perſequens, & viſurus, & fugiens.
¶Unde in tex. 54. explicat quomodo fortuna eſt
alicuius cauſa, ꝛ quomodo nullius eſt cauſa. Ait
enim ꝙ fortuna ſolũ ſecundũ quid. i. per accidẽs
eſt cauſa ſimpliciter tamen nullius eſt cauſa. Nã
cauſa ſimpliciter eſt illa quę per ſe eſt cauſa: ea
enim quę ſunt per accidẽs nõ dicuntur talia ſim-
pliciter. Subdit exemplũ. Cauſa enim ſimplici-
ter domus, eſt ędificator: tibicẽ autẽ eſt cauſa do
mus ſecundũ quid. i. per accidẽs. Eodẽ modo, ſi
quis venit in forũ nõ gratia recuperandi argen-
tũ a debitore, ſed tamẽ pręter intentionem fit illi
obuius debitor a quo reportat pecuniã: eiuſmo-
di homo veniẽs in forũ eſt quidẽ cauſa ſimplici-
ter ꝛ per ſe emẽdi merces, quas intẽdebat eme-
re: recuperãdi vero pecunias, eſt ſolũ cauſa ſecũ
dum quid. Et ideo effectus ille nullã habuit ſim-
pliciter cauſam: ſed ille prouenit ex fortuito con-
curſu duarũ per ſe cauſarũ: q: videlicet dũ credi-
tor iret in forũ gratia emendi merces, ꝛ debitor
itidẽ eadẽ veniret cauſa, forte coierũt. ¶Unde ait
illius fortuiti effectꝰ plurimas potuiſſe eſſe cau-
ſas: nẽpe ꝙ creditor ille exierit in forũ, aut cauſa
viſendi amicũ, aut inimicum perſequens, aut ad
ſpectaculum properans, aut hoſtem fugiens.

Fortuna ſimplr̃ nõ eſt cauſa.

Textus. lv.

Et dicere eſſe aliquid præter rationẽ fortunã:
recte eſt. ratio enim eſt: aut eorũ quę ſemper ſunt,
aut eorum quæ frequenter. fortuna autem: eſt in
ijs quæ fiunt præter hæc. Quare, cum indefinitæ
ſint quæ ſic ſunt cauſæ: & fortuna indefinita eſt.
¶Attamen etiam in quibuſdã dubitabit vtiq; ali-
quis: nũquid quæuis ſint fortunæ vt ſanitatis, aut
ſpũs, aut calor, ſed nõ detonderiꝰ ſunt. n. aliæ alijs
proximiores, earũ quæ ſecundũ accidẽs cauſarũ.
¶In tex. 55. proſequitur explicare qualitates, q̃s
vulgus attribuit fortunę. Dicitur. n. fortuna ce-
ca ꝛ ſine ratione: ratiocinari enim nõ poſſumus
ab effectibus ad cauſas, aut ecõuerſo, niſi in cau
ſis certis quas certi effectus, aut ſemper ſequun
tur, aut frequẽter. Arguimus enim ſi mulier eſt
pregnans

Fortuna occulta.



pręgnãs ꝙ pariet: ꝛ ſi peperit ꝙ virũ cognouit: ꝛ
ſi homo diligenter dat operã literis, doctus eua
det: nam vt plurimũ ita cõtingit. Quia tamen in
his quę ſunt per accidẽs: nec eadẽ cauſa ſemper
producit eoſdẽ effectus, nec idem effectus ex eiſ-
dem ſemper procedit cauſis, non poſſumus cer-
to in illis ratiocinari, ꝙ homo mercenarius vi-
neam ponens, theſaurum reperit, ꝙ alter fodi-
ens ſimiliter ſit reperturus, a fortuna non fiunt
ex intentione ꝛ certa ratione eo, fortuna dicit ce
ca. ꝛc. ¶Mouet ſubſequẽter dubitationẽ vtrũ vi-
delicet oẽs cauſę per accidẽs ex parte effectus,
nẽpe quãdo attingunt ad productionẽ effectuũ,
ſint appellãdę fortunę. Et intẽdit affirmatiue re-
ſpõdere: tametſi inter huiuſmodi cauſas alia ſit
propinquior ꝛ alia remotior. Exemplũ eſt. Si q̃s
morbo capitis laborãs detõderet caput: nõ qui-
dẽ cauſa ſanitatis: ſed forte q: erat criſpus fedos
habẽs capillos. Poſt modũ vero forte flauit ſpi-
ritus. i. vẽtus ſalubris, aut viguit calor: quibus
cauſis euaporatus eſt morbidus humor per ca-
put. Omnes iſtę cauſę (inquit Ph.) ſunt a fortu-
na: quia non ſunt intentę ab infirmo, quanquam
ventus ꝛ calor propinquius efficiant ſanitatem:
detonſio vero fuit remotior: quia fuit cauſa vt
ventus humorem extraheret.

Fortuna ceca.

Textus. lvj.

Fortuna autẽ, bona quidẽ dicitur: cũ bonũ ali
quid euenit. Mala autẽ: cũ malũ aliquid. Fors for-
tuna vero & infortuniũ: cũ magnitudinẽ habent
hæc. Quocirca, & cũ parũ abeſt. vt quis malũ aut
bonũ capiat magnũ. eſt vel infortunatum eſſe vel
bene fortunatũ. qm̃ tãq̃ exiſtiret: dicit intellectꝰ.

QVOD parũ am diſtat à re.

¶QVOD em̃ parũ abeſt: tanq̃ nihil diſtare vr̃.
Amplius autẽ: incerta eſt fors fortuna rationabi-
liter. Fortuna em̃: incerta eſt: neq; em̃ ſemp, neq;
frequẽter: poſsibile eſt eſſe, eorũ quæ ſunt à fortu
na quicq̃. ¶Sunt igitur ambo, cauſæ (quemadmo
dũ dictũ eſt) ſcd̃m accidẽs & fortuna & caſus in ijs
quę poſſunt fieri nõ ſimplr̃ neq; frequẽter. & ho-
rũ: quæcũq; vtiq; fient in ijs quę propter aliquid.

Textus. lvij.

¶In tex. 56. ponit duas diſtinctiones fortunę: pri
mã in qualitate, quia alia eſt bona alia vero ma-
la. Et q: fortuna nõ habet rationẽ cauſę diſtinctę
a cauſa per ſe, niſi reſpectu effectus, propterea
diffinitur bona fortuna ab effectu: quę. ſ. eſt illa
cauſa cui bonus accidit effectus: mala vero for-
tuna eſt illa, cui accidit malus effectus. ¶Secun
da diſtinctio eſt in quãtitate. Dicit em̃ ꝙ fortuna
aliquãdo eſt de re parua, ꝛ tũc dicitur ſine addi-
to ſimpliciter fortuna bona vel mala. Aliquãdo
vero id quod accidit bonũ vel malũ eſt magnũ ꝛ
excellẽs: ꝛ tũc reſpectu boni gręce dicit, eutyria.
Si ſit reſpectu mali, dicitur diſtyria. Quę ad lite-
rã latinę dicitur eufortuniũ ꝛ infortuniũ: tametſi
eufortuniũ nõ eſt vſitatũ nomen: ſed dicitur fors
fortuna. Exempli gratia. Cum piſcator iaciẽs re-
the capit magnos ꝛ inſperatos piſces, eſt quidẽ
bona fortuna ſimpliciter: ſed nõ dicitur proſpe-
ra, aut ſecũda fortuna. Sicut nõ eſt magna fortu
na vnũ aureũ inuenire: quando tamẽ piſcatores
illi ionici iactu rethis traxerũt tripodẽ aureã vt
Laertius. refert in vita Thaletis, illa quidẽ fuit
proſpera fortuna. Aut cũ quis humilibus natus
parẽtibus, putãs ſe in bello amicũ ab hoſte libe-

Fortuna bona.

rare, forte liberat regẽ quẽ nõ cognouerat: ꝛ in-
de ſubſtantia ꝛ honoribus augetur. Unde infert
Ariſt. ꝙ cũ quis liberatur ab aliquo graui malo
imminẽti, fortunatꝰ dicitur: q: quod parũ diſtat
a re, nihil diſtare videtur. Unde cũ quis exiuit do
mũ deambulandi gratia, quo exeũte, domus ſta
tim ruit, quę illũ occidiſſet, proſpera vſus eſt for-
tuna, ꝛ fortunatus merito dicitur: q: liberatꝰ eſt
a morte a qua parũ abfuit. Si tamẽ poſt vnũ an-
nũ ab egreſſu inde, domus ruit, non fuit fortuna:
q: nõ fuit periculo proximus. Eodẽ modo ſi cũ in
proximo erat, vt magnã dignitatẽ obtineret, for-
te e manibus erepta eſt, infortunatus dr̃. ¶Pro-
bat deniq; incertã eſſe proſperã ꝛ magnã fortunã
ꝛ infortuniũ: q: huiuſmodi effectus nec ſemper
nec frequẽter cõtingunt: ſed raro. Et oſtẽdit hoc
peculiariter de proſpera fortuna aut infortunio,
idcirco, q: alia in minoribus fortuna, quę nõ ha-
bet rationẽ proſperitatis, frequẽtior eſt: obidq;
minus habet de ratione fortunę. ¶Concludit po
ſtremo in calce totius capitis (vbi Cõmentator
ſignat tex. 57.) dictorũ epilogũ: nẽpe ꝙ fortuna ꝛ
caſus in his tribus cõueniunt. Primo ꝙ vtrunq;
eſt cauſa per accidẽs. Secũdo ꝙ vtrũq; eſt in his
quę nõ ſemper, aut frequẽter, ſed raro cõtingũt.
Et tertio ꝙ vtrũq; eſt in his quę agũt propter fi-
nẽ: ſcilicet, aut ex neceſſitate naturę, vt caſus: aut
a propoſito, vt fortuna. Non ꝙ effectus fortuitus
ſit intentus, quaſi finis, ſed quod accidit intento
fini. ¶Subſequitur ſtatim cap. 6.

## DE FORTVNA. CAP. VI.

DIFFERVNT autem: quoniam caſus in plus eſt. quod enim eſt à fortuna: eſt & à caſu. hoc autem non omne à fortuna eſt.

¶In cap. 6. quod pręter frag-
mentũ ſuperioris textus cõ-
tinet alios decem, enarrantur illa quibus fortu-
na ꝛ caſus differunt. Proponit ergo primo inter
caſum ꝛ fortunam hoc intereſſe: ꝙ caſus eſt ſupe
rius nomen q̃ fortuna, quicquid enim eſt fortu-
na eſt caſus, ꝛ non econuerſo.

Textus. lviij.

Fortuna enim, & quod à fortuna eſt: ijs ineſt,
quibus & fortunatos eſſe, inerit, & omnino actio.
Quocirca & neceſſe eſt: circa agenda eſſe fortunã.
ſignum autem eſt: quoniam videtur vel idem eſſe
cum fœlicitate fors fortuna, aut prope. fœlicitas
autem: actio quædam eſt. eſt enim bona actio.
¶Unde in textu. 58. oſtendit fortunam tantũ ha-
bere locum in rationalibus, eo ꝙ agunt a ꝓpoſi
to ꝛ ex electione. Cuius rationem ſolum affert ex
cõmuni hominum cõſenſu. In his enim (inquit)
dũtaxat eſt fortuna, quos ſolemꝰ fortunatos ap-
pellare: fortunatos autẽ nõ dicimus niſi eos qui
agunt ex electione, ſcilicet homines: ergo in il-
lis eſt fortuna. Nihilominus inſinuat etiam ra-
tionẽ a priori, quę [illegible] eſt. Illos dicimus eſſe for
tunatos, quos itidẽ appellamus felices: felici-
tas autem nõ eſt, niſi in his ſuppoſitis quę habẽt
dominium ꝛ libertatẽ ſuorum actuum: ergo in il
lis tantummodo eſt fortuna. Maior probatur:
quia proſpera fortuna vel idẽ eſt quod felicitas
(ſecundũ

(ſecundū illos qui felicitatē collocabāt id bonis tēporalibus, puta diuitijs aut honoribus) vel ſaltē fortuna proxima eſt felicitati: nempe ſecundū Ariſto. qui felicitatē poſuit in actione ſecundum virtutē, cuius bona fortunę inſtrumenta ſunt, vt habetur. 7. ethi. cap. 13. Minor vero, ſcilicet ꝙ felicitas nō ſit, niſi vbi eſt libertas, probatur: primo q: felices nō ſunt, niſi qui operantur ſecundū virtutē, vbi autē nō eſt libertas ⁊ dominiū actionis: ſcilicet intellectus ⁊ voluntas, eſſe non poteſt ratio virtutis. Et ideo quibus non contingit agere id eſt, libere operari (actio enim in moralibus idem eſt quod libera operatio) non contingit felicitas: ⁊ per conſequens nec fortuna.

Textus. lix.

Quare quibuſcunq; non contingit, agere: ijs neq; à fortuna aliquid facere continget. obidq;, neq; inanimatum quippiam, neq; beſtia, neque puerulus, quicq̄ facit à fortuna: quoniam non habent propoſitum. neq; fors fortuna, neq; infortunium, his ineſt: niſi ſecundum ſimilitudinem. vt dixit Protarchus, fortunatos eſſe lapides ex quibus ſunt arę, quòd honorentur: copulati autem cum his, conculcentur. Pati autem à fortuna, ineſt quodammodo & his: cum agēs aliquid circa hæc, agat à fortuna. aliter autem: non eſt.

¶ In textu. 59. rem amplius exēplo dilucidat. Infert enim corollariū ꝙ brutis animalibus ⁊ pueris ante vſum rationis, vt nō contingit felicitas, itaq; neq; fortuna: eo ꝙ libertate carent ⁊ dominio ſuorū actuū. Ait tamē, ꝙ metaphoricę bruta poſſunt eſſe felicia ⁊ fortunata: vt equus regis dicitur fortunatus: ⁊ equus mulionis infortunatus. Immo ⁊ lapides vt ait Protarchus ex quib⁹ arę conſtruuntur ſunt fortunati reſpectu eorum qui ſunt in pauimēto illis coniuncti: quippe cum arę honoratur: pauimentū autē conculcatur. Ac ſi dicas fortunatū eſſe lignum ex quo ſignum ſit Chriſti cenantis: infortunatum eſſe illud, ex quo ſit Judas. ¶ Unde ſubiungit, res iſtas inſenſibiles, licet non participent actiue aliquid de fortuna, participant tamen paſſiue tanq̄ obiecta quibus homines fortunantur, vt ſunt diuitię.

Textus. lx.

Sed caſus: & alijs animalibus, & inanimatorū multis. vt equus caſu (dicimus) venit: quoniam ſaluatus quidem eſt veniens, non ſalutis autē gratia venit. Et tripoda caſu cecidit: ſtetit enim ſedendi cauſa: ſed non ſedendi cauſa cecidit.

¶ In tex. 60. explicat quomō caſus latius pateat q̄ fortuna. Conuenit nāq; ⁊ aialibus brutis ⁊ rebus inaīatis. Exempli gratia. Si equus a bello ad flumē fugit naturali appetitu extinguendi ſitim, qui ſi nō fugiſſet occiſus eſſet: caſu ſeruatus eſt. Itē ſi tripoda (quę ſedes eſt triū pedū, qua antiqui vtebantur) ceciderit apta ad ſedendū. ſ. ſuper pedibus erecta, tūc caſus quidē fuit, ꝓpter finē. ſ. ex naturali appetitu grauis: ꝙ tamen illo modo ad ſedendum apta ceciderit, fuit caſus.

Textus. lxj.

Quare manifeſtum eſt, ꝙ in ijs quæ ſimpliciter propter aliquid fiunt, cum non eius quod euenit gratia fiunt, cuius extra eſt cauſa: tunc à caſu dicimus. A fortuna autem: horum quęcunq; à caſu fiunt, eligibilium in habentibus propoſitum.

¶ Ex dictis infert in tex. 61. corollariū nempe ꝙ cū caſus ⁊ fortuna cōueniant in hoc ꝙ vtrunq; accidit his quę ſunt propter finē. ſ. tanq; effectus, nō quidem intentus, ſed accidēs fini per ſe intento: differunt tamē ꝙ caſus eſt in his quę mouentur propter finē ex neceſſitate naturę: fortuna vero eſt in his quę vtuntur intellectu: nēpe quę ex propria operatione ⁊ electione ſe mouent in finem.

Textus. lxij.

Signum autem eſt ipſum fruſtra. quoniam dicitur: cum non fiat quod propter aliud eſt, illius gratia. vt ambulare purgationis gratia eſt. ſi vera non facta fuit ambulanti: fruſtra dicimus ambulaſſe, & quod ambulatio fruſtra fuit. tanq̄ hoc ſit fruſtra, quod natū eſt alterius gratia, cum nō perficiat illud cui⁹ gratia erat, natūq; erat. quoniam ſi aliquis ſe lotum dicat fruſtra; quia non defecit ſol: ridiculus vtiq; erit. nō eīn erat hoc illius grā.

¶ Adducit ſtatim rationē huius proximi aſſerti, vlꝫ, ꝙ caſus differat a fortuna in hoc ꝙ vniuerſaliter inueniatur in oībus quę ſunt propter finē. Eſtq; notādus textus qui obſcuritatis habet aliquantū. Ratio in virtute eſt hęc. Eſſe fruſtra inuenitur vniuerſaliter in oībus quę agūt propter finē: ⁊ caſus, vel idē eſt qđ fruſtra, aut illi proximū: ergo caſus vl'ter. reperitur in oīb⁹ quę ſunt propter finē. Minorē probat in hoc tex. hac ratione. Illud dicitur fieri fruſtra quod fit aut natū eſt fieri propter talē finē, qualē actio illa intendit ⁊ nō cōſequitur, vt cū quis ambulat cauſa purgandi ventrē, ſi non fiat purgatio, de ambulatio illa eſt fruſtra ⁊ ocioſa ⁊ vana; ergo fruſtra dicit carentiā finis intenti: ⁊ per cōſequens vniuerſaliter inueniri poteſt in oībus quę agūt propter finē, quę tm̄ deficere poſſent: nam in cęleſtibus motibus nullus eſt caſus, cum deficere non poſſint. Dicit quod fit aut natū eſt fieri. ⁊c. quia non oīs actio nata eſt fieri propter omnem finem: nam actio humana non poteſt ordinari ad eclipſandum ſolem. Et ideo ait ꝙ cum quis balneo lauatur, ⁊ nō ſtatim fit ſolis eclipſis, ridiculus eſſet, ſi diceret ſe fruſtra fuiſſe lotum, quia ſol nō obtenebratur. Fruſtra.

Textus. lxiij.

Sic igitur caſus iuxta nomen eſt: cum ipſum fruſtra fit. decidit enim, non percutiendi gratiā: lapis. a caſu igitur decidit lapis: quoniam cecidiſſe potuit vtiq; à quodam, & percutiendi gratia.

¶ Minorē vero probat in tex. 63. ſ. caſum vel idem eſſe qđ fruſtra, vel illi proximū. Primo ex ethimologia noīs. Ubi notandū eſt ꝙ grece, autos, latine eſt, ipſum, ⁊, matin, idē eſt qđ, fruſtra, automatos, ex vtroq; compoſitū, idē ſignificat qđ, caſus, obidq; automatos. i. caſus, perinde eſt ac ſi dicas, ipſum fruſtra. Unde caſus ⁊ fruſtra aut ſunt idē aut ſimilima. Sed notat hic Cōmēt. ꝙ fruſtra dicitur vnomodo actio, in qua nullus pretenditur finis, vt fricatio barbe ideliberata: ⁊ alio modo illa actio qua pretēditur quidē aliquis finis, ſed nō attingitur: ⁊ hęc grece dicitur, matin. vnde deriuatur automatos; qđ eſt caſus. ¶ Secūdo id probat exēplo. Ubi colligēda eſt ex his quę dicta ſunt differētia inter, fruſtra, ⁊ caſum. Fruſtra nāq; ſolā dicit carentiā finis intēti, vel a voluntate, vel a natura: caſus vero dicit quicquid eſt preter intentionē agētis, ſiue ſit carentia, ſiue aliqđ poſitiuū. Quocirca ſtat in eadē actione reperiri vtrūq;. ſ. ⁊ fruſtra ⁊ caſum. vt ſi aliquis deſcendat in forum Fruſtra.



in forū cauſa recuperādi pecuniā a debitore: quē tn̄ nō inuenit: ſed forte incidēs in manus hoſtis vapulat: illa actio fuit ⁊ fruſtra, q: nō cōſequuta eſt finē: ⁊ preterea habuit caſualē effectū. Potuit itē nec fruſtra, eſſe nec caſualis: nēpe ſi ille recuparet pecūiā, ⁊ nō obuiaret hoſti. Poterat tertio eſſe fruſtra ⁊ nō caſualis: vt ſi nec recuperaret pecuniā, nec obuiaret hoſti: potuitq; ecōuerſo non eſſe fruſtra, ſꝫ eſſe nihilo⁹ caſuals. vt ſi ille recuꝑata pecunia vapularet ab hoſte, cui nō putarat fieri obuiū. Ait ergo Ph. ꝙ ſi forte cadens lapis percutiat hominē, cū nō fuerit ab alio proiect⁹, ſed cecidit naturaliter, percuſio illa eſt caſualis: ⁊ ꝙ illa percuſio fuerit a caſu, probat quia potuit etiā eſſe intēta tanq; finis; potuit nāq; aliquis hoſtis lapidē proijcere ad percutiendū hoſtē. Ubi animaduertendū eſt id qđ ſuperius adnotauim⁹ ſuper textū. 51. nempe ꝙ idcirco effectus fortuit⁹ ⁊ caſualis eſſe nō poteſt, niſi in his quę ſunt propter finē, quia fortuitū duo dicit, puta ꝙ actu nō intendatur vt finis, ſed tamen aptitudine poſſit eſſe finis intentus ab agente. Et ideo dicitur preter intentionē: quia poteſt fieri per intentionem.

Textus. lxiiij.

Maxime autem eſt ſeparatum quod à fortuna eſt: in ijs quæ natura fiunt. Nam cū fit aliquid præter naturam: tum non à fortuna, ſed magis à caſu factum eſſe dicimus. Eſt autem & hoc: alterum. huius enim, extra eſt cauſa: illius vero, intra. Quid igitur ſit caſus, & quid fortuna: dictum eſt, & quo à ſe inuicem differant.

¶ In tex. 64. infert ex dictis ꝙ drīa caſus ⁊ fortunę maxime perſpicua eſt in his quę a natura fiūt. In his. n. quę fiūt ex electione idē eſt caſus ⁊ fortuna: ſed in his q̄ fiūt a natura. ſ. a pncipio intrinſeco, qn̄ natura nō cōſequitur effectū intentū. vt in mōſtris, puta vbi hō naſcitur cū ſex digitis in manu, illud quidē nō dicit fortuna, ſed caſus. vt q. 5. amplius explicamus. Unde poteſt alia differētia cōſtitui inter caſum ⁊ fortunā. Id eēī quod eſt a fortuna fieri nō poteſt, niſi a principio extrinſeco. vt patet in inuentione theſauri: caſus vero poteſt fieri a principio intrinſeco, vt monſtrū cōtingit ex mala diſpoſitione materię quę eſt pars ipſius monſtri. ¶ Concludit ergo dicens ſatis dictum eſſe quid nam ſit caſus, quidq; fortuna: et quo a ſe inuicem differāt: quę fuerat ſecunda. q. propoſita in principio quinti capituli.

Textus. lxv.

At de modis cauſarū, in quibus eſt vnde principium motus: vtrumq; ipſorū eſt. aut enim eorū quæ ſunt natura, aut ab intellectu: cauſa ſemper eſt. ſed horum multitudo indeterminata eſt.

¶ In textu ergo. 65. determinat quęſtionē tertiā: puta ad qđ genus per ſe cauſę reducātur. ſ. ad finalē ne, an ad materialē. ⁊c. nā omnis cauſa per accidēs debet adiungi cauſę per ſe: ad quā proinde reducitur. Et ponit concluſionē ꝙ reducitur ad genus cauſę efficiētis. Quā probat ex eo ꝙ fortuna ⁊ caſus vt dictū eſt ſunt in his quę agūt propter finē, vel ex neceſſitate naturę vel a ꝓpoſito: moueri autem a fine eſt propriū cauſę efficiētis.

Textus. lxvj.

Quoniam autē caſus atq; fortuna, cauſæ ſunt eorum quorum aut intellectus cauſa fit, aut natura, cum ſecundum accidens cauſa aliqua fit horū ipſorum, nihil autem ſecundum accidēs eſt prius ijs quæ per ſe ſunt, manifeſtum eſt, ꝙ neq; cauſa per accidens prior eſt, ea quæ eſt per ſe. Poſterior itaq; caſus eſt, atq; fortuna: & intellectu & natura. ¶ Quare ſi quā maximè cœli cauſa eſt, caſus: neceſſe eſt prius intellectū, & naturā eſſe, & aliorū multorum, & huius vniuerſi cauſam. Textus. lxvij.

¶ In textu. 66. reuertitur ad impugnationē ſecūdę opinionis ſupra poſitę, quę tenebat caſum et fortunā eſſe cauſam motuū cęleſtiū. Et raciocinatio eſt hęc. Cauſa per accidēs nō poteſt eſſe prior cauſis per ſe: nam id quod eſt per accidēs naſcitur preter intentionē ex cauſa per ſe: ſed fortuna ⁊ caſus ſunt cauſa per accidens, ⁊ cęli per motus ſuos ſunt cauſę per ſe horū omniū inferiorū: ergo fortuna ⁊ caſus non ſunt priores illis: ⁊ per ꝯñs nec ſunt cauſę illorū. ¶ Quod demū tex. 67. ⁊ poſtremo huius capitis concludit: nempe ꝙ ſi caſus ⁊ fortuna ponantur cauſę cęlorum, neceſſe eſt ponere aliam primam cauſam quę agat per intellectum: ad quam caſus ⁊ fortuna reducantur. ¶ Sequitur hic quęſtio. 5. vbi tria precedentia capita preſſius examinantur.

## QVOD PHYSICA PER omnes cauſas demonſtret.

## CAP. VII.

Textus. lxviij.

QVOD autem ſint cauſæ, & ꝙ tot numero quot dicimus: manifeſtum eſt. tot enim numero ipſum propter quid comprehendit. aut enim ad ipſum quid eſt reducitur ipſum ꝓpter quid vltimum in immobilibus vt in mathematicis. ad diffinitionem enim recti, aut commenſurabilis, aut alius cuiuſpiam: reducitur vltimū. ¶ Aut ad mouens primum. vt propter quid certauerūt? quoniam furati ſunt. aut cuius gratia? vt dominētur. aut in ijs quæ fiunt: ad materiam. Quod igitur cauſæ hæ, & tot ſint: manifeſtum eſt. Textus. lxix.

¶ Hęc eſt tertia earū pars principalis, in quas librū hunc ſecundum partiti ſumus: in qua poſtq; Philoſophus in duobus primis capitulis explicuit quid eſſet natura ⁊ in quatuor ſequentibus quot eſſent cauſarū genera, tā per ſe q̄ per accidēs, oſtēdit modo p tria cap. quemadmodū ſcientia hęc naturalis demōſtret per oīa genera cauſarū. Atqui in hoc. 7. cap. quod ſeptē cōtinet textus, proponit intentā cōcluſionē: premittitq; aliqua neceſſaria ad eius manifeſtationem. Sed in duobus prioribus textibus qui ſunt. 68. et. 69. repetens concluſionē quę ex ſuperioribus colligitur, ait, tot eſſe ſcientias numero quot dictę ſunt. ſ. quatuor ⁊ nō plures. Quam cōcluſionem confirmat hac ratione. Tot ſunt cauſę numero quot reſpōdentur cū interrogatur ꝑꝑ quid eſt, aut ſit hoc: ſed ad hmōi interrogationē nō rñdetur, niſi aliq̄ iſtorū genere cauſarū: ergo tm̄ ſunt quatuor cauſę. Probat minorē exēplis in mathematicis ⁊ in ciuilib⁹ bellis. Ad quorū euidētiā animaduertendū eſt illud qđ. q. 3. adnotauimus, vlꝫ, ꝙ cauſa rei aut pōt cōſiderari ſolū quātū ad eſſe: ⁊ ad hoc ſufficit cauſa formalis, quę dat eſſe rei: qualis eſt diffinitio quiditatiua. Aut cōſideratur quātū ad fieri: ⁊ tūc requirit materia de cuius potētia educat forma, ⁊ in qua recipiat: ⁊ efficiēs qđ ꝓducat: ⁊ finis Cauſę quatuor.

⁊ finis a quo efficiēs moueatur. Et ex hoc ſumit ſufficientia huius numeri cauſarũ. ¶Sed eſt ſecũdo notandũ ꝙ cũ mathematicę tractēt de figuris quãtitatis, vt abſtrahũt a materia ⁊ motu, nõ cõſiderant cauſas rei quantũ ad fieri: ⁊ ideo ſolũ demõſtrant per cauſam formalē: vt ſi quęratur a mathematico ꝑꝑ quid angulus lapidis quadrati eſt rectus, nõ reſpõdebit, qꝛ ita factus eſt propter talē finē: ſed qꝛ eſt angulus quē conſtituit linea recta perpēdiculariter cadēs ſuper lineã rectã: quę eſt diffinitio anguli recti. Ait ĝ ꝙ ꝑꝑ qd vltimũ in immobilibus, vt in mathematicis .i. vltima earũ cauſa reducitur ad diffinitionē anguli recti, aut lineę rectę. Dicunt mathematicę immobiles: qꝛ abſtrahũt a materia ⁊ motu. Aut etiã reducitur ad diffinitionē commenſurabilis. vt ſi quęratur quare diameter nõ eſt cõmenſurabilis coſte, reſpõdebitur: quia nulla eſt pars aliquota vtriuſqꝫ: quę eſt diffinitio cõmenſurabiliũ linearũ. ¶Exemplũ efficiētis eſt in tex. 69. [propter qd certauerũt: qm̃ furati ſunt] Alludit ad bellũ Thebanorũ aduerſus Focēſes: cuius prima cauſa efficiēs fuit ꝙ Focēſes inuaſerãt templũ Thebanorũ, illudqꝫ ſpoliauerat. Exemplũ cauſę finalis eſt in alio bello qđ rex Perſarũ intulit Grecis, illius finis gratia, vt eis dominaretur. Pręterit exemplũ materię: qđ eſſe hoc poteſt. Propter quid ferrũ denſius eſt q̃ lana, quia plus habet materię. Propter quid albedo accidēs eſt corporale, intellectio vero ſpirituale, quia albedo eſt accidens proprium corporis: intellectio vero animę.

Textus. lxx. Cum autē cauſæ quatuor ſint, de omnibus eſt Phyſici cognoſcere. & ad omnes reducens ipſum propter quid: aſsignabit phyſice materiam, ſpeciem, ipſum mouens, & id cuius gratia. Veniunt autē tres in vnã plerunq;. Ipſum enim quid eſt, & id cuius gratia: vna eſt. Ipſum vero vnde motus primũ: ſpecie, eadē eſt his. Homo enim: hominem generat. atq; omnino quæcunq; mota mouent. quæcunq; autem non: non amplius Phyſice ſunt. non enim: in ſeipſis habentia motum, aut principium motus, mouent: ſed immobilia ſunt.

¶In tex. 70. proponit cõcluſionē quã intēdit, vƺ, ꝙ phyſici eſt cognoſcere oēs cauſas. Cuius ratio eſt ꝙ phyſici eſt cõſiderare res naturales, ⁊ q̃ ad eſſe, ⁊ quo ad fieri. ¶Subiungit aũt ꝙ ex his quatuor cauſis tres coicidũt in eãdē rē: cũ eñ ignis ex ſtupa gñat ignē, illius gñationis finis ⁊ forma ſunt idē numero: efficiēs aũt eſt idē ſpē vtriqꝫ: ſiue ſermo ſit de forma quę eſt altera pars cõpoſiti, ſiue de forma metaphyſica quę eſt quiditas rei. Finis .n. ignis generãtis eſt producere formã ſibi ſimilē in ſpē: vnde forma geniti quę priuſqꝫ eſſet, in ratiõe finis mouebat agēs (qđ a prima cauſa dirigebat ad talē finē) eadē, cũ inducit, eſt cauſa formalis. Cui forma efficiētis eſt ſimilis in ſpē ⁊ per ꝯñs efficiēs ipſum ⁊ eius quiditas ſimilitudinē habet cũ genito. Loq̃tur eñ Ariſt. de agēte particulari ⁊ vniuoco. Et hoc eſt qđ ſubdit [atqꝫ omnino quęcũqꝫ mota mouēt] .i. quęcunqꝫ cauſę habētes in ſe principia ſui motus. Quęcunqꝫ autē mouēt ⁊ nõ mouētur (quales ſunt intelligētię) iam nõ ſunt phyſice cõſiderationis: qꝛ nõ habēt in ſe principiũ ſui motus .ſ. quibus moueãtur. Et ideo non dicuntur entia naturalia. vt .q. 1. huius adnotauimus. Et hic locus eſt notandus aduerſus eos qui angelos appellant entia naturalia.

Textus, lxxj. Quam ob rem tria ſunt negocia. hoc quidem: circa immobile. illud vero: circa mobile quidem, ſed incorruptibile. aliud autē: circa corruptibilia.

¶In text. 71. infert vnum corollariũ, vƺ, tria eſſe negocia .i. intētiones ſcientiarũ. Alia enim ſcientia eſt quę tractat de his quę ſunt ſimpliciter immobilia. vt metaphyſica: quę tractat de intelligētijs ſcđm rem ſeparatis a materia. Cui ſecũdo gradu adiungũtur mathematicę: quę tractãt de rebus quidē mobilibus, abſtractis tñ per intellectũ a materia ⁊ motu. Alia eſt ſcientia circa mobile quidē localiter, ſed tamē inalterabile ⁊ incorruptibile, vt ſcientia de cęlo: quę tamen, pars quędã eſt phyſice. Sed alia ſcientia eſt quę tractat ſimpliciter de corruptibili. vt in generali iſti octo libri: in particulari vero libri de generatione ⁊ de metheoris ⁊ de animalibus.

Textus. lxxij. Quare ipſum propter quid & ad materiam reducenti, redditur, & ad ipſum quid eſt, & primum mouēs. De generatione enim: maxime hoc modo cauſas conſiderant: quid poſt quid fiat, & qui primum fecit, aut quid paſſum eſt: & ſic ſemper quod deinceps eſt.

¶Reuertitur in tex. 72. ad probandã propoſitam concluſionē: nempe ꝙ ad phyſicũ pertinet ſuas cõcluſiones in oēs cauſas reducere .ſ. ⁊ ad materiã: ⁊ ad ipſum quid eſt .i. ad diffinitionē: quę eſt forma toti⁹: ⁊ ad primũ monēs: nã de fine ſtatim ſequitur ſermo. Probat cõcluſionē duabus rationibus. Prima eſt hęc. Phyſicus cõſiderat res nõ ſolũ in quantũ ſunt, ſed quatenus fiũt ⁊ generantur: ſed in generatione hęc tria ſunt cõſideranda .ſ. [quid poſt quid fiat] quantũ ad cauſam formalē .i. quę ſubſtãtia proxime alteri ſuccedat: nõ eñ quodlibet fit ex quolibet, vt ſupra dictũ eſt: ſed ex aqua per rarefactionē fit aer: ⁊ viciſſim ex aere ꝑ condenſationē fit aqua: ⁊ ex ſemine diſpoſito animal [⁊ qui primum fecit] ſcilicet quę fuerit cauſa efficiēs [aut quid paſſum eſt] id eſt quę ſit materia: ergo ad phyſicũ pertinet oēs has cauſas reducere ad ipſum ꝓpter quid. Quinimo nõ hoc ſolũ, ſed habet etiã cõſiderare ea quę cõſequuntur rem genitam. vt textu ſtatim. 74. fit manifeſtum.

Textus. lxxiij. Duplicia autē ſunt principia mouentia phyſice: quorum alterum non phyſicum eſt. non enim habet motus principiũ in ſeipſo. Tale autē eſt, ſi aliquid mouet quod nõ mouetur: vt id quod penitus eſt immobile, & quod oĩm primũ eſt. Et ipſum quid eſt, & forma. finis .n. eſt, & cuius gratia.

¶Repetit iterũ in tex. 73. id quod ſupra inſinuauerat, videlicet, ꝙ phyſicus in quantũ phyſicus nõ habet reducere cauſas vſqꝫ ad primas ſimpliciter, quę mouēt ⁊ nõ mouentur (ſicut ſunt deus ⁊ intelligentię) qꝛ cũ ille nõ habeãt in ſe principiũ ſui motus, nõ ſunt entia naturalia. Sed debet reſolutionē facere vſqꝫ ad prima principia particularia, quę mota mouentur .ſ. cur hic naſcitur homo, ⁊ hic naſcitur equus: qꝛ alter genitus eſt ex hoīe, ⁊ alter ex equo. Et pariter in finibus, ſi quęratur cur homo generat hominē, nõ tenet phyſicus rñdere, vt ille hõ genitus ꝑueniat ad beatitudinē: ſed vt gñret ſibi ſimile ad ꝯſeruationē ſpēi.

Textus. lxxiiij. Quare cum natura propter aliquid ſit: & hãc cognoſcere oportet, & penitus reddendũ eſt ipſum propter quid. vt ꝙ ex hoc, neceſſe eſt hoc fieri: hoc autē ex hoc aut ſimpl̃r, aut frequenter. & ſi debet hoc fieri: vt ex propoſitionibus cõcluſio. & qa hoc erat: quodquid erat eſſe. & qa meli⁹ eſt ſic, nõ ſimpliciter: ſed ad vniuſcuiuſq; ſubſtantiam.

¶In textu. 74. poſtremo ſubdit ſecundã rationem eiuſdē cõcluſionis quę eſt hęc. Natura agit propter finē: ergo neceſſe eſt effectus naturales in oēs quatuor cauſas reducere. Et eſt notanda hęc ratio: qꝛ ſi natura nõ ageret intendendo finē, tunc nec eſſet in naturalibus cauſa finalis, nec proinde cauſa efficiens per ſe. vt queſtione. 3. notauimus aduerſus Democritũ: nam efficiēs per ſe eſt quę intendit finē. ¶Subdit omnium cauſarũ exempla: quę licet diuerſimode a S. Thoma ⁊ alijs exponantur, credo ſic euidentius explicari. Si quęratur a Philoſopho naturali, cur iſte hõ duos habeat oculos, reſpõdere poteſt ex cauſa efficiēti: qꝛ genitus eſt ab alio homine qui habebat duos oculos. At quia poſſet q̇s obijcere illam cauſam non eſſe ſufficientē eo ꝙ nonnunq̃ʒ naſcitur monſtrũ diſſimile generanti, dicit ꝙ ſatis eſt phyſico reddere cauſam vnde ſequitur talis effectus, aut ſemper: ſicut in perpetuis: vt cur ſole exiſtente in Leone tempus ſit nobis calidũ, qꝛ Sol eſt nobis propinquior: aut cur luminaribus exiſtentibus in talibus punctis Sol eclipſatur, quia tunc Luna anteponitur Soli. Aut frequēter. vt in exemplo poſito, ꝙ iſte naſcitur duobus oculis: qꝛ genitus eſt ab homine habente duos oculos. ¶Poteſt etiã reddere cauſam materialē .ſ. qꝛ ex ſemine humano factus eſt, ⁊ nõ ex ſemine oliuę. Et ponit exemplũ, ſicut cõcluſio fit ex premiſſis: nam ex duabus extremitatibus premiſſarum materialiter conſtat cõcluſio. ¶Poteſt pręterea reddere cauſam formalē: puta diffinitionē quiditatiuã hominis, quia iſte eſt animal rationale cuius naturę congruunt bini oculi. Et hoc eſt quod ait [quia hoc eſt quodquid erat eſſe.] ¶Poteſt deniqꝫ cauſam reddere finalē: nempe vt duobus oculis melius dirigat motũ ⁊ colores percipiat. Addit autē ꝙ cũ redditur finis, nõ opus eſt reddere id quod ſimpliciter melius eſt: ſed id quod huic naturę melius eſt: nam habere oculos nõ eſt ſimpliciter melius: cũ ſubſtantijs ſpiritualibus, puta Deo ⁊ angelis, nõ ſit melius: eſt tamē melius homini. Et in hoc differt phyſicus a mathematico: qꝛ mathematicus cõſiderat quidē formã, ſolũ in quantũ formã, ⁊ nõ in quantũ finē: vt cur lineę circuli a centro vſqꝫ ad circunferentiã ſunt equales, reſpõdebit: qꝛ illa eſt diffinitio circuli. Non tamē reſpõdebit, qꝛ melius eſt circulo vel peius habere tales lineas ad motum vel ad pulchritudinē: vel qꝛ peritus artifex illũ deſcripſit: vel qꝛ ex tali materia cõſtat. ¶Illud ſecundũ exemplũ de concluſione ⁊ propoſitionib⁹ Cõmentator, quē ſequitur S. Tho. non intelligit de cauſa materiali: ſed ait Ariſtotelē illic oſtēdere ꝙ quãdo ex cauſa efficienti ſequitur effectus, nõ ſemper, ſed frequenter, tunc ex cauſa ad effectũ nõ eſt illatio neceſſaria: ſed ſolũ ex effectu ad cauſam. Sequitur enim ꝙ ſi naſcitur homo ille generatur ex homine, nõ tamē cõtinuo ſi generatur ex hoīe naſcitur homo perfectus: quia poteſt naſci monſtrũ. Et propterea cõparatur ad cõcluſionem reſpectu premiſſarũ: in quibus neceſſe eſt ꝙ ſi cõcluſio eſt vera premiſſę ſint verę, nõ tamē ſi premiſſę ſunt verę, cõcluſio eſt vera, vt omne animal eſt riſibile: ergo oīs homo eſt riſibilis. ¶Sed certe nõ ſuſpicor hanc fuiſſe intentionem Ariſtót. Primo quia ſatis eſt phyſico vt diximus reddere cauſam effectus vt plurimũ. Et pręterea qꝛ non aſſignantur ab Ariſtotele quatuor exempla quatuor cauſarum, niſi ſecundum intelligatur de cauſa materiali.

## QVOD NATVRA AGAT propter finem.

## CAP. VIII.

Textus. lxxv. Quæſtionis ſextæ locus. DIcendum igitur primum quidem, ꝙ natura earum cauſarum eſt, quæ ſunt propter aliquid, poſtea de neceſſario, quomodo ſe habet in phyſicis. Ad hanc enim cauſam reducũt omnes: quia cũ calidũ tale natura ſit, & frigidum, & vnumquodq; taliũ: hæc ex neceſsitate ſunt, & fiunt; & apta natura ſunt. Etenim etiam ſi aliam cauſam dicant: ſolum tangentes valere ſinunt. hic quidem, litem & amicitiam: ille vero, intellectum.

¶Propoſita in ſuperiori cap. cõcluſione, ꝙ phyſicus habet demõſtrare per omnes cauſas: pręiactiſqꝫ fundamētis, ꝙ finis ⁊ forma quãdoqꝫ coīcidunt in idē: ⁊ quod nõ opus eſt reductionem fieri ad primas cauſas quę mouēt nõ mote, (vt ſunt intelligentię) in duobus cap. ſequentibus manifeſtat duas concluſiones ex quibus principalis cõcluſio pendet. Prima oſtenditur in hoc cap. 8. nempe ꝙ natura agit propter finē: ⁊ ſecunda in cap. ſequenti .ſ. quomodo natura agit ex neceſſitate. Hęc enim duo propoſuerat in textu proximo tanq̃ʒ fundamēta potiſſima: nã ſi natura vt illic modo dicebamus nõ ageret propter finē, ⁊ ex neceſſitate, nõ poſſet ſignari cauſa efficiēs per ſe: immo nec proprię forma quę eſt per ſe effectus efficientis. Habet autē hoc caput textus duodecim. In primo qui eſt numero. 75. proponit cõcluſionē .ſ. natura eſt earũ cauſarũ quę agit propter finē. In qua potiſſimũ cõcluſione merito profecto Ariſtot. nomē ſuũ inter antiquos celebrauit: nã tametſi Plato prouidentiã dei vtcũqꝫ cognouit, Ariſto. tamē fuit qui precipuam hãc philoſophię veritatē oſtendit aduerſus priſcos philoſophos .ſ. quicq̇d in natura fit, fieri propter aliquē finē, qui eſt prima omniũ cauſarũ. Atqꝫ adeo hoc eſt teſtimonium diuinę prouidentię: nihil enim agere poteſt propter finem, niſi aut cognoſcat finē, aut dirigatur ab alio cognoſcēte finē: ſicut ſagitta dirigitur a ſagittãte. Cum ergo in rerũ natura multa ſint agentia quę nõ cognoſcunt finē, teſtimoniũ eſt ꝙ a deo diriguntur in ſuos fines. ¶Subdit autē Ph. antiquos hanc veritatē ignoraſſe: quippe qui omnia ad hanc ſolum cauſam reducebant quę eſt ex neceſſitate, ſcilicet, ratione materię. Materiã enim appellabant neceſſitatē. Aiebãt ergo ignem non eſſe calidũ propter aliquã neceſſitatē aut finē humanũ: nec in mem-

bris

¶Quare

bꝛis hominis alia eſſe frigidioꝛa ⁊ alia calidioꝛa, qꝛ ita ſunt neceſſaria ad vitã: ſed qꝛ talis eſt natura rei ex parte materię. vt. 1. huius ſuper tex. 41. in opinione Democriti explicuimus. ¶ At qꝛ poſſet quis obijcere ꝙ Anaxagoꝛas ⁊ Empedocles ponebãt cauſas efficiẽtes, in quas poſſent rerũ naturę reduci: ille quidẽ intellectũ ⁊ mentẽ, hic vero litem ⁊ amicitiã (vt in. 1. viſum eſt) reſpõdet ꝙ illas dicebãt eſſe cauſas ſolũ in pꝛima mũdi cõſtitutione: nõ autẽ in generationibus particularibus. Et hoc eſt quod ait [ſolũ tangẽtes, valere, ſinunt]. i. tangebãt illas in pꝛima rerũ conſtitutione: ſed in particularibus generationibus valere ſinũt. i. abire ꝑmittũt: abeũtib⁹. n. dicim⁹ valere.

Textus. lxxvj.

❧ Habet autẽ dubitationẽ: quid prohibeat naturam nõ propter aliquid, facere, neq; quod melius eſt, ſed ſicut pluit Iupiter, non vt frumentum augeat, ſed ex neceſsitate. Quod enim ſurſum latum eſt, frigę fieri oportet: & quod frigefactũ eſt aquam factum, deorſum venire. augeri autem, cũ hoc fiat: accidit frumentũ. Similiter autẽ & ſi cuipiã perit frumentũ in area: nõ huius gratia pluit vt pereat, ſed hoc accidit. Quare quid prohibet: ſic & partes ſe habere in natura? vt dentes ex neceſsitate oriri: anteriores quidem acutos, aptos ad diuidendũ. Maxillares autẽ, latos & vtiles ad terendum cibum: cum nõ propter hoc facti ſint: ſed acciderit. Similiter autẽ eſt & de alijs partibus: in quibus videtur ineſſe ipſum propter aliquid. Vbi igitur omnia acciderint: perinde: atq; ſi propter aliquid facta forent, ea quidem ſeruata ſunt, à caſu conſiſtentia apte. Quæcunq; vero non ſic: periere, pereuntq;. quemadmodum Empedocles dicit ea quæ prima hominem referunt, & taurum parte ſecũda. ratio igitur qua dubitauerit aliquis: hæc eſt, & ſi qua talis alia eſt.

¶ In tex. 76. pꝛoponit dubitationẽ ad examinandã veritatẽ, referẽs, antiquoꝛũ contrariã opinionẽ. Ubi notandũ ꝙ in potiſſimũ teſtimoniũ ꝙ natura agat pꝛopter finẽ, eſt, qꝛ ſemper agit id quod melius eſt ⁊ congruentius naturę rei. vt oculos aptos ad videndũ, pedes ad ambulandũ. ⁊c. Et ideo hoc volebãt antiqui deſtruere, dicentes, ꝙ natura nõ intẽdit rerũ vtilitatẽ ⁊ perfectionẽ: ſed ꝙ vtilitas ⁊ detrimentũ quod pꝛouenit ex actionibus naturalibus eſt per accidẽs pꝛęter naturę intentionẽ. Et hoc eſt quod ait [habet autẽ dubitationẽ] id eſt, dubiũ eſt, quid pꝛohibeat, naturã nõ agere ꝑpter finẽ. i. quę ſit ratio neceſſaria qua pꝛohibemur dicere naturã non agere pꝛopter finẽ. Nam poſſent dicere antiqui ꝙ ſi Jupiter. i. deus, vel aer (quẽ etiã appellãt Jouẽ) pluit, hoc nõ eſt pꝛopter bonũ arboꝛũ ⁊ ſegetum. vt. ſ. creſcãt ⁊ fructus ferãt: ſed ex neceſſitate (. ſ. materię.) qꝛ vapoꝛ leuis radiãte ſole aſcẽdit: ⁊ cũ ſurſum eſt, vbi viget frigus, pꝛopterea ꝙ illuc nõ attingũt radij ſolares qui reflectũtur a terra, vapoꝛ ex neceſſitate materię cõdenſatur: cõdenſatus autẽ ex grauitate cadit: ꝙ autẽ frumẽta creſcãt de per accidẽs cõtingit pluuię: qꝛ Jupiter pluens nõ intendebat hoc. Et ꝙ hãc vtilitatẽ nõ intenderet Jupiter, pꝛobabãt: qꝛ cum pluuia reperit frumentũ in area eſt in detrimentũ eius: ergo vt pluuia nõ intendit detrimentũ, ita nec intẽdit vtilitatẽ. [Quare quid pꝛohibet. ⁊c.] inde ſumebãt ſimile argumentũ ita accidere in membꝛis hoĩs: vt ꝙ anterioꝛes dẽtes eſſent acuti, ⁊ maxillares obtuſi, nõ factũ eſſet, vt illi ſint apti ad ſcindendũ cibum: hi vero ad conterendũ: ſed qꝛ ex neceſſitate materię illi erãt acuti, ⁊ iſti obtuſi, cõtingit pꝛęter intẽtionẽ illa vtilitas. Et ita in reliquis partibus. ſ. ꝙ plantę pedũ eſſent planę, ꝙ hepar eſſet calidũ, ꝙ ſtomachus eſſet talis figurę, fuit ex neceſſitate materię: ſed ꝙ eſſent apta mẽbꝛa ad digeſtionem fuit per accidẽs pꝛęter intentionẽ. ¶ At qꝛ opponebatur antiquis argumentũ, ꝙ hac diſpoſitione ⁊ oꝛganizatione membꝛoꝛũ melius res cõſeruãtur, qua diſſoluta ſtatim res coꝛrumpũtur, vt ſi in hoĩe ſit exceſſiu⁹ caloꝛ, aut frigus ſtatim moritur: quapꝛopter videtur ꝙ hęc membꝛoꝛũ coaptatio ⁊ temperamentũ membꝛoꝛũ ſit pꝛopter cõſeruationẽ vitę. Negabãt conſequentiã, dicẽtes, ꝙ vbi oĩa membꝛa a caſu ſunt cõiuncta, ⁊ coaptata, vt vnũ poſſit aliud iuuare, tunc caſu pꝛouenit vt res poſſit cõſeruari, vt patet in aĩali perfecto ſecundũ ſuã ſpeciẽ: vbi tamẽ foꝛte inepte coierũt partes diuerſarũ ſpecierũ, ⁊ partes quę non poſſunt ſe bene iuuare, vt in centauris: quę ſunt mõſtra parte pꝛima. ſ. ſuperioꝛi hoĩes, ⁊ parte ſecunda. ſ. inferioꝛi tauri, illa (aiebant) mõſtra bꝛeuis ſunt durationis: qꝛ partes ineptę cõiunguntur. Uel foꝛte adducebat Empedocles mõſtra in exẽplum partiũ animaliũ, videlicet, ꝙ quando foꝛte membꝛum eſt leſum aut humoꝛ putridus vt non poſſit conſeruare vitam, ſequitur a caſu moꝛs.

Textus. lxxvij.

❧ Sed impoſsibile eſt iſta hoc ſe habere modo. Hæc enim, & omnia quæ natura ſunt: aut ſemper ſic fiunt, aut frequenter. Sed eorum quæ fiunt à fortuna, & caſu: nihil. Neq; enim à fortuna, neq; à caſu videtur: pluere ſępe hyeme: ſed ſi ſub cane: neque caumata ſub cane: ſed ſi hyeme. Si igitur aut à caſu videntur, aut propter aliquid eſſe: ſi nõ poſsibile eſt eſſe hæc aut à fortuna, aut à caſu, propter aliquid vtiq; erunt. At vero natura ſunt huiuſmodi omnia. Quemadmodum & ipſi dixerint: qui hæc dicunt. Eſt itaq; ipſum propter aliquid in ijs quæ natura fiunt, & ſunt.

1. Ratio.

¶ In textu. 77. incipit demõſtrare concluſionem: ad quã pꝛimo adducit quinq; rationes: ⁊ deinde reſpõdet aduerſarijs. Pꝛima eſt hęc. Ea quę fiũt, aut ſemper, aut frequẽter, nõ fiũt a caſu vel a foꝛtuna: ſed a pꝛopoſito: nã foꝛtuna ⁊ caſus vt ſupꝛa dictũ eſt ſunt de his quę raro cõtingunt: ſed ea q̃ ſunt a natura, aut ſemper, aut frequẽter eueniũt: ergo fiunt a pꝛopoſito. Minoꝛẽ pꝛobat exemplo, qꝛ ꝙ hyeme ſit frequẽs pluuia, aut oĩbus annis, aut pluribus cõtingit: rariſſime tamẽ contingit oppoſitũ: ſicuti ſemper aut frequenter cõtingit ꝙ ſole intrante caniculã (nempe in menſe Julij) ſit cauma, id eſt, feruentiſſimus caloꝛ. Contrarij autem effectus: quia raro fiunt. ſ. in hyeme non pluere, ⁊ in menſe Julij non eſſe caloꝛẽ, hoc poſſet dici a caſu ſicuti monſtrum.

Textus. lxxviij.

❧ Amplius in quibuſcũq; finis aliquis eſt: huius gratia agitur quod prius, quodq; conſequens eſt. ergo vt agitur, ſic aptum natura eſt. & vt aptum natura



natura eſt, ſic agitur vnumquodq;, niſi quid impediat. Agitur autem: propter aliquid. Et aptum itaq; natura eſt: huius gratia. vt ſi domus, eorum quæ natura fiunt eſſet: ſic vtiq; facta eſſet, vt nunc ab arte. Si autem quæ natura, non ſolum natura, ſed & arte fierent: ſimiliter vtiq; fierent, vt apta natura ſunt. propter ergo alterum, alterum.

2. Ratio.

¶ In textu. 78. ſubditur ſecunda ratio quę eſt ex his quę ab arte fiunt elegantiſſime ſumpta. Suppoꝛnit enim ꝙ vbicunq; eſt aliquis finis, omnia pꝛęcedentia fiunt pꝛopter illũ finem. ſ. ⁊ id quod pꝛimũ, ⁊ id quod cõſequenter fit vſq; ad illũ finẽ: vt quia conſtructionis domus finis eſt habitatio, fit, vt fundamentum et parietes et omnia oꝛdinantur in eundẽ finẽ. Hoc ſuppoſito arguitur. Sicut vnumquodq; agitur, ita ſuapte natura natũ eſt fieri: ⁊ e conuerſo, ſicut natũ eſt fieri, ita agitur: pꝛopterea enim in domo pꝛius iacitur fundamentũ deinde eriguntur parietes ⁊ tandẽ ſuperponitur tectũ. quia ita nata eſt fieri: et a poſteriori cognoſcimus ita natũ eſſe fieri, quia ita fit [ſi non aliquid impediat] quia quando pꝛoducitur monſtrũ ex ſemine hominis pꝛopter impedimẽtum non fit res eo modo quo nata eſt fieri: ſed id quod agitur a natura agitur ad modũ eoꝛũ quę aguntur pꝛopter finem: ergo illa apta nata ſunt fieri pꝛopter finem: ⁊ per cõſequens in rei veritate aguntur pꝛopter finẽ. Pꝛobatur minoꝛ per ſimilitudinẽ ad artificialia. Sicut in conſtructione domus pꝛius iaciuntur fundamenta mox eriguntur parietes ac demũ ſuperponitur tectum: ita arboꝛ pꝛius ſubmittit radices tanquã ſuſtentaculum, deinde emittit ſtipitem, ⁊ tanquã tectũ pꝛofert frõdes. Unde infert quod ſi domus eſſet res, naturalis, natura eodem modo faceret domum, ſicut fit ab arte: et viceuerſa, ſi arboꝛ res eſſet artificialis, eodem oꝛdine artifex faceret arboꝛem quo fit a natura. Si ergo in artificialibus videmus illum oꝛdinem ſeruari eo ꝙ media oꝛdinantur ad finem, ſequitur et naturam, quę ſimiliter operatur, agere pꝛopter finem.

Textus. lxxix.

❧ Et omnino ars: alia quidem perficit quæ natura non poteſt efficere, alia verò imitatur. Si ergo quæ ſecundũ artẽ ſunt, propter aliquid fiãt: manifeſtũ ꝙ & quę ſecundũ naturã. Similiter enim ſe habent inter ſeſe, in ijs quæ ſecundũ artem atq; in ijs quæ ſecundum naturam: poſteriora ad priora.

3. Ratio.

¶ In tex. 79. ſeq̃tur tertia ratio ſecundũ Cõmentatoꝛẽ quę potius eſt ſuperioꝛis expoſitio. Ait. n. duplicẽ eſſe artem: aliã, quę facit id quod natura nõ poteſt efficere. vt ars cõſtruendarũ nauiũ: nauis. n. nõ põt fieri, a, natura: alia vero eſt quę imitatur naturã. i. operatur eundẽ effectũ quẽ facit natura ſeruãdo modũ naturę, vt medicina. Ut. n. natura ſanaret infirmũ expellẽdo coꝛruptos humoꝛes foꝛtificando membꝛũ. ⁊c. Eodẽ modo operatur ars medica. Si ergo ars medẽdi operatur ex intẽtione finis, ſeq̃tur ꝙ natura ſanãs infirmũ etiã operatur pꝛopter finẽ: alias ars nõ iuuaret naturã cõcurrendo ad eundẽ effectũ, ſi finẽ quẽ intendit ars, non intenderet pariter natura. Et ita infert intentã concluſionẽ. ſ. ꝙ cum ars operetur ꝑpter finẽ, ⁊ natura operetur quemadmodũ ars, fit vt natura itidẽ operetur pꝛopter finẽ.

Textus. lxxx.

❧ Maxime autẽ manifeſtũ eſt, in cæteris animalibus: quæ neq; arte, neq; inquirendo, neq; deliberando, faciunt. Quapropter dubitant quidam, vtrum intellectu, aut quodam alio operentur: & aranei, & formicę, & huiuſmodi. Paulatim autem ſic procedenti: & in plantis apparent conferentia quædam fieri ad finem, vt folia propter fructus cooperimentũ. Quare ſi & natura, & propter aliquid, hirundo nidũ facit, & araneus telam, & plãtę folia gratia fructuum, & radices nõ ſurſum ſed deorſum, gratia nutrimenti: manifeſtum quòd eſt cauſa talis in ijs quæ natura fiunt, & ſunt.

4. Ratio.

¶ In tex. 80. ſequitur quarta ratio ſumpta ex animalibus bꝛutis. Aranee texentes telas, foꝛmicę cõgregantes grana, hirundines cõſtruentes nidulos, hęc oĩa faciunt pꝛopter finẽ: ⁊ tamen non agunt ex arte neq; a pꝛopoſito, cũ non habeant cognitionẽ finis: ergo reliqua omnia naturalia, quę ſine ratione ⁊ arte operantur, agunt pꝛopter finẽ. Maioꝛem pꝛobat authoꝛitate philoſophoꝛum: quã nec contrarij poſſunt negare. Eſt enim adeo manifeſtũ foꝛmicas cõgregare frumentũ in ęſtate, vt ſit illis alimentũ in hyeme: ⁊ hirundines facere nidũ gratia incubandi oua, vt etiã cõtrarij id non poſſint negare. Dicebant tamen ꝙ ab intellectu quodã dirigebantur. Contra quos ait Ph. ꝙ iſta bꝛuta, cum nõ cognoſcant finẽ, non agunt deliberate neq; ex arte: ſed inſtinctu diriguntur a datoꝛe naturę. Quocirca idẽ concedendũ eſt in alijs ſenſu carentibus. Unde paulatim, inquit, ex his pꝛocedendũ eſt ad plantas, quę habent vitã ſine ſenſu: in quibus apparet folia pꝛoduci vt ſint cooperimentũ fructuũ: id quod in vitę eſt manifeſtũ: quę pꝛopterea habet tam lata folia, vt tenerrime vuę a tempeſtatibus pꝛotegantur. Et radices arboꝛis pꝛopterea ſunt ſubtus, vt alimentũ a terra ſuſcipiant. Si ergo ita eſt in his viuentibus, teſtimoniũ eſt elementa, ⁊ alia id genus vitę expertia etiam agere pꝛopter finem.

Textus. lxxxj.

❧ Et quoniam natura duplex eſt: alia quidem vt materia, alia verò vt forma, finis autem eſt hęc, propter finem autem cætera: hæc vtiq; erit cauſa cuius gratia.

5. Ratio.

¶ In textu deniq;. 81. concludit quintam poſtremamq; rationem. Natura ex qua ens naturale conſtat, eſt duplex materia, ſcilicet, ⁊ foꝛma: ſed ex his materia quę eſt pura potentia oꝛdinatur ad foꝛmam quę eſt actus eius: ergo generatio rei naturalis eſt pꝛopter finem. i. pꝛopter acquirendam foꝛmam, per quam res conſtituitur in ſua ſpecie et quiditate.

Textus. lxxxij.

❧ Peccatum autem fit: & in ijs quæ fiunt ſecundum artem. ſcripſit enim non recte grammaticus: & propinauit non recte medicus medicamentũ. Quare manifeſtũ eſt: ꝙ contingit & in ijs quæ ſecundum naturam fiunt. Si igitur ſunt quædam ſecundũ artem, in quibus quod rectè fit propter aliquid fit, in ijs autem quæ peccantur, alicuius quidem gratia aggreditur, ſed fruſtratur: ſimiliter vtiq; ſe habẽt & in phyſicis, & monſtra peccata ſunt illius quod propter aliquid agit. Et in ijs quę à principio vtiq; compoſitionibus bouigena, ſi

E non

non ad quendam terminum ac finem poterant venire: corrupto vtiq; principio aliquo (vt nunc ſemine) fiebant.

¶ In tex. 82. poſtq̃ adduxerat Ph. rationes proprias, proſeqtur diluere aduerſariorũ argumenta, quę duo erãt potiſſima. Primũ ꝙ cũ naturã videbãt nonnunq̃ deficere (nẽpe quãdo monſtrũ gignitur) inferebãt naturã nõ agere ex intentione. Quare dicebat Empedocles, ꝙ ſicut in prima cõſtitutione rerũ, caſu facta ſunt aliqua monſtra bouigena. ſ. ſuperiori parte homines inferiori vero boues, propterea ꝙ caſu diuerſorũ animaliũ membra in vnũ coierũt, ita caſu cõtingit, ꝙ fierẽt homines ⁊ reliquę ſpecies huius figurę quã modo habẽt. Contra hoc argumentũ facit Ariſ. quatuor ratiões: quibus argute retorquet argumentũ in eos, oſtendẽs, ꝙ potius inde ſequitur naturã agere propter finẽ. ¶ Prima ergo ratio eſt: quę poteſt ſexta in ordine numerari. In iis quę fiunt ab arte idcirco cõtingit peccatũ, quia ars nõ conſequitur finẽ quẽ intendebat: vt propterea grammaticus dicitur peccare, q2 ſcribendo, aut loquẽdo nõ cõſequitur finẽ artis: ⁊ propterea medicus peccat, quia nõ porrigit potionẽ cõmodam ad finẽ. Unde ſi nullus eſſet finis intentus artis, nullũ cõtingeret peccatũ: q2 peccatũ nõ eſt, niſi quia deficit a fine: ergo peccatũ potius eſt ſignũ ꝙ talis ars agit propter finẽ, q̃ ꝙ non agat propter finẽ.

6. Ratio. Eodem ergo modo in naturalibus, ꝙ aliquãdo cõtingat monſtrũ, potius eſt ſignũ, ꝙ natura intendebat finẽ quẽ nõ cõſequitur monſtrũ, propter aliquod impedimentũ. Non enim diceretur monſtrũ humanũ illud quod naſcitur vnico oculo, niſi natura intenderet pducere duos oculos. Quocirca bouigena illa Empedoclis propterea facta ſunt monſtra, nõ vt fingebat Empedocles, q2 mẽbra diuerſorũ animaliũ forte cõiũcta ſunt: ſed q2 natura particularis impedita fuit ab alia cauſa, ne cõſequeretur ſuũ finẽ. Cuius pręterea indiciũ eſt, ꝙ monſtra raro contingunt: effectus vero intenti, aut ſemper aut frequenter.

Textus. lxxxiij. Amplius neceſſe eſt ſemen fieri primum: ſed nõ ſtatim animalia. & ipſum natura quidẽ molle prius ſemen erat. Amplius & in plantis ineſt ipſum propter aliquid: minus autem diſtinctum eſt. Vtrum igitur & in plantis fiebant, vt bouigena viri prora, ſic virigena oleo prora, an non? Inconueniens enim eſt. ſed tamen oportebat: ſiquidem & in animalibus. Amplius oportebat & in ſeminibus fieri, vt accidit.

7. Ratio. ¶ In tex. 83. ſubiungũtur duę alię rationes. Eſt ergo ſecunda. Ubi certus eſt ordo ⁊ ſeries actionũ nõ eſt fortuitus effectus, ſed a propoſito intẽtus: nã quę ſunt pręter intentionẽ nullũ ſeruant ordinẽ certũ: at in generatiõe naturali, etiã vbi gignitur monſtrũ, eſt certus ordo: vt prius ponatur ſemẽ in loco apto ad generationẽ, nõ tamẽ ſtatim fit animal, ſed prius ſemẽ digeſtum moleſcit, ⁊ fit embrio: multiſq; inter mediis diſpoſitionibus venitur ad animal: ergo illa operatio eſt a propoſito. Uis rationis in hoc conſiſtit, ꝙ quanuis nõnunq̃ cõtingat peccatũ in vltimo effectu, nunq̃ tamen peruertitur ordo, vt ex animali fiat embrio, aut ex embrione ſemen: ſed econuerſo.

8. Ratio. ¶ Tertia ratio eſt. Plantę (vt ſupra dictũ eſt) agũt etiã propter finẽ: licet in illis nõ ſit tã manifeſtũ q̃ in animalibus, propterea ꝙ nõ habent mẽbra ita diſtincta ad generationẽ, nutritionẽ, ⁊ alias operationes vitales, vt animalia: ergo a fortiori in animalibus (quorũ natura magis eſt ſolicita) membra ⁊ motus ſunt propter finẽ. ¶ Interrogatio quę ſtatim ſubiungitur aduerſus Empedoclẽ, varię exponitur. Nihilominꝰ licet appareat intricata facilis eſt tamen, ſi prius cõſideretur ꝙ Empedocles dicebat in prima rerũ cõſtitutione facta fuiſſe bouigena viriprora. Legẽda ſunt hęc nomina nõ copulatiuę: ſed vt ſecundũ ſit adiectiuũ prioris. Quę erant mõſtra cuius pars poſterior erat bouis (⁊ ideo dicebant bouigena) pars vero anterior erat hominis viri: ⁊ ideo dicebantur viri prora: a prora nauis: quę eſt pars anterior. Quanq̃ Themiſtius nõ legit, niſi, viriprora. i. habẽtia priorẽ partẽ viri. Quod ſi mõſtra illa (vt aiebat Empe.) nõ ſunt facta ex defectu naturę nõ potẽtis attingere ſuũ finẽ, ſed q2 ita forte cõiuncta ſunt mẽbra diuerſorũ animaliũ, interrogat Ariſto. cur nõ ſunt etiã facta virigena oleo prora. i. monſtra quorũ pars poſterior ſit vitis et anterior ſit oliua. Inconueniẽs (inquit) eſt, q2 eſt cõtra experientiã: ſed tamẽ cõſequitur ad opinionẽ Empedoclis. Et idẽ pręterea incõueniens infert in ſeminibus, cur non factũ eſt monſtruũ, vt accidit. i. a caſu: nempe cuius vna pars grani eſſet triticũ, alia vero hordeũ. Quinetiã potuiſſet interrogare, cur nõ factũ eſt monſtrũ, cuius vna pars eſſet homo, ⁊ alia planta. Non ergo intẽdit hic Ariſt. negare eſſe aliqua monſtra in plantis, aut ſeminibus (vt nõnulli exiſtimant) ſed ratio (quę quarta eſt cõtra iſtos) cõſiſtit in hoc. Si mõſtra fiunt illa ratione qua dicit Empedocles, contingerent tunc quidẽ indifferenter quęuis monſtrorũ genera ex plantis ⁊ animalibus: nõ tamẽ ita contingunt: ſed monſtrũ naſcitur q̃ proximũ fieri poteſt fini intento a natura. vt ex hoĩe nunquã naſcitur plãta: ſed vel homo, vel monſtrũ habẽs aliquã effigiẽ hominis, aut quod ſaltẽ ſit animal: quod eſt genus hominis. Et in plãtis q̃uis nonnunq̃ ex oliua naſcatur oleaſter, nunq̃ tamẽ cupreſſus. Et in ſeminibus, licet triticum aliquando degeneret in ſiliginẽ, nunq̃ tamẽ ex tritico naſcitur vrtica: ergo cũ natura ſemp faciat effectum q̃ poteſt proximũ proprio fini, ſequitur ꝙ ipſamet productio mõſtri teſtatur, naturã agere propter finem. ¶ Unde in textu. 84.

Textus. lxxxiiij. Omnino autem deſtruit ſic dicens: tam quæ natura ſunt q̃ naturam. Natura enim ſunt: quæcunq; ab aliquo in ſeipſis principio continuę motu perueniunt ad aliquem finem. Ab vnoquoq; autem non idem quibuſq;, neq; quiuis: ſemper tamen ad eundem, niſi aliquid impedierit.

¶ Infert Ariſto. ꝙ illi qui a natura finẽ auferunt, rationẽ ipſam naturę tollunt. Eſt enim natura q̃ a certis agentibus ⁊ principiis, nõ quocunq;, ſed vſq; ad certũ finẽ progreditur. [Ab vnoquoq; autem non idem quibuſq;, neq; quiduis]. i. quibuſcunq; agentibus nõ cõtingit a quocunq; principio in quemcunq; finem procedere: nam ignis neq; incipit a frigiditate, neq; producit aquã: ſed vnumquodq; ex certis principiis ad certũ finem peruenit: niſi impediatur, vt in monſtris.

¶ Id

Textus. lxxxv. Id autem cuius gratia, & quod huius gratia: fient vtiq; à fortuna. Sicuti dicimus quòd à fortuna venit hoſpes, lotuſq; abiuit: cum tanquàm gratia huius veniens egerit, non autẽ gratia huius venerit. & hoc ſecundum accidens. Fortuna em: eſt earum quæ ſunt ſecundum accidens cauſarũ, quemadmodum & prius diximus. Sed cum hoc ſemper, aut frequenter fiat: non ſecundum accidens, neq; à fortuna eſt. In phyſicis autem ſemper ſic: niſi quid impedierit.

¶ In textu. 85. reſpondet cuidam tacitę obiectioni, quę poſſet fieri aduerſus ea quę dicta ſunt. At qui textus: (licet hanc expoſitionem nuſquã viderim) hoc modo videtur inducendus. Fecerat conſequentiam Ariſtot. ꝙ ſi effectus naturales ſuapte natura poſſunt fieri propter finem, de facto natura faciat illos propter finem. Quam cõſequentiam poſſet quiſpiam negare, dicens, id quod ſuapte natura eſt factibile a propoſito, fieri aliquando pręter intentionem. vt ſiquis vadat in domum amici ſolum ſalutandi eum gratia, et forte illic balneo lauatur, tunc lotio quidem illa eſt a fortuna, cum non fuerat intenta, et tamen erat factibilis a propoſito: nam ſi ille ſciuiſſet ſe lauandum, veniſſet propter illud. Reſpõdet Ariſto. id nonnunquam verum eſſe, ſcilicet, ꝙ fiat a fortuna, id quod eſſet factibile a propoſito: id tamen eſt verum quando talis effectus raro contingit: ſed tamen quia natura ſemper, aut frequentiſſime eoſdem conſequitur effectus, ſignũ eſt quod non ſolum effectus illi ſunt factibiles ex intentione, ſed quod in rei veritate fiunt ex intentione.

Textus. lxxxvj. Inconueniens autem eſt: non opinari propter aliquid fieri, niſi videant ipſum mouens deliberaſſe. Attamen etiam ars non deliberat. namque ſi eſſet in ligno, nauis faciendæ ars: haud ſecus atque natura, faceret. Quare ſi in arte in eſt ipſum propter aliquid: & in natura ineſt. Maxime autem manifeſtum eſt: cum quis medetur ipſe ſibi ipſi. huic enim: ſimilis eſt natura. Quod igitur cauſa ſit natura, atque ita vt propter aliquid: manifeſtum eſt.

¶ In textu deniq;. 86. ⁊ poſtremo reſpondet Ph. ad ſecundum argumẽtum aduerſariorum: quod erat huiuſmodi. Natura non agit ex conſilio, et deliberatione, vt patet in brutis animalibus et in aliis inſenſibilibus: ergo non agit propter finem. Quibus reſpondet negando conſequentiam. Et poterat quidem aliam rationem reddere, videlicet, ꝙ agere propter finem, ſtat dupliciter: vno modo a propoſito per deliberationẽ particularis agentis: ⁊ alio modo tanquam ea quę ab alio diriguntur, vt ſagitta. Sed tamen adhuc oſtendit conſequentiam non valere, etiam in artibus, quarum opera ſunt a propoſito. Nam artifex conſtruendarum nauium, non deliberat an nauis debeat fieri ex ligno vel ex plumbo: nec deliberat an prius ſit lignum cedendum ex arbore, quam dolabra dedoletur. Quoniã hęc ex habitu ſunt manifeſta. Nec certe domificator deliberat an prius iaciat fundamenta, quam erigat parietes: nihilominus agit propter finem.

¶ At quia poſſet quis iſtam analogiam artis et naturę inficiari dicens quod ars agit propter finem: quia eſt principium extrinſecum artificio, natura vero eſt intrinſecum enti quod mouetur: reſpondet quod nihil refert principium eſſe intrinſecum, an extrinſecum in hac parte. Et ideo concludit, quod in ea maxime arte apparet operatio naturę propter finem, quando medicus ſibi ipſe medetur: tunc enim medicatio fit propter finem a principio intrinſeco, puta ab arte: quę eſt in illo qui ſanatur. Eodem modo quãdo quis a natura ſanatur, natura operatur propter finẽ. Licet ſit differentia quod quando medicus ſanatur, motus eſt a principio quod eſt per accidens intrinſecum ei qui ſanatur.

## QVEMADMODVM IN natura ſit neceſſarium.

## CAP. IX.

Textus. lxxxvij. QVOD autem ex neceſsitate eſt: vtrum ex conditione ſit; an & ſimpliciter? Nunc enim opinantur: quod ex neceſsitate eſt, eſſe in generatione. Quemadmodum ſi aliquis murum ex neceſsitate exiſtimaret eſſe factũ: quoniam grauia quidem deorſum ferri apta natura ſunt, leuia autem ſupernę. quapropter lapides quidem deorſum ac fundamenta: terra autẽ, ſurſum propter leuitatem. ſupra autem maxime: ligna, leuiſsima enim ſunt.

¶ In capitulo nono, quod ſex textus continet, determinat Phil. ſecundam quęſtionem propoſitam in principio ſequentis cap. nempe illa quę in natura contingant, qua neceſſitate fiant. Eſt enim quęſtio hęc cum ſuperiori connexa. Cum enim determinatum ſit naturam agere propter finem, videtur ſtatim inde ſequi omnia fieri ex neceſſitate finis: cum antiqui potius dixiſſent fieri ex neceſſitate materię. Et ideo proponit primo quęſtionem, vtrum neceſſitas effectuum naturalium ſit neceſſitas conditionalis, an neceſſitas ſimpliciter. Ad cuius intelligentiam notandum eſt ex. 5. meta. text. 6. quod neceſſarium tot modis dicitur quot ſunt cauſarum genera. Eſt enim neceſſarium ab intrinſeco, aut ratione materię, aut ratione formę: vt neceſſe eſt hominem eſſe mortalem, quia eſt materialis: et eſſe riſibilem, quia eſt rationalis. Et pręterea eſt neceſſarium ratione cauſę efficientis: ſicut neceſſe eſt noctem diei ſuccedere, propter motum diurnũ ſolis: nocteſq; ⁊ dies inęquales eſſe in diuerſis temporibus propter maiorem aut minorem acceſſum ſolis ad nos. Et iſtę neceſſitates dicuntur ſimpliciter, propterea quia ſunt a cauſis intrinſecis, aut ſaltem a priori, ratione cauſę efficientis. Alia eſt neceſſitas ratione finis: et hęc dicitur conditionalis. vt cibum ſumere non eſt ſimpliciter homini neceſſarium: ſed conditionaliter propter finem, ſi vult viuere. Eſt ergo quęſtio: vtrum diſpoſitio et ordo vniuerſi et diſpoſitio et ordo membrorum animalis, ſit ſimpliciter ex neceſſitate materię, an propter finẽ. Antiqui enim dicebãt hoc fieri ex neceſſitate materię. vt quod terra ſit deorſum ⁊ aqua de ſuper ⁊ adhuc ſupe-

Neceſſarium.

Nota

 rius

rius aer, non eſt propter finem aliquem: ſed ſolũ quia materia eſt grauior ⁊ aqua leuior. Ponebãt exemplum in artificialibus. vt ꝙ in conſtructione domus fundamentum ſubſternatur ex lapidibus, ⁊ parietes conſtruantur ex terra (aut ex terra cocta, quales ſunt lateres: aut ex terra cruda conſtipata) ⁊ ꝙ tectum ſuperponatur ex lignis, hoc non prouenit, niſi quia lapides ſunt grauiores ꝙ̃ terra, ⁊ terra ꝙ̃ ligna.

Textus. lxxxviij. Attamen non ſine his quidem factus eſt: non tamen propter hæc, niſi vt propter materiam, ſed cauſa abſcondendi quædam & ſaluandi. Similiter vero & in alijs omnibus, in quibuſcunque ipſum propter aliquid eſt: non ſunt quidem ſine ijs quæ neceſſariam habent naturam. non tamen ſunt propter hæc, niſi vt materia ſunt: ſed propter aliquid. vt propter quid: ſerra eſt talis? vt hoc, & huius gratia ſit. Hoc tamen cuius gratia, non poteſt fieri: ſi non ferrea ſit. neceſſe eſt igitur ferream eſſe: ſi ſerra erit & opus ipſius. ex ſuppoſitione igitur neceſſarium eſt. Sed non vt finis. Nam in materia neceſſarium eſt. Id autem cuius gratia ſit: in ratione.

¶ In textu. 88. conſtituit hanc concluſionem aduerſus antiquos. Tam in naturalibus ꝙ̃ in artificialibus materia eſt neceſſaria: ratio tamen neceſſitatis non eſt a materia, ſed a fine. Et hoc eſt quod ait [non quidem factus eſt] ſcilicet murus [ſine his] .i. ſine lapidibus et lateribus. Non tamen murus factus eſt propter hec, niſi quaſi propter materiam. i. vt ly, propter, dicat circunſtantiam cauſe materialis: ſed factus eſt cauſa abſcõdendi ſupellectilem ⁊ bona omnia mobilia, ⁊ ſaluandi homines a tempeſtatibus. Atqui, id confirmat exemplum materialium quo illi vtebantur. vt materia quidem neceſſaria ſerre, eſt ferrũ: tamen ſerra non fit propter ferrum: niſi ly, propter, tantum valeat quantum ly, ex, ſed fit ſerra ſecandi gratia. At quia ſecare non poteſt apte, niſi ſit ex ferro dentato, fit vt ratio neceſſitatis materie ⁊ ſerre ſit ex fine. Unde quãdo queritur quomodo ſit neceſſarium in naturalibus: reſpondetur ꝙ eſt quidem neceſſitas materie: ſed tamen ratio neceſſitatis ſumitur ex fine. Et ſic res ſunt neceſſarie ex ſuppoſitione. i. ex fine: qui eſt prima omnium cauſa. Et quia in naturalibus finis ⁊ forma ſunt idem, idem eſt dicere ꝙ neceſſitas materie ſumitur a fine, ⁊ ꝙ ſumitur a forma. vt queſtione ſexta per amplius explicatur.

Textus. lxxxix. Eſt autem neceſſarium: & in diſciplinis & in ijs quæ ſecundum naturam fiunt, quodammodo ſimiliter. Cum enim rectum hoc ſit: neceſſe eſt triangulum duobus rectis equales habere. ſed non, ſi hoc eſt: illud eſt. ſed ſi hoc non eſt: neq; illud rectum eſt. In ijs autem quæ propter aliquid fiunt: è contrario. ſi finis erit, aut eſt: & id quod eſt ante, erit, aut eſt. Si verò non: ſicut ibi non ſit concluſio, principium non erit, ſic & hic finis, & id gratia cuius. Principium enim & hoc eſt: non actionis, ſed cogitationis. Ibi autem cogitationis: actiones enim non ſunt.

¶ In textu. 89. ⁊ ſequenti, explicat huiuſmodi neceſſitatem per ſimilitudinem ad ratiocinationẽ intellectus. Et eſt profecto ſimilitudo elegantiſſima. Poſſet enim quis heſitare circa ea que modo dicta ſunt: quod finis non ſit prima cauſarum naturalium, vnde ſumatur aliorum neceſſitas: propterea quod cauſa debeat precedere effectũ, ⁊ tamen finis eſt vltimum ad quod terminatur actio. Ait ergo quod finis in operatiõibus ſe habet, ſicut principia et premiſſe in ratiocinationibus: quam ſententiam ſub eiſdem terminis profert. 7. ethi. cap. 8. In ratiocinationibus enim (vbi non arguitur ex conuertibilibus) ſi premiſſe ſunt vere concluſio eſt vera (quia ex vero non ſequitur, niſi verum) non tamen ſi concluſio eſt vera, premiſſe ſunt vere (quia verum ſequitur ex falſo: vt omne animal eſt riſibile: ergo omnis homo eſt riſibilis.) Si tamen concluſio eſt falſa, premiſſe debent eſſe falſe: quia falſum non ſequitur ex vero. Exempli gratia. [Si rectum eſt] id eſt, ſi figura recti linea, puta iſoſceles eſt, neceſſe eſt vt habeat tres angulos equales duobus rectis: non tamen ſi eſt figura habens tres angulos equales duobus rectis, erit iſoſceles: quia poteſt eſſe alia ſpecies trianguli, vt equilaterus. At ſi nulla ſit figura habens tres angulos. ⁊c. nec erit iſoſceles. In actionibus autem que fiunt propter finem contingit contrarium, quod ſi finis eſt, media ad illum finem ſunt: non tamen ſi media ſunt, finis erit. vt ſi homo perfectus omnibus membris gignitur, agẽs fuit, et materia hominis fuit. puta ſemen humanum: non tamen ſi ſemen humanum fuit, homo perfectus gignitur: quia potuit, aut impediri generatio, aut naſci monſtrum. Attamen ſi non fuit ſemen nec fuit homo genitus. Et proportionabiliter dicendum eſt reſpectu copule de futuro. Ibi autem [principium enim. ⁊c.] reddit rationem cur in agibilibus, finis ſe habeat, vt principium in ſpeculabilibus: quia finis (inquit) eſt principium, non actionis, ſed cognitionis. Ratio eſt acutiſſima. Principia enim et premiſſe ratiocinationis nõ ſunt principia agendi: ſed ſolum principia cognoſcendi: quia cognitio premiſſarum eſt cauſa cognitionis concluſionis. Eodem modo finis in agibilibus non eſt prima cauſa agendi: ſed prima cauſa cognoſcendi, id eſt, mouens per intentionem cauſam efficientem: cauſa vero efficiens eſt prima cauſa actionis, id eſt, vnde incipit motus.

Finis.

Quare ſi erit domus: hæc neceſſe eſt fieri, aut exiſtere, aut eſſe, aut omnino materiam quæ propter aliquid eſt. vt lateres, & lapides: ſi domus. nõ tamen propter hæc, eſt finis, niſi vt materiam: neque erit propter hæc. omnino tamen ſi non ſint: neq; domus, neq; ſerra erit. Illa quidem ſi nõ ſint lapides. Hæc verò: ſi non ſit ferrum. neq; enim ibi principia ſunt: ſi non triangulum duobus rectis. Manifeſtum eſt igitur: quòd neceſſarium eſt in phyſicis, quod vt materia dicitur, & motiones eius. Textus. xc.

¶ In textu. 90. rem explicat per ſimilitudinẽ artificiorum. In conſtructione enim domus, domus ipſa eſt finis: ⁊ ideo ſi domus futura eſt, neceſſe eſt vt lateres et lapides ſint: non tamen ſi lateres et lapides ſint parati, ſtatim domus eſt. Et ideo domus non fit propter hec tanꝙ̃ propter finem. Quod eſt dicere non fit domus ex lapidibus ⁊ lateribus tanquam medium neceſſarium ad conſeruandam naturam lapidum ⁊ laterum: ſed fit propter habitationem. Nihilominus ſi nõ ſint lapides ⁊ lateres non erit domus: quia illa ſunt materia neceſſaria domus. Sicuti ſi non ſit ferrum, non erit ſerra. Quemadmodũ in ſyllogiſmo, ſi non eſt concluſio, ſcilicet, triangulum habere tres. ⁊c. non erit principium, puta iſoſceles. Attamen ſerra non fit propter ferrum tanꝙ̃ medium propter finem: quia ſerra non eſt neceſſaria ad conſeruandum ferrum: ſed fit propter ſectionem. Ad quam tamen neceſſarium eſt vt ſerra fiat ex ferro. Concludit ergo quod in phyſicis, neceſſarium, dicit materiam: nam neceſſarium dicitur medium quod ordinatur ad finem: ⁊ diſpoſitiones etiam materie dicũtur neceſſarie eadem ratione: ratio vero harum neceſſitatum ſumitur a fine.

Textus. xcj. Et vtreq; quidẽ phyſico dicendæ ſunt cauſæ. magis autem: ea cuius gratia. cauſa enim hæc: materiæ eſt. ſed nõ hæc ipſius finis. ¶ Et finis is cuius gratia, & qui principium eſt: à diffinitione & ratione petitur, ſicuti in ijs quæ ſecundum artem. quoniã ſi domus eſt tale: hæc oportet fieri & eſſe ex neceſſitate & quoniam ſanitas, hoc eſt: hæc oportet fieri ex neceſſitate & eſſe. Sic, & ſi homo eſt hoc: hæc. ſi vero hæc: hæc.

¶ In textu. 91. ſubiungit concluſionem quod tam materia quam finis eſt cauſa per ſe pertinens ad conſiderationem phyſicam: magis tamen finis ꝙ̃ materia: ſiquidem ratio ⁊ conditio materie ſumitur a fine. Quod enim materia oculi debet eſſe aquea ⁊ mollis: ⁊ materia auris debet eſſe aerea, ſumitur a fine: puta quia ita ſunt apte ad vidẽdũ vel audiendum. Subnectit autem alterã comparationem finis in operabilibus, ad principium in demonſtrabilibus: qua amplius innoteſcat ratio finis. Ait enim ꝙ ſicut in demonſtrabilibus principium demonſtrationis eſt diffinitio, ita in operabilibus finis, vnde ſumenda eſt tota ratio mediorũ, eſt quiditas ipſius rei: nam vt ſupra diximus, finis et forma in idem concidunt. Exempli gratia: quia domus eſt artificiũ quo a tempeſtatibus protegamur: neceſſe eſt vt fiat ex lapidibus, lateribus, et lignis. Et ſi ſanitas eſt debita humorum proportio: neceſſe eſt quod talibus medijs ad eam perueniatur. Eodẽ modo: quia homo eſt animal rationale: neceſſe eſt vt fiat ex carne ⁊ oſſibus ⁊ membris talibus ⁊ ſenſibus.

Fortaſſis autem: & in ratione eſt neceſſarium. Determinanti enim opus ferre: quòd diuiſio huiuſmodi eſt. Hæc autem non erit: niſi habeat dentes tales. Hi verò non: niſi ferrea ſit. Sunt enim & in diffinitione quædam partes: vt materia diffinitionis. Textus. xcij.

¶ In textu. 92. et poſtremo totius libri reſpondet dubitationi, que ex verbis proximis poſſet oriri. Uidetur enim quod ſi diffinitio rerum naturaliũ eſt finis, nunquam poſſet dari diffinitio per materiam. Reſpondet inquam nihil prohibere quominus neceſſarium, id eſt, materia, ponatur aliquando in ratione, id eſt, in diffinitione. Nomine enim, neceſſarij, ſemper intelligit hic Ariſto. materiam. Poteſt enim diffiniri ſerra diffinitione que ſumitur ex fine: et hec eſt potiſſima. vt ſi dicamus, ſerra eſt inſtrumentum aptum ſecandis lignis. Et poteſt diffiniri per formam. vt ſi dicamus, ſerra eſt inſtrumẽtum dentatum. Et per materiam. vt ſi dicamus, ſerra eſt inſtrumẽtum ferreum aptum ſecandis lignis. Diffinitio enim materialis inſtrumenti: non eſt completa, niſi adiungatur finis: nam ex fine ſumitur ratio ⁊ forme, ⁊ materie. Etenim quia eſt inſtrumentum ſecandi, debet habere dentes duros: ⁊ quia debet habere dentes duros, debet eſſe ferrea. Ut enim 1. poſter. ſuper tex. 22. adnotauimus, per omnes cauſas poteſt res diffiniri. Materialiter namq; ira eſt aſcenſus ſanguinis ad cor: ſed ratione finis diffinitur ꝙ ſit appetitus vindicte: ⁊ vtramq; cauſam comprehendendo, dicitur ira, aſcenſus ſanguinis ad cor, propter appetitum vindicte.

¶ Sequitur queſtio ſexta. Utrum natura. ⁊c.

FINIS SECVNDI LIBRI.

# Reuerendi patris fratris Dominici Soto Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper tertium Phyſicorum Ariſtotelis Commentaria.

## QVO EA QVAE DICENda ſunt, proponuntur. CAP. I.

Textus. j.

QVoniã autẽ natura quidẽ eſt principiũ mot⁹, & mutationis, ſciẽtia autẽ nobis de natura eſt: nõ latere nos oportet q̃d ſit motus. Neceſſariũ.n. eſt: ignorato ipſo, ignorari & naturã. Cũ autem determinauerimus de motu: tentandũ erit eodẽ aggredi modo de his quæ cõſequenter ſunt. Videtur autẽ motus: cõtinuorum eſſe. Infinitũ autem apparet primũ in cõtinuo. Quapropter & diffinientibus cõtinuum accidit vti ſæpenumero ratione infiniti: cũ in infinitũ diuiſibile, cõtinuũ ſit.

¶ Subiectũ libri hui⁹ vt ex ſuperiorib⁹ cõſtat, eſt ens naturale, ſeu, mobile. De cui⁹ trib⁹ pricipijs in p̃mo, de q̃tuor ṽo cauſis, in ſcd̃o dictũ eſt. Subſeq̃tur ğ in hoc tertio de ente ipſo mobili dicere: atq; adeo potiſſimũ de ei⁹ propria paſſione, q̃ eſt mot⁹. Partiunt aũt hũc librũ traductores in octo cap. Cõmẽta. vero in text⁹. 75. ¶ In capite hoc primo, q̃d quinq; text⁹ cõplectit, ꝓponit Ph. ea q̃ in reliq̃s ſex libris dicẽtur⁹ eſt: ⁊ deinde ſtatuit tres diuiſiones ad diffinitionẽ mot⁹ preambulas. Cõtinuat p̃mo librũ hũc cũ ſuperiori, dicẽs, ꝙ cũ intentio hui⁹ libri ſit dicere de ente naturali, q̃d eſt habẽs naturã: natura autẽ (vt lib. 1. dictũ eſt) ſit principiũ mot⁹, dicere oportet q̃d ſit mot⁹. Nam diffinitionis noticia pẽdet ex partiũ cognitione. Atqui cũ motus ſit de gñe cõtinuorũ. i. pertinẽs ad quantitatẽ cõtinuã (nã nihil phyſice eſt mobile, niſi corp⁹ cõtinuũ vt lib. 5. erit videre) in rõne aũt ⁊ diffinitione cõtinui ponit infinitũ, neceſſe ſubide eſt, ⁊ de infinito ſermonẽ facere. Ait ṽo ꝙ ſępenumero in diffinitiõe cõtinui ponit infinitũ: q: cũ cõtinuũ debeat diffiniri ꝑ partes ex quib⁹ cõſtat: ptes vero ad totũ duplicẽ habeãt habitudinẽ (q̃ppe cũ ⁊ partes totũ ꝯponũt, ⁊ totũ in partes reſoluitur) fit vt duplex ſit diffinitio cõtinui: p̃ma q̃ poſita eſt in pdicamẽto quãtitatis. i. continuũ eſt cuius partes copulãtur ad aliquẽ terminũ cõmunẽ: altera vero, cõtinuũ eſt diuiſibile infinitũ. Et quia nõ in prima, ſed ſolum in ſecũda ponitur infinitum, idcirco dixit ſępenumero.

Textus. ij.

Ad hæc autẽ: ſine loco, & vacuo, & tempore, impoſſibile eſt motum eſſe. Manifeſtũ igitur eſt: ꝙ & propter hæc, & propterea ꝙ cunctis ſunt cõmunia, & vniuerſalia hæc oĩbus cõſiderandũ erit cũ propoſuerim⁹, de vno quoq; iſtorũ. Poſterior ẽm eſt, de proprijs ſpeculatio: ea quę de cõmunibus eſt. Primum autem, ſicuti diximus: de motu.

¶ Rurſus in tex. 2. ſubdit ꝙ cũ mot⁹ fieri nequeat ſine loco ⁊ vacuo ⁊ tp̃e, operepreciũ ẽt eſt de his dicere locus nãq;, q: eſt pmanẽs, eſt mẽſura mobilis (cũ omne mobile ſit quantũ permanẽs) tẽpus aũt q̃d eſt mẽſura ſucceſſiua, eſt mẽſura motus: q̃ eſt quãtitas ſucceſſiua. De vacuo autẽ neceſſaria eſt diſputatio: nõ q: in rei veritate ſit vacuu: ſed q: fuerũt veteres q̃dã opinãtes motũ fieri nõ poſſe, niſi admiſſo vacuo. ¶ De duob⁹ priori bus. ſ. motu ⁊ infinito, q̃d intrinſicę ſe hẽt ad motũ, agit in hoc. 3. lib. in tribus inq; prioribus capitulis de motu, ⁊ in quinq; poſtremis de infinito. De reliq̃s vero trib⁹ q̃ extrinſecę ſe habẽt ad motũ diſputat in quarto. At vero eo aliorũ librorum q̃tuor, pręteriſſit hic materiã proponere, ꝙ oẽs ſunt de motu, mobili, ⁊ motore. Subiũgitur igit tandem ꝙ primum omniũ dicendũ eſt de motu.

Textus. iij.

Eſt igitur eorũ quæ ſunt: aliud quidẽ actu ſolũ, aliud vero potentia. Et eorũ quæ ſunt actu: hoc quidẽ hoc aliquid, illud vero tantũ, aliud autem tale. & in alijs entis prædicamentis: ſimiliter. Eorum autem quæ ſunt ad aliquid: aliud quidẽ ſecundũ ſuperabũdantiam, & defectum dicitur, aliud autem ſecundũ actiuũ & paſſiuũ, atq; omnino motiuũ & mobile. Motiuum enim motiuũ mobilis eſt. & mobile à motiuo eſt mobile.

Tres diuiſiones.

¶ In tex. 3. pręmittit tres diuiſiones neceſſarias ante diffinitionẽ motus. Prima. Eorũ q̃ ſunt. i. entiũ aliud eſt in actu, ⁊ aliud ĩ potẽtia. Hęc diuiſio nõ diuidit ens in diuerſa pędicamẽta: ſed eſt diuiſio cuiuſcũq; pędicamẽti. Subſtãtiarũ. n. alia eſt ſubſtãtia in actu: ⁊ alia ĩ potẽtia. Primo loquẽdo de ſubſtãtia totali, antichriſtus eſt hõ in potẽtia: ⁊ qñ erit, erit hõ in actu: ⁊ ſemẽ eſt aĩal in potẽtia, aut plãta in potẽtia: poſtq̃ vero fuerint nata, ſunt aĩal aut plãta in actu. Si tñ loq̃mur de partibus, materia eſt pura potentia: ⁊ forma, purus act⁹. Añ intelligẽtię ſunt puri actus: ſubſtãtię vero inferiores cõſtant ex actu ⁊ potẽtia. ¶ Secũda diuiſio eſt entis in decẽ pędicamẽta. ſ. entiũ aliđ eſt hoc aliq̃d, puta ſubſtãtia, aliud ṽo quãtitas, aut qualitas. ⁊c. Mos. n. Ariſtotelicus eſt loq̃ de pędicamẽtis in cõcreto. ¶ Tertia diuiſio eſt bimẽbris. Eorũ q̃ ſunt ad aliq̃d alia quidẽ ſecundũ ſuperabundantiã ⁊ defectũ. i. alia eſt relatio fundata ſup quantitatẽ [⁊ aliud ſcd̃m actiuũ ⁊ paſſiuũ]. i. alia fundat ſup actionẽ ⁊ paſſionẽ. Diuiſio hęc. 5. meta. tex. 20. latius explicat: ſed quantũ ad rẽ ptinet notãdũ eſt, ꝙ cũ relatio ſit res minime entitatis (q: non habet abſolutũ eſſe, ſed ſuũ eſſe eſt ad aliud) nõ põt ſubſtãtię ꝯpetere, niſi mediãte aliq̃ accidẽte abſoluto: q̃d eſt proximũ ei⁹ fundamentũ, vt in pędicamẽto relationis dictũ eſt: oĩs autẽ relatio fundatur aut ſup quantitatẽ: potiſſimũ ſup rationẽ vnitatis aut numeri q̃ eſt mẽſura rerum: aut ſuper actionẽ ⁊ paſſionẽ: quę eſt flux⁹ ab alia re, aut ad aliã. vt duplũ triplũ equale. ⁊c. fundatur in numero: nã duplũ eſt quod bis cõtinet aliud. ⁊c. ⁊ ſimile non proxime fundatur in qualitate, ſed in vnitate qualitatis: puta ꝙ ſit eadẽ ſpecies aut idẽ gradus qualitatis. Itẽ relatio qua



aliquid dicitur calefaciẽs aut calefactũ, fundatur in actione ⁊ paſſione: relatio vero paternitatis, aut filiationis, ſuper hoc q̃d eſt gñaſſe aut genitũ eſſe. Quid vero diuiſiones iſte cõferãt ad notitiã motus, ſubiungit in textu ſequenti.

Textus. iiij.
Secundæ quæſtiõis ſedes.

Non eſt autem motus: præter res. Mutatur. n. ſemper id quod mutatur: aut ſecundum ſubſtantiam, aut ſecundum quantitatem, aut ſecundum qualitatem, aut ſecundum locum. Commune verò in his, nihil eſt accipere, ſicuti diximus: quod neq; hoc, neq; quantum, neq; quale, neq; aliorũ prædicamentorum vllum ſit. Quare neq; motus, neq; mutatio, vllius erit præter ea quæ dicta ſunt: cum nihil ſit præter ea quæ dicta ſunt.

¶ Proponit aũt primũ ꝙ motus nõ eſt pręter res. Q̃d eſt dicere. Motus cõſideratus ratione termini ſeu formę quę acquiritur nõ pertinet ad aliud diſtinctũ pędicamentũ, q̃ ad pędicamentũ ſui tři. Id. n. q̃d nõ habet perfectã entitatẽ, nõ ponit directe in pędicamento: ſed reducitur ad genus ſuę perfectionis: ſicuti materia ⁊ manus reducitur ad pędicamentũ ſubſtãtię: ⁊ cũ motus dicat quid imperfectũ (eſt enim ſicut via ⁊ acquiſitio rei) fit vt motus. v. g. augmentationis reducatur ad pędicamentũ quãtitatis: ⁊ motus alterationis, ad pędicamentũ qualitatis: ⁊ generatio, ad pędicamentũ ſubſtãtię. Tametſi generatio vt videbimus in. 5. huius non eſt motus ſed mutatio: nihilo⁹ vſq; ad illũ locũ ſemper motus accipitur cõmuniter, vt includat gñationem. Unde rurſus infert, ꝙ quemadmodũ nihil eſt vniuocũ ſubſtãtię, quãtitati, ⁊ qualitati: ſed ens analogice dicit de illis, ita nihil eſt cõe vniuocũ oĩbus motibus: ſed analogice motus dr̃ de ſuis ſpẽbus: ſi mõ mot⁹ ꝯſideret in quãtũ eſt quędã forma impfecta. Nã vt dicit reſpectũ ab alio vł in alio ptinet ad p̃dicamentũ actiõis vł paſſiõis: vt. q. 2. ꝑ ampli⁹ explicatur. Seq̃tur ğ ꝙ mot⁹ eodẽ mõ diuidit vt ens: ⁊ ad eadẽ prorſus pędicamẽta reducit tanq̃ q̃d impfectũ ⁊ mediũ inter actũ ⁊ potẽtiã. Et hac de cauſa pręmiſſerat duas priores diuiſiones. Tertiã vero adhibuit ne quis falleret credẽs ꝙ motus pertinet ad pędicamentũ relationis: motus. n. non eſt relatio: ſed eſt actio vel paſſio: quę eſt fundamentum relationis. Et pręterea q: inde dependet intelligentia motus, vt ſtatim apparebit.

Textus. v.

Vnumquodq; autẽ: dupliciter ineſt omnibus, vt hoc. aliud enim eſt forma ipſius: aliud verò, priuatio. Et ſecundum qualitatem. Hoc enim eſt album: illud autem, nigrum. Et ſecundum quantitatem. Aliud enim perfectum eſt: aliud verò, imperfectum. Similiter autem, & ſecundum loci mutationem. Hoc enim ſurſum, illud verò deorſum: aut aliud quidẽ leue, aliud verò graue. Quare motus & mutationis ſpecies: tot ſunt, quot entis.

¶ In textu. 5. ſoluit dubitationem quę poſſet hinc oriri. Sunt enim motus cõtrarij: quorũ alter tendit ad perfectionẽ, ſicut generatio: alter vero ad imperfectionẽ, ſicut corruptio. vr̃ ergo ꝙ iſti motus nõ pertineãt ad idẽ pędicamentũ. Rñdet ꝙ omne genus pędicamẽtale tã generaliſſimũ q̃ ſubalternũ diuiditur per drĩas quę opponuntur ſicut habitus ⁊ priuatio: quę eſt inter oppõnes prima: vt habet. 10. meta. tex. 15. ſicuti, aĩal, diuidit per rationale ⁊ irrationale: ⁊. quale, per albũ ⁊ nigrũ. Atqui ⁊ nigrũ eſt priuatio albedinis, propterea ꝙ lux eſt quodã mõ forma extrinſeca coloris, ⁊ nigredo eſt minus capax lucis q̃ albedo: ⁊ in quãtitate eſt magnũ ⁊ paruũ: ⁊ paruũ eſt quodam modo priuatio magni: ⁊ in loco eſt ſurſum ⁊ deorſum: ⁊ ſurſum eſt dignior differentia q̃ deorſum. In ſumma differentię diuidentes genus nõ poſſunt eſſe eque perfectę: ⁊ ideo perfectior ſe habet vt habitus: ⁊ imperfectior, vt eius priuatio. Quapropter motus cõtrarij, ſicuti ⁊ termini ipſi motus, ad idem genus pertinent. ¶ Sequitur cõtinuo caput ſecundum.

## QVID NAM SIT MOTVS. CAP. II.

Textus. vj.
Quæſtionis primæ locus.

DIVISIO autem ſecundũ vnumquodq; genus, hoc quidem eſſe actu, aliud autem potentia: eius quod potentia exiſtit actus, quatenus huiuſmodi, motus eſt vt alterabilis quidem, quatenus alterabile: eſt alteratio. Augmentabilis autem, & oppoſiti decreſcibilis (nullum enim eſt: commune nomen in vtriſq;) augmentum & decrementum. Generabilis autem & corruptibilis: generatio & corruptio. Loco mutabilis vero: loci mutatio.

Diffinitio motus.

¶ His pręiactis, in cap. ſecundo per textus duodecim diſtributo, deſcẽdit ad diffinitionẽ mot⁹: dicẽs, ꝙ motus eſt actus entis in potentia ſcd̃m q̃d eſt in potẽtia. Ad cuius expoſitionẽ conſiderandũ eſt ꝙ aliquid eſt in potẽtia tm̃. vt aqua frigida: quę eſt in potẽtia calida: aliud in actu tm̃. vt ſi aqua haberet ſummũ colorẽ ineſſe quieto (q̃d nõ poſſet eſſe niſi facta ignis) aliud eſt partim in potentia partim in actu. vt cũ aqua actu caleſit. Unde cũ aqua eſt in pura potẽtia ad calorẽ non mouetur: q: nihil habet de actu illius caloris: nec qñ eſſet ſummę calida moueretur ad calorẽ: q: cũ ſit in ſummo actu, nihil tunc habet de potẽtia: ſed tũc mouet qñ medio ſe habet mõ. ſ. qñ habet partẽ actus, ⁊ adhuc eſt in potẽtia ad reliquã partẽ. Itaq; motus dicit ordinẽ. Dicit ẽm actuũ reſpectu pręteritę potentię, ⁊ potentiã reſpectu futuri actus. Neq; id ſufficit: ſed requiritur ꝙ talis ordo ſit cõtinuus ⁊ nõ interpoletur. Cum ẽm aqua caleſit: ſi acquiſito vno gradu caloris, ceſſaret actio, iam nõ eſſet motus: motus ẽm eſt de genere cõtinuorũ: vt ſupra dictũ eſt. Optime ergo exprimit natura motus cũ dr̃ ꝙ motus eſt actus (ad differentiã illius q̃d eſt in mera potẽtia) entis in potẽtia (ad differentiã illius, q̃d iã eſt in vltimo actu) ſcd̃m q̃d in potẽtia (. ſ. ea ratiõe qua tale ens eſt in potẽtia) nã cũ aqua caleſit nõ mouetur in quantũ eſt actu aqua: ſed in quantũ potentia calida: ⁊ ideo forma aquę nõ eſt mot⁹: ſed act⁹ ille quo caleſit. Hinc ſeq̃tur ꝙ mot⁹ eſt diſpõ mobilis. ſ. actus impfectus rei q̃ mouet. Unde actus (q̃ grece dr̃ entelechia) qñ eſt in facto eſſe, dr̃ forma: qñ vero in fieri eſt mot⁹. Subdit exẽpla. vt alteratio (inq̃t) eſt actus alterabilis, in quantũ eſt alterabile: augmẽtatio, eſt actus augmẽtabilis in quantũ eſt augmẽtabile: diminutio, eſt actus minuibilis in quantũ minuibile. Poſuit ſeorſum vtrũq; motũ augmẽti ⁊ decremẽti: q: nõ eſt vnũ

nomē cōe illis,ſicut in alteratione. Enimuero tā motꝰ a calido in frigidū,ꝗ̄ cōtrarius.vterq; dr̄ alteratio:motꝰ v̄o ad magnitudinē,⁊ ad paruitatē, nō hʒ idē nomē. Ponit etiā exemplū de gn̄atiōe: ꝗuis nō ſit ꝓprie motꝰ.ſ.ꝙ gn̄atio eſt actus gn̄abilis inquantū gn̄abile. Hinc apparet cur premiſit tertiā diuiſionē:nēpe q: motus diffinit per reſpectū ad mobile. Ut.n.forma eſt id quo aliquid eſt actu,ita motus eſt actus quo mobile mouet.

Textus. vij. ❧ Quod autem hoc ſit motus:hinc manifeſtum. Cùm enim ædificabile, quatenus tale ipſum dicimus eſſe,actu fuerit:ædificatur. & hoc eſt ædificatio.Similiter autem & medicatio,& volutatio, & ſaltatio,& adoleſcentia & ſeneſcentia.

¶ Subſequēter in text.7.⁊ q̄tuor ſequētibꝰ explicat tres particulas diffinitionis,⁊ poſtea probat diffinitionē per cōparationē ad aliorū inſufficiētes diffinitiōes. Primo oſtēdit ꝙ motus eſt actꝰ. Ad cuius euidentiā notādū eſt,ꝙ id qđ eſt in pura potētia (ſi factibile eſt per motū) eſt in potētia ad duo.ſ.⁊ ad fieri,⁊ ad factū eſſe: quorū primus eſt actus imperfectus:ſcđus vero ꝑfectus. Ut domꝰ anteq̄ incipiat edificari eſt in potētia ad edificari,⁊ ad edificatū eſſe. Ait ḡ ꝙ qn̄ edificabile inquantū edificabile,actu fuerit,tūc edificat:nam anteq̄ edificet nō eſt in actu:ſed in mera potētia: ḡ edificatio dicit aliqualē actū:⁊ ſimiliter,medicatio,dicit ꝙ medicabile ſit ſub tali ratione.i.ꝙ medicet. Et adoleſcētia eſt quādo quis eſt in actu imperfecto augmenti:puta quando nondum acquiſiuit etatem perfectam:⁊ ſeneſcentia quando declinat in ſenium. Motus ergo actus eſt.

Textus. viij. ❧ Quoniā autem quædā eadē & potētia,& actu ſunt,at non ſimul,aut nō ſecundum idē,ſed vt calidū quidē potentia,frigidum autem actu: multa iam agent & patientur à ſe inuicē. Omne em̄ erit ſimul actiuum & paſſiuum. Quare & mouēs phyſice.mobile eſt. Omne em̄ huiuſmodi mouet cū & ipſum mouetur. Videtur igitur quibuſdā:omne quod mouet, moueri. ſed de his quidem: ex alijs erit manifeſtum,quomodo ſe habent. eſt em̄ quoddam mouens:& immobile.

¶ In tex.8.ꝓbat ſcđam ꝑticulā.i.entis in potētia,dicēs,ꝙ nihil eſt in actu ⁊ potētia eadē rōne:licet diuerſis nihil ꝓhibeat. Cū em̄ aqua eſt ſumme frigida, eſt q̇dē in actu reſpectu frigiditatis: ſed eſt in potētia reſpectu caloris. Et ideo ſtat ꝙ aliquid ſimul agat in quantū eſt in actu:⁊ patiat inquantū eſt in potētia.vt cū ferrū calidū immittitur in aquā frigidā,ferrū in quantū actu calidū calefacit aquā:⁊ inquantū potētia frigidū,viciſſim frigeſit ab aqua. Unde actio ꝓuenit a forma qua agēs eſt in actu:pati vero ꝓuenit a materia, qua eſt in potētia ad recipiendū aliā formā. Quare omne,inquit,mouēs phyſicū dū mouet mouetur: mouēs em̄ phyſicū eſt qđ in ſe habet principiū intrinſecū,aut actiuū,aut paſſiuū.vt in.2.lib. q.1.dictū eſt. Atqui,vbi eſt pͥcipiū actiuū intrinſecū,vt in aīali,manifeſtū eſt quō calor naturalis nutriēdo debilitat:⁊ vbi principiū actiuū eſt extrinſecū,alterutrū agūt ⁊ patiūtur.vt dictū eſt de ferro calido ⁊ aqua frigida. Subdit autē ꝙ propterea quibuſdā viſum eſt,vl'r omē qđ mouet ſimul moueri. Hoc tn̄ (inquit) alibi determinandū eſt:nēpe.8.huiꝰ ⁊.12.meta.vbi determinat intelligētias mouere:neutiq̄ tn̄ moueri motu phyſico.

Textus. ix. ❧ Eius aūt quod potētia exiſtit actꝰ: cū actu exiſtēs agit,aut idē aut aliud q̄tenꝰ mobile,motus eſt dico autem quatenus ſic,eſt enim æs,potentia ſtatua:attamē æris actus quatenus æs, motus nō eſt. Non enim idē eſt æri eſſe:& potentia quadā mobili:qm̄ ſi idem eſſet ſimpliciter,& ſecundū rationē:eſſet vtiq; æris quatenus æs actus, motus. non eſt autem idem:quemadmodum dictum eſt.

¶ Facta ḡ ſuppōne ꝙ ſtat ſimul aliq̄n eſſe in actu ⁊ potētia,cōcludit in tex.9. ꝙ motꝰ eſt actꝰ entis, nō in quantū eſt in actu,ſed in quantū eſt in potētia.vt calefactio aque eſt actꝰ aque,nō in quantū eſt aqua (nā talis actꝰ eſt forma aque) ſed quatenus eſt in potētia calida. Et ideo qn̄ fuerit ꝑfectiſſime calida,q: nō erit amplius in tali potētia, nō mouebit. ¶ Explicat id amplius exēplo [dico aūt quatenꝰ.⁊c.] nā es (inq̇t) ſimul eſt in actu ⁊ in potētia. Eſt em̄ actu es per formā ſubſtantialē, ⁊ eſt in potētia ſtatua anteq̄ ex illo fiat ſtatua. Unde quādo actu fit ex illo ſtatua,illa acquiſitio forme eſt motus:q: eſt actus eris,nō in quantū eſt actu ens,ſed in quantū eſt in potentia ſtatua: obidq; facta ſtatua,quia tunc iam non eſt ens in tali potentia,forma ſtatue non erit motus.

Textus. x. ❧ Manifeſtum eſt autē & in cōtrarijs. poſſe em̄ valere ac poſſe egrotare:alterū eſt. namq; egrotare quidē & valere idem eſſet. ſubm̄ autem & id quod valet atq; egrotat, ſiue humiditas ſiue ſanguis:vnū & idē eſt. Quoniā autē nō eſt idē (quemadmodum neq; color idem & viſibile) poſſibilis quatenus poſſibile actus:manifeſtūq; motus eſt.

¶ In tex.10.rē adhuc ꝑſpicatius aperit vbi in vno ſubō ſunt potētia duo cōtraria. Unū em̄ ⁊ idē ſubiectum. vt ſanguis,vel humor,vel hō ipſe, eſt in potētia ad duas cōtrarias formas:puta ad ſanitatē ⁊ egritudinē. Unde quanq̄ idem ſit ſubm̄,potētia tn̄ ſunt ſ alterātiōe diuerſe:nā potētie diſtinguūtur ꝑ obiecta:⁊ ſanitas ⁊ egritudo ſunt res diuerſe:ſicuti etiā color ⁊ viſibile ſunt rōne diuerſa, q: ſe habēt:ſicut ſubm̄ ⁊ paſſio. Si ergo idē ſubm̄ eſt due potentie rōne diſtincte, ſequit ꝙ ⁊ ſubm̄ ipſum,in quantū ens actu,ratione differt a ſeipſo in quantū eſt in potētia. Atq; adeo neceſſariū fuit reduplicatiue dicere ꝙ motus eſt actus entis in potētia in quantū eſt in potētia:nā alias ſequeretur ꝙ forma ſubſtātialis eris eſſet motꝰ:qm̄ eſt actus entis exiſtētis in potētia ad ſtatuā. Excludit tn̄ a rōne motꝰ:q: nō eſt actus eiꝰ in quantū eſt in potētia:ſed in quātū eſt in actu perfecto.

Textus. xj. ❧ Quod igitur eſt hic, & ꝙ accidit tunc moueri cū actus iſte eſt, & neq; prius neq; poſterius: clarū eſt. Contingit enim vnumquodq; quandoquidē operari,quādoq; autē nō.vt ædificabile quatenus ædificabile:& ædificabilis actus quatenus eſt ædificabile,ædificatio eſt:aut enim ædificatio,aut domus:actus eſt ædificabilis. ſed cum domus eſt: nō amplius ædificabile eſt.ædificatur autem. ædificabile. neceſſe eſt ergo:ædificationem actū eſſe. ædificatio autem: motus quidam eſt. At vero:eadem conuenietratio & in alijs motibus.

¶ In tex.11.cōcludit ex dictis diffinitionē illā motus ſignificāter exꝓmere naturā motꝰ:qua text. 6.dictū eſt,ꝙ motus eſt actus augmētabilis inquātū augmētabile:alterabilis,inquātū alterabile ⁊c. Et intēdit docere ꝙ actus edificabilis inquātū edificabile,nō eſt,niſi cū edificabile incipit edificari:⁊ durat q̄diu edificatur. Itaq; talis actꝰ,nec eſt priuſq̄ edificabile incipiat actu edificari,nec poſteaq̄ eſt perfecte edificatum. Et ille actus eſt motus. Operari, in textu accipitur paſſiue. Exempli gratia. Domus anteq̄ incipiat edificari,eſt quidem edificabilis: attamen, quia nihil habet de actu, non mouetur: ſed q̄ primū incipit edificari,quia habet aliquid de actu, ille actus quo edificatur eſt motus:qui eſt actus edificabilis inquantū edificabile, idcirco ꝙ adhuc ſemper eſt in potētia edificari. At vero cum forma domus ꝑfecta eſt inducta,illa quidē eſt actꝰ: ſed nō erit motus:q: domꝰ edificata deſinit iam eſſe edificabilis:⁊ ꝑ ꝯn̄s illa forma non eſt actus edificabilis:ſed edificati. Argutiſſime ergo ꝯcluditur ꝙ entelechia.i.actus, eſt genus ad formā in actu perfecto ⁊ ad formam in fieri: et quando eſt forma rei facte dicitur entelechia:ſed nō motus:at q̄diu eſt rei factibilis,ille actꝰ eſt motus.

Textus. xij. ❧ Quod autem benedictum ſit: manifeſtum & ex iis quæ alij de ipſo dicunt,& ex eo ꝙ non facile eſt definire aliter ipſum,neq; enim motū atq; mutationem ponere in alio genere poterit vtiq; aliquis: neque qui aliter dixerunt de ipſo, rectè faciunt. Manifeſtum autem eſt conſiderantibus: ꝙ ponunt nonnulli ipſum,alteritatem, in equalitatemq;, & quod non eſt, dicentes eſſe motum. quorum nullum neceſſarium eſt moueri:ſiue altera ſint,ſiue in equalia,ſiue non exiſtentia.

¶ In tex.12.poſtq̄ probauerat ex proprijs diffinitionē motus,ꝯprobat eā ꝯparādo ſuā diffinitionē ad diffinitionē aliorū,dicēs,ꝙ hanc eſſe bonā diffinitionē inde ꝯſtat,ꝙ nō pōt aliter bene diffiniri. Id qđ manifeſtum eſt ex his,que alij dicūt.

Pythagorici. Ubi notandū eſt ꝙ Pythagorici.vt Temiſ.⁊ Philopo.referūt,dicebāt motū eſſe alteritatē quandā,⁊ inequalitatē,⁊ non ens. Alteritatē inq̄.i. variationē forme,aut ſubſtātialis (vt in gn̄atione) aut accidentalis:vt in alteratione. Inequalitatē aūt,vt in augmētatione. Qm̄ omne qđ mouetur eſt diſſimile illi a quo mouet:⁊ q̄ primū eſt ſimile,deſinit moueri. Nō ens deniq;:q: quod mouet nondū eſt in actu ſub illa forma ad quā mouet. Reprobatio huiꝰ opinionis ꝯſiſtit in duabꝰ rōnibus. Prima. Nō oīs alteritas ⁊ eq̄litas ⁊ non ens habet rōnē motꝰ,niſi addat ꝙ ſit alteritas ⁊ inequalitas entis in potētia:ergo. Probat aīs, hoc ſyllogiſmo. Omne illud in quo eſt motꝰ, mouet: ſed nō omne qđ eſt alterū,aut inequale, aut non ens mouet:ḡ id nō ſufficit ad rōnem motus. Minor patet:q: qn̄ alternitas ⁊ ineq̄litas eſt in facto eſſe,res non mouetur:aqua.n.eſt altera ab igne in ſubſtantia ⁊ qualitate:⁊ formica eſt inequalis elephanti:⁊ vnus homo ineq̄lis alteri: et tn̄ non mouet. Itē antichriſtꝰ eſt nō nō ens:⁊ nō mouetur. Requiritur ergo ad rōnē motꝰ ꝙ ſit medium inter actum ⁊ potentiam modo ſupradicto.

Textus. xiij. ❧ Sed neque mutatio:aut ad hæc, aut ex his magis eſt, q̄ ex oppoſitis. Cauſa autem cur in his ponant illi:eſt,qm̄ indeterminatum quiddam videtur eſſe motus. Alterius tn̄ coordinationis principia:ex eo quia ſunt priuatiua,īdeterminata ſunt. neque enim hoc,neque tale,vllum ipſorū eſt: qm̄ neq; aliorum quicq̄ prædicamentorum.

¶ Secūda ratio eſt in tex.13. Motus indifferenter eſt,vel ab inequalitate ad equalitatē (vt qn̄ vnus auget ad quantitatē alterius) vel ab eq̄litate ad ineq̄litatē (vt qn̄ deſcrecit) ⁊ ab alteritate ad ſimilitudinē (vt qn̄ q̇d ꝑ motū fit ſimile alteri) vel a ſimilitudine ad alteritatem (vt qn̄ fit diſſimile) ⁊ a nō ente ad ens (vt qn̄ fit gn̄atio) vel ab ente ad nō ens (vt qn̄ fit corruptio,) ḡ motꝰ nō magis ē alteritas q̄ ſimilitudo:neq; ieq̄litas,q̄ eq̄litas:neq; nō ens,q̄ ens. Uis rōnis huius ꝯſiſtit in hoc,ꝙ illi appellabāt motum id qđ eſt ꝓncipiū, aut t'rus motꝰ. Un̄ manifeſte ſequit ꝙ cū t'rus ⁊ ꝓncipium motꝰ ſint diuerſa, nulla eſt rō cur potiꝰ ꝓncipiū q̄ t'rus dicat motꝰ. ¶ Subdit ſequēter Ariſ. rōnē cur illi ita loq̄bant de motu: q: Pythagorici oīa entia diuidebāt ꝑ habitū ⁊ ꝓuationē:q̄, vt paulo ante dicebamꝰ,eſt ꝓ̄ma oppō diuidēs oē genus: obidq; faciebāt duas coordinationes in quarū altera ponebant decē poſitiua.ſ.finitum,impar, vnū,dextrū,maſculū,quieſcēs,rectum,lume,bonū,triangulū equilaterū; In altera vero alia.10. oppoſita ꝓuatiua q̄ ſunt infinitum,par,multitudo,ſiniſtrū,femina,motum, obliquum,tenebra, malū,altera parte logꝰ. Finitū.n.dicit determinatā ſpecie,infinitū vero indeterminatam. Themiſt.⁊ Philop,collocāt,par,inter poſitiua:⁊,impar,inter priuatiua. Sed chalcographorū exiſtimo mendū eſſe:nā,vt infra text.26.liquido ꝯſtat, par,dicebāt habere rōnem infiniti:impar vero, rōnē finiti. Et ideo,impar,licet nomē videat ꝓuatiuū,ponit tn̄ in ea ſerie vbi ponitur,finitū,⁊ par: vbi ponit īfinitū. Et eadē rōne,quieſcēs, appellabāt ens ⁊ ſimile ⁊ eq̄le,motū vero appellabāt alterū ⁊ inequale ⁊ nō ens. Et hoc eſt qđ ait Ariſto. ꝙ ſm̄ Pythagoricos,motus (ſicut nec cetera priuatiua) nō determinat ꝑ certā formā aut ſubſtātiale,aut q̄litatis,aut alicuiꝰ aliorꝫ ꝑdicamētorꝫ.

Predicamēta Pythagore.

Textus. xiiij. ❧ Cur autem videatur indeterminatus eſſe motus:cauſa eſt,ꝙ neq; in potentia eorum que ſunt, neq; in actu:licet ponere ipſum ſimpliciter. neq; enim id quod poteſt eſſe quantū mouetur ex neceſsitate,neque id quod actu quantum eſt.

¶ Subſequēter in tex.14.dicit ꝙ rō ob quā videbat illis motū eſſe q̇d īdeterminatū, eſt q: motꝰ, nec ſimpl'r eſt potētia,nec ſimpl'r actus. Enimuero es qn̄ eſt in pura potentia ad ſtatuā,nō mouet ad illā:neq; mouet ad illam quādo eſt ſub perfecta forma illius,nec paruū quando eſt pura potentia vt ſit maius,nec rurſus quādo eſt ſub perfecta quantitate quam poteſt habere,mouetur.

Textus. xv. ❧ Et motus: actus quidem aliquis eſſe videtur, imperfectus tamē.cauſa autem eſt: quoniam imperfectum eſt,ipſum poſſibile cuius eſt actus,motus. Et ob hoc ergo:difficile eſt accipe, q̇d ipſum ſit. Aut enim in priuatione neceſſe eſt ponere:aut in potentia,aut in actu ſimplici. horū autē nullū videtur eſſe poſſe. Relinquitur igitur dictus mo-

dus: actũ quidẽ quẽdã eſſe: talẽ tñ actũ, qualẽ diximus: difficilẽ quidẽ cognitu, ſed qui eſſe poſsit.

¶Hinc ergo cõcludit in textu.15. ꝙ motus neceſſe eſt, vt ſit actus quidã: imperfectus tñ, ⁊ medi⁹ inter actum ⁊ potentiam, propterea ꝙ motus eſt actus entis poſſibilis.i.exiſtentis in potentia et nondum perfecti actu completo. Et propterea (inquit) difficile eſt aſſignare quid eſt mot⁹: aut enim motus eſt pura ⁊ mera potentia, aut ſimpliciter actus: nullum autem iſtorum: q2 tenebrę et cęcitas ſunt priuationes: ⁊ tñ non ſunt motus: et aurum in viſceribus terrę eſt in potentia ſtatuę: ⁊ tamẽ non mouetur ad illam: ⁊ forma ſtatuę eſt ſimpliciter actus: ⁊ tamen non eſt motus. Reſtat ergo motũ eſſe (quẽadmodũ diffinitũ eſt) actũ entis in potentia ſecundum ꝙ in potentia.

Textus. xvj. Mouetur autem & mouens (ſicut dictum eſt) omne: cùm ſit potentia mobile, & cuius immobilitas quies eſt. cui enim motus ineſt: huic immobilitas, quies eſt. Nam ad hoc agere, quatenus huiuſmodi: idipſum mouere eſt. hoc autem facit: tactu. quare ſimul & patitur.

¶In tex.16. ⁊ ſequenti ſoluit dubitationẽ quandã quę ex diffinitiõe reſtat. Dubitatio vero eſt hęc. Dictũ eſt ꝙ motus eſt actus entis in potẽtia: potẽtia autẽ eſt duplex.ſ. actiua mouẽtis ⁊ paſſiua mobilis, rurſus dictum eſt ſupra ꝙ omne mouẽs phyſicum ſimul mouetur. Dubiũ ergo eſt vtrũ motus ſit actus mouentis inquantum eſt potentia mouens, an vero actus mobilis inquantũ eſt potentia mobile. Ad aperiendum autẽ punctũ queſtionis probat ꝙ omne mouẽs phyſicũ.i. qđ habet in ſe principiũ ſui mot⁹, etiã mouet. Et vtit hac rõne. Omne illud qđ prius eſt in potẽtia ad aliquid, ⁊ poſtea qñ illud habet quieſcit, mouet (nã a potẽtia ad quietẽ non venit: niſi per motũ quo acquirit locus, vel forma) ſꝫ omne agẽs phyſicum anteꝗ̃ agat eſt in potentia ad agendum: ⁊ poſtꝗ̃ egit quieſcit ab illa actione: ergo qñ agit mouetur.i. ab alio applicatur ad agendum. v.g. equus prius eſt in potentia generãs: ⁊ poſtꝗ̃ genuit, quieſcit a gñatione: ergo qñ generat mouetur. Ita inducũt aliqui hanc rõnem, quos ſequitur S.Tho. At vero forſan Ariſtot. non intelligit hic aliquid noui, ꝗ̃ ꝙ paulo ante dixerat.ſ. ꝙ cũ mouẽs phyſicũ conſtet ex materia ⁊ forma, agit rõne formę, ⁊ patitur ratione materię. vt patet in ferro calido immerſo aquę frigidę: quod quidẽ eſt in potẽtia vt frigefiat: ⁊ poſtꝗ̃ frigefit ab aq̃, quieſcit frigidum. Et id eſt argumentum ꝙ quãdo mouet aquã calefaciendo illam ſimul etiam mouetur ab illa. Et hoc conſonat ſequentibus verbis [nam ad hoc agere quatenus hmõi hoc ipſum mouere eſt ⁊c.].i. mouere aquã ad calorẽ, hoc eſt calefacere: ſed quia contactus hoc facit per cõtactũ, viciſſim frigefit ab aqua. Vñ intelligitur vt ait S.Thom. de contactu per cõmunicationẽ in materia. Etenim quia corruptibilia ⁊ generabilia comunicant in materia, dũ agens tangit paſſum, tangitur viciſſim ab illo. Corpora vero cęleſtia. vt habetur.1. de generatione, quia nõ cõmunicant in materia cum iſtis inferioribus, tangunt quidem iſta, ſed tamen ab iſtis non tanguntur. Dubium ergo eſt vtrum motus ferri ſit ille calor quem producit in aqua: an frigus potius quod in ſe recipit ab aqua.

Textus. xvij. Idcirco motus, eſt actus mobilis, quaten⁹ mobile exiſtit. accidit autem hoc: tactu motiui. quare ſimul & patitur. SPEciem autem ſemper afferet aliquam, id quod mouet, aut hanc, aut talem aut tantum: quæ principium atque cauſa motus erit, cùm mouet. vt actu homo facit ex eo quod potentia exiſtit homo, hominem.

FORMA eſt principiũ mot⁹.

¶Ad quod reſpondet in textu.17. ⁊ poſtremo.ſ. ꝙ motus eſt actus mobilis inquantũ eſt mobile. Quam S.Tho. ⁊ alij dicunt eſſe ſecundam diffinitionẽ.ſ. materialem motus. Id tamen probat hac ratione. Actus proprius alicuius rei eſt ille qui per ſe rei cõuenit, non per accidens: ſed motus per ſe cõuenit mobili ⁊ per accidens mouenti (quatenus accidit ꝙ mouens eo ꝙ agit per cõtactum ſimul etiã moueatur) ergo motus per ſe eſt actus mobilis. Quẽadmodum enim albedo eſt actus albi, vl3, quo formalr corpus eſt albũ, ita ⁊ motus eſt actus mobilis: nẽpe quo mobile mouet. ¶Cõfirmat deniq; ꝙ ꝗ̃uis idẽ ſit mobile ⁊ mouens, alia tñ rõne eſt mouẽs ⁊ alia mobile. Eſt enim mouens quatenus eſt in actu per aliquã formã (quã hic vocat ſpeciẽ) quęq̃dẽ forma, aut eſt ſubſtantia, aut qualitas, aut quãtitas. Homo.n. eo ꝙ eſt actu homo per formã, agit educendo ex ſemine (qđ eſt homo in potentia) hominẽ in actu. Non curat hic Ariſto. an forma humana educatur de potentia materię, necne: nã exempla ponit nõ vt ita ſint: ſed equus per formã qua eſt actu equus educit ſimilẽ formã alterius equi de potentia materię. Et calidum per calorẽ (quo eſt actu calidũ) calefacit: repartitur tñ rõne materię: q2 agit per contactũ. Locus hic ſolet citari ſub his verbis, omne agens agit inquantum eſt actu ſub aliqua forma. ¶Subſequitur conſequẽter caput tertium.

## QVOD ACTIO ET PASſio ſint idem motus.

## CAPVT. III.

Textus. xviij. DVBITATVM autem, manifeſtum eſt: ꝙ motus eſt in ipſo mobili. act⁹ enim eſt huius & ab ipſo motiuo. Motiui autem actus: non alius eſt. oportet enim, eſſe actum vtriuſq;. Motiuum enim eſt, eò ꝙ poteſt: mouens autem, eò ꝙ agit. ſed eſt actiuum ipſius mobilis. Quare ſimiliter vnus eſt amborum actus: ſicut idem ſpatium eſt vnum ad duo, & duo ad vnum, & aſcendens & deſcendens. Hæc enim, vnum quidem ſunt: ratio tamen non vna eſt. Similiter autem: & in mouente & in moto.

¶In cap.3. quod.6. cõtinet textus, diluit dubitationẽ in hac materia pręcipuã. Videlicet vtrum motus qui eſt actio ⁊ motus paſſio ſint eadẽ res, an diuerſę. Quando enim ignis calefacit aquã, tunc ⁊ ignis dicitur calefaciens, ⁊ aqua calefieri. vtrũ ergo idẽ ſit motus a quo ⁊ ignis dicitur calefacere, ⁊ aqua calefieri: an vero ſunt diuerſi. Supponit vero ex dictis ꝙ motus ſubiectatur in mobili, a quo proinde mobile denominatur moueri. Et inde videtur ſubſequi ꝙ idem motus qui eſt actus mobilis, eſt etiã actus mouentis: ⁊ ab eodem denominatur ⁊ mouens ⁊ motũ. Exẽpli gratia. Calor idẽ quaten⁹ recipitur in aqua, eſt motus qui eſt calefactio paſſio: et quatenus proficiſcit ab igne, eſt calefactio actio. Probat autẽ cõcluſionẽ prius ratione, quę eſt hęc. Quẽadmodũ mobile prius eſt potẽtia mobile ⁊ poſtea actu mouetur, ita agens prius eſt potentia motiuum, deinde actu mouens: ergo quẽadmodum eſt actus per quem id quod prius erat mobile, actu moueatur, ita oportet eſſe actum per quem id quod prius erat in potentia motiuum, poſtea ſit actu mouens, ſed motiuũ ⁊ mobile dicuntur correlatiue: quia motiuũ mouet mobile, ⁊ mobile mouetur a motiuo: ergo idem penitus act⁹ eſt quo motiuum mouet mobile, ⁊ quo mobile mouetur a motiuo. ¶Idem mox explicat exemplo. Sicuti (inquit) eſt proportio duorum ad vnum, et vnius ad duo: niſi ꝙ duo reſpectu vnius dicuntur duplum: ⁊ vnũ reſpectu duorum dicitur dimidium. Et eadẽ eſt via a ſurſum vſq; deorſum ⁊ econtrario: niſi ꝙ incipiẽdo a ſurſum motus ille eſt deſcenſus: ⁊ incipiẽdo a deorſum vſq; ſurſum, eſt aſcenſus. ¶Hinc lucet natura motus quam. q.1. amplius explicabimus: actio.n. ⁊ paſſio non ſunt relationes ſecũdũ eſſe, ſed ſm dici. vt cap. de relatione ⁊ in ſex vltimis prędicamentis explicuimus. Actio enim ⁊ paſſio nõ ſupponit pro relatione: ſed ſi ſit alteratio, ſupponit pro calore dum actu recipitur in aqua: quiquidẽ eſt actio inquantũ eſt ab agente: ⁊ paſſio inquantum recipitur in aqua. Et ita actio ⁊ paſſio connotant diuerſas relationes. Sicut ſcientia non eſt relatio, quę eſt habitudo habitus ad obiectũ: ſed eſt habitus ipſe qui explicari nequit niſi per reſpectum ad obiectum.

Textus. xix. Habet autem dubitationem rationalem: neceſſe enim eſt fortaſsis: eſſe quendam actum aliũ actiui, atq; paſsiui. illud enim, actio eſt: hoc verò, paſsio. opus autem & finis illius quidem, factum: huius autem affectus. Cûm igitur vtraq; ſint motus: ſi diuerſi quidem, in quo ſunt? Aut enim vtraq;: in patienti, ac moto ſunt, aut actio quidẽ in agente, paſsio verò in patiente. ſi autem oportet & hanc actionem vocare. æquiuoca vtiq; erit. At verò ſi hoc eſt: motus in mouente erit. eadem enim eſt ratio in mouente, & in moto. Quare aut omne mouens mouebitur: aut habens motum, non mouebitur. Si autem vtraq; in moto ſunt & patiente, actio inq̃ & paſsio: & doctio & diſciplina, quæ duo ſunt, in ipſo ſunt diſcente. Primum quidem actus vniuſcuiuſq;: non in vnoquoque erit. Deinde inconueniens eſt: duobus motibus ſimul moueri. Quædam nãq; erunt alterationes: duæ vnius, & ad vnam ſpeciẽ. At impoſsibile eſt. Sed vnus erit actus? At irrationabile eſt: duorum ſpecie diuerſorum vnum ac eundẽ eſſe actũ. Atq; erit: ſiquidẽ diſciplina & actio idem ſunt, paſsioq; & actio: docere idẽ quod diſcere, & agere quod pati. Quare omnem docentem, diſcere neceſſe erit: & agentem pati.

¶At vero q2 cõcluſio hęc nõ eſt intellectu facilis, i tex.19. arguit dialectice ad vtrãq; partẽ. Et hoc eſt qđ ait [dubitationẽ hoc rõnalẽ.i. dialecticam habere. Et primo arguit ad partẽ negatiuã.ſ. ꝙ motus actio ⁊ motus paſſio nõ ſunt idẽ motus: ſed ꝙ alius ſit actus actiui.ſ. actio: ⁊ alius paſſiui.ſ. paſſio. Primo ex prę ſubiecti: qm̃ actus diuerſorũ videntur eſſe diuerſi: ſed agẽs ⁊ patiẽs ſunt diuerſa: q2 actio eſt actus quo agens agit, paſſio vero actus quo patiẽs patit: ergo ſunt diſtincti act⁹. Secũdo id patet ex prę finis: nã finis actionis eſt factũ, vt finis calefactionis eſt calidũ facere: finis autẽ paſſionis affect⁹.i. paſſum eſſe. vt calidũ eſſe: ğ act⁹ ipſi ſunt diuerſi: nã act⁹ penes fines diſtingunt. ¶Mox arguit ad ptẽ affirmatiuã.ſ. ꝙ ſunt idẽ mot⁹. Si actio, inq̃t, ⁊ paſſio ſunt diuerſi actus, cũ vtraq; ſit motus, quęrit an ambo illi motus ſint in patiẽte, an actio quidem in agente, paſſio vero in patiente: neutrũ iſtorũ: ğ. Interſerit parẽteſim. [Si autem oportet hanc.i. actũ qui eſt in paſſo actionem vocare, ęquiuoca vtiq; erit nominatio] vbi Themiſti⁹, quẽ S.Tho. ſequit. dicit inſinuari tertiũ mẽbrũ, quo quis poſſet dicere motum qui eſt actio eſſe in patiente: et motum qui eſt paſſio, in agente. Et ideo dicit abſurdũ eſſe, actũ qui eſt in paſſo appellare actionẽ. Tametſi forſan Ariſt. hic non inſinuat tertiũ mẽbrũ: ſed tanꝗ̃ per ſe id abſurdiſſimũ pręterit. Inſerit tamẽ (id qđ ego arbitror) hęc verba, eo ꝙ qui aliũ actũ poneret in agente, ⁊ aliũ in patiente nõ poſſet nihilomin⁹ negare actũ qui eſt in patiente appellari actionem, ęquiuoce tñ: nã ille diceret actio, q2 eſt ab agente: actus vero agentis eſſet actio a quo denominaret agens. Quartum vero mẽbrum.ſ. ꝙ ambo actus eſſent in agente, excluſum eſt cũ oſtẽſum fuerit, motũ eſſe in mobili. ¶Probat ſubinde minorẽ ſyllogiſmi. Et primo quoad primũ mẽbrũ. Si inquit actus qui eſt actio eſt in agente, paſſio vero in patiẽte, ſequit tunc ꝙ in agente erit motus, puta actus ille: eadem enim erit tũc ratio actus producti in paſſo, ⁊ actus producti in agente.ſ. vt vterq; ſit motus. Vnde cõtinuo ſequeretur, aut ꝙ omne agẽs agendo moueret, aut ꝙ aliquod ſubiectũ, vbi formaliter eſſet mot⁹, nõ moueret: quorũ vtrunq; eſt abſurdum. ¶Sed dicet quis quõ habetur pro incõuenięti, ꝙ agẽs agendo repatiatur? cum id ſupra fuerit aſſertum. ¶Reſpõdetur ꝙ nõ habetur pro incõuenięti ꝙ agẽs mouẽdo paſſum, viciſſim moueatur ab illo: ſed incõueniẽs hic illatum eſt, ꝙ agens ea ratione qua agit, et per eundẽ motum quo agit pateretur: nẽpe ꝙ calefaciens quaten⁹ calefacit, calefieret. Aut cõcedendũ eſſet (inquit) ꝙ in calefaciente eſſet motus calefactionis, ⁊ nõ calefieret. ¶Si autem detur alterum membrũ.ſ. ꝙ vterq; motus eſſet in patiente, tunc ſequũtur duo incõuenientia. Primũ ꝙ actus nõ eſt in ſuo proprio ſubiecto: cũ enim actio inquantũ actio ſit proprius actus agentis: ⁊ paſſio, patientis, vt doctio eſt actus doctoris, ⁊ diſciplina actus diſcipuli, fit vt ſi eſſent actus diſtincti, actio deberet eſſe in agente, ⁊ paſſio in patiente. Alterũ incõueniens eſt, ꝙ tunc ſequeretur paſſum ſimul pati duobus motibus eiuſdẽ ſpeciei: nihil nãq; prohibet vt aliquid ſimul moueatur plurib⁹ motibus, vt cum aqua dum gelatur, ſimul frigefit, ⁊ condenſatur, ⁊ albefit: ſed tamẽ in propoſito eadem aqua cũ calefit ab igne, reciperet duos motus calefactionis, puta actionem, et paſſionem, ⁊ per

ꝛ per ꝯñs ab vtroq; deberet moueri: qđ eſt abſurdū: nã calefactio vnicus eſt motus. Ex his ergo interrogãter ɔ̃cludit partem affirmatiuã: nẽpe vtrū propter has rationes dicendum ſit ꝙ actio et paſſio ſint idem motus. ¶ Attñ reſurgit iterũ aduerſus eam: inferẽdo quatuor inconuenientia. Primũ q̃ irrationabile vr̃ duorũ diſtinctorũ ſpecie (q̃lia ſunt agẽs ꝛ patiẽs) vnum atq; eundẽ eſſe actũ. Secũdũ (qđ eſt ſuperioris maior explicatio) ſequeret̃ ꝙ doctio ꝛ diſciplina idem oĩno eſſent actus, ꝛ per ꝯñs idem eſſet actio ꝛ paſſio: cũ tñ appareãt res diuerſiſſimę. Quę ſi ɔ̃cedãtur, ſequit̃ ꝙ idẽ itidẽ ſit agere ꝛ pati, docere ꝛ diſcere, ꝛ per ꝯñs ꝙ docens ea ratione qua docet diſceret: ꝛ dicens ea ratione qua diſcit, doceret. Quę oĩa per ſe apparẽt manifeſte falſa. Et eſt notãdus iſtorum ordo. Nã primo infert̃ pro incõuenienti ꝙ idẽ actus ſit duorũ: ſecũdo ꝙ actus ſignificati in abſtracto per diuerſa nomina ſint idem: tertio ꝙ agere ipſum ꝛ pati, vt ſignificantur per verba, ſint idem: ꝛ quarto ꝙ agens ipſum in concreto, qua ratione eſt agens, ſit patiens.

Textus. xx. ❧ An neque alterius actum in altero eſſe: inconueniens eſt? eſt enim doctio: actus docẽtis, in quodã tamen & non deciſus, ſed huius in hoc. ℭNeq; enim vnum duobus, quicq̃ prohibet eũdem eſſe non vt eſt idem: ſed vt eſt id quod potentia eſt ad id quod eſt actu.

Cõcluſio. ¶ In tex. 20. rñdet ad quęſtionẽ affirmatiue, ɔ̃cluſione hac trimẽbri. Actio ꝛ paſſio ſunt re idẽ motus: ꝛ ille exiſtit in paſſo qđ mouetur: differũt tñ rõne: nẽpe ꝙ actus ille, vt eſt ab agẽte, eſt actio: ꝛ vt in patiente, eſt paſſio. Itaq; diuerſis relationibus diſtinguitur. Cõcluſio hęc patet ex argumẽtis factis ad partẽ affirmatiuã.

Quinq; icõueniẽtia. ¶ Supeſt nihilomin⁹ quinq; incõueniẽtia diſſoluere, quę in cõtrariũ videntur militare. Primũ eſt illđ, ꝙ etiã ſi actio ꝛ paſſio ſunt idẽ mot⁹, actio nihilomin⁹ eſt in paſſo: qđ. ſ. ꝓ incõuenienti ducebat̃: eo ꝙ actio eſt act⁹ agẽtis, ꝛ per ꝯñs vr̃ debere eſſe in agẽte. Huic rñdet, nullũ eſſe incõueniẽs ꝙ act⁹ vni⁹ ſit in alio. Doctio. n. eſt act⁹ agẽtis: nõ quidẽ tanq̃ ſubiecti, ſed tanq̃ efficiẽtis: obidq; talis act⁹ eſt in paſſo. Eſt enim doctio doctrina, quę eſt in diſcipulo inquãtum fit a doctore. Et hoc eſt qđ ait [nõ deciſus]. i. ɔ̃tinue ꝓductus ſine interruptione. Nam magiſtro ceſſante docere, tunc ſcientia diſcipuli dicet̃ doctrina: nõ tñ doctio, vt eſt mot⁹ ꝛ actio. vnde ea ſcientia quã diſcipulus ſine doctore ſuopte ingenio meditando acquirit, nõ eſt doctio. ¶ Alterũ incõueniens erat primũ eorum quatuor quę poſtremo ſunt illata: vz, ꝙ idem ſit actus duorũ ſpecie diuerſorũ. Cui reſpondet dicens. [Neq; enim duobus ꝛc.]. i. nihil prohibet eundẽ eſſe actũ duorum diuerſis rationibus. Nã idem motus dr̃ actio, inquantum procedit a potentia agentis: ꝛ dr̃ paſſio, inquãtũ per eũ ſubiectum fit actu tale, vt calefactio aquę, eſt actio inquantũ eſt a potẽtia actiua ignis: ꝛ eſt paſſio inquantum per eum aqua fit actu calida. Vel aliter. Eſt actio inquãtum procedit ab igne: qui eſt actu calidus, et eſt paſſio inquantum recipitur in aqua, quę eſt potentia calida.

Textus. xxj. ℭNeque neceſſe eſt docentem: diſcere. Atq; ſi pati & agere idem eſt. non tñ vt ratio ſit vna quod quid erat eſſe dicens, ſicut tunicæ & indumento, ſed vt via à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas. quemadmodum dictum eſt & prius. nõ enim eadem omnia iis inſunt quæ quolibet modo eadem ſunt: ſed ſolũ quibus eſſe idem eſt. ℭAt verò neq; ſi doctio & diſciplina ſint idem: & diſcere & docere idem erunt. ſicuti neq; ſi ſpacium vnum diſtantium ſit: & diſtare hinc illuc, & illinc huc, vnum & idem eſt.

¶ Tertio loco in textu. 21. ſoluit quintũ inconueniens ibi [Neq; neceſſe eſt ꝛc.]. i. eſto cõcedatur idẽ eſſe agere ꝛ pati. i. docere ꝛ diſcere ſint idem realiter, non tñ inde ſequitur ꝙ docens ſit addiſcẽs: aut addiſcẽs ſit docẽs. Nam agere ꝛ pati nõ ſunt oĩno idẽ ſecũdũ eandẽ rõnem, ſicut tunica ꝛ indumẽtum: ſed ſunt idem diuerſis rationibus. Sicut eadem eſt via a Thebis ad Athenas, quę eſt ab Athenis ad Thebas: non tñ eſt idem motus. Imo ſunt cõtrarij: q̃ terminus a quo vnius eſt terminus ad quẽ alterius. Eſt accõmodatiſſimũ exẽplum: q̃ eodẽ mõ actio ꝛ paſſio ſunt idem calor qui recipitur in aqua: ſ; eſt actio ſi incipiamus ab agente a quo procedit: ꝛ paſſio ſi incipiamus ab aqua in qua recipitur. ¶ Quarto loco ſoluit quartũ incõueniẽs qđ erat tertium inter illa quatuor poſtrema: vz ꝙ ſi actio ꝛ paſſio, vt ſignificantur per nomina ſunt idẽ, tunc agere ꝛ pati eſſent idẽ. Cui reſpondet ibi [At vero neq; ꝛc.] dicẽs ꝙ nõ ſequitur, actio eſt paſſio: ergo agere eſt pati, q̃ in cõſequẽti denotatur applicatio actionis ꝛ paſſionis ad ſuos cuiuſq; terminos: q̃lis nõ nõ denotatur in antecedẽti. Sicut nõ ſequitur. Eadẽ diſtantia Thebarum ab Athenis, quę eſt Athenarum a Thebis: ergo idem eſt diſtare ab Athenis ꝛ diſtare a Thebis: nã diſtãtia in abſtracto eſt eadẽ: diſtare tñ in concreto non eſt idem.

❧ OMNINO verò dicere eſt: ꝙ neq; doctio cũ diſciplina: neq; actio cũ paſsione idẽ propriè eſt. ſed cui inſunt hæc: mot⁹: nam huius in hoc & huius ab hoc actum eſſe: ratione diuerſum eſt. Textus. xxij.

ACTIO & paſsio idẽ mot⁹.

¶ In tex. 22. quinto loco ſoluit tertiũ incõueniẽs qđ erat ſecũdũ inter vltima q̃tuor: dicens ꝙ etiã ſi detur actionẽ ꝛ paſſionẽ eſſe eũdẽ motum: non tñ formal'r ſequit̃ ꝙ actio ꝛ paſſio. Artificioſe ergo negauit oẽs tres ꝯñias. Actio eſt res quę eſt paſſio: ḡ actio eſt paſſio. Actio realiter eſt paſſio: ḡ agere eſt pati. Agere real'r eſt pati: ḡ idẽ eadẽ ratione agit ꝛ patitur. Vbi adnotãdus eſt mod⁹ loquẽdi Ariſt. cõcedit. n. idẽtice ꝙ actio eſt idem motus qui eſt paſſio: non tñ formaliter actio eſt paſſio: nã actio ꝛ paſſio ſunt diuerſa prędicamenta formaliter diſtincta: ꝛ per ꝯñs primo diuerſa.

Reales ꝛ noĩales. Vbi etiam animaduertant reales ꝙ Ariſto. non poſuit prędicamenta adeo realiter diſtincta, vt ipſi putant. ſ. tanq̃ duas res: ſed tanq̃ diuerſas rationes formales. Actio enim eſt motus vt exit ab agente qui eſt in actu: paſſio vero eſt mot⁹ vt recipitur in paſſo quod carebat illo actu. Sed et nominales pariter adnotent, ꝙ nihilominus formaliter actio non eſt paſſio:

Textus. xxiij. ❧ Quid igitur motus ſit: & vniuerſaliter. & ſecũdum partem dictum eſt. non enim immanifeſtũ eſt: quomodo diffinietur ſpecierum vnaquæq; ipſius.



ipſius. Alteratio enim: alterabilis quatenus eſt alterabile, actus eſt. Amplius autẽ, notius: eſt actus. potentia actiui & paſsiui, quatenus huiuſmodi & ſimpliciter, & rurſum ſecundũ vnũquodq;, vt ædificatio, aut medicatio. eodem autem dicetur modo: & de aliorum motuum vnoquoque.

¶ In tex. deniq; 23, ꝛ poſtremo facit dictorũ epilogũ dicens dictum eſſe quid ſit motus, ꝛ vl'iter. ſ. in genere, ꝛ ſm partẽ. i. ſm ſpecies motus. Nam per ea quę dicta ſunt facile quis põt quãcũq; ſpeciẽ motus diffinire. Etenĩ ſi motus eſt act⁹ mobilis inquantũ mobile, alteratio (quę eſt vna ſpẽs motus) eſt actus alterabilis inquantũ alterabile: ꝛ augmentatio actus augmentabilis inquantum augmentabile ꝛc. ¶ At vero quia dictum eſt modo actionem ꝛ paſſionem eũdem eſſe actum, ait conſequenter ꝙ motus ſi diffiniatur in rõne actionis, debet diffiniri, ꝙ eſt actus motiui inq̃tum motiuũ: vt ędificatio eſt ędificatoris inquantum ędificator: ꝛ medicatio eſt actus medici inquantum medicus. Si autem inquãtum paſſio, erit actus mobilis inquãtum mobile. Et hoc innuit modo noti⁹ explicabit̃ natura motus. ¶ Sequitur hic. q. 1. ſuper tex. 6. ꝛ. q. 2. ſuper text. 4.

## ❧ QVO QVAERITVR, AN ſit infinitum.

## CAPVT. IIII.

Textus. xxiiij. QVONIAM autẽ de nutura ſcientia, eſt circa magnitudines, & motũ, & tempus, quorum vnũquodq;, neceſſe eſt aut infinitum, aut finitũ eſſe, & ſi non omne eſt aut infinitum, aut finitum: affectus, aut punctus (talium enim fortaſſe nullum: neceſſe eſt in altero horum eſſe) conueniens vtique erit de natura pertractantem ſpeculari de infinito, ſi eſt aut non: & ſi eſt, quid eſt.

¶ Expedita ꝑma parte hui⁹ libri de motu, ꝓcedit Ariſt. ad ſecũdã de infinito. Quę ꝑ quinq; capita vſq; ad finẽ libri ꝑtendit. Atqui in hoc. 4. cap. qđ vndecim ɔ̃tinet text⁹, proponit q̃ſtionẽ, recitatq; antiquorũ opiniones de infinito. Premittit ergo ꝑmo tex. 24. hãc ɔ̃cluſionem, ꝙ ad philoſophum naturalẽ attinet de infinito diſputare. Quã probat ꝛ rõne ꝛ authoritate.

Cõcluſio. Rõ eſt hęc. Phi naturalis negociũ circa magnitudines, motũ, ꝛ tẽpus verſat̃: hęc aũt, aut oĩa, aut ſaltẽ plurima, finita neceſſe eſt eſſe, aut infinita: nã ſunt quãta, ꝛ de ratione quãti eſt eſſe finitũ vel infinitũ, ḡ philoſopho naturali negociũ eſt de ĩfinito diſſerere. Excepit in maiori ꝓpoſitione punctũ, ꝛ affectũ a ratione finiti ꝛ infiniti: quamuis ad res naturales pertineãt. Pũctum. n. q̃ nõ eſt quantũ, nec proprie habet terminos, vt ſit finitum, nec eſt diuiſibile in partes, vt ſit infinitum: ſed dicitur negatiue ꝛ abuſiue infinitũ: quia caret terminis. Nomine affectus. i. paſſionis intelligunt expoſitores etiam S. Thomas paſſibiles qualitates. vel ſecundum alios totum prędicamentum qualitatis: eo ꝙ qualitas non eſt per ſe finita, vel infinita: ſed per accidens ratione quãtitatis. At vero iſta ratione etiã ſubſtantia eſſet excipiẽda: quippe quę ſolum ratione quãtitatis eſt finita, vel infinita. Obidq; forte nomine affectus intelligit ſolos affectus mẽtis: qui ſunt indiuiſibiles. vt eadem ratione, qua excluditur punctum, excludãtur a ratione finiti, ꝛ infiniti.

❧ Signum autem eſt: ꝙ huius ſcientiæ, propria ſit conſideratio de ipſo. nam omnes qui videntur pro dignitate tetigiſſe talem Philoſophiam: fecerũt ſermonem de infinito. atq; omnes tanq̃ principium quoddam ponunt eorum quæ ſunt. Alij quidem, quemadmodũ Pythagorei, atq; Plato: per ſe, non ſicuti accidens alicui alteri, ſed vt ſubſtantiam, ipſum eſſe infinitum. verũ Pythagorei quidem in ſenſibilibus. neq; enim abſtractum faciunt numerum: eſſeq; quod extra cœlum eſt, infinitum. Plato autem, extra quidem nullum eſſe corpus, neque ideas, eò quòd nuſq̃ ſunt ipſę. tamen infinitum & in ſenſibilibus, & in illis eſſe. Textus. xxv.

¶ In textu. 25. probat eandẽ concluſionẽ authoritate: nam ſignũ eſt infiniti cõſiderationẽ ad philoſophũ pertinere, quod omnes quotquot fuerunt celebres antiquitus philoſophi, nõ ſolum de infinito ſermonẽ habuerũt, verũ infinitũ ſtatuerũt tanq̃ principiũ rerũ naturaliũ: tametſi id differẽter. Nam Thales ꝛ alij nominati naturales poſuerunt illud principiũ per accidẽs: dicentes principiũ eſſe aquã, aut aerẽ, aut ignẽ: cui accidebat finitum, aut infinitum eſſe. Pythagorici vero, ꝛ Platonici ponebant finitum ꝛ infinitum tanq̃ principium ſubſtantiale, vt text. 35. monſtrabitur. Quanuis ꝛ inter iſtos differebat duobus modis. Primo ꝙ Pythagorici non ponebãt aliquod finitum vel infinitum ſeparatum: puta ideã finiti vel infiniti: ſed ſolũ id aſſerebant in numeris ſenſibilibus ꝛ materialibus: et ſecundo quia ponebant infinitum extra cęlum, vnde iſta deriuabãtur. Plato vero ponebat rationem infiniti non ſolum in numeris ſenſibilibus, ſed etiã in ideis ſeparatis: neq; tamen ponebat aliquod infinitum extra cęlũ: nam ideas, cum eſſent immateriales, non aſſerebat Plato eſſe in loco.

Pythagorici. De iſtis Pythagoricis nihil certum habemus: ſed etiam Themiſtius et antiqui expoſitores coniecturis explicant opinionem Pythagoreorum. Etenim, vt lib. 1. ſuper textum. 48. adnotauimus, Pythagorici Egiptiorum mathematicis aſſueti, non ſolũ rerum naturas, ſed etiã hominũ mores numerorũ ſimilitudine metaphorice explicabãt. Quare nõ ſunt ita intelligendi, (inquit Philoponus) ꝙ crederent res cõſtare materialiter ex ſpeciebus numerorũ: ſed ꝙ rerum cõpoſitio optime explicatur per naturas numerorum. Cum enim numerus par ſit aptus diuiſioni (diuiditur enim numerus oĩs par in duo ęqualia) ꝛ omne ɔ̃tinuũ ratione materię ſit diuiſibile in infinitum, numerũ parẽ appellabant infinitatẽ ꝛ principiũ materiale: ꝛ q̃ numerus impar ineptus eſt diuiſioni: quippe qui non poteſt in duo ęqualia diuidi, finitatẽ appellabãt numerum imparem: ꝛ q̃ forma eſt quę determinat infinitatẽ ꝛ indr̃iam materię ad certã ſpeciẽ, numerũ itidẽ imparem appellabant principiũ formale. vt ſtatim apparebit. Et eadem ratione numerũ parem appellabãt fęminã, quę ſe habet vt principium materiale: numerum vero imparem appellabãt maſculum. Hac nimirũ vtẽtes analogia. Quicũq; par numerus

ſignatus

ſignatus vt.v.g.quaternarius eſt diuiſibilis: ⁊ per ꝯñs habet ſe vt materia ⁊ fȩmina: addita vero vnitate, efficitur īdiuiſibilis: vnde vnitas adueniēs numero pari, habet ſe vt maſculus ⁊ forma determinās ad certam ſpeciem. Et pariter vt ait Philoponus in moralib⁹, quinarium numeꝝ tribuebant nuptiis, propterea ꝙ cōſtat ex primo pari ⁊ primo impari.ſ.ex binario ⁊ ternario: qui ſeſe vt prima fȩmina ⁊ primus maſculus amplexantur. Et numerum denarium appellabāt ius: quia ius dicit ȩqualitatē perfectam: ⁊ numerus denarius diuiditur in duos quinarios ȩquales: ⁊ quinarius quia cōſtat ex numero pari ⁊ impari habet rationē totius ⁊ perfecti. Principium ergo materiale appellabāt numerū parem, et per ꝯñs infinitū. Et hoc eſt qđ ait Ariſto. poſuiſſe infinitū ſubſtantiale principiū: qꝛ cū numerus eſſet principiū, ⁊ de intrinſeca ratione numeri paris ſit infinitas, fit vt infinitas ſit de ſubſtātia ipſius principij. At vero quia ſub orbe lunȩ nō pōt eſſe infinitum in actu, neqꝫ in magnitudine neqꝫ in multitudine, dicebāt, vt ait Philoponus, extra cȩlum eſſe infinitū in actu: ex quo per quȩdā foramina cȩli hȩc omnia inferiora dimanabant ⁊ fouebantur. Quod Simplicius nō ſolū (ait) cōmētitium: ſed deliramentum. ¶ Plato vero ponebat infinitū tam inſenſibilibus (qđ eſſet principiū materiale) ꝗꝫ in ideis qđ erat principium formale. Et locutio Platonis etiam eſt metaphorica: qꝛ enim dualitas eſt primus numerus, omnē diuiſionē quȩ fit ex parte materiȩ appellabat dualitatē. Differunt.n.res ex parte materiȩ penes magnum ⁊ paruū.ſ.penes augmentū qđ tendit ad perfectionē rei, ⁊ decrementū qđ tēdit ad corruptionē. Et ideo metaphorice magnū ⁊ paruū appellabat principia materialia, vt infra tex. 61. amplius patebit. Ideas vero ponebat infinitas in virtute: qꝛ ex idea cuiuſcunqꝫ ſpeciei exire poterant infinita indiuidua. Ponebat enim mūdum infinitū futurū. Unde negabat extra cȩlum aliquid eſſe: qꝛ ideȩ ſufficiebāt ꝑpetuis ḡnationibus. Quȩ cū eſſent immateriales, nuſꝗꝫ erant.i. non erāt proprie in loco. Et ideo ſꝫm Platonē pariter infinitum erat principiū ſubſtantiale: quia cū principia materialia appellaſſet magnum et paruū.i.quantū ⁊ corpus, ⁊ de intrinſeca ratione quantitatis ſit finitas vel infinitas, fit vt infinitas ſit de ſubſtantia principiorum.

Textus. xxvj. Et hi quidem, infinitum eſſe par. hoc enim cōprehenſum & ab impari terminatum: tribuit iis quæ ſunt, infinitatem. ſignū autem huius: id eſſe quod cōtingit in numeris. circūpoſitis enim gnomonibus circa vnū & ſeorſum. aliquando quidē aliam ſemper fieri ſpeciem, aliquādo autē vnam. Plato autem, duo infinita: magnum & paruum.

¶ In tex. 26. proſequit̃ amplius explicare opinionē Pythagorȩ: quō.ſ.numer⁹ par haberet rōnem infinitatis, ⁊ materiȩ, ⁊ fȩminȩ: ⁊ numer⁹ impar, rōnē finitatis, ⁊ formȩ, ⁊ maſculi. Primo rōne, deinde exēplo. Ratio eſt hȩc. Id qđ de ſe eſt īdifferēs ⁊ ab alio cōprehendit̃, ⁊ terminatur, habet ſe vt infinitum ⁊ materiale ⁊ fȩmina: id vero quod aliud comprehendit ⁊ terminat, habet ſe vt finitum, ſcilicet finiens aliud ⁊ vt forma conſtituēs certā ſpeciem: ſed numerus par quicunqꝫ de ſe eſt diuiſibilis: ⁊ per ꝯñs habet ſe vt indifferens ad plura: addita vero vnitate, reſultat numerus impar: quȩ proinde facit ipſum indiuiſibilem: ergo numerus impar reſpectu paris habet ſe vt finiēs ⁊ terminās parē, qui de ſe erat ſicut infinita materia indifferens ad plura. ¶ Explicat perſpicatius rem euidentiſſimo exēplo in mathematicis. Sunt tamen eius tñi prius adnotādi. Gnomō Gnomō. apud geometras eſt additio quȩ fit quadrato ȩquilatero ex parte duarum coſtarum, quȩ cum eodem quadrato reddit etiam ȩquilaterū quadratū eiuſdē figurȩ cū priori. Quȩ quidē additio conſtat ex duobus ſupplemētis ad longitudinē coſtarū prioris quadrati cū paruo quadrato qui fit in angulo ſuper diametrum prioris quadrati. Et eſt notandum ꝙ quantūcunqꝫ multiplicentur ⁊ addantur huiuſmodi gnomones, nunꝗꝫ variatur figura quadrati: ſed ſemper manet quadratū ȩquilaterum, vt patet in ſubiecta figura,




Ubi additi ſunt duo gnomones, quib⁹ quotcūqꝫ eadem arte poſſunt ſuperaddi. ¶ Secūdo notandum ꝙ id quod contingit quadrato in quantitate continua per additionē gnomonum.ſ. ꝙ nunꝗꝫ variatur figura, contingit in numeris imparibus ſi continua ſerie addantur vnitati. Numerus quadratus eſt qui reſultat ex numero per ſe multiplicato. Numerus quadrat⁹. Exempli gratia. Si vnitati addas ternarium (qui eſt primus impar) reſultat numerus quaternarius: qui eſt quadratus: cum reſultet ex bis duob⁹: ꝙ ſi quaternario addas quinarium, reſultat nouenarius: qui itidē eſt quadratus: cū reſultet ex ter trib⁹: ⁊ ideo hȩc additio eſt ſicut additio gnomonis ad q̄dratū. Rurſus ſi nouenario addas ſeptenariū (qui eſt terti⁹ impar) reſultat. 16. qui pariter eſt numerus q̄dratus, reſultās ex quater quatuor, cui ſi addas nouenarium (qui eſt vltim⁹ impar inter vnitates) reſultant. 27. qui eſt numerus quadratus ⁊ cubus: puta reſultans ex ter tribus triplicatis. Cum ergo additio numerorū impariū ad vnitatem nunꝗꝫ mutet figurā numeri, fit vt numerus impar habeat rationē vnitatis, atqꝫ adeo finitatis. Numeri vero pares ſi addantur ſerie ⁊ ordine ad vnitatem, ſemper mutant figuram: nam ſi vnitati addas binarium, reſultat figura triāgularis.ſ. ternarius: cui ſi addas quaternarium, reſultat figura eptagona.i.ſeptem angulorum. Signum ergo eſt ꝙ numerus par habeat rationem multiplicitatis, ⁊ per ꝯñs infinitatis. ¶ Plato vero ponebat duo infinita principia materialia.ſ. magnum ⁊ paruum: ratione iam dicta: quam ſuper text. 61. euidentius explicabimus.

Textus. xxvij. Qui autem de natura diſſerunt: omnes ſemper ſubiiciunt alteram quandam aquam dictorū elementorum infinito. vt aquam, aut aerem, aut medium horum. Eorum vero qui finita faciunt elementa: nullus infinitum facit. Quicunq; autē infinita faciunt elementa, quemadmodum Anaxagoras, & Democritus, ille quidem ex iis q̃ ſunt ſimilium partium, hic autem ex omni ſeminario figurarum: tactu continuum infinitū eſſe dicunt.

¶ In tex. 27. reuertitur ad modū explicādum quo philoſophi naturales poſuerūt infinitum. Diſtinguit hic Ariſto. naturales aduerſus Pythagorā ⁊ Platonem, vel ex eo (vt Philoponus cenſet) ꝙ Pythagoras ⁊ Plato, (propterea ꝙ intendebant rebus diuinis) potius Theologi ⁊ diuini ⁊ ſupernaturales tunc temporis dicebantur, ꝗꝫ phyſici ⁊ naturales, vel forſan (quod literȩ ſequentis capituli magis conſentaneum eſt) quia Pythagoras more potius mathematico per numeros, qui abſtrahunt a materia ⁊ motu, philoſophabat, ꝗꝫ modo naturali: ⁊ Plato ponebat ideas immobiles, quȩ ſunt ꝑncipia immobilia. Itaqꝫ ambo ponebant infinitū quodāmodo ſeparatum a materia: vt.c. ſequenti videbit̃: cū tñ naturales nō tractēt, niſi de reb⁹ vt ſunt in materia, eo ꝙ ꝑncipia phyſica oīa ſunt mobilia. Atq̄ ꝑmo ait oēs eiuſmodi phyſicos (eos ſaltē qui infinitum ponebant) hoc inter ſe conuenire, ꝙ ponebant infinitum principiū per accidēs: nam principia ponebant ſubſtātias quibus accidebat eſſe finita vel infinita: ad differentiam Pythagorȩ ⁊ Platonis qui dicebant infinitatē eſſe quodāmodo de ſubſtantia principiorum. vt ſupra expoſitum eſt. ¶ Partitur autē prius iſtos philoſophos in tres gradus. Nā ex illis aliqui ponebant vnum principiū materiale: puta aquā vel aerem, vel ignē, vt.1.libr. ſup textū. 32. expoſitū eſt. Aquȩ vero aut igni accidit, ꝙ ſit infinitū ſꝫm durationē ⁊ ſꝫm magnitudinē, qꝛ de ſe nō habet determinatā quātitatē, vt illi dicebant. Opiniones Parmenidis et Meliſſi, tāqꝫ nō naturaliū, ſilentio prȩterit. ¶ In ſecundo gradu erant qui ponebant plura principia materialia, finita tamē: vt Empedocles de quo ſup eūdē etiā textū. 32. dixim⁹: q̄ ponebat quatuor elemēta principia rerū. Et iſte nullū principiū poterat ponere infinitū, ꝑpterea ꝙ infinitū oīa replet: ⁊ per ꝯñs nō relinquit locū alteri. vñ ſi aer eſſet infinitus, nullus poſſet eſſe ignis aut quicꝗꝫ aliud. ¶ In tertio gradu fuerūt illi qui ponebant principia plura, ſed infinita numero: vt Anaxagoras ⁊ Democritus. Qui quidē differebant, ꝙ Anaxagoras ponebat infinitas particulas ſimiles in ſpē cū ipſo toto, differētes tñ ſpē a ꝑncipiis alteri⁹ rei: vt infinitas carnis, infinitas oſſis ⁊c. vt lib.1. ſup eūdē textū. 32. dicebam⁹. Democrit⁹ vero ponebat infinitas atomos eiuſdē ſpeciei oīum rerū, differētes tñ poſitione ⁊ figura: vñ dr̃ia figuraꝝ erat cauſa diſtinctionis rerū: quȩ proinde ſolū erat accidentalis, vt in eodem lib. ſuper tex. 41. vtcūqꝫ explicuimus. Quare ambo iſti ponebant principium infinitum ſecundū multitudinem.ſ. infinitas atomos: atqꝫ adeo infinitas hȩc erat ſicut accidens principiorum, qꝛ non erat de eorum eſſentia.

Textus. xxviij. Atque ille quidem quālibet partem haud ſecus atq; totum, eſſe mixtionem. ex eo quia videt quodlibet ex quolibet fieri. hinc enim dicere videtur: & ſimul aliquando omnes res fuiſſe. vt hȩc caro, & hoc os: & ſic quodlibet. & omnia itaque, & ſimul igitur. principium enim diſgregationis: non ſolum in vnoquoq;, ſed & omnium eſt. Cū enim omne quod ſit, ex tali fiat corpore, omniū autem ſit generatio, verùm non ſimul: etiā quoddam principiū eſſe oportet generationis. hoc autem eſt vnum, quē ille vocat intellectū. intellectus autē: à principio quodā operatur cùm intellexit. quare neceſſe eſt ſimul omnia aliquādo moueri.

¶ In text. 28. ⁊ ſequenti proſequit̃ amplius explicare differentiā inter Anaxagorā ⁊ Democritū. Ait eñ ꝙ Anaxagoras quodlibet affirmabat fieri ex quolibet. vt carnem ex oſſe, ⁊ os ex carne: qꝛ quodlibet erat in quolibet. vt illic a nobis expoſitum eſt. Et ideo quodā mō ſecundū illum principia fiebāt ex alterutris. Segregationem autē vnius ex alio, dicebat fieri ab alio principio efficiente: quod vocabat mentē. Quȩ non ſolū erat cauſa particularium ſegregationū, vtpote quando modo ex equo generatur equus, aut ex ligno cineres, ſꝫ fuerat cauſa primȩ generationis mundi, quando ex chao diſgregatȩ ſunt res ex quib⁹ mundus conſtat. Obidqꝫ Anaxagoras prȩter principium materiale, ponebat cauſam efficientem. Alebat enim mētem fuiſſe ȩternam, quȩ infinito tempore fecit vnum chaos rerum: ex quo poſtea in tempore per diſgregationem creauit mundum. Qui proinde habuit principium, ⁊ nō habebit finem.

Textus. xxix. Democritus autem nullum aliud ex alio fieri, primorum dicit: ſed tamen ipſum cōmune corpus, omnium eſſe principium, magnitudine ſecūdum partes, figuraq; differens.

¶ In textu. 29. ſubiungit quō Democritus differebat ab Anaxagora. Primo enim differebat ꝙ Democritus non cōcedebat quodlibet eſſe in quolibet, atqꝫ adeo nec quodlibet fieri ex quolibet, ⁊ ſecundo ꝙ non ponebat cauſam efficientem: nam intellectus non facit a caſu: ſed conſulto. Unde ſecundū Democritum non erat niſi principium materiale: puta illȩ atomi: quȩ a caſu concurrentes orbiculares fecerūt cȩlū orbiculare: ⁊ concurrentes ſub alia figura ⁊ poſitione fecerūt aliud quodlibet ens. De qua opinione ſatis loco citato lib.1. ⁊ lib.2. q. vltima dictum eſt. Semper intelligo Democritum ſolum negare cauſam efficientem in prima inſtitutione mundi: ſed tunc forte ⁊ a caſu fuiſſe factum: nam nunc particularium generationum non negaſſet ignem ⁊ equū ⁊c. generare vt cauſas efficientes.

Textus. xxx. Quod igitur conueniens ſit phyſicis hæc ſpeculatio: manifeſtum eſt ex his. Rationabiliter autem: & principium ipſum ponunt omnes. Neq; enim

enim fruſtra, poſsibile ipſum eſſe, neq; aliam ipſi ineſſe potentiam: niſi vt principiũ. Omnia enim aut principium ſunt: aut ex principio. infiniti autem non eſt principium: eſſet enim ipſius vtique finis. Amplius autem & ingenitum, & incorruptibile: principium quoddam cùm ſit. Quod enim fit: neceſſe eſt accipere finẽ. & finis omnis eſt corruptionis. Quare, ſicuti dicimus, non huius, principium: ſed hoc, aliorum videtur eſſe, & continere omnia, & omnia gubernare: vt affirmant quicunq; non faciunt præter infinitum, alias cauſas, vt intellectum, aut amicitiam, & hoc: eſſe diuinũ. immortale enim eſt, perireq; non poteſt: vt affirmant Anaximander & plurimi Phyſiologorũ.

¶ In textu. 30. diſputationẽ aggrediẽs aduerſus antiquos primo approbat quatuor quę (dato infinito) optime eius rationi veteres attribuebãt. Primum ꝙ ſi eſſet infinitũ, illud deberet eſſe principium. Cuius ratio eſt. Si infinitum eſt, illud nõ eſt fruſtra: nam abſurdum eſſet tantum ens ponere fruſtra in rerum natura. Quod ſi nõ eſt fruſtra, tunc aut eſt principatũ, aut principiũ: omne enim ens, aut eſt principiũ, aut principatũ: nec eſt dare mediũ, at infinitum, principatum eſſe non põt: q̄r infinitũ, non põt habere principium, alias haberet etiã finẽ: ⁊ per ꝯñs non eſſet infinitũ: ergo neceſſe erat vt infinitũ eſſet aliorꝫ principiũ, ne eſſet fruſtra. ¶ Secundũ qđ attribuebant infinito, erat eſſe ingenitum ⁊ incorruptibile. Et hoc quoꝫ inquit bene inferebant: nã ſi eſt principiũ, nõ habuit aliud principiũ, alias habuiſſet finẽ: ⁊ per ꝯñs non eſſet principium infinitũ. Colligit ergo, ꝙ dato infinito illud debuit eſſe principium ⁊ ingenitum. ¶ S. Thom. ait iſtas rationes in ęquiuoco laborare: ⁊ per ꝯñs non eſſe approbatas ab Ariſtotele, ſed recitatas ex antiquorũ ſententia: qm̃ de ratione infiniti materialis (quale antiqui ponebant) ſolum eſt non habere principium nec finẽ magnitudinis: cui tñ non repugnabat habere principiũ ⁊ finem durationis. Et ideo non ſubinde ſequit, ſi eſt infinitum, non eſſe principatũ ⁊ cauſatũ ab alio, in genere cauſę efficiẽtis. Atqui ſm̃ verſionem Boetij, quã S. Tho. ſequitur, probabilitatẽ habet hęc expoſitio. Vertit enim Boetius. Rationabiliter antiquos infinitũ ponere eſſe principiũ. Et aduerbiũ, rõnabiliter, põt exponi, dialectice ⁊ apparẽter. Attñ ſm̃ veram tranſlationem literę Gręcę, quę eſt in textu noſtro, vr̃ ꝙ Ariſto. non ſolum recitat opinionẽ aliorꝫ vt apparentẽ, ſed ꝙ manifeſte approbet illationẽ illã. Ait enim manifeſtũ eſſe ex his. i. poſito infinito ad mentẽ antiquorum, ꝙ illud debet eſſe principiũ. Et ideo forte vt Themiſtius ⁊ Philop. inſinuãt ratio Ariſto. ſtat in hoc, ꝙ dato infinito ſecundũ magnitudinẽ, illud non potuit repente ⁊ ſubito totũ produci: ſicut nec poteſt totũ corrũpi: ſed deberet illud aggregari ſucceſſiue: ſicuti videmus corpora generabilia, ⁊ corruptibilia ſucceſſiue creſcere, et minui. Et tunc arguit ꝙ illod non potuit habere principiũ ſuę generationis: q̄r ante quãlibet partẽ genitã debuiſſet dari prior pars: alias ſi daret prima vnde incepit, daretur etiã vltima in eius corruptione: qđ repugnat infinito. ¶ Tertium qđ ſequebatur ex opinione aliquorum antiquorum: eorum. ſ. qui non ponebant cauſam efficientem: ſed ſolũ principium materiale, erat vt tale principium contineret ⁊ gubernaret omnia. Illi tamẽ peſſime errabant: nam gubernare eſt cauſę efficientis ⁊ nõ principij materialis. ¶ Quartum deniꝫ quod ſequebatur ex illorum opinione erat ꝙ infinitũ eſſet quid diuinũ: nã quod nec principiũ habet nec finẽ: ſed cauſa eſt omniũ aliorũ, neceſſe eſt vt ſit diuinum, vt dicebat Anaximander.

Eſſe autem aliquid infinitum: fides ex quinq; maximè continget conſiderantibus. Ex tempore. hoc enim infinitum. Et ex ea quæ eſt in magnitudinibus, diuiſione. vtuntur enim & Mathematici: infinito. Amplius ex eo: quia ſic ſolum nõ deficit generatio & corruptio: ſi infinitum ſit vnde auferatur id quod fit. Amplius ex eo: quia finitũ ſemper ad aliquid finitur. Quare neceſſe eſt nullum eſſe terminum: ſi ſemper terminari ſit neceſſe alterum ad alterum. Textus. xxxj.

¶ In text. 31. ad rem proprius accedens arguit ad vtrãꝫ queſtionis partẽ. Et pro parte primo affirmatiua quinꝫ ait modis põt quis infinitum ponere. Primo in tẽporis duratione. Tempus nãꝫ ſm̃ antiquos (pręter Platonem) fuit ab ęterno, ⁊ ſm̃ omnes futurum erat perpetuum. Secũdo in magnitudinis diuiſione. Quippe cũ ſm̃ mathematicos diuiſio cõtinui in infinitum habeat. Añ poteſt quis ſuſpicari magnitudinẽ dari infinitã ⁊ multitudinẽ multiplicari in infinitũ. Tertio in generationũ ⁊ corruptionum perpetuitate. Erãt enim futurę ſm̃ veteres omnes generationes et corruptiones infinitę. Quarto in partium orbis ſerie. Putabãt. n. omne corpus finitum terminari per aliud corpꝰ. Et tũc arguebant. Vel terra eſt finita vel infinita: ſi infinita, intentũ: ſi finita, ergo terminatur per aquã vel aerem. Et pariter de aere arguetur, ⁊ poſtea de igne, ⁊ tandẽ de cęlis: in quibus non poterit dari vltimus orbis, niſi ille ſit infinitus: nam ſi eſt finitꝰ, debet terminari per alium: ⁊ ita in infinitũ. Qua ratione excuſari non poteſt, quominus aut detur aliquod corpꝰ infinitum: aut ꝙ eorum multitudo ſit infinita.

Maximè autem & propriiſsimè: quod communem facit dubitationem omnibus. ob id enim ꝙ illud quod in cogitatione eſt non deficit: & numerus videtur infinitus eſſe, & mathematicę magnitudines, & quod eſt extra cœlũ. Infinitum autem cùm ſit quod extra eſt: & corpus infinitũ eſſe videtur, & mundi. Cur enim magis vacui hic q̄ ibi (quare ſi in vno loco: & vbiq;) neceſſe eſt eſſe molem: ſimul autem ſi & vacuum eſt, & locus infinitus: & corpus infinitum neceſſe eſt eſſe. Poſſe enim ab ipſo eſſe, nihil differt in perpetuis. Textus. xxxij.

¶ In tex. 32. additur quinta ratio: quę omnium eſt potiſſima, ſumiturꝫ ab ĩtellectu hoc modo. Intellectus cogitatio nullibi ſiſtit, ſed in infinitum procedit: vt cũ diſcurrit per numeros (qui multiplicantur ex diuiſione cõtinui) quacũꝫ diuiſione, ⁊ numero dato, adhuc cogitatione addit vnitatem: imo addit duplum ⁊ quadruplum ⁊ ſic in infinitũ: ⁊ cũ contẽplatione effertur in cęleſtes orbes: ſupra quẽlibet fingit aliũ. Putabant ergo illi ita eſſe in rebus, ſicut eſt in cogitatione intellectus: qđ eos male fallebat. Nã cum intellectꝰ ſit ſpiritualis, abſtractus a materia, põt eius cogitatio in infinitũ ꝓcedere: res autem materiales non ita eſſe poſſunt. ¶ Et hanc vltimã rationẽ cõfirmabant hoc modo. Si detur vltimus orbis, extra illũ erit infinitũ ſpacium. Qđ ſi erit plenũ, ſequitur eſſe infinitũ corpus: ꝙ autẽ ſit vacuum, vr̃ falſum: q̄r nulla eſt maior ratio ꝙ detur vacuũ extra cęlum q̄ꝫ intra. Unde ſicut locus intra cęlũ totus eſt plenus, ſequitur ꝙ ⁊ locus extra ſit etiã plenus: et cum ſit infinitus, dabitur infinitum. Quod deniꝫ poſtremo corroborabant: quia in ꝑpetuis nihil differt eſſe, ⁊ poſſe, vt in cęlo ⁊ intelligentijs quicquid poſſibile eſt, de facto eſt: ſed extra cęlum eſt locus aptus natus repleri: ergo in rei veritate eſt repletus.

Textus. xxxiij. Habet autem dubitationem ipſa de infinito conſideratio. Etenim non eſſe ponentibus, multa impoſsibilia accidunt: & eſſe. Amplius autẽ vtro ſit modo: vtrum vt ſubſtantia, an vt accidens per ſe alicui naturæ, an neutro modo, ſed nihilominus ſit infinitum, & infinita multitudine? Maximè autem phyſici eſt conſiderare: ſi eſt magnitudo ſenſibilis infinita.

¶ In textu. 33. arguit ad partem negatiuã: dicens, ꝙ vtrinꝫ queſtio habet difficultatẽ. Sequuntur enim inconuenientia ſi negetur eſſe infinitum, vt ex pręfatis rationibus patet. Et ſequũtur alia quoꝫ poſito infinito. Quoniam tunc dubitatio reſtat quomodo eſſet infinitum: vtrum. ſ. eſſet aliqua per ſe ſubſtantia infinita: puta lignum, aut lapis, aut aliquod genus entiũ: an eſſet aliquod accidẽs propriũ alicuius certę naturę: an vero neutro modo: ſʒ ꝙ poſſet dari infinitũ magnitudine, aut multitudine in quacunꝫ natura, vel in quocunꝫ genere rerum. Attamen potiſſimũ inquit, dubitatio phyſica eſt an detur infinita magnitudo ſenſibilis: nam de infinitis ſeparatis nihil ad phyſicum vt text. 39. habetur.

Textus. xxxiiij. Primũ igitur determinandum eſt, quot modis dicitur infinitum. Vno igitur modo quod impoſſibile eſt tranſire, ex eo quia non eſt aptum natura tranſiri. vt vox, inuiſibilis. Aliter autem: tranſitum habens incõſumabilem. Aut quod vix. Aut quod natura aptum eſt habere: non tamen habet tranſitum, aut finem. Amplius infinitum omne aut eſt ſecundum appoſitionem, aut ſecundum diuiſionem, aut vtroque modo.

Infinitũ. ¶ Unde in textu. 34. ⁊ poſtremo, quaſi diſputationis initium, pręmittit quot modis accipitur infinitum, ne diſputatio in ęquiuoco verſetur. Ubi ponit duas diuiſiones. Prima. Infinitũ vno modo accipit vt dictio, in, dicat merã negationẽ: et alio modo, vt dicat priuationem. ſ. nagationem in ſubiecto apto nato. Enimuero vt inuiſibile vno modo dicitur de illo qđ non poteſt videri: ſiue ſit aptũ ex natura ſua vt videatur, ſiue non: vt vox dicitur inuiſibilis negatiue: q̄r non habet naturã vt videat (cũ ſit obiectum, nõ viſus, ſed auditus) ⁊ alio modo diceret inuiſibilis minimus color, qui ꝓpter paruitatẽ nõ poteſt videri: aut color qui eſt in obſcuro, qui ex defectu luminis videri nõ valet: ita infinitũ dicit vno modo negatiue: q̄r. ſ. nõ eſt quantũ, vt punctũ ⁊ aĩa rõnalis et angelus. Et alio modo dr̃ infinitum priuatiue: q̄r cum ſit quãtũ, nunq̄ꝫ poteſt tñ propter eius extẽſionem finiri: ſicut partes cõtinui ſunt infinitę in potẽtia, q̄r nõ poſſunt toties diuidi quin adhuc ſemper ſint diuiſibiles. Tertius eſt modus infiniti. i. intrãſibilis: vlʒ, qđ cũ maxima difficultate, aut vix põt pertranſiri. Idqꝫ aut ratione maxime quãtitatis: vt ſi dicamus iter hinc ad vltimas inſulas eſſe infinitũ. Aut rõne qualitatis medij, vt ſi dicamus profunditatẽ maris, aut altitudinem nubium eſſe infinitam: ꝓpterea ꝙ nec poſſumus aquas penetrare, nec volare per aerẽ. ¶ Secunda diuiſio propria infiniti eſt, ꝙ infinitũ accipit tripliciter: aut ſecundũ appoſitionẽ, vt in numeris, aut ſecundũ diuiſionem, vt in quantitate cõtinua. Et ex iſto ſecundo modo oritur primus: nã quanta eſt diuiſio magnitudinis, eſt appoſitio ad numerum. Aut vtroꝫ modo: ſicut in tempore. Tempus enim eo ꝙ eſt continuum, poteſt in infinitũ diuidi, ⁊ eo ꝙ eſt ſucceſſiuũ creſcit ad modũ numeri ſemꝑ ſucceſſione tẽporis poſt tempus. ſ. pręſentis poſt pręteritum, ⁊ futuri poſt pręſens. Sequitur conſequenter caput quintum.

## QVO DISPVTATVR, an ſit infinitum.

## CAPVT. V.

Separabile igitur eſſe à ſenſibilibus infinitum, ipſum quid exiſtens infinitum: non eſt poſsibile. Si enim neq; magnitudo eſt, neq; multitudo, ſed ſubſtantia ipſum eſt infinitum & non accidens: indiuiſibile erit. diuiſibile enim: aut magnitudo erit, aut multitudo. ſi autem indiuiſibile: non infinitum, niſi ſicut vox inuiſibilis eſt. At neque ſic dicunt eſſe, affirmantes eſſe infinitum: neque nos quærimus, ſed vt in tranſibile. Textus. xxxv.

¶ His pręiactis fundamentis in cap. 5. qđ per textus viginti vnũ diſtribuit, ꝓſequit impugnationẽ infiniti: cõcludere intendẽs, nullatenus infinitũ in actu eſſe poſſibile: ſed ſolũ in potentia. In hoc autẽ capite ſolum procedit diſputatiue: ⁊ in ſequẽti incipit determinare veritatem. At vero cũ bifariã fuerit partitus poſitionẽ infiniti. ſ. ⁊ ſecundũ Pythagorã ⁊ Platonẽ, qui ponebant infinitum ſeparatum a ſenſibilibꝰ. ſ. vel in numeris abſtrahẽdo a materia et motu (vt Pythagoras) vel in ideis (vt Plato) ⁊ ſm̃ alios naturaliter loquentes, ponentes infinitum in ſenſibilibus, in primis quatuor textibus refellit infinitũ primo modo: et in ſubſequentibus proſequitur impugnare infinitum in ſenſibilibus. Redarguit ergo Ariſt. Pythagorã ⁊ Platonẽ tribus argumẽtis. Primo. Si datur infinitum ſeparatum a ſenſibilibus, aut illud erit aliqua ſubſtantia per ſe ſubſiſtens, quę ſecluſo quocũꝫ accidente ex ſua quiditate ⁊ natura ſit infinita, aut includit accidẽs ratione cuius ſit infinita. Primũ, eſſe non poteſt: qm̃ quicquid cõſideretur ſecluſa magnitudine, ⁊ multitudine (quę ſunt accidentia de predicamẽto quãtitatis) neceſſe eſt eſſe indiuiſibile negatiue. i. ineptum vt diuidatur: nam diuiſio nulli põt cõpetere, niſi ratione quantitatis cõtinuę, Cõtra Pythago. et Plato.

vel diſcrete: ponere autem illo modo infinitum, nihil pertinet ad pſentem queſtionē: eſſet. n. tūc infinitū ſicut vox dicitur inuiſibilis. ſ. quia non habet aptitudinem vt videatur: ⁊ ſicut punctū: hic autem loquimur de infinito priuatiue, quod ſ. eſt extenſum: carens termino.

Textus. xxxvj. Si verò ſecundū accidens eſt infinitum: nō erit vtique elementum eorum quæ ſunt, vt infinitū. ſicut nec inuiſibile, locutionis: quãuis vox ſit inuiſibilis. ¶ Amplius quomodo continget aliqd eſſe ipſum infinitum: ſi non eſt & ſecundum numerum & magnitudinem, quorum eſt per ſe paſſio quædam, infinitum? adhuc enim minus eſſe neceſſe eſt: quàm numerum, aut magnitudinem.

¶ In textu. 36. proſequitur alterū membrū: dicēs. Si vero illud infinitū includat accidēs, ita vt ſit per accidēs infinitū (ſicut ſubſtantia ⁊ qualitas eſt finita, vel infinita rōne quātitatis) tunc ſequitur ꝙ tale infinitū. i. tale accidens: ratione cuius conuenit illi ſubſtantię eſſe infinitā, non erit elemētū. i. nō erit principiū eorū quę ſunt. i. ſubſtantiarum: q꞉ accidens nō eſt principium ſubſtātię. Queadmodū. n. eſtō vox ſit principiū ſermonis ⁊ locutionis, et vox ſit inuiſibilis, tñ inuiſibilitas quę eſt accidens vocis, nō eſt elementum ſermonis, ita licet illa ſubſtantia quę eſſet principium ſubſtantiarū, per accidens eſſet infinita, tñ illud accidēs nō eſſet principiū rerū. Cuius tñ contrariū aſſerebant Pythagoras ⁊ Plato, profitētes ꝙ infinitū ipſum per ſe ⁊ ſm ſuam quiditatem eſſet principiū rerū. ¶ Secunda ratio eſt illic [Amplius ⁊c.] quę talis eſt. Ratio infiniti eſt propria paſſio numeri vel magnitudinis: ergo minus poteſt per ſe ſubſiſtere ſeparata a ſenſibilib⁹, ꝙ̃ numerus ⁊ magnitudo quę ſunt eius ſubiectū: numerus autē ⁊ magnitudo nō poſſunt ſuapte natura eſſe ſeparata a ſenſibilib⁹ reb⁹: q꞉ quātitas, cū ſit accidens, nō pōt eſſe niſi in ſubiecto ſenſibili: ergo multo minus infinitum. i. ratio ipſa infiniti pōt eſſe ſeparata ⁊ per ſe ſubſiſtens. Plato eñi quiditates formales rerum ponebat ſeparatas: ſicut ⁊ Pythagoras quiditatem infiniti.

Textus. xxxvij. Manifeſtum autem, & quòd non contingit eſſe infinitum: vt actu exiſtens & vt ſubſtantiam ac principiū. Erit enim quicquid ipſius accipiatur, infinitū: ſi partibile eſt. Infinito enim eſſe, & infinitum: idem eſt, ſi ſubſtantia infinitum ſit, & nō de ſubiecto. Quare aut indiuiſibile eſt, aut in infinita diuiſibile. multa autem infinita eſſe idem: impoſſibile eſt. At verò vt aeris, aer pars eſt: ſic & infinitum, infiniti, ſiquidem ſubſtantia eſt & principium. Impartibile ergo: & indiuiſibile eſt. At eſſe tale nequit: quod actu eſt infinitum, quantum enim quid eſſe: neceſſe eſt.

¶ In textu. 37. addit poſtremo tertiā rationē: quę ſuboſcura eſt: his pręſertim, qui in metaaphyſica Ariſto. non ſunt verſati. Notandū eſt. n. ꝙ in rebus naturalib⁹ ſuppoſitū ⁊ natura in via Ariſ. diſtinguūt: non quidē tanꝙ̃ duę res, ſed ad illum ſenſum, quo. q. 3. ſuper prologū Porphyrij, ⁊ cap. de ſubſtantia. q. 1. explicuimus. ſ. ꝙ quia natura quę exprimitur per diffinitionem in abſtracto explicatur vt forma: ⁊ ſuppoſitum tanꝙ̃ habens formā, hęc eſt falſa ſecluſa operatione intellect⁹ in ſenſu formali, homo eſt humanitatis, affirmāte Ariſt. 3. de anima tex. 9. ꝙ aliud eſt magnitudo ⁊ aliud magnitudinis eſſe, vt aliud aqua, ⁊ aliud aquę eſſe. i. quiditas in abſtracto: quia ſuppoſitum aquę includit hanc materiā cum ſingularibus cōditionibus, quę non includunt in natura aquę, vt explicatur per eius diffinitionē. In reb⁹ autem ſeparatis a materia ſuppoſitum et natura ſunt idem: q꞉ ſuppoſitū non includit aliquid reale qđ nō includatur in natura. Et q꞉ Plato ponebat ideas ſeparatas a materia, q̄ erant rationes formales rerū, ⁊ Pythagoras dicebat naturā numeroꝝ abſtrahendo per intellectū a ſingularibus eſſe principiū rerū, atq꞉ adeo vterq꞉ rationē infiniti ponebat ſubſtātiā per ſe ſubſiſtentem, ait hic Ariſt. ꝙ ſm illos idem erit infinitum ⁊ eſſe infinito. i. quiditas ipſius infiniti: ſicut ſi daretur homo ſeparatus ab oſſe, carne ⁊c. idem eſſet humanitas ⁊ hō: ſola rōne differentes. Itē q꞉ ponebant illud infinitū eſſe principiū rerum, neceſſe erat illud eſſe ſimplex non habēs partes eſſentiales diuerſarū rationū: ſicut in rei veritate nos ponimus tam materiā ꝙ̃ formā. Obidq꞉ deberet illud infinitū eſſe omnino ſimplex: vt neq꞉ haberet partes itegrales ethereogeneas: quas habēt animalia, ꝓpterea ꝙ ſunt in materia. ſ. carnes ⁊ oſſa ⁊c. neq꞉ haberet materiā ⁊ formā quas habent oīa mixta. His ſuppoſitis ꝓbat ꝙ non poterat eſſe infinitū ſeparatū vt illi dicebāt. Aut. n. eſſet diuiſibile, aut indiuiſibile. Si diuiſibile, cū eſſet oīno ſimplex, ſequitur ꝙ quęlibet pars eſſet eiuſdē rōnis cū toto: ⁊ per ꝯñs ſi totum eſſet infinitum, quęlibet pars eſſet infinita: ſicut quęlibet pars materię eſt materia: q꞉ in ſimplicibus diffinitio quiditatiua totius conuenit cuilibet parti. Unde ſequit ꝙ vel deberēt cōcedere illud infinitū eſſe indiuiſibile, aut ſi diuiſibile, qđ cōponeret ex infinitis partibus quarū quęlibet eſſet infinita: queadmodum q꞉ aer nō habet partes etherogeneas, quęlibet pars integralis aeris eſt aer. Utrūq꞉ autē mēbrū eſt inconueniens. Quod eñi aliquod ens habeat infinitas partes non cōmunicātes, quarū quęlibet eſſet infinita, ſicut totū, inuoluit manifeſtā repugnantiā: nā ſi vna pars eſt infinita, illa replet totum locum imaginariū: ⁊ per conſequēs nullum relinquit locum in quo ſint alię partes. Quod autem illud infinitum ſit indiuiſibile, eſt manifeſta repugnantia: nam ratio infiniti (quale iſti ponebant) conſiſtit in quātitate, ⁊ ratio quantitatis eſt, vt ſit diuiſibilis.

Textus. xxxviij. Secundum ergo accidens eſt infinitum. ſed ſi ſic. dictum eſt ꝙ non contingit ipſum principiū dicere, ſed illud cui accidit, vt aerem aut par. Quare abſurdè enunciant dicentes, ſicuti Pythagorei dicunt. ſimul enim ſubſtantiam faciunt infinitum, & partiuntur.

¶ Cōcludit ergo in textu. 38. ꝙ nō poterant ponere infinitum ſm ſuā ſubſtantiam ⁊ quiditatē, per ſe ſeparatum a ſenſibilibus: ſed ſi erat infinitum, deberet eſſe rōne quātitatis, quę quidē eſt accidēs. Qđ ſi cōcederēt, iam probatum eſt ſupra ꝙ nō poterat tale infinitū ſub rōne infiniti eſſe principium ſubſtātię: atq꞉ adeo erat repugnātia dicere, ꝙ infinitum per ſe eſſet principium rerum.





Textus. xxxix. Sed fortaſsis hæc quidem eſt vniuerſalis quæſtio magis: ſi contingit infinitum & in mathematicis eſſe, & in intelligibilibus, & in iis quæ nullā habent magnitudinem. Nos autem conſideramus, de ſenſibilibus, ac de iis quorū facimus ſcientiam: vtrum in illis eſt, an non eſt, corpus infinitum in augmentum.

¶ In textu. 39. eximit ſe. Ph. a diſputatione aduerſus huiuſmodi infinitum ſeparatum a ſenſibilibus: quippe quę ad metaphyſicum potius pertineat (cuius eſt diſputare de rebus ſeparatis a materia ⁊ ſenſu) ꝙ̃ ad Phyſicum, cuius negociū eſt de reb⁹ q̄ten⁹ ſunt in materia philoſophari.

Textus. xl. Rationabiliter igitur ſpeculantibus: ex huiuſmodi videbitur vtiq; non eſſe. Si enim eſt corporis ratio, planicie terminatum: non vtiq; erit corpus vllū, aut intelligibile, aut ſenſibile infinitum.

¶ Unde in textu. 40. incipit arguere aduerſus infinitum ſenſibile. Et primo rationibus duabus dialecticis. Hoc eſt. n. qđ ait [Rationabiliter ſpeculantibus] ſeu differendi modo, vt vertit Argiropylus. i. ex probabilibus ⁊ propoſitionib⁹ vulgo receptis: queadmodum dialectica rationalis diſputare ſolet. Prima ratio eſt. Corpus (vt vulgo apud mathematicos diffinitur) eſt quantum, vnica aut pluribus ſuperficiebus terminatū: ergo omne corpus ſiue ſenſibile ſit. i. phyſicū, vt terra, lignū ⁊c. ſeu intelligibile. i. mathematicum, per intellectum abſtractum a materia, debet eſſe terminatū ⁊ finitum. Ac ſi dicat ꝙ omne corpus debet habere aliquā figurā in ſuperficie extrema: ⁊ per ꝯñs non poteſt eſſe infinitum.

Textus. xlj. At verò neq; numerus ſic, vt ſeparatus & infinitus. numerabile enim eſt: numerus, aut habens numerum. ſi ergo numerabile, poteſt numerari: & pertranſire vtique poſſibile erit, infinitum.

¶ Secunda ratio ſimilis eſt in textu. 41. ad probandum ꝙ non poſſit eſſe infinitum in multitudine. Omnis numerus ſiue ſeparatus. i. ſiue accipiatur ſm diffinitionē numeri mathematici abſtracti per intellectum a materia, ſiue habēs numerum. i. ſiue ſit numerus phyſicus vt lapidum vel hominum habētium vnitates, omnis talis eſt numerabilis: ergo omnis erit finitus: quia infinitum pertranſiri numerando non poteſt: et per ꝯñs nec poteſt dari infinitum in magnitudine, nec in multitudine. Dicūtur rationes iſtę idcirco dialecticę, ꝙ licet poſſet negari ab alijs oē quantum terminari ſuperficiebus, ⁊ omnem numerum numerari, procedunt tamen probabiliter: q꞉ eiuſmodi reſponſio non cēſeretur in ſcholis mathematicorum habere probabilitatem.

Textus. xlij. Phyſice autē magis ſpeculātibus ex hiſce: manifeſtum erit. neque enim compoſitum poteſt eſſe: neque ſimplex. Compoſitum igitur non erit infinitum corpus: ſi finita multitudine elementa ſint, neceſſe eſt enim: plura eſſe & æquari ſemper contraria, & non eſſe vnum eorum infinitum. & ſi enim quomodocunque ſuperatur, quæ in vno corpore eſt potentia, ab altero (vt ſi ignis finitus ſit, aer autem infinitus. ſit autem æqualis ignis: ad aerem æqualem, potentia quantūlibet multiplicatus, ſolum autem numerum aliquem habēs) tamen manifeſtum eſt, quòd infinitum excedet, & corrumpet finitum.

¶ In textu. 42. exorditur Philoſophus rationes phyſicas ⁊ naturales: quibus demōſtrat non eſſe naturaliter poſſibile infinitum. At qui infinitū in rebus naturalibus ſenſibilibus poſſet conſiderari, aut in mixtis, aut in elementis, aut in cęlo. De cęlo pręterit hic mentionem facere. Habet enim in more nihil, niſi proprio loco tractare: ⁊ cum vſq꞉ ad libros de cęlo nuſq꞉ demonſtrauerit cęlū eſſe ſubſtantiā alterius ſpeciei, ſeu generis, ꝙ̃ elementa, ſolum hic differit de mixtis et elementis: in primo autē de cęlo tex. 5. peculiariter iterato reuocat in queſtionē an cęlum ſit infinitū. Probat ergo primo ꝙ nullum mixtū ſit infinitū hoc ſyllogiſmo. Corpus omne mixtum conſtat ex elementis: ſed cōpoſitionem mixti intrat multitudo finita elementorū: nempe ſolum quatuor, quorū nullū eſt magnitudine infinitum: ergo mixtū nō pōt eſſe infinitū. Qđ multitudo elemētoꝝ ſit finita, relinquit tanꝙ̃ notū. Qđ aūt nullū ſit infinitū, probatur. Aut vnū tunc eſſet infinitum, aut oīa, nuetrum iſtorum: ergo. Probatur primū mēbrū. Elemēta cōponit mixtū per actionē contrariā mutuo ſe corrūpendo, vt. 2. de gene. text. 33. patebit: ergo nullum eorum pōt eſſe infinitum. Manifeſta eſt ꝯña eo ꝙ illud infinitū corrumperet oīa alia, ⁊ illud ſolū maneret incorruptum, atq꞉ adeo mixtū nō ꝯſtaret ex omnib⁹ elemētis. At q꞉ poſſet quis negare ꝯñiam, dicens ꝙ ꝙ̃uis vnū elementorū eſſet infinitū magnitudine, non illico ſequitur vt corrumperet alia: nam poſſet eſſe ỽtutis finitę. Huic ſolutiōi obuiat Ph. dicens ꝙ ꝙ̃uis illud elementum infinitum eſſet. v. g. aer qui eſt minoris actiuitatis ꝙ̃ ignis. v. g. in centupla, aut quauis alia proportione finita, illud tñ debet intelligi ꝙ ęquales partes aeris ⁊ ignis ſunt inęqualis virtutis. Tunc arguit Ariſt. Si multiplicetur aer ad tanto maiorē quātitatē, quāto ignis habet maiorē virtutē, ſequit ꝙ erunt ęqualis virtutis: ergo poſtꝙ̃ tale elemētum erit infinitum magnitudine, neceſſe eſt vt habeat infinitam virtutem, ⁊ per cōſequens omnia alia in infinitū ſuperet. Et eadē ratione patet ꝙ non poſſunt eſſe aliqua infinita, ⁊ aliqua finita.

Textus. xliij. Vnumquodq; autem infinitum eſſe eſt impoſſibile. Corpus enim eſt: quod omniquaq; dimenſionem hābet. infinitum autem quod infinitè extenſum eſt. Quare infinitum corpus vndequaque extenſum erit in infinitum.

¶ Secunda ſolutio eſſe poſſet ꝙ omnia quatuor elementa eſſent infinita, vt eſſent ęqualis virtutis: hoc autem in hoc textu. 43. ait eſſe manifeſte impoſſibile: nam corp⁹ eſt id quod habet omniquaq꞉ dimenſionē. i. ſm longitudinem, ⁊ latitudinem ⁊ profunditatem: obidq꞉ corpus infinitum erit, qđ ſm hanc trinā dimenſionem eſt infinitū. Quod autē hoc modo eſt infinitum occupat omnem locū imaginariū: ⁊ per ꝯñs nō permitit ſecū aliud corpus: niſi duo corpora eſſent penetratiue in eodem loco: quod non eſt poſſibile. Atq꞉ adeo impoſſibile eſt vt quatuor corpora infinita coeant in compoſitionem mixti.

Textus. xliiij. ⁂ At verò neque vnum ac ſimplex eſſe contingit infinitum corpus: neque ſicut dicunt quidã, id quod præter elemẽta eſt, ex quo hæc generãt, neque ſimpliciter. Sunt enim quidam qui hoc faciunt infinitum, ſed non aerem, aut aquam: ne cętera corrumpantur ab infinito. Habent enim ad ſe inuicem contrarietatem, vt aer quidem frigidus eſt: aqua verò humida, ignis autem calidus. quorum ſi vnum eſſet infinitum: corrupta iam fuiſſent alia. Nunc autem dicunt aliud eſſe id, ex quo hæc ſunt.

¶ In textu. 44. reuertitur ad aliud mẽbrum principale. ſ. ꝙ nullũ corpus ſimplex pōt eſſe infinitum. Corpus ſimplex appellat elementum, aut corpus medium inter duo elemẽta: quale ponebãt vel Anaximãder, vt ait Themſt. vel forte alij vt lib. 1. ſup textu. 32. adnotauimus. Mediũ inquã vel inter aerẽ ⁊ ignẽ, vel inter aerem ⁊ aquã: propterea (vt ait hic Ariſto.) ꝙ cum viderent ſimplicia elementa habere inter ſe contrarietatem, vt ignis ⁊ aqua, dicebant elementa non poſſe eſſe principia pmanẽtia, in eodẽ ſuppoſito. Ignis. n. non poteſt eſſe principiũ aquę: nec aqua, ignis.

Textus. xlv. ⁂ Impoſſibile autem eſt eſſe tale: non quia infinitum (de hoc enim commune aliquid dicendũ eſt: de omni ſimiliter & aere, & aqua, & quolibet) ſed quia non eſt tale ſenſibile corpus, præter vocata elementa. omne namque ex quo eſt etiam reſoluitur in hoc. quare eſſet vtique hic, præter aerem & ignem, & terram, & aquam: aliud quippiam. videtur autem: nullum.

¶ Ait vero Ariſt. in tex. 45. ꝙ hęc opinio, pręter errorem quo aſſerebat aliquid infinitũ (qđ ſtatim impugnabit, cõmuni rõne procedẽti de omnibꝰ elemẽtis) peccabat, ponẽs aliquod corpus ſimplex quintũ: nam cũ vnũquodq; reſoluatur in ea ex quibus cõponit, experiremur, qñ mixtũ reſoluit, reſtare eiuſmodi corpꝰ ſimplex qntũ: attñ nõ experimur, niſi qtuor duntaxat: ĝ nullũ eſt aliud.

Textus. xlvj. ⁂ Neque igitur ignis, neque aliud elementorũ quicq; infinitum quid eſſe poteſt. Omnino enim & præter id quod infinitũ ſit aliquid ipſorũ: impoſſibile eſt ipſum vniuerſum, & ſi finitũ ſit, aut eſſe, aut fieri vnum quid ipſorum, ſicuti Heraclitus dicit omnia fieri aliquando ignem.

¶ In textu ergo. 46. probat rõne cõmuni nullum ſimplicium corporũ. ſ. quatuor elemẽtorũ, poſſe eſſe infinitũ. Qđ licet nõ formalr, tñ virtualiter ⁊ ſub verbis preſſis atq; conſciſſis, duplici ratione probat. Primo ex ſuperiori ratione: q2 ſi eſſet infinitũ, oẽm locũ occuparet, ⁊ per ꝯñs nõ cõpateretur ſecum alia elementa. Et pręterea, q2 eſſet, vt probatũ eſt, infinitę actiuitatis: atq; adeo omnia alia corrũperet: ⁊ per ꝯñs totum vniuerſum eſſet vnicum elemẽtũ. Ait eſſe, aut fieri, propter Heraclitum: qui vt lib. 1. ſuper textum. 32. expoſuimus, ponebat ignẽ eſſe principiũ omniũ rerũ. Et cum obijciebatur illi, ꝙ cũ ignis eſſet maxime actiuꝰ, non poſſet permanere in rebus quin illas corrũperet: dicebat ꝙ licet hactenus non oĩno corruperit, ſemper tñ eſt actu corrũpens, ⁊ tandem totum orbem inflamabit, ⁊ tunc vniuerſum totum erit ignis. Ait ergo Ariſtot. ꝙ poſito aliquo elementorum infinito, idem cõtingeret. ſ. quod vel totum vniuerſum eſſet illud: vel aliquando conuerteretur in illud.

Textus. xlvij. ⁂ Eadem autem eſt ratio & in ipſo vno, quod faciunt præter elementa Phyſici. Omnia namq; mutantur ex contrario in contrarium: vt ex calido, in frigidum. oportet autem de omni & ex hiſce conſiderare: ſi poteſt, aut nõ poteſt, eſſe corpus infinitum ſenſibile.

¶ In textu. 47. dicit idẽ oĩno ꝯtingere, ſi illud infinitum ſimplex nõ eſſet aliquod quatuor elementorũ, ſed aliud quintũ mediũ qđ alij ponebãt: nã ſi illud deberet eſſe principiũ, neceſſe erat, vt haberet contrarietatẽ cum alijs rebus: qm̃ quicqđ fit, fit ex ſuo cõtrario, vt album ex nigro, frigidũ ex calido, ⁊ per ꝯñs oĩa tandẽ in ſe cõuerteret cũ eſſet infinitum. Ubi de directo impugnat illorũ rationẽ motiuã. Ponebãt. n. illud mediũ eſſe pncipium propter argumẽtum qđ faciebãt aduerſus Thaletẽ ⁊ Heraclitum ꝙ ſi principium eſſet aqua, tunc ex illo non poſſet fieri ignis: ⁊ ſi eſſet ignis, ex illo nõ poſſet fieri aqua ꝓpter cõtrarietatẽ. Ait ergo Ph. ꝙ idem ſequitur ſm ſuoꝝ opinionẽ: q2 illud quintũ neceſſe erat vt eſſet cõtrarium alijs rebꝰ, q̃ ex illo fierent tanq̃ ex termino a quo. ¶ Subſequẽter poſtq̃ diuiſim ſeorſum probauit, nec mixtum poſſe eſſe infinitũ, nec elementum ſimplex, facta illa ſuppoſitione ꝙ elementa ſint numero finita, ⁊ inde ſumpta ratione a gñatione mixti: perſiſtit idem ſimplr demõſtrare nõ facta aliqua ſuppoſitione: ſed in genere, ꝙ nullũ corpus ſenſibile, quodcunq; illud ſit, poſſit eſſe infinitum. Et id quidem quatuor rationibus.

Textus. xlviij. ⁂ Quod autem omnino impoſſibile ſit eſſe corpus infinitum ſenſibile: ex hiſce manifeſtum eſt. aptum eſt enim natura omne ſenſibile alicubi eſſe. atque locus eſt aliquis vniuſcuiuſque. & idem eſt partis, & totius. vt totius terræ, & vnius glebę: & ignis, atque ſcintillæ. Quare ſi ſit eiuſdem ſpeciei: aut immobile erit, aut ſemper mouebitur. Atqui impoſſibile eſt. Cur enim magis deorſum quàm ſurſum, aut quouis? dico autem vt ſi gleba ſit: quoniam hæc mouebitur, aut vbi manebit? locus enim infinitus: erit congenei ſibi corporis. Vtrum igitur occupabit totum locum? & quomodo? Quæ igitur, & vbi quies, & motus ipſius? an vbiq; manebit? non ergo mouebitur. an vbiq; mouebitur? non ergo ſtabit.

¶ In textu. 48. format rationẽ primã tribꝰ factis ſuppoſitionibus. Prima ꝙ omne corpus ſenſibile ſuapte natura aptum eſt eſſe in loco naturali. Loquit. n. hic non de loco ſimplr, ⁊ (vt ſic dicam) mathematice: qui eſt ſuperficies ꝯtinẽs locatũ: ſed de loco naturali ad quẽ res naturalis habet inclinationẽ, vt cẽtrũ terrę eſt locus terrę: ⁊ cõcauum lunę, locus ignis: ⁊ ſic de alijs elemẽtis ⁊ cęlis. Ultima. n. ſphera licet nõ in loco circũſtante, mouetur tñ in loco naturali. Scđa ſuppoſitio eſt prioris explicatio. vniuſcuiuſq; rei naturalis eſt aliquis locus naturalis ad quem ſuapte natura mouetur, ⁊ in quo naturaliter quieſcit. Imo et animalibus inquantum ſunt animalia competunt ſua cuiq; loca. Viuunt eñ piſces in aqua, ⁊ alia in aere. Tertia ſuppoſitio eſt ꝙ idem locus naturalis eſt totius ⁊ partis: nã in loco naturali in quo quieſcit totũ elementũ terrę, quieſcit naturaliter quęlibet eius pars. Quo circa quęlibet pars terrę, niſi impediatur, mouetur ad cẽtrum: ⁊ quęlibet pars ignis ad cõcauũ lunę. ¶ His ſuppoſitis ratio eſt hmõi. Aut corpꝰ infinitũ, quodcũq; illud ſit: cõſtabit ex omnibus partibus eiuſdẽ ſpeciei cũ toto (loquitur. n. de integralibus, vt ſunt ptes terrę ⁊ aeris ⁊ auri ⁊ lapidis ⁊c.) aut cõſtabit ex partibꝰ eterogeneis. vt aĩalia. Si primũ, aut ſemp mouebit, aut ſemper quieſcet: neutrũ eſt poſſibile: ĝ. Probat ſimul vtraq; pars minoris. Si ſemper mouet (loquit de motu naturali ad locũ in quo naturaliter quieſcit) aut mouebit ſurſum, aut deorſum, aut ad aliam dñiam poſitionis, nullũ iſtorũ: ĝ. Sed anteq̃ vlterius ꝓcedamus adnotato parẽteſim illam (dico autẽ vt ſi gleba ſit) totũ nãq; infinitum cathegorematice moueri nõ poſſet ſm ſe totũ: q2 non poſſet mutare locũ cũ repleret omnẽ imaginariũ. Quinimo neq; circulariter, vt perdocte manifeſtat Ariſt. 1. de cęlo tex. 35. q2 cum nõ terminetur aliqua extrema ſuperficie, nõ poterit ſignari in illa aliquod punctũ qđ motu deſcribat aliquã portionẽ circuli, ſicut ſignat ſol qui viginti quatuor horis facit vnũ circulũ. Et ideo nõ arguit hic Ariſto. de motu totius: ſed de motu glebę. i. partis corporis illius infiniti, (ſi eſſe terra.) Ex cuius inaduertentia raro intelligit hic textꝰ. Probat ergo ꝙ pars talis elemẽti, nec mouebitur, nec quieſcet naturaliter. Locꝰ naturalis illius glebe eſt cõgeneꝰ .i. idem omnino qui eſt locus naturalis totius: locus autẽ naturalis totius eſt infinitꝰ imaginarius: ergo idẽ locus infinitus erit locus naturalis cuiuſlibet partis illius infiniti. Tunc arguit. Aut q̃libet pars occupabit totũ locũ infinitũ: et hoc eſt inintelligibile. Si autem ſingulę partes erunt in ſingulis partibus loci infiniti, tunc ſi in quocũq; loco fuerit quęuis pars illius infiniti, manebit naturaliter: ⁊ ſic ſequit ꝙ nunq̃ mouebitur. Si autẽ illic non manebit, nunq̃ quieſcet: nam ſi in aliquo loco nõ quieſcit naturaliter, eadem ratione in nulla alia quieſcet: quia non habet maiorẽ inclinationẽ ad vnũ locũ q̃ ad aliũ. Sũma rõnis eſt hęc, ꝙ cũ quęlibet pars illiꝰ totiꝰ inclinetur ad totum locũ infinitum, in nulla parte loci ſuapte natura quieſcet naturaliter: nec ad aliquam mouebitur naturaliter: ⁊ ſic ſuapte natura, nec erit mobile, nec immobile.

Textus. xlix. ⁂ Si verò diſſimile ſit ipſum totum: diſſimilia & loca erunt, & primũ quidem, non vnum corpus vniuerſi eſt: niſi tangendo. Deinde aut finita hæc erunt: aut infinita ſpecie. Atque finita quidẽ non eſſe poſſunt. Erunt enim alia quidem finita, alia verò non: ſi totum infinitum eſt, vt ignis, aut aqua. Corruptio autem tale contrariis eſſet: ſicut dictum eſt prius. Et propter hoc nullus eorum qui de natura diſſerũt, vnum & infinitum ignẽ fecit, aut terram: ſed aut aquam, aut aerem, aut eorum medium. quoniam locus vtriuſque manifeſtus erat, determinatuſq;. Hæc autem vtroq; participant, eo qui ſurſum, & qui deorſum. ¶ Si autem infinita & ſimplicia ſunt. & loca infinita, & infinita elementa erunt. ſi verò hoc impoſſibile: & loca finita ſunt, & totum infinitum eſſe, neceſſe eſt. impoſſibile enim eſt: non æquari locum, & corpus. neque enim locus omnis maior eſt: quàm quantũ contingit, corpus ſimul eſſe. ſimul autem neque infinitum erit corpus: neque corpus maius, quàm locus. aut enim vacuũ erit aliquid: aut corpus quod nunſquã aptum natura eſt eſſe.

¶ In tex. 49. impugnat aliud mẽbrũ maioris pncipalis argumẽti. Si. n. quis dicat illud infinitũ conſtare ex partibus diuerſarũ ſpecierum, tunc ſeqtur ꝙ ⁊ loca naturalia illarũ partiũ etiam differunt ſpecie: ſicuti locus ignis eſt ſurſum, ⁊ locus terrę deorſum. Differentias nãq; poſitionis vocat loca dñia ſpecie. Et tũc ſequit primũ inconueniẽs ꝙ partes illius totius nõ erũt cõtinuę: ſ; contiguę. At tñ ꝯñia inefficax: nã partes hoĩs puta oſſa nerui ⁊ carnes differũt ſpecie, ⁊ tñ ſunt cõtinuę. Ad hoc rñdet, ꝙ partes aĩalis non ſunt differentes ſpecie perfecta: quia omnes habẽt eſſe per eandẽ formã ſubſtantialẽ totius: ⁊ ideo ſunt ptes eiuſdẽ ſpeciei totalis: licet inter ſe differant ſpecie ptiali (vt ſic loqmur) ꝓpter diuerſa accidẽtia habentia ſe ex pte materię: puta ꝓpter coplexiones diuerſas: illi aut deberet ponere ptes illius totius infiniti, eſſe differentes ſpecie pfecta, vt differũt partes vniuerſi: atq; adeo deberet cõcedere illud infinitũ eſſe vnũ p aggregationẽ. Et q2 hoc nõ haberet pro magno incõueniẽti (nam illo mõ Anaxagoras, quẽ notat hic Ariſt. poſuit infinitũ chaos in quo oĩa erant aggregata ⁊ congeſta) non illic inſiſtit: ſed trãſit ad aliud incõueniẽs. At enim inquit ſpecies partiũ infiniti erũt finitę, itaq; oẽs partes ſint. v. g. in quatuor ſpeciebus: aut erũt infinite. Si erũt finitę ſpecies, vt puta quatuor elemẽta, neceſſe eſt, ꝙ aliqua ſaltem illarum ſit infinita in quantitate: q2 ex ſpeciebus finitis partiũ nõ põt cõſtare infinitũ, niſi aliqua ſaltẽ illarũ ſit infinitę manitudinis. Si autem aliqua illarũ ſit infinita, reliquę vero finitę, iam ſupra oſtenſum eſt ꝙ illa pars infinita conſumeret oẽs alias. Et hoc eſt qđ ait [corruptio autẽ tale] .i. talis pars infinita erit corruptio alijs contrarijs. i. corrũpet alia cõtraria: ⁊ per ꝯñs non erunt plures partes diſſimiles ſpecie. ¶ Qua inquit de cauſa nullus eorũ qui naturalr loquuti ſunt. ponẽs vnũ pncipiũ infinitũ, dixit illud eſſe aliquod extremorũ, puta terrã, aut ignẽ: ꝓpterea ꝙ vtriuſq; locus eſt manifeſtus: ſed aquã vel aerẽ quę quodãmõ ſunt media participantia vtroq; extremo. Literã hãc fateor apud nemĩnẽ interpretũ intelligere poſſum: neq; video qualis ſit ꝯñia, ꝙ ex eo ꝙ vna pars infiniti non potuit eſſe infinita, ⁊ reliquę finitę, non ponebant antiqui ignem, aut terrã eſſe principiũ infinitũ, bene tñ aquam, vel aerẽ. Niſi verũ ſit (qđ Philoponꝰ ait) hanc rõnẽ eſſe truncã ⁊ mancam: cui aliquid deficit. Debet ĝ introduci tanq̃ noua confirmatio iſto mõ. Itẽ ſi vna illarũ partiũ eſſet infinita, cũ illa corrũperet alias, oĩa eſſent vnũ elementũ infinitũ: nã illa pars deberet eſſe ſimplex corpꝰ. Qđ autem hoc ſit impoſſibile, patet: nam infinitũ (vt dictũ eſt) nullum ſibi vẽdicat locũ: ⁊ tñ quodlibet elemẽtũ vẽdicat ſibi propriũ locũ. Et tunc ſubiũgit

ꝙ ad euitādū hoc incōueniēs nullus dixit illud infinitū eſſe terrā vel ignē: qꝛ de illis negare non poterāt habere manifeſta loca naturalia: ſed de alijs intermedijs, qꝛ nō eſt tā manifeſtū habere ꝓpria loca, poterāt vtrūq3 dicere eſſe infinitum. Prętermittit hic aliō mēbrū qd̕ illi poſſent rñdere. ſ. ꝙ partes infiniti q̄ ſunt ſpecierū finitaꝝ ſunt oēs infinitę magnitudinis: qꝛ illud iam ſupra impugnatum eſt, videlicet, non poſſe eſſe ſimul plura infinita, eo ꝙ vnū occupat totū locum. ¶ Proſequitur ergo aliud membrū, ſi quis diceret partes illius infiniti eſſe infinitarū ſpecierū, vt ponebat Anaxagoras in ſuo chao. vnde dicebat mundum fuiſſe factū: nā aduerſus hanc opinionē dirigit diſputationē hanc. Tunc (inquit) ſequit ꝙ loca naturalia pariter erūt infinita: nā tot debēt eſſe loca naturalia quot ſunt res naturales: vt alius eſt locus grauiū, alius leuium, ⁊ alius cęlorum, ⁊ alius cuiuſcunq3 elementi. Qd̕ autē ꝯñs ſit falſum. ſ. eſſe infinita loca naturalia oſtendere prętermittit, tanq̄ per ſe notum: nā ſpecies locorū naturalium tm̄ ſunt tres, vt habetur. 1. de cęlo, ad mediū deorſum, ⁊ a medio ſurſum, et circa medium in cęlis. Sequelā vero ꝓbat. ſ. ꝙ tot debent eſſe loca quot locata, ꝑ ſimilitudinē ad loca mathematica. Hoc enim eſt hic aīaduertēdū ad intelligēdam literā. Quēadmodū. n. in loco cōtinui locus debet ęquari locato, vt neq3 locus ſit maior q̄ locatum (alias daret vacuū) neq3 locatum maius loco (alias daretur locatum extra locū) ita in naturalibꝰ neq3 debet eſſe aliqua dr̄ia loci, ad quē aliquod corpus naturale non habet īclinationē: neq3 rurſus debet eſſe corpꝰ naturale, qd̕ ad ſuū locū ꝓpriū nō habeat inclinationē.

Textus. l. ❧ Anaxagoras autem inconuenienter dicit de infiniti quiete. fulcire enim ſeipſum dicit infinitum. hoc autē quia in ſeipſo eſt (aliud enim nihil

Textus. lj. continet) tanq̄ vbi vtiq; aliquid ſit, ibi aptum natura ſit eſſe. hoc autem, non verū. erit enim vtiq; quicq̄ alicubi vi: & nō vbi aptum natura eſt eſſe. ſi igitur q̄ maximè non mouetur totum (quod enim in ſeipſo fulcitur & in ſeipſo eſt: immobile eſſe neceſſe eſt) cur tamen non aptum natura ſit moueri, dicendum erat. non enim ſatis eſt: ſic dicentem euadere. erit enim vtique & quodlibet aliud, non motū, ſed aptum natura eſſe: nihil prohibet. quoniam & terra nō fertur, neq; ſi infinita eſſet: coercita tamen à medio. ſed non quia nō eſt aliud quò feratur, manebit in medio: ſed quia nō eſt apta natura ſic. ſed tamen licebit vtique dicere: quòd fulcit ſeipſam. Si igitur neq; in terra hæc cauſa eſt, exiſtente infinita, ſed quia grauitatē habet (graue autem manet in medio: terra autem in medio eſt) ſimiliter & infinitum manet vtique in ſeipſo, propter aliam quandam cauſam, & non quia infinitum eſt, & fulcit ipſum ſeipſum.

¶ In text. 50. refert ſolutionem Anaxogorę aduerſus quē pūctim tēdebat argumētū hoc. Quippe cuius opinio erat vnū fuiſſe chaos infinitum ante mundi creationē, vbi infinitę rerum ſpecies latitabant. Unde ad hoc argumētum rñdebat ꝙ illud infinitū chaos nō habebat aliquē locū naturalē in quo eſſet, aut ad quē moueret: ſ3 in ſeipſo ſuſtinebat. Cum. n. haberet partes infinitas ſeſe inuicē alia aliam tenebāt: ⁊ per ꝯñs erat natura ſua immobile. Hanc vero opinionē reſpuit Ariſ. duabus rōnibus. ¶ Prima eſt hęc in tex. 51. Si illud infinitū eſſet natura ſua immobile, eo maxime eſſet: qꝛ vbi vnumquodq3 eſt, ibi naturaliter quieſcit, hoc tñ eſt falſum: qm̄ multa ſunt in loco per violentiam vbi nō naturaliter quieſcunt, vt graue ſuper trabē: & dato ꝙ illud infinitū nō moueretur, non ſubinde ſequit ꝙ quieſceret tanq̄ in loco naturali. Nō tendit ad hoc ꝙ ſi illud infinitū de facto nō moueret, fuiſſet ex eo ꝙ cū eſſet infinitum non haberet locum quo moueretur: ſed vna pars teneret violenter aliā: hoc aūt non ſatis oſtendit eſſe ſuapte natura immobile tanq̄ exiſtēs in ſuo loco naturali: ſed ſicut graue quieſcit ſurſum: qd̕ nō eſt proprie quieſcere: ſed impediri a proprio motu, Et ideo tenebatur Anaxagoras reddere rōnē ex natura rei cur eſſet immobile: alias q̄cunq3 res, vbicunq3 detineret, diceret ex natura ſua quieſcere. ¶ Dilucidat argm̄ exemplo terrę. Ubi notandū eſt, ꝙ terra ſm̄ Ariſ. inter omnia elemēta, qꝛ eſt vltimum graue, eſt ſuapte natura immobilis: nec. n. mouetur a medio, nec ad medium, nec circa medium: reliqua vero elemēta mouent circa medium. Dicunt em̄ ꝙ ignis rapitur circulariter ad motum orbis lunę: ⁊ pariter aer. Qd̕ ſi aliqua pars terrę mouetur, eſt de per accidēs: qꝛ ſurſum detinet. Ait ergo ꝙ ſi daretur terra infinita: ⁊ coercita a medio. i. impedita rōne ſuę infinitatis ne veniret ad medium: nihilominꝰ illa terra eſſet immobilis. Nō tñ immobilitatis non eſt reddēda ex eo qd̕ ſe ſuſtinet, nec eſt in aliquo loco (q̄uis ita ſit ꝙ ſe ſuſtineat) ſ3 ex eo eſt immobilis: qꝛ, natura ſua eſt talis, vt ſit cētrū mundi immobile. Pari ergo mō non ſatis eſt Anaxagorę reddere rationē immobilitatis illiꝰ chaos propter infinitatem: ſed ex natura rei.

❧ Simul autem manifeſtum eſt: ꝙ & quālibet oportebit partem manere. vt enim infinitum in ſeipſo manet ſe fulciens: ſic & quæcunq; accipiatur pars, in ſeipſa manebit. Totius enim & partis: eiuſdē ſunt ſpeciei loca. vt totius terræ, & glebæ, deorſum: & totius ignis, & ſcintillæ ſurſum. Quare infiniti locus in ſeipſo eſt: & partis idem erit. manebit igitur in ſeipſa. Text⁹. lij.

¶ In text. 52. ſubdit ſecundam rationē. Si chaos illud infinitum eo eſſet immobile: quia ſe ſuſtinet in ſeipſo, eadem ratione quęlibet eius pars eſſet immobilis: nam idem eſt locus ⁊ natura totius ⁊ partis, vt totius terrę, ⁊ glebę: ⁊ totiꝰ ignis, ⁊ ſcintillę: ꝯñs tñ eſt falſum: nam quęlibet pars illius erit ſuapte natura mobilis ad ſuum cuiuſq3 locum: quādoquidem ita nunc experientia compertum eſt vt partes vniuerſi quę ab illo chaoſe paratę fuerant, ad ſua propria loca mouentur.

❧ Omnino autem manifeſtum eſt, ꝙ impoſsibile eſt, ſimul infinitū dicere corpus, & locū quēdam corporibꝰ eſſe: ſi omne corpus ſenſibile, aut grauitatem habet, aut leuitatem, & ſi graue quidē eſt, ad mediū habet lationem natura, ſi verò leue ſurſum: neceſſe eſt enim & infinitum corpus. Im- Text⁹. liij.

poſsibile



poſsibile autem eſt: aut totum vtrūlibet, aut dimidiatum, vtrunque pati: quomodo enim diuides, aut quomodo infiniti erit, hoc quidē ſurſum, illud verò deorſum, aut vltimum, aut medium?

¶ In tex. 53. facit ſecundā rationē principalē earū quatuor quas ante textū quadrageſimū octauū propuſuimus. Et rō eſt hęc. Corpus vnūquodq3 ſenſibile propriū ſibi vēdicat locū naturalem, puta ſurſum, aut deorſum: ſed dato corpore infinito, non poſſumus ſignare has differentias poſitionis: ergo repugnat ꝙ ſit infinitum ⁊ ſimul naturale.

Cꝰ ſēſibile. Sēſibile corpus appellat mixtum vel elementū. Nam cęlū non habet ſenſibilē qualitatē. Et tunc probat maiorem: qꝛ omne hmōi corpus aut eſt graue, aut leue. vt antiqui ipſi ꝯcedebāt. Si aūt eſt graue, mouetur ad mediū. ſ. deorſum: ſi vero eſt leue, mouetur a medio, puta ſurſum. Minorem autem probat: quia in corpore infinito, nec poſſumus ſignare medium, nec ſubinde ſurſum ⁊ deorſum: neq3 ſm̄ ſe totum, neq3 ſm̄ medietates: quia non poſſet aliquo modo diuidi, vt vna medietas diceret ſurſum, alia deorſum. Non enim eſſet maior ratio de hac q̄ de illa diuiſione, vt in aliqua ſcd̕m diceretur ſurſum ⁊ deorſum.

Textus. liiij. ❧ Amplius, omne corpus ſenſibile in loco eſt. loci verò ſpecies & differentiæ ſunt: ſurſum, & deorſum, ante, & retro, dextrum, & ſinixtrum. Atque hæc non ſolùm ad nos, & poſitione: ſed & in ipſo toto determinata ſunt. Impoſsibile autem eſt: in infinito hæc eſſe.

¶ In textu. 54. ſubiūgit rationē tertiā principalē. Omne corpus ſenſibile eſt in loco rōne ſuę quantitatis: loci autem ſunt ſex differentię. ſ. ſurſum,

Sex drīę poſitionis. deorſum: dextrum, ſiniſtrum: ante ⁊ retro: iſtę autem differentię ſignari non poſſent ſi vniuerſum eſſet infinitum: ergo. Maiorem relinquit tanq̄ notam experientia: eo ꝙ natura totius ſpeculanda eſt ex natura partium: in oībus autem partibus vniuerſi has drīas cōperimus. In viuentibus. n. ſuperius ⁊ inferius ſumitur ſecundū alimentum, pars nāq3 ſuperior eſt illa qua ſumitur alimentū. vt caput in animalibus: ⁊ radix in arboribus: ꝯtraria vero eſt deorſum: ante vero et retro ſumitur in animalibus ſm̄ ſenſum. vt pars anterior ſit facies vbi viget ſenſus: contraria vero ſit poſterior. Sed dextrum et ſiniſtrū ſumitur ſecundum motum localem: qui in homine incipit a parte dextra per ante vbi magis viget motus. In rebꝰ vero inanimatis ſuapte natura deſignātur, ſurſum ⁊ deorſum per comparationem ad centrum mundi: ſunt enim motus a cētro vel ad centrum. Reliquę vero differentię ſumunt in corruptibilibꝰ per cōparationē ad animalia. vt illa colūna ſit dextra, quę eſt ad noſtrā dextrā ⁊c. Addit vero Ph. ꝙ non ſolū in corruptibilibꝰ, ſed etiā in toto vniuerſo, puta in cęlo dantur iſtę differentię poſitionis, nō quidē per ordinē ad nos: ſed ex natura ſua. vt enim probatur. 2. de cęlo dextrū cęli eſt oriens: qꝛ ſi eius motus habuiſſet principium, inde cępiſſet moueri: ⁊ per reſpectum ad oriens ſumuntur alię differentię, vt ibidem eſt videre. Quod autem in corpore infinito nō poſſint ſignari iſtę differentię, manifeſtum eſt, vt modo dicebamus, quia non poſſet ſignari medium: cuius reſpectu dignoſcuntur alię differentię.

❧ Simpliciter autem ſi impoſsibile eſt locum eſſe infinitum, in loco autem eſt omne corpus: impoſsibile eſt infinitum eſſe corpus aliquod. At verò quod alicubi eſt in loco eſt, & quod in loco, alicubi. Si igitur neq; quantum, poſsibile eſt ipſum infinitum eſſe (quantum enim aliquod erit: vt bicubitum, aut tricubitū. hęc enim ſignificat ipſum quantum) ſic & in loco, quod alicubi. hoc autem eſt, aut ſurſum, aut deorſum, aut in alia aliqua diſtantia earum quæ ſex ſunt. horum autem vnum quodq; terminus aliquis eſt. Textus. lv.

¶ In textu. 55. ⁊ poſtremo huius capitis ſubiicit quarta ⁊ poſtrema rō principalis. Omne corpꝰ eſt in loco (hoc. n. differt ſubſtantia corporea ab incorporea, ꝙ illa ſit in loco: hęc vero minime) ſed nullus locus poteſt eſſe infinitus: ergo neq3 corpus fieri pōt vt ſit infinitū. Probat minorē: qꝛ ſicut nō poteſt eſſe res alicuiꝰ generis, niſi in aliqua certa ſpecie (nō. n. pōt eſſe animal, niſi ſit vel hō vel equus ⁊c. neq3 pōt eſſe quantū, niſi bicubitum vel tricubitū, aut in alia ſpecie quantitatis) ita nec pōt eſſe locus naturalis: niſi ſm̄ aliquam drīam poſitionis. ſ. ſurſum deorſum ⁊c. quę ſunt ſpecies loci naturalis: ſed locus infinitꝰ, nec erit ſurſum, nec deorſum ⁊c. ergo non eſt poſſibilis infinitus locus. ¶ Ex probatione minoris poteſt ſumi argumentū nouum ꝙ nō ſit infinitum actu: nam ſi eſt infinitum, erit quantū: ſi vero erit quātum in actu, erit bicubitum, vel tricubitum, aut in alia ſpecie quantitatis: ⁊ per ꝯñs non erit infinitum. ¶ Subſequitur ſtatim caput ſextum.

## ❧ QVONAMMODO, SIT infinitum.

## CAPVT. VI.

QVOD igitur actu non ſit corpus infinitum: manifeſtum eſt ex his. Quod verò ſi non ſit infinitum ſimpliciter, multa impoſsibilia accidūt: manifeſtum eſt. Temporis enim erit quoddam principium atque finis. Et magnitudines: non erunt diuiſibiles in magnitudines. Et numerus nō erit infinitus. Cum autem determinatis ſic neutra ex parte videatur fieri poſſe: arbitrario iudice eſt opus. Atque manifeſtum eſt: quòd quodammodo quidem eſt, quodammodo verò non eſt. dicitur autem, ipſum eſſe aliud quidem potentia, aliud verò actu. Et infinitum eſt quidem appoſitione, eſt etiam & ablatione. magnitudo autem, ꝙ ſecundum actum quidem non ſit infinita: dictum eſt. diuiſione autem: eſt. non enim difficile eſt: tollere indiuiduas lineas. relinquitur igitur potentia eſſe ipſum infinitum. Textus. lvj. INFInitū q̄uo datur. Queſtionis tertię ſimul q̄rtę materia.

¶ Poſtq̄ ſuperiori cap. diſputauit Ariſt. de infinito ad partē potiſſimū negatiuā, in tribus capitulis ſequētibus veritatē ſtatuere proſequitur. In hoc. n. 6. per textꝰ ſex diſtributo, manifeſtat q̄uo ſit infinitum, q̄uo vero non: et in ſequenti diffinit quid ſit infinitū: ac demū in. 8. reſpondet rōnibꝰ aduerſariorū, quibus contendebant infinitum aſſerere. In hoc ḡ text. 56. ait ex his quę hactenꝰ

facta ſunt argumẽta manifeſtũ eſſe nõ eſſe ĩfinitũ in actu: ſ⁊ nihilominꝰ ſi penitꝰ ĩfinitũ repellatur, alia videnť incõueniẽtia ſubſeq; tria vel maxime. Primũ. Daret initiũ, ⁊ finis tẽporis: quod apud Ariſtotelẽ, ⁊ eos oẽs qui ponebant mundũ ꝑpetuũ, erat impoſſibile. Secũdũ. In diuiſione magnitudinis daret tr̃us: qđ tñ eſt impoſſibile: nã quãtũ nõ põt diuidi, niſi in partes quantas: et quęcũq; pars minima, dũ nõ ſit quanta, erit etiã tunc diuiſibilis. Tertiũ ꝙ in nũeris eſſet tr̃us: cũ tñ numerãti nullus ſit tr̃us, ſed cuicũq; numero poſſit fieri additio. Quo circa arbitrario inquit, iudice opus eſt, vt. ſ. aliquo mõ ponat infinitũ et aliquo mõ neget. Et hęc eſt cõcluſio princeps huius materię. Eſt quidẽ infinitum non in actu, ſed tantũ in potẽtia. Duobus. n. inquit modis fit infinitum. ſ. ⁊ appoſitiõe, ⁊ diuiſione: appoſitione quidẽ nõ eſt infinitũ in actu. i. nõ eſt dabilis magnitudo: q̃ habeat infinitas partes ęq̃les nõ ꝯmunicãtes: ablatione vero ⁊ diuiſione datur infinitũ in potẽtia. i. cõtinuũ eſt diuiſibile in ſemꝑ diuiſibilia, At vero qꝛ aliqui ex antiquis, vt lib. 1. text. 30. viſum eſt: dicebant diuiſionẽ non abire in infinitũ: ſed dicebãt dũ linea diuidiť ſm lõgitudinẽ deueniendũ eſſe ad linulas, quę ꝓpter ſuã paruitatẽ eſſent indiuiſibiles. Quã opinionẽ ferũt fuiſſe Xenocratis, ait facile eſſe illa ĩdiuiſibilia tollere. i. ꝑſe eſt manifeſtũ ex ipamet diffinitiõe lineę ꝙ nulla poſſit eſſe ſimpl'r indiuiſibilis. Eſt. n. linea lõgitudo ſine latitudine ⁊ profunditate. S⁊ hęc opinio. 6. huius ex profeſſo reprobatur.

Cõcluſio.

Textus. lvij.

Non oportet autem quod potentia eſt, accipere quemadmodum ſi poteſt hoc, ſtatua eſſe, ꝙ & erit hoc ſtatua: ſic & infinitum aliquod, quod erit actu. Sed quoniam multipliciter dicitur eſſe: quemadmodum dies eſt, & certamen, ex eo quia ſemper aliud & aliud fit, ſic & infinitum. Etenim in hoc eſt & potentia, & actu eſſe. Olympia em̃ ſunt: ex eo quia poteſt certamen fieri, & ex eo quia fit. ¶Aliter autem: & in tempore manifeſtum eſt ipſum infinitum, & in hominibus, & in diuiſione magnitudinum. Omnino enim ſic eſt infinitum: vt ſemper aliud atque aliud accipiatur, & acceptum quidem, ſemper finitum ſit, ſed ſemper alterum atque alterum.

¶Attamẽ qꝛ eſſe in potẽtia dupl'r accipiť, explicat in hoc tex. 57. quõ infinitum ſit in potẽtia. Ad cuius euidẽtiã ſubnectit tres diſtinctiones. Prima. Aliquid eſt in potẽtia dupl'r. Uno mõ, qꝛ põt totũ reduci ad actũ: queadmodũ ęs eſt in potẽtia ſtatua, ⁊ ſemen eſt in potẽtia aĩal: quęquidem potẽtię reducunť ꝯplete ad actum. Et iſto modo nõ eſt poſſibile infinitũ in potẽtia, vt poſſibile ſit aliquãdo eſſe infinitũ in actu. Alio mõ dř aliq̃d eſſe in potẽtia, qđ ſucceſſiue põt reduci ad actũ, qui nũq; cõplete habeť. Queadmodũ cõtinuum poteſt diuidi in duas medietates, ⁊ in quatuor quartas: ⁊ ita ſine tr̃o. Atqui diſtinctio hęc, ortũ habet ex ſimili diſtinctione huius, qđ eſt, eſſe. Eſſe enim cõtingit dupl'r: vel qꝛ totum eſt ſimul ſm omnes partes vt hõ, ⁊ domus, ⁊ reliqua permanẽtia: alio mõ qꝛ eſt in fieri ⁊ ſucceſſione: queadmodũ dies ⁊ operationes ſucceſſiuę, vt certamẽ Olympicũ. ¶Octingentis ferme annis ante aduentũ Chriſti inſtituti ſunt ludi Ioui in Piſa, ⁊ Helide ꝓpe montẽ Olympum: qui quidem fiebant a quatuor in quatuor annos. Et inde cęperunt Gręci per Olympiadas cõputare. vt quatuor quiq; anni eſſent olympias vna. Et quia certamina illa ⁊ agones durabãt per aliquot dies, ponit exẽplũ Ariſto. de illis, tanq; de ſucceſſiuis rebꝰ. Cũ ğ potẽtia ſit ad eſſe, fit vt potẽtia ad eſſe rei permanentis ſit potentia quę põt ſm ſe tota reduci ad actũ: potentia vero ad res ſucceſſiuas nõ reduciť ad actũ qui totus ſit ſimul, ſed cuius ſemper ſit aliud poſt aliud accipere. ¶Illic vero [Aliter autẽ ⁊c.] ſubiungit, ſecundã dr̃iam. Deſignat. n. tres gradus eorũ quę ſucceſſiue fiunt: in quibꝰ poteſt inueniri ratio infiniti. Aliter enim (inquit) in tẽpore eſt infinitũ, ⁊ aliter in hominibus. i. in hoĩum gñatione: quę durat q̃diu durabit tẽpꝰ. Nõ. n. accipit hic, hõ, ea rõne qua eſt ens permanẽs (in quo multi decipiunť) quia illo mõ nõ põt eſſe infinitꝰ: ſed pro gñatione hoĩum perpetua, vt patet ex ſubſequẽtibus. Et tertio eſt infinitũ in diuiſione magnitudinis. Cõueniũt autẽ hęc tria, ⁊ differunt. Conueniunt (inquit) qꝛ nullũ iſtorũ eſt infinitũ in actu: ſed in oĩbꝰ eſt aliud poſt aliud accipere: ita vt ſemper id qđ eſt acceptũ, eſt finitũ: ⁊ qđ reſtat accipiendũ, eſt infinitũ. Si enim incipias diuidere ꝯtinuũ, accipis duas partes diuiſas, deinde quatuor, ⁊ ita ꝯſequẽter. ita ꝙ pręteritũ ſemper eſt finitum: ſed infinitum ꝓcedit in futurũ ſemper in potẽtia, quę nunq; tota reducitur ad actũ. At vero vř ꝙ in tẽpore ⁊ in hoĩum generatione ſm Ariſt. id quod eſt pręteritũ etiã ſit infinitũ: nam fuit mũdus a parte ante infinitus, ſicut erit a parte poſt. Reſpondeť, mentem Ariſto. eſſe ꝙ ſi alicuius infiniti partes incipiantur numerari, ſemꝑ illę quę ſunt numeratę erũt finitę: tẽpus vero, ⁊ ſeries gñationũ non potuit icipi numerari ab initio, qꝛ nullũ habuit initium: ſed ſi nunc incipias numerare dies vel futuros vel p̃teritos ⁊ pariter hoĩes tunc ſemꝑ, numerati, ſunt finiti, numerandi vero infiniti.

Olympia.

Tria ſucceſſiua.

Textus. lviij.

Ampliꝰ ipſum eſſe multipliciter dicitur. Quare infinitum, non oportet accipere ſicuti hoc aliquid, vt hominẽ aut domũ: ſed vt dies dicitur & certamen, quibus eſſe, non vt ſubſtantia quædã factum eſt, ſed in generatione ſemper aut corruptione finitum, ſed ſemper alterum, atq; alterũ. At in magnitudinibus quidem permanente accepto, hoc accidit. in hominibus autem, & tempore: corruptis, ſic vt non deficiant.

¶Poſt conuenientiã horũ trium ſucceſſiuorum ſubdit in hoc textu. 58. eorũ differentiã. Reſumit autẽ prius concluſionẽ ſuperiorẽ: vſ⁊, ꝙ infinitũ in potentia non eſt ſicut hoc aliquid. i. ſicut ſubſtantia hęc ſingularis ⁊ permanẽs, quę tota põt ad ſenſum demonſtrari, vt hõ vel domus: at ſicut dies ⁊ certamẽ, quę nõdũ cõplete facta ſunt, ſed ſunt in fieri. Differt tñ inter tẽpus, ⁊ gñationes, ⁊ diuiſionẽ cõtinui: qꝛ in tẽpore ⁊ gñationibus ⁊ corruptionibꝰ ſemper accipiť vnum poſt aliud, priori tamẽ corrupto: fluunt enim dies et gñationes. vt vna trãſeunte, alia ſuccedat: quia ſunt entia ſucceſſiua. In diuiſione aũt continui partes ſunt ꝑmanẽtes: nẽpe illę q̃ ꝯtinuę erant, permanent diuiſę. Et ita per diuiſionem magnitudinis creſcit multitudo.



Textus. lix.

Quod autem eſt ſecundum appoſitionem: idẽ quodammodo eſt, & quod eſt ſecundum diuiſionem. Nam in eo quod finitum eſt: ſecundum appoſitionem fit ediuerſo. quatenus enim diuiſum videtur in infinitum: catenus appoſitum, videbitur ad determinatum. In magnitudine enim finita, ſi accipiẽs quis determinatã aſſumat eadem ratione, nõ eandem aliquã totius magnitudinẽ ratione accipiens: nõ pertranſibit finitam. ſin verò ſic augeat rationem, vt ſemper aliquam eandem accipiat magnitudinẽ: pertranſibit. propterea ꝙ OMNE finitum aſſumitur quouis finito. Aliter igitur non eſt, ſed ſic, eſt infinitum. Potentia enim: & in diuiſione. Et actu etiam eſt: ſicuti diem eſſe dicimus, & certamen. Et potentia ſic eſt: vt materia, & non per ſe, ſicut finitum.

OMNE finitũ per ablationẽ finiti conſummitur.

¶In tex. 59. ſubſeq̃tur tertia dr̃ia: quę eſt inter infinitũ per diuiſionẽ, ⁊ infinitũ per appoſitionẽ: q̃ ambo ſunt in permanẽtibus. Qđ eſt dicere, inter diuiſionẽ cõtinui ⁊ augmentũ numeri: quorũ vtrũq; procedit in infinitũ. Ponit tñ (vt in ſuperiori) cõuenientiã, ⁊ deinde differẽtiã. Ait em̃ ꝙ idẽ eſt infinitũ per appoſitionẽ ⁊ per diuiſionẽ, conuerſo modo. Etenim, vt mõ dicebamus, per diuiſionẽ cõtinui creſcit numerus. [Quatenus autẽ (inquit) diuiſum vř in infinitũ, eatenus appoſitũ videbiť, ⁊ determinatũ] Vbũ hoc eſt animaduertendũ, vt tex. ſequẽti adnotabimus. Ad cuius intellectũ notandũ eſt dupliciter poſſe fieri finitę magnitudinis diuiſionẽ. Uno modo ſeruãdo partiũ eandẽ ꝓportionẽ. Quã hic appellat eandẽ rationẽ, nõ tñ eandẽ quãtitatẽ. vt ſi pedale diuidať ꝓportione dupla. Scđo mõ ſeruãdo eandẽ quãtitatẽ nõ aũt eandẽ ꝓportionẽ. Si aũt diuidať pmo mõ, nunq; põt pertrãſiri magnitudo pedalis: ſed abibit in infinitũ diuiſio. Ut ſi priꝰ diuidať i duas medietates: ⁊ medietas rurſus in duas: deinde q̃rta in duas: ⁊ ita in infinitũ. Si vero diuidatur ſcđo mõ ꝑ partes eq̃les, quãtacũq; ſit illa magnitudo finita, tandẽ pertranſibiť. vt ſi ſit decupedalis ⁊ in qual⁊ diuiſione demať pedale, decẽ diuiſionibus pertrãſibiť: qꝛ omne finitũ per ablationẽ finiti tandẽ cõſumiť. Et nota ꝙ in p̃o diuiſiõe, ſeruata eadẽ ꝓportione, minuiť ſemꝑ quãtitas ꝑtiũ: qꝛ ſꝑ accipiunť minores ⁊ minores: in ſcđa vero, ſeruata eadẽ quãtitate, ꝓportio q̃dẽ totius ad ꝑtẽ q̃ demiť, minuiť: nã ſemꝑ demiť pars in minori ꝓportione: decupedalis. n. ad pedale eſt ꝓportio decupla: ſ⁊ nouẽpedalis q̃ntitatis ad pedalẽ eſt nonocupla: q̃ eſt minor proportio: ⁊ octo ad vnũ adhuc minor. Nihiloꝰ ꝓportio: totius ad riſiduũ ſemꝑ augeť: nã decẽ ad nouẽ eſt ꝓportio ſex q̃ nona: ⁊ nouẽ ad octo, ſex qui octaua quę eſt maior ꝓportio: ⁊ ita ꝯſr demẽdo ſemꝑ pedale. Et hoc eſt qđ ait [ſic augeat rationẽ.] Cõcludit ergo Ariſ. ꝙ infinitũ dať ſolũ in potẽtia, ſeruata tñ diuiſiõe in eadẽ ꝓportione: nõ aũt al'r. i. ſeruata eadẽ q̃ntitate ꝑtiũ. Unũ q̃dã mõ põt dici infinitũ in actu: nõ ſm ſe totũ, ſ⁊ ſicut dř eſſe in actu, id qđ eſt in fieri: ſicuti dies ⁊ annꝰ. Eſt aũt in potẽtia infinitũ ꝑ ſimilitudinẽ ad materiã. Ut em̃ potentia materię non poteſt tota ſatiari, quia eſt indifferens ad quãcunq; formã, ita neq; diuiſio continui poteſt terminari: q̃ñ procedit eadem proportione.

Textus lx.

Et ſecundũ appoſitionem igitur ſic infinitum potentia eſt: quod idẽ dicimus quodammodo eſſe, cũ eo quod eſt ſecundũ diuiſionẽ. Semper em̃ aliquid ipſius, extra eſt accipere: nõ tamẽ accedit omnẽ determinatã magnitudinẽ. vt in diuiſione, excedit omnẽ determinatã: & erit minor. Vt autẽ omnẽ excedat ſecundũ appoſitionẽ neq; potẽtia poſsibili eſt eſſe: ſiquidẽ nõ ſit ſecundũ accidens actu infinitũ. vt dicunt qui de natura diſſerunt, id corpus quod extra mundũ eſt, cuius ſubſtantia, aẽr eſt, aut aliud quid tale: infinitũ. Sed ſi nõ poſſibile eſt eſſe infinitum actu corpus ſenſibile ſic: manifeſtum eſt, quòd nec potentia vtiq; erit ſecundum appoſitionem, niſi (vt dictum eſt) contrario diuiſioni modo.

¶In tex. 60. ſubiungit differentiã inter infinitũ ꝑ diuiſionẽ, ⁊ ꝑ appoſitionẽ. Ait nãq; infinitũ ꝑ appoſitionẽ eodẽ mõ eſſe, nõ in actu, ſed in potẽtia: nã ſimil'r apponũtur numero ꝑtes minores ⁊ minores, vt diuidunť a quãtitate. Unñ ſicut quacũq; parte diuiſa a magnitudine, adhuc põt alia minor diuidi in eadẽ proportione, ita quacũq; addita alicui magnitudini, põt addi alia minor in eadẽ proportione. Eſt tñ dr̃ia ꝙ via diuiſionis excedit in minus quęcũq; quãtitas: via aũt appoſitionis nõ põt in maius excedi quęcũq;. Sit. n. pedale qđ debet diminui ꝑ diuiſionẽ proportione. v. g. dupla: tũc quacũq; quãtitate quantũcunq; minima ſignata dabiť minor in tali diuiſione. vt notũ eſt. Si tñ per diuiſionẽ vnius quantitatis: debet alia creſcere, tale augmentũ non excedet quãcũq; quantitatẽ: immo dabiť q̃ntitas minima ad quã nõ ꝑueniet, ſed ad quãl⁊ citra illã. Exẽpli gratia. Dentur duo pedalia. a. et. b. vt ꝑ diuiſionẽ. a. debeat creſcere. b. tũc bipedale erit minima q̃ntitas ad quã. b. nõ perueniet. Nã in p̃ma diuiſione auferť medietas. a. ⁊ additur. b. ⁊ in ſcđa auferturvna q̃rta, ⁊ additur. b. ⁊ ita cõſequẽter proportione ſubdupla. Nunq; ergo. b. ꝑueniet ad bipedalẽ quantitatẽ: ſed ad quãlibet citra illã. Et idẽ oĩno cõtingit in quauis quãtitate ſumantur illa duo: vt ſi qđlibet ſit centũ, aut mille pedũ, quãtitas amborũ ſimul erit minima ad quã nunq; peruenit augmentũ, ſi ꝑ vnius diuiſionẽ augeatur alterũ. ¶Infert igiť Ph. ꝙ ſi nunq; per appoſitionẽ põt dari infinitũ in actu, fit vt neq; hoc mõ poſſit dari infinitũ in potẽtia. puta ꝙ ſecundũ ſe totũ reducať ad actũ: quemadmodũ ęs, qđ prius eſt in potẽtia ſtatua, poſtea eſt in actu ſtatua. Unde falſum eſt qđ naturales illi philoſophi dicebãt: qui ponebãt infinitũ mõ naturali. ſ. de per accidẽs ratione quãtitatis in ſubſtãtia ſenſibili: dicentes, ꝙ extra cęlũ (nam intra capi nõ poterat) erat infinitus aer, aut alia quęuis ſubſtãtia. Probat autẽ conſequentiã. ſ. ꝙ ſi nõ ſit ens infinitũ in actu nõ poterit dari infinitũ ꝑ appoſitionẽ: nã infinitũ ꝑ appoſitionẽ fieri nõ põt: niſi addẽdo ſemper partes equales. At vero partes equales diuidi nõ poſſunt: niſi ab eo, quod eſt ĩfinitũ in actu.

Textus lxj.

Quoniam & Plato ob hoc duo infinita fecit: ꝙ & in auctione videtur excedere, atq; in infinitũ

abire etiam in diuiſione. Cùm tamen fecerit duo: non vtitur. neq; enim numeris: ſecundum diuiſionem, infinitum exiſtit (vnitas enim minimum eſt) neq; in auctione. vſque enim ad denarium facit numerum.

¶ At q2 poſſet quis dicere, ꝙ quanq̃ nō detur infinitū in actu ſecundū naturaliter loquētes. i. in rebus ſenſibilibus de per accidēs ratione quātitatis, nihilominus ſecundū Platonē poſſet dari infinitū, ait in hoc tex. 61. et poſtremo hui⁹ capitis, ꝙ Plato quanq̃ vtebatur nomine infiniti, nō tamē vtebatur re infinita tanq̃ principio materiali. Ubi notandū ꝙ Plato, licet differebat ab alijs in principio formali, qđ ponebat ideā cuiuſcūq; ſpeciei infinitā quodam modo in virtute: vt pote cuius participatione fieri poſſent infinita indiuidua, tamē in principio materiali quodā modo cōueniebat cū Pythagoricis: appellās illud, numerū: ſeu magnū z paruū: q2 em̄ generationes z corruptiones variātur per potentiā materię, generatio vero fit per augmentū z quaſi per appoſitionē, corruptio vero per diminutionē, z quodā modo per diuiſionē, principia materialia appellabat metaphoricę (vt ait Themiſ.) magnū z paruū. Et q2 potentia materię de ſe eſt indeterminata ad infinitas formas, z quācunq; quantitatem, vtrumq; hoc principium appellabat, infinitū. vt ſupra text. 26. dixit Ariſt. in quo differebat a Pythagora, qui ponebat vnū principiū infinitū: qđ appellabat par: z aliud finitū: qđ appellabat impar. Plato igitur poſſet ab aliquo cenſeri ponere infinitū in actu, tam per diuiſionē, q̃ per appoſitionē. Ait vero Ariſt. ꝙ ſolū ponebat infinitū in potētia ex parte materię: nā in actu nō ponebat, infinitū. ſ. in ſpecie qm̄ principia rex etiā appellabat numeros: ſicut Pythagoras: z tamē in numeris per diuiſionē venitur ad vnitatē, quę in ratione quātitatis diſcretę eſt indiuiſibilis: z per appoſitionem tantum ponebat. 10. vnitates differentes ſpecie: nam ſuper numerum denariū non fit augmentum, quaſi per additionē nouarū ſpecierum: ſed per repetitionē pręcedentiū vnitatū.

Platonis magnū z paruum.

¶ Subſequitur illico caput ſeptimum.

## QVIDNAM SIT INFINITVM. CAPVT. VII.

Textus. lxij.

ACCIDIT autem, cōtra eſſe infinitum: q̃ vt dicunt. Non em̄ cuius eſt nihil extra, ſed cuius ſemper aliquid extra eſt: hoc infinitū eſt. Signū autem eſt. nā anulos infinitos dicūt, non habentes palā: quoniā ſemper aliquid extra eſt accipere, ſecundū ſimilitudinē quidē quandā dicentes, nō tamen proprie. oportet enim, & hoc eſſe: & nunq̃ idē accipi. in circulo autem nō fit ſic. ſed ſemper quod eſt cōſequenter: ſolum alterum.

¶ Habito in ſuperiori capite quonā modo ſit infinitū, nempe nō in actu, ſed in potētia: in hoc ſeptimo, qđ nouē textus amplectitur, colligit verā diffinitionē infiniti. Ait ergo in hoc tex. 62. ꝙ infinitū cōtrario modo diffiniri debet, q̃ quidā ſuorū prędeceſſorū diffiniebāt. Quippe qui diffinitionē aſſignabāt negatiue: dicentes infinitū eſſe id extra qđ nihil eſt aſſumere: ſecundū quā diffinitionē vniuerſus mundus eſſet infinitus. Poti⁹ ergo cōſtruenda eſt diffinitio affirmatiuę, vt infinitū ſit illud cuius ſecundū quantitatē accipientibus partes, ſemper extra quālibet partē aliā ſit accipere. Quod explicat exemplo anuli. Is nāq; dr̄ infinitus, nō in re, ſed per ſimilitudinē. Fertur em̄ anulus eſſe infinitus, propterea quia ratione figurę non eſt ſignabilis pars vltima ſecundū lōgitudinē lineę, ſed quacūq; data, extra illā ſequitur alia cōtinua. Ex eo tamē deficit a ratione perfecti infiniti, quia pars quę ſumitur proxima pręcedenti, non eſt ſemper alia ab omnibus prius ſumptis: nam ſi atramento ſignes vnum punctū in anulo, vnde incipias, cum iterum venias ad idem punctum neceſſe eſt, ſi procedas, reſumere partes prius ſumptas.

Infinitum igitur id eſt: cuius ſecundū quantitatē accipientibus, ſemper aliquid accipere extra eſt. Cuius autem nihil eſt extra: id eſt perfectum & totum. ſic enim diffinimus totum: cuius nihil abeſt. vt hominem totum, aut arculam. vt autem diffinimus ſingulare: ſic & quod proprię eſt, vt totum, cuius nihil eſt extra. cuius autem abſentia eſt extra: non omne eſt, quicquid abeſt. — Textus. lxiij. INFINITI diffinitio.

¶ Ex hoc ergo exēplo colligit tex. 63. exactā diffinitionē infiniti: dicēs. Infinitū eſſe id cuius ſecūdū quantitatē accipiētibus ſemꝑ dat aliquid accipere extra. i. quotcūq; z quātiſcunq; partibus ſecundum quantitatē enumeratis, adhuc datur alia pars, nō ſolū pręter illā cui proximę annumeratur, ſed pręter omnes enumeratas. Diffinitio hęc generaliter cōpetit infinito tā in actu, q̃ in potentia, magnitudine, z multitudine. ¶ Illa vero (inquit) diffinitio per negationē quā illi aſſignant infinito, potius cōpetit toto. Totū enim eſt cuius nihil deeſt: eorū. ſ. quę ad eius naturā z perfectionē pertinēt. vt totus homo tota domus. Et quemadmodū diffinimus totū ſingulare. ſ. hoc aut illud quod eſt pars vniuerſi, proportionali ratione diffinimus totū vniuerſum. Eſt em̄ vniuerſum ille rerū ordo extra quē nihil eſt: vel cui nihil deeſt ad cōpletam rationē. Cuius autē abſentia eſt extra, id eſt, cuius aliqua pars deeſt, non eſt totum. vt domus ſine tecto non eſſet domus: z homo ſine manu, quamuis eſſet ſimpliciter homo, non eſſet tamen perfectus homo. — Totius diffinitio.

Totum autē & perfectū, aut idem penitus, aut proxima natura ſunt. Perfectū autē nihil non habens finē. Finis autem: terminus eſt. Quapropter melius exiſtimandū eſt, Parmenidē Meliſſo dixiſſe. Hic enim infinitum totum dicit. Ille autem totum terminatum eſſe, ex ęquo à medio diſtans. NON enim linum lino eſt continuare, vniuerſo ac toti infinitum. — Textus. lxiiij. Prouerbium.

¶ In tex. 64. ex dictis diffinitionibus elidit opinionē ponentiū infinitū: dicēs, ꝙ infinitū ſi eſſet, nō eſſet totū: z per ꝯñs neq; ens. Quod oſtendit hoc ſyllogiſmo. Totū, z perfectū, aut ſunt penit⁹ idē, aut ſimillima z proxima ex natura ſua: ſed infinitū nō eſſet perfectū: ergo nō eſſet totū: totū vero, z ens idē ſunt: ergo eſſet non ens. Ait in maiori ꝙ, aut ſunt idem, aut proxima, vel (quemadmodū exponit S. Tho.) quia perfectū ſuperius eſt q̃ totū: angelus em̄ eſt perfectus in ſua natura z ſpecie. Et tn̄ proprię nō eſt totū: q2 totū dr̄ ꝑ reſpectū ad



ctū ad partes: quas angelus nō habet. Uel (quēadmodū ait Themiſ.) licet idē corpus ſit totū et perfectū, dr̄ tn̄ totū reſpectu partium. i. cui nulla ei⁹ pars deeſt: ꝑfectū aūt reſpectu finis: vt illđ ſit perfectū, qđ peruenit ad finē z cōpletā perfectionē. Quare puer diceretur totus hō: nō tn̄ perfectus hō. Et hinc patet probatio minoris. Infinitū em̄ q2 nō haberet finē, nō eſſet perfectū: z per ꝯñs nō eſſet totū: nā perfectū ſcđm vtrāq; expoſitionē ſuperius eſt q̃ totū. ¶ Infert hinc corollariū ꝙ melius exiſtimandū eſt dixiſſe Parmenidē q̃ Meliſſum. Enimuero vt lib. 1. ſuper tex. 25. adnotauim⁹, licet Parme. z Meliſſ. hoc cōuenirent, ꝙ ponerēt oīa eſſe vnū: differebāt tn̄ ꝙ Meliſſ. ponebat illđ eſſe infinitū. Parme. vero aiebat vniuerſum eſſe finitū z circulare: cui aſſignabat mediū, vnde ſuperficies vltima ęquidiſtaret: quemadmodū peripheria circuli ęque vndiq; diſtat a cētro. Et propterea dicebat eſſe immobile, ꝙ partes quaſi in equilibrio ſe inuicē ſuſtinerēt. Meliſſ. vero dicēs vniuerſum eſſe quidē totū, z eſſe quoq; infinitū, pugnātia dicebat. Si. n. erat īfinitū, nō habebat finē z ꝑ ꝯñs, nec erat ꝑfectū, nec totū. ¶ Erat autē ꝓuerbiū apđ Gręcos, linū lino nectere, qđ (q̄cq̄d Eraſ. dicat) ex hoc loco manifeſte colligit̄ in eos cōuenire q̄ coherētia z ꝯueniētia dicūt, neq; ſuis verbis repugnāt. Ait. n. ꝙ dicere vniuerſum eſſe totū, z eſſe infinitū, nō eſt linū lino cōtinuare. i. ꝯſona dicere: ſed potius repugnantia. Ratio adagij erat, q2 linū optime cōtinuat̄ cū lino, aut cū ex eo filū ducit̄, aut cū nodo ꝯnectit̄, aut forte cū texit̄. — Parme. et Meliſſ.

Quoniam hinc quidē hanc de infinito dignitatē accipiūt: oīa. ſ. cōtinere, & totū ipſum in ſeipſo habere. propterea ꝙ habet quandā ſimilitudinē cū toto. Eſt enim infinitū: perfectionis magnitudinis materia, & potentia totū, actu vero nō. Diuiſibile autē eſt: & ad diuiſionē, & ad oppoſitam appoſitionem. Totum autem & finitum: non ſecundum ſe, ſed ſecundum aliud, & non continet, ſed continetur quatenus infinitum eſt. — Textus. lxv.

¶ In tex. 65. ꝓdit Ariſt. aperti⁹ antiquorū errorē. Textus eſt apđ interpretes ſubobſcur⁹: vr̄ tn̄ ei⁹ expō ita habere. Nēpe ꝙ cū diffinirēt infinitū negatiuę: dicētes, infinitū eſſe cui⁹ extra nihil eſt accipere (quę quidē diffinitio poti⁹ toti q̃ infinito cōuenit) ꝓprietates eas z cōditiones quę cōueniunt toti z vniuerſo, attribuebāt infinito. Applicabant enim infinito illam dignitatē quę eſt omnia cōtinere, z totum ipſum. i. vniuerſum in ſeipſo habere z cōplecti: propter ſimilitudinē (inq̄t) quā infinitū habet cum toto, cui illę conueniunt proprietates. Nam ſicuti totum cōplectitur in ſe omnes ſuas partes, ita infinitū habet ſuas. Horū autē opinionē refellit Ariſtot. tali ratione. Id quod ſe habet vt totum ſolū in potentia z non in actu, non continet alia, ſed potius cōtinetur: infinitū eſt totum non in actu: ſed in potentia: ergo non continet, ſed potius continetur. Maior patet ratione, quia continere dicit actum, z contineri dicit potentiā: z pręterea liquet exemplo: totum enim quia eſt ens actu per ſe ſubſiſtens continet partes: quę ſunt entia in potentia eo ꝙ non per ſe ſubſiſtunt. Et eadē ratione, quia materia eſt ens in potentia ad formam, forma cōtinet materiā actuando illā. Minorē vero probat hoc modo per ſimilitudinē ad materiam, quę eſt ens in potentia ad formā. Ratio infiniti conſiſtit in hoc, vt ex ſupradictis patet, ꝙ diuiſio vnius quanti z appoſitio ad aliud quantū nō habeat terminū: ſed ſemper quacunq; diuiſione vni⁹ z appoſitione ad aliud facta, poſſit noua fieri. Et per ꝯñs ratio infiniti eſt ſicut infinita potentia materię: quę conſiſtit in hoc, ꝙ quacunq; forma informetur, ſemper eſt in potētia ad aliā. Obidq; ratio infiniti nō cōſiſtit in hoc qđ eſt actu tranſactū, ſed in illo qđ reſtat futurū faciendū. Et ideo potius eſt ratio potētię ad futurū, q̃ actus. Et hoc eſt qđ ait infinitū eſſe materiā perfectionis magnitudinis. i. infinitū eſt in potētia ad perfectā z abſolutam diuiſionē. ſicut materia eſt in potētia ad formā. i. ſicut ratio infinitę potētię materię cōſiſtit in hoc qđ nunq̃ finiatur per aliquā formā, ita ratio infiniti conſiſtit in hoc, qđ nunq̃ perficiatur diuiſio magnitudinis: z per ꝯñs infinitū dicit q̄d imperfectū. Fit ḡ vt ratio infiniti ſit ratio totius, nō in actu, ſed in potētia: z per ꝯñs infinito nō cōuenit cōtinere, ſed cōtineri. ¶ Concludit ergo ꝙ infinitū in quantū infinitū nō terminat, nec cōtinet: ſed alia eſt ratio infiniti z alia cōtinētis z totius. Eſt em̄ aliquid infinitū ꝓpterea ꝙ aliquid eſt in infinitū diuiſibile z per diuiſionē vnius fit appoſitio ad aliud: eſt autē totū z finitū: nō ſcđm ſe. i. quatenus infinitū, ſed ſcđm aliud. i. ſcđm qđ vnit̄ per vnā formā. Exempli gr̄a. Unū pedale eſt infinitū in potētia ea ratione qua eſt diuiſibile in ſemꝑ diuiſibilia, z quę ab hoc diuidūtur, apponūtur alteri in infinitū procedēdo certa proportione, vt ſupra dictū eſt: eſt tamē totū z finitū inquantū partes ſunt vnitę per vnā formā qua totū eſt vnū ſuppoſitū. Ex his ḡ cōcludit cōtra illos ꝙ infinitum quatenus infinitū potius cōtinetur: q̃ continet: quia illud pedale eſt infinitum quatenus habet partes infinitas, quę continentur in toto.

Quo circa ignotū eſt: quatenus eſt infinitum, ſpeciem enim: non habet materia. ¶ Quare manifeſtum eſt: ꝙ magis in partis ratione infinitum ſit, quàm in totius. Pars enim materia totius eſt. Sicut æs æneæ ſtatuæ. ¶ Quoniam ſi continet in ſenſibilibus: & in intelligibilibus ipſum magnū & paruum, oportebat continere intelligibilia. Inconueniens autem & impoſsibile eſt: ignotum & indeterminatum continere, & determinare. — Textus. lxvj.

¶ In tex. 66. elicit ex dictis corollaria tria. Primū ꝙ infinitū in quantū infinitū, eſt ignotū qđ lib. 1. tex. 35. prius dixerat. Ratio eſt q2 cū obiectū intellectus ſit ens, nihil cognoſcitur niſi ſub rōne entis: ſicut nihil vr̄, niſi ſub rōne colorati. Obidq; nihil cognoſcitur ratione materię, quę eſt ens in potentia, ſed ratione formę quę dat eſſe z ſpeciē rei: nā neq; chimerā ipſam cognoſcere poſſum⁹, niſi fingēdo compoſitū ex partibus animaliū aliquarū ſpecierū. Cum ergo infinitū habeat rationē materię, vt explicatū eſt: q2 in quantū infinitū, eſt in potētia q̄ nunq̃ terminat̄, fit vt in quantū infinitū nō ſit cognoſcibile. Si. n. lignū eſſet īfinitū, cognoſceret̄ quidē per eius diffinitionē rō ligni: nō tamē cognoſceret̄ quantū eſſet. ¶ Secundum corollariū. Infinitū habet poti⁹ rationē partis, q̃ rationē toti⁹. In quo cōtradicit illis qui eadē diffinitione diffiniebant infinitum, qua totum. — Infinitū nō eſt cognoſcibile. Infinit. vt pars.

Probat

Probat eadẽ ratione, q͛ infinitũ in quantũ infinitũ habet rationẽ potẽtię ⁊ materię: materia vo habet rationem partis, quę habet eſſe per formã. Et exẽplo id poteſt explicari. vt ſupra dicebamus: pedale nãq; habet rationẽ infiniti propter diuiſionẽ in partes quę finiri nõ poteſt. Unde in tali diuiſione, cũ partes quę ſunt actu per ſe ſeparatę tanq; entia totalia ſubſiſtentes, ſint finitę: partes autẽ diuidendę ſint entia in potẽtia ⁊ nõ totalia: ſed partialia, fit, vt infinitũ ſemp habeat rationẽ partis. Eſt reuera arguta ratio. ¶ Tertiũ corollariũ pecul͛r infertur aduerſus Platonem. Plato enim ponebat infinitum ex parte materię, magnũ ⁊ paruũ, vt tex. 61. explicatũ eſt: ex parte vero formę, puta ideę, ponebat infinitũ in virtute. Ait ergo ꝙ male Plato ponebat infinitum ex parte materię, ⁊ ſimul dicebat infinitũ omnia cõtinere: nã tunc illud infinitũ materiale cõtineret ſuo modo etiã ideas quę ſunt entia intelligibilia: ſicut idea etiã in genere cauſę formalis cõtineret iſta materialia. Quod autẽ infinitũ materiale cõtineat intelligibilia, eſt impoſſibile. Infinitum enim dicit quid indeterminatũ ⁊ ignotũ: intelligibilia vero ſunt de ſe determinatiſſima, quę nihil habent ad mixtum de potẽtia: ⁊ per ꝯñs ſunt ſuapte natura notiſſima. Et eſt animaduertenda vis rationis huius: nam ſecundum Ariſt. principium materiale nullatenus continet formam, q͛ ſolum eſt ens in potentia: Plato vero ponebat magnum ⁊ paruum infinitum in actu.

Plato.

Textus. lxvij.

Secundum rationem autẽ accidit: vt & quod eſt ſecundum appoſitionẽ, nõ eſſe videatur infinitum ſic, vt omnem excedat magnitudinem. In diuiſione autem: eſſe. continetur enim: ſicut materia, intus & infinitum. continet autem: ſpecies.

¶ In textu. 67. conſtituta, expoſitaq; diffinitione infiniti, proſequitur inde colligere conditiones ⁊ proprietates infiniti. Et ſunt iſtę quę ſequuntur optime ſane conſiderationes. Atqui primo reddit rationẽ illius theorematis, qđ tex. 59. protulerat: nẽpe ꝙ infinitũ ſecundũ appoſitionẽ nõ excedit creſcẽdo quancũq; magnitudinẽ: infinitum autẽ ſecundũ diuiſionẽ excedit decreſcendo quãcunq; paruitatẽ. Ait enim rationẽ huius eſſe, ꝙ infinitũ in diuiſione cõtinetur intus tanq; materia: infinitũ autẽ per appoſitionẽ apponitur exterius tanq; a forma. Ubi meminiſſe oportet ꝙ, vt lib. 2. ſup tex. 31. adnotauimus, totũ reſpectu partiũ ſe habet vt forma, ⁊ partes reſpectu totius vt materia: eo ꝙ forma eſt quę dat eſſe, ⁊ partes exiſtunt in toto. Cum ergo corpus quantũ diuiditur in ſuas partes, proceditur a toto ad partes, nam terminus a quo diuiſionis eſt totum, ⁊ terminus ad quẽ, partes ſeparatę: ideoq; proceſſus eſt materialis: atq; adeo partes quę diuidũtur cõtinentur intus tanq; materia diuiſionis. Et cũ de ratione materię ſit potentia interminabilis, quacunq; facta diuiſione, reſtat pars diuiſibilis: et per cõſequẽs nõ dabitur minima pars, quin illa ſit diuiſibilis in toto: nã per ſe bene datur minima quę poteſt per ſe ſubſiſtere, vel maxima quę nõ. vt libr. 1. q. 4. dictũ eſt. Quãdo vero infinitum creſcit per appoſitionẽ, eſt cõtrarius proceſſus a partibus cõponentibus ad totũ cõpoſitum: qui quidẽ proceſſus habet ſimilitudinẽ cũ proceſſu a materia ad formã. Unde ſicuti forma extrinſecus aduenięs cõſtituẽs materiã in certa ſpecie, terminatur ad maximã quantitatẽ illius ſpeciei, ita cum vnũ quantũ augetur per diuiſionẽ alterius, nõ exceditur in tali augmento quęcũq; quãtitas, ſed terminabitur ad quantitatẽ cõpoſitam ex quãtitate quę prefuerat in illo quod augetur, ⁊ ex quãtitate per cuius diuiſionẽ augetur. vt ſi pedale augetur per diuiſionem alterius pedalis, terminabitur augmẽtum extrinſecę ad bipedale. Itaq; nunq; veniet ad bipedalem quantitatem, ſed ad quamlibet citra illam.

Textus, lxviij.

Rationabiliter autẽ & hoc, in numero quidẽ eſſe verſus minimũ, terminũ: verſus autem plura, ſemper omnẽ excedere multitudinẽ. In magnitudinibus vero: ècontrario. Verſus enim minus, omnẽ excedere magnitudinẽ: ſed verſus maius, non eſſe magnitudinẽ infinitũ. Cauſa em̃ eſt: quoniã vnũ, eſt indiuiſibile, quodcunq; vnũ ſit. vt homo: vnus homo, & nõ multi. Numerus autẽ eſt: vna, plura, & quanta quædam. Quare: neceſſe eſt ſtare ad indiuiſibile. duo namq;, & tria: denominatiua ſunt nomina. Similiter autem: & aliorũ numerorũ vnuſquiſq;. Verſus autem plus: ſemper eſt intelligere. Infinitæ enim ſunt bipartitiones magnitudinis. Quare, potentia quidem eſt actu autẽ nõ eſt: ſed ſemper accedit exceptũ omnẽ determinatam multitudinem. At non ſeparabilis eſt: numerus hic bipartitionis: neq; manet infinitas: ſed fit, ſicut & tempus, & numerus temporis.

Differtia inter magnitudinẽ & numerũ.

¶ In textu. 68. manifeſtat quomodo in hac parte differat inter quantitatẽ continuã ⁊ quantitatẽ diſcretã. Ubi hanc ponit cõcluſionẽ. In numeris verſus minimũ datur terminus, nõ tamẽ verſus maximũ: in magnitudinibus vero ecõtrario verſus minimũ nõ datur terminus, datur tamẽ verſus maximũ. Cuius ratio (inquit) eſt: quoniam principiũ numerorũ eſt vnitas: quę quidẽ eſt indiuiſibilis, vt habetur. 5. meta. text. 12. Sed dicet quiſpiã forte contradictionẽ eſſe ꝙ in diuiſione cõtinui nõ detur minima pars: ⁊ tamẽ in numeris detur vnitas indiuiſibilis: nã vnitas idẽ eſt, quod res vna: quęcunq; autẽ res vna quanta eſt diuiſibilis. Reſpõdetur autẽ ꝙ licet nulla ſit vnitas, quę in ratione quãtitatis cõtinuę ſit diuiſibilis in partes, tamẽ in ratione quãtitatis diſcretę ⁊ numeri vtimur vnitate tanq; aliquo indiuiſibili vnde incipimus numerare: ſicut puncto indiuiſibili vtimur vt principio quãtitatis continuę. Et notato exemplũ Ariſt. Ut enim homo, licet quatenus corpus quantũ ſit diuiſibilis, tñ in ratione hominis nõ eſt diuiſibilis in plures homines: q͛ perfectio hoĩs conſiſtit in indiuiſibili. Ita ergo vnitas in ratione numeri eſt indiuiſibilis. [Cum autem numerus (inquit) ſit vna plura quędã.] Boeti⁹ vertit, vno plura, ſed neq; ita eſt grece, nec mens ſic explicatur Ariſt. quippe qui intelligit ꝙ numerus eſt vnitates plures (accipitur enim cõcretum, vna, pro abſtracto, vnitates) Unde duo (inq̃t) ⁊ tria ſunt denominatiua a duabus ⁊ tribus vnitatibus. Quocirca. 5. meta. text. 19. ait ꝙ ſenarius nõ eſt bis tria: ſed ſemel ſex. Nõ enim denominatur a ternario multiplicato: ſicuti ſpecies humana nõ eſt ſpecies equina duplicata. Et ideo in numeri diuiſione ſiſtere neceſſe eſt in vnitate indiuiſibili. At vero verſus augmẽtum nõ datur maximus numer⁹. Ratio eſt, quia numerus creſcit ex diuiſione continui: vnde cũ continuum ſit diuiſibile in ſemper diuiſibilia, numerus itidẽ augetur in infinitũ. Occurrit autem tacitę obiectioni qua q̃s poſſit obijcere, ꝙ ſequitur inde dari infinitũ: cui rñdet ꝙ nõ cõcedit numerus infinit⁹ in actu, ſed ſolũ in potẽtia: ſicuti nec cõtinuũ põt eſſe actu diuiſibile in omnẽ ſuã partẽ: ſed ſolũ eſt diuiſibile in infinitũ in potẽtia. Ubi notat ꝙ ptes vnitę nõ faciũt numerũ quoadusq; ſint partes ſeparatę. Negat ergo hic Ariſt. infinitũ numerũ. i. infinitã multitudinẽ rerũ actu ſeparatarũ. Et hoc eſt qđ ait ꝙ numer⁹ hic bipartitionis nunq; actu eſt infinit⁹: ſed fit infinit⁹ ſicut tẽpus: qđ quidẽ nunq; eſt actu infinitũ: ſed eſt in fieri. Bipartitionem appellat diuiſionẽ continui in duas medietates, ⁊ alterius medietatis in duas, ⁊ quartę partis in duas: ⁊ ita ſemper proportiõe dupla: quę quidẽ diuiſio procedit in infinitum.

Cõcluſio.

Textus. lxix.

In magnitudinibus autem: contrarium eſt: etenim diuiditur in infinita continuum. Verſus autem maius: non eſt infinitum: quantũ enim cõtingit potentia eſſe: & actu contingit tantum eſſe. Quare, cum infinita nulla ſit magnitudo ſenſibilis: nõ cõtingit exceſſum eſſe omnis determinatæ magnitudinis. eſſet enim aliquid cœlo maius.

¶ In tex. 69. declarat contrariũ in magnitudinibus vſu venire. Cum em̃ verſus minimũ per diuiſionẽ nullus ſit terminus, ait, ꝙ verſus maximũ augẽdo eſt terminus. Et ratio eſt illa quę iam ſupra dicta eſt: q͛ cũ aliquid auget, eſt proceſſus a partibus ad totũ: totũ autẽ phyſicũ cuiuſcunq; ſpeciei ſit, determinat ſibi certã quãtitatẽ: ⁊ quãuis etiã determinet minimã, illud habet verũ de quãtitate per ſe ſubſiſtẽte: ſed in toto nulla eſt tã minima quę non ſit rurſus diuiſibilis. Ait ĝ ꝙ cũ nulla ſit magnitudo actu infinita per cuius diuiſionẽ ⁊ appoſitionẽ ad alterã poſſit fieri infinitũ (q͛ nulla in rebus ſenſibilibus poteſt eſſe maior celo) fit vt neq; in potẽtia poſſit eſſe huiuſmodi infinitũ taliter vt ſit reducibilis ad actũ. Commentator aſſignat rationẽ cur numerus creſcit in infinitũ: magnitudo vero, minime. Ait enim rationẽ eſſe, q͛ augmentũ numerorũ fit per appoſitionẽ nouarũ ſpecierũ: nã oẽs numeri differũt ſpecie: augmentũ vero magnitudinis fit in eadẽ ſpecie. vt augetur lignũ in eadẽ ſpecie: ⁊ homo in eadẽ ſpecie. ⁊c. ⁊ cũ quęlibet forma determinet certã quantitatẽ, fit vt cuiuſlibet augmẽti detur t͛mĩus. At vero ratio hęc, licet ſatiſfaciat de augmento proprię dicto naturali animaliũ, nõ tamẽ ſatiſfacit de augmẽto improprię dicto, qđ poſſet fieri p additionẽ quantitatis ad quantitatẽ: ſicut aqua vel aer, vel ignis poſſit in infinitũ creſcere: quod quidẽ augmentũ etiã fieret per additionẽ nouarũ ſpecierũ in genere quãtitatis, ſicut in numeris: puta per bicubitũ tricubitũ. ⁊c. Et ideo ratio Ariſt. nõ procedit hoc modo, niſi ꝙ cũ augmentũ fiat per appoſitionẽ partiũ quę diuidunt ab alio: ⁊ quãtitas quę diuitur nõ poteſt eſſe actu infinita, fit vt neq; augmentum poſſit fieri in infinitũ.

Textus. lxx.

Infinitum autem non eſt idem in motu, & magnitudine, & tempore: tanq̃ & vna quædam natura. ſed poſterius dicitur ſecundum prius, vt motus quidem: quia prius eſt magnitudo in qua mouetur, aut alteratur, aut augmentatur. tempus autem propter motum. Nunc igitur vtimur his: poſterius autem tentabimus dicere & quid eſt vnũquodq;, & propter quid omnis magnitudo ſit in magnitudines diuiſibilis.

¶ In textu. 70. ⁊ poſtremo huius capitis, quia poſuerat plures ſpecies infinitorũ in potẽtia, puta gñationes, tempus, ⁊ magnitudines: ne aliquis crederet ꝙ infinitũ ſe habet ad illas ſpecies ſicut genus vniuocũ, dicens aliquã certã naturã infinitatis, ait, ꝙ infinitum nõ dicitur eque primo de his tribus. Noĩe motus intelligit generationes ⁊ alterationes quę perpetuę fiunt: quarũ motus perpetuus celorũ eſt cauſa: tempus em̃ (inquit) eſt infinitũ ratione motus infiniti celorũ: tẽpus nãq; eſt menſura motus. vt videbimus in. 4. motus autẽ eſt finitus vel infinitus ratione magnitudinis, quę mouetur: motus enim augmẽti animalis eſt ſecundũ naturã ſubiecti finitus vſq; ad terminũ prefinitũ a forma naturali. Motus autẽ celi eſt infinitus (ſecundũ Ariſ.) ratione ſubiecti quod eſt circulare ⁊ perpetuũ, ⁊ ideo partes ſunt in cõtinua ſucceſſione loci: magnitudo autẽ eſt infinita modo expoſito in potentia diuiſionis ex natura ipſius magnitudinis. Itaq; tẽpus eſt infinitũ ratione motus: motus autẽ ratione magnitudinis: magnitudo vero per ſe ratione quãtitatis. Eſt. n. de intrinſeca rõne q̃titatis habere in ſe, ⁊ facere in ſubſtantia partẽ extra partẽ. Addit aũt ꝙ nũc vtimur his infinitis gratia exẽpli: ſed poſtea in. 4. videbitur an tẽpus ſit infinitũ: ⁊ in. 5. vtrum magnitudo ſit infinita: ⁊ per ꝯñs motus.

## QVO RESPONDETVR rationibus infiniti.

## CAPVT VIII.

Textus. lxxj.

NON remouet autem ratio Mathematicos à contemplatione: auferens ſic eſſe infinitum vt actu ſit verſus augmentum, intranſibile. neq; enim nunc indigent infinito: neq; vtũtur: ſed ſolũ eſſe: quantamcũq; velint, finitã. Maxime autem magnitudini ſecundũ eandẽ eſt ſecari rationẽ: quantãcunq; magnitudinẽ alteram. Quare ad demonſtrandũ quidẽ illo modo nihil differet. eſſe autem: in exiſtentibus erit magnitudinibus.

¶ In octauo ⁊ vltimo capite hui⁹ libri qđ quinq; text⁹ hẽt rñdet rõnib⁹ qb⁹ veteres ſibi pſuadebãt eſſe infinitũ. Atqui pmũ oĩm in hoc tex. 71. ait ꝙ rõ hęc ſupradicta qua negatũ eſt infinitũ eſſe in actu nõ obſtat cõtẽplationi mathematicorũ, mathematici nãq; ſupponũt in ſuis demõſtrationibus lineas quãtęcũq; magnitudinis, nũc pedales, nũc cẽtupedales: ⁊ i q̃cũq; alia libitũ eſt q̃ntitate, atq; adeo videt̃ ĩfinitũ aſſerere. Rñdet Ariſ. ꝙ mathematici nõ vtunt̃ linea infinita: ſed finita quacũq; opus eſt, ⁊ quãtacũq; ipſi fingãt, diuidere etiã fictę poſſunt: eſſe vero neq̃t maior, q̃ maxima linea q̃ in veritate eſt in ſenſibilib⁹ q̃lis eſt diameter mũdi, puta linea recta trãſiẽs a cõnexo primi celi p cẽtrũ mũdi: vſq; ad idẽ ꝯuexũ e regione. Qđ ſi aliq̃ñ fingãt maiorẽ, pcedentẽ extra mũdũ: quis

quia illi non loquuntur de lineis vt ſunt in materia ſenſibili: ſed abſtrahendo a materia, fingunt lineas que non ſunt, ac ſi eſſent. Et ideo ait ꝙ quãtum pertinet ad demonſtrationes nihil refert lineas quas fingunt mathematici eſſe, vel nõ eſſe: ſed quantum ad rem phyſicam multum refert, an ſit aliquod corpus infinitum, necne.

Textus. lxxij. Quoniam autem cauſæ diuiſæ ſunt quadrifariam: manifeſtum eſt, quòd vt materia infinitum cauſa eſt. & quòd eſſe quidem ipſius: priuatio eſt. per ſe autem ſubiectum: continuum ipſum, & ſenſibile eſt. Videntur autem & omnes alij tanquam materia, vtentes infinito. Quo circa & inconueniens eſt: continens facere ipſum, & non contentum.

¶ In tex. 72. quia ſupra tex. 30. conſenſerat cũ antiquis infinitum, ſi ſit, quomodocunq; ſit, habere rationẽ principij: ꝛ ipſe poſuerat quodammodo infinitum, puta in potentia, concludit ꝙ inter quatuor genera cauſarum infinitum ſolum habet rationem cauſę materialis: vt expoſitum eſt. Ratio enim infiniti habetur ex diuiſibilitate continui in partes quę ſe habent vt cauſę materiales. Et in hoc (inquit) etiam veteres conſenſerũt ponentes infinitum vt cauſam materialem. In hoc autem ſibi repugnarunt dicentes infinitum continere omnia: cum materię conditio potius ſit contineri, quam continere.

Textus. lxxiij. Reliquum eſt autem aggredi: ſecundum quas rationes infinitum eſſe videtur, non ſolùm potentia, ſed vt determinatum. Alia enim ipſorum, non neceſſaria ſunt: alia autem, habent aliàs quaſdam veras obiectiones. Neq; enim, vt generatio non deficiat: neceſſarium eſt actu infinitum eſſe corpus ſenſibile. contingit enim, alterius corruptionem generationem alterius eſſe: cum omne finitum ſit.

¶ In tex. 73. tandem adornat reſpondere rationibus antiquorum, quibus contendebant poſſibile eſſe infinitum in actu. Quarum alię quidẽ non ſunt neceſſarię. i. nihil concludunt: alię vero habent quodammodo veritatem. Sunt autem rationes quinq; que poſitę ſunt tex. 31. Atqui prima, quę illic erat tertia: ſumebatur ex perpetua ſerię generationis quę in infinitum procedit, ſi modo admittatur mundum eſſe perpetuum: vt erat in eorum opinione. Quapropter ponebant infinitum principiũ materiale extra cęlum: vnde per quędam foramina putabant materiam generationum deriuari: ſicut mulier cũ net ex penſo deducit filum. Reſpondet veruntamen Ariſ. ꝓpter neceſſitatẽ generationum non opus eſſe infinita materia in actu: nam cũ generatio vnius ſit corruptio alterius, eãdem materiam vnde exit vna forma, intrat alia: ad quod proinde ſufficit infinita potentia materię. Si vero id quod generatur eſſet perpetuũ, non poſſent in infinitum durare generationes ſine infinita materia. Unde cum animę ſint perpetuę, ſumitur magnum argumentum, ꝙ ſi mundus fuerit ab ęterno, ſint infinitę. vt. q. 4. diſputabimus.

Textus. lxxiiij. Amplius tangere & finitum eſſe: alterum eſt illud enim ad aliquid eſt, & alicuius (tangit enim omne aliquid) & finitorum alicui accidit. Finitũ autem: non ad aliquid eſt. Neq; tangere: cuiuſuis quod vis eſt.

¶ Secũda ratio quę illic erat quarta, ſumebatur ex ſerię ꝛ ordine partiũ vniuerſi. Arguebant enĩ ꝙ ſi aqua eſt finita, neceſſe eſt terminari per aerẽ, ꝛ aerem per ignem: ꝛ ita aſcendendo in infinitum multitudine: aut ſaltem deueniendo ad aliquod infinitum magnitudine quod non terminetur per aliud. Reſpondet autem tex. 74. non valere conſequentiam, ſi aliquid eſt infinitum, illud tangit aliud per quod extrinſecę terminatur: quia tangere dicit reſpectum, ꝛ relationem ad aliud quod tangitur: eſſe autem finitum nullam dicit relationem ad extrinſecum: ſed ſolum ad terminum intrinſecũ, ꝛ ideo accidit alicui finito ꝙ tangat aliud circunſtans: vt aer tangit ignẽ, ꝛ ignis cęlum. Supremum autẽ cęlum poteſt eſſe finitũ, abſq; eo quod tangat aliud ſuperius circunſtãs.

Textus. lxxv. Intellectione autem credere inconueniens eſt: non enim in re: ſuperabundantia & defectus eſt; ſed in intellectione. Vnumquemq; enim noſtrũ intelliget vtiq; aliquis multo maiorẽ ſeipſo: augmentans in infinitum. Sed non propter id, extra vrbem quiſpiam eſt, extra ve tantillam magnitudinem quam habemus, quoniã intelligit aliquis: ſed quoniam eſt. hoc autem accidit. Tempus autem, & motus infinita ſunt, & intellectio: nõ permanente accepto. Magnitudo autem neq; diuiſione, neq; intelligibili augmentatione eſt infinita. Sed de infinito quidem quomodo eſt, & quomodo non eſt, & quid eſt: dictum eſt.

¶ In tex. 75. ꝛ poſtremo reſpõdet alijs rationibꝰ: vnde ad tertiã quę illic erat quinta, videlicet, ꝙ ſi intellectus ſupra quẽlibet numerũ poteſt intelligere alium, ꝛ ſupra quodlibet corpus adhuc aliud, conſequi ſubinde vt ita ſit in rebus, negat conſequentiam: intellectus enim vt ſupra dicebamus: quia eſt immaterialis, intelligens res abſtrahendo a materia, poteſt multo plura intelligere ꝗ̃ ſint in rei veritate. Poteſt enim quis intelligere hominẽ maiorẽ toto cęlo: qui tamen naturaliter non eſt poſſibilis. ¶ Ad aliam rationem quę illic erat prima de tempore ꝛ motu reſpõdet: ꝙ ſolũ probatur motus ꝛ tempus eſſe infinitum in potentia: quę reducitur ad actũ, nõ ſimul: ſed ſucceſſiue. Intellectus enim eſt qui apprehẽdit cõtinuitatem temporis ꝛ motus per ordinẽ prioris ꝛ poſterioris: attamen in re nunq̃ erit tempus nec motus infinitum in actu: ſed cũ aduenit vna pars alia iam tranſacta eſt, ꝛ non permanent ſimul. ¶ Ad quintam rationem quę illic erat ſecunda de magnitudine iam reſponſum eſt, ꝙ magnitudo licet ſit diuiſibilis in potentia in infinitum, tamen nunq̃ poteſt eſſe vt actu ſint factę omnes diuiſiones. ¶ Sequuntur queſtiones tertia et quarta.

¶ Finis libri tertij.



# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper quartum Phyſicorum Ariſtotelis Commentaria.

Textus. j. QVO DISPVTATVR AN ſit locus.

## CAPVT I.

SIMILITER autẽ neceſſe eſt naturalẽ & de loco, vt de infinito: cognoſcere ſi eſt, an nõ, & quomõ eſt, & quid eſt. Etenim quę ſunt, omnes exiſtimãt alicubi eſſe: quod vero non eſt, nuſquã eſſe. Vbi enim eſt hircoceruus, aut ſphinx? Atq; motuum, cmmmunis maxime, maximeq; proprius, ſecundũ locum eſt: quã vocamus lationem.

¶ Quarti huius libri propoſitũ eſt, cũ in ſuperiori de motu qui eſt actus mobilis, dictum ſit, de vtriuſq; mẽſura dicere: nẽpe de loco, qui eſt menſura mobilis: in quo eſſe oportet quicq̃d mouet: et ſubinde de vacuo, qđ ex antiquis nõnulli neceſſariũ eſſe cenſebant, vt res aliqua moueẽ: atq; adeo de tẽpore, quod eſt mẽſura motus. Quare cum liber iſte a traductoribus in quatuordecim capita ſit diſtinctus, ꝛ a Cõmẽtatore per textus. 133. diſtributus, in tria precipua mẽbra ſecatur totus. Priora nãq; quinq; capitula vſq; ad textum. 49. ſunt de loco: quatuor vero ſubſequentia vſq; ad textũ. 86. de vacuo: ac demũ quinq; poſtrema de tẽpore. ¶ Caput hoc primum (quod tredecim textus habet) totũ expendit Phi. vt in more habet, proponendo, ꝛ diſputando. Proponit ergo (1. Ratio.) ſtatim ꝙ philoſopho naturali incũbit, vt de infinito, ita de loco noſſe an ſit, quomodo ſit, ꝛ quid ſit. Idq; probat quatuor rationibus. Prima. Ad philoſophum naturalem pertinet tractare de entibus naturalibus: ſed omnia entia (Dubium duplex.) quę ſunt, ſunt in loco: ergo ad ipſum pertinet tractare de loco, tanquam de mẽſura rei quę eſt in loco. Maior eſt nota: ꝛ minorẽ ꝓbat ex cõi conceſſione phyſicorũ, aſſerentiũ q̃cq̃d eſt, eſſe in loco, ꝓpterea, qđ id qđ non eſt (vt hircoceruus et ſphinx) nõ eſt in loco. ¶ Sꝫ orit dubitatio duplex ex hac rõne. Prima, quia minor illa ſimpliciter eſt falſa: nõ enĩ omne ens eſt in loco: vt patet de intelligẽtijs. Ait enĩ Boetiꝰ lib. de ebdomadibus, cõmunem eſſe animi cõceptionẽ apud ſapiẽtes, incorporalia nõ eſſe in loco. Quod ꝛ Ari. hic tex. 39. docebit nẽpe ſola corpora eſſe in loco. ſ. ꝓprie vt menſuretur, ꝛ circũſcribant loco. ¶ Altera dubitatio eſt circa probationẽ eiuſdẽ minoris. Non enim ſequit, nihil eorũ quę nõ ſunt eſt in loco: ergo q̃cq̃d eſt, eſt in loco: arguit enĩ virtualiter ex opoſito antecedẽtis ad oppoſitũ cõſequẽtis. ſ. ſi hoc non eſt, nõ eſt in loco: ergo ſi eſt, eſt in loco. ¶ Reſpõdetur ꝙ Ariſt. nõ affirmat minorẽ illã ex propria ſentẽtia: ſed ex cõceſſione antiquorꝫ: qui cũ non cognoſcerẽt: niſi res ſenſibiles, exiſtimabãt q̃cq̃d eſt, eſſe in loco. Qđ probabãt tali rõne. Ea q̃ nõ ſunt nõ ſũt in loco: ꝛ rõ q̃re nõ ſunt in loco eſt, quia nõ ſunt: ergo ea quę ſunt, ꝓpterea ꝙ ſũt, ſunt in loco: nã ſi negatio eſt cauſa negationis affirmatio eſt cauſa affirmationis. Ariſt. vero quia nondũ examinauit quibus rebus cõueniat proprie eſſe in loco, vtitur rõne ab alijs recepta. Camerſi in rei veritate ſola entia naturalia. ſ. corpora materialia, de quibus ꝓprie phyſicꝰ tractat, ſint in loco. (2. Ratio.) Quapropter ad phyſicũ ꝓprie pertinet tractare de loco: ꝛ non ad metaphyſicũ: cuiꝰ contemplatio extenditur ad ens, vt eſt cõe omnibus rebꝰ: tã illis quę ſunt in loco, q̃ illis quę proprię non ſunt in loco. ¶ Scđa rõ eſt. Ad phyſicum proprie attinet tractare de motu locali, vt pote q̃ omniũ eſt cõmuniſſimus ꝛ maxime proprius: ſed motus localis (vt nomẽ ipſum deſignat) fieri nõ põt, niſi in loco: ergo ad phyſicũ ꝓprie ptinet tractare de loco. (Quatuor dig. motꝰ localis.) Quatuor dignitates attribuit hic Cõmẽtator motui locali reſpectu aliorũ. Prima eſt ꝙ eſt communiſſimus: quia q̃buſcunq; cõuenit alia ſpecies motus, cõuenit localis: et nõ econuerſo: vt patet de cęlis. Scđa q̃ fere eſt eadẽ, ꝙ motus localis cõuenit vniuerſaliter oĩbus entibus naturalibꝰ. ſ. cõpoſitis ex materia ꝛ forma: alij vero motꝰ nõ conueniũt cęlo: immo nec augmẽtatio ꝓprie cõuenit elemẽtis et mixtis inanimatis. Et ꝓpterea dicit Ariſt. ꝙ eſt maxime ꝓprius rebꝰ naturalibꝰ. Tertia, ꝙ motus localis eſt prior alijs: nã ad alterationẽ ꝛ gñationẽ ꝛ augmẽtationẽ req̃rit aplicatio agẽtis ad paſſum q̃ fit per motũ localem. Quarta deniq;, ꝙ eſt cauſa omnium aliorũ: cum quia applicatio agentis eſt quodãmodo cauſa aliorũ motuũ: tum preſertim quia motus localis cęlorũ eſt cã omniũ inferiorũ.

Textus. ij. Habet aũt multas dubitatiões, qđ nã ſit locus nõ enĩ idẽ videtur ſpeculãtibus: ex oĩbus quæ inſunt. Amplius aũt neq; habemus q̃cquã ab alijs, aut ante dubitatũ, aut prius traditum de ipſo.

¶ Alię due rationes ſunt in textu. 2. Tertia ergo eſt. Cognitio huius, quid eſt locus, habet dubitationes multas: nam ſpeculantibus naturam loci, ex his quę accidunt loco, non eadem apparet natura et quiditas loci. vt in ſubſequentibus videbimus. Ex illa enim. v. g. conditione loci, quod debet continere locatum, aliqui putarunt locum eſſe formam locati, alij eſſe corpus circunſtans locatum: ergo ad phyſicum pertinet huiuſmodi ambiguitates diffinire. Reſpondere videtur hac ratione tacite obiectioni, qua quis poſſet dicere, per ſe eſſe notum locum eſſe, ꝛ per conſequens non pertinere ad phyſicũ de illo diſputare. ¶ Quarta ratio eſt. Nihil ab antiq̃s habemus de loco traditum aut dubitatum: aut ſi quid dixerunt, ſaltẽ id nec plane, nec copioſe: ergo operepretium eſt de loco hic pertractare.

Tex.iij. ❧ Quod igitur locus ſit, videtur manifeſtū eſſe, ex tranſpoſitionis viciſſitudine. vbi nāq; nunc eſt aqua: hinc egreſſa tāquā ex vaſe, iterū aer ineſt. Aliquando autē eundē locū hunc aliud aliquod corporum obtinet. hoc autē ab ijs quę inſunt & trāſferūtur omnibus, alterū eſſe vr̄. in quo.n. aer nunc eſt: aqua in hoc prius erat. Quare manifeſtū eſt, ꝙ locus & receptaculū, aliquid erat diuerſum ab vtriſq;: ad quod, & ex quo transferebantur.

¶ In tex.3. agredit̄ diſputare ad vtrāq; partē quęſtionis prīme.ſ. an locus ſit. Atq; ad partem affirmatiuā format tres rationes a poſteriori nā illo mō experiētia probant̄ principia phyſica: & locū eſſe, ſicuti motū eſſe, eſt principiū phyſicū. Et tendūt oēs rōnes quo ꝓbent locū eſſe rē aliquā poſitiuā ꝑter locata: & nō penitꝰ vacuū. vt ex antiqs quidā opinabant̄. Prima rō ſumit̄ ex ſucceſſione rerū in eodē loco ꝑ motū localē. Experimur.n. ꝙ in eodē vaſe quo nunc eſt aqua, egreſſa aqua, ſuccedit aer: ergo idē erat locꝰ diſtinctus & ab aqua et ab aere: qui priꝰ cōtinebat aquā, & deinde cōtinet aerē. Et eſt adnotāda rō: nā ſicuti argumētabat lib.1. materiā eſſe, ex ſuceſſione diuerſarū formarū in eodē ſubiecto: q.ſ. vbi nūc eſt forma ſtupe, ſucedit forma ignis, quod eſt indiciū ſub eſſe illic materiā, receptaculū vtriuſq; forme, ſimilimō arguit nūc de loco. Quod ſi quis inficiari cōtendat, hāc rationē procedere ex experientia: q cū aer ſit inuiſibilis, nō experimur in vaſe aqua vacuo ſucedere aerē. Reſpondet̄ ꝙ in clepſidra aqua plena habēte ī fundo minuta foramina experimur, ꝙ quādiu occluſum fuerit orificiū ſuperius, aqua nō cadit per ſolū, eo ꝙ nō pōt intrare aer ad replenda clepſidrā, ne detur vacuum: ſed q̄primum diſcoopertum fuerit orificiū, intrante aere, cadit aqua.

Tex.iiij. ❧ Amplius autē lationes phyſicorū corporum & ſimplicium, vt ignis, & terræ, & taliū: non ſolū oſtendūt ꝙ eſt aliquid locus, ſed ꝙ & habet quādā potentiā, fertur enim vnūquodq; in ſuū locū non prohibitum: hoc quidem, ſurſum, illud vero deorſum, Hęc autē ſunt loci partes, & ſpecies: ſurſum & deorſum, & relique diſtantiarum ſex.

¶ Secunda ratio ſumitur in tex.4. ex motu naturali grauiū & leuiū. Grauia ſuapte natura mouentur deorſum, & leuia ſurſum: ergo ſignū eſt locū deorſum eſſe aliquid poſitiuū: & pariter locū ſurſum, & nō omnino vacuum. Probat̄ ɔ̄ñia, q ſi res ſuapte natura mouet̄ ad aliquē locū, id nō eſt, niſi vt melius ſe ineſſe cōſeruet: ſignū ergo eſt in illis locis vim eſſe cōſeruatiuā locati: quę nō poſſet, ſi eſſet illic penitꝰ vacuū. Adnotandū eſt hic tamen, ꝙ locus naturalis nō habet vim atractiuā: & motiuā in genere cauſę efficiētis, ſicut magnes atrahit ferrū alterādo ipſum: ſed ſolū in genere cauſę finalis. vt enim animal mouet̄ ad paſtum, ita graue naturali impetu mouetur deorſum. ¶ Subiungit ꝙ ſurſum et deorſum: ſicut & relique differentię quatuor poſitionum ſunt partes (.i. ſpecies naturalis loci.)

Textus.v. ❧ Sunt autem talia non ſolum ad nos: dextrum & ſiniſtrū, atq; ſurſum & deorſum. nobis enim, non ſemper idem: ſed ſecundū poſitionē vt conuertimur fiunt, idcirco idem crebro, dextrū & ſiniſtrum eſt, ſurſum & deorſum, & ante & retro. In natura autē determinatum eſt ſeorſum vnūquodq;. nō enim quodcūq; contigit, ſurſum eſt: ſed quo fertur ignis, & leue. ſimiliter vero & deorſum, non quodcunq; contigit: ſed cohabētia grauitatem, & terrea: tanquā nō poſitione differentia ſolū, ſed & potentia. Oſtendunt autem: & mathematica. cum enim non ſint in loco: tamen ſecundum poſitionem ad nos, habent dextra & ſiniſtra (adeo vt ſolū intelligatur ipſorum poſitio) non habentia natura horum vnūquodq;.

¶ Poſſet quis forſan rationē factā eneruare, dicens, ſurſum & deorſum non eſſe naturalia loca habentia vim conſeruatiuā locati: eo ꝙ iſtę differentię ſumunt̄ per reſpectū ad hominē, & nō ex natura rei. Cui dubitationi ſuccurrit. Phi. in tex. 5. dicēs, huiuſmodi differētias nō ſolū ſumi in naturalibus reſpectu hoīs, ſed eſſe ex natura rei. Loci differentię. Ad cuius intelligentiā notandū eſt, ꝙ iſtę differentię loci ſunt differentię corporū: corpus autē accipit dupliciter.ſ. mathematice & phyſice. Corpus mathematicū ſolū dicit corpus quantū, vt abſtrahit a materia & motu, nō cōſiderādo ſit ne graue, an leue. Quo circa huiōi corpora nō habent ex natura ſurſum & deorſum: ſed idē omnino corpus modo eſt ſurſum (qn̄ eſt ſupra caput noſtrū) modo dextrorſum modo ſiniſtrorſum (ſicut nos mouemur. Ut cū ego deambulo, parietē quē mō habeo dextrū, poſtea habeo ſiniſtrū. Et hoc eſt qd̄ ait Ariſt. [nobis.n. nō ſemꝑ idē: ſed ſecundū poſitionē vt cōuertimur].i. ſcdm̄ diſpoſitionē noſtrā. Ex quo ſequit̄ ꝙ ſi nullū eſſet aīal in mūdo, inanimata nō eſſent hoc modo ſurſum et deorſum, nec in alijs differentijs poſitionis. Corpus vero phyſicū, q natura ſua graue eſt aut leue, habet ex natura ſurſum, & deorſuz. Et hoc eſt quod ait [nō quodcunq; contigit &c.].i. ſurſum et deorſum nō eſt locus vt accidit ſe habere reſpectu hoīs, ſed quo mouent̄ leuia, eſt locꝰ ſurſum: et quo grauia, deorſum. Subiūgit exemplum in mathematicis. vt ſi triagulum in pariete depingas, vnus angulus dicit̄ ſurſum, et aliꝰ deorſum, vel deſtrorſum, vel ſiniſtrorſum ſolū reſpectu hominis: q natura triāguli nō vēdicat ſibi potius locū ſurſum q̄ deorſum. Si autem triangulus eſſet ferreus, inquātum graue, appeteret locum deorſum: & ſi eſſet igneꝰ, appeteret locū ſurſum.

Tex.vj. ❧ Amplius vacuum affirmantes eſſe, locū eſſe dicunt. Vacuū enim locus erit vtiq; priuatus corpore. Quod igitur aliquid ſit locus pręter corpora, omne corpus ſenſibile in loco: ꝑ hęc aliquis exiſtimabit. Videbitur autē vtiq; & Hęſiodus recte dicere: faciēs primū chaos, dicit igitur. Oīum quidem primū, chaos factū eſt: ſed poſtea terra lata. quaſi opporteret primū: fuiſſe receptaculum ijs quę ſunt. propterea ꝙ putabat quemadmodū multi: eſſe omnia alicubi, atq; in loco.

¶ In text.6. ſubſequitur tertia ratio, ſumpta ex autoritate eorum qui aſtruebant eſſe vacuum. vacuum eñ eſt, locus aptus repleri, priuatus tamen corpore: ergo ex ipſa diffinitione vacui cōſequitur ſequit̄ locū eſſe rem aliquā pręter corpus quo locus caret, & quo poſſet repleri. Inducit in teſtimoniū Heſiodū poetarū antiq̄ſſimū. Is.n. explicabat gn̄alē ꝓductionē orbis hoc mō, ꝙ primū factū eſt chaos, & rerū oīum cōfuſio: mox latiſſima terra, tanq̄ receptaculū rerū diſgregandarum ex illo chao: quaſi prius neceſſe eſſet vas & receptaculū fieri, q̄ repleret̄ corporibꝰ. Et mouebat̄ ex eo quia ſupponebat cū philoſophis aliis, neceſſariū eſſe locū q̄ res reciperent. Licet in hoc falleret̄, oportuiſſe prius fuiſſe vacuū, q̄ plenū.

Textus. vij. ❧ Si autem tale eſt, mirabilis quædā erit loci potentia, & prior omnibꝰ. Sine quo nāq; nullū aliorum eſt, illud autē ſine aliis, neceſſe eſt primū eſſe. nō enim perit locus, iis quæ in eo ſunt, corruptis.

¶ Colligit̄ ḡ in tex.7. ex veterū etiā confeſſione: ꝙ nō ſolū locꝰ eſt aliquid poſitiuū, ſʒ ꝙ habet quādā mirabilē virtutē, & ꝙ locꝰ inquātum locus eſt prior locato, inquātū locat̄. Nam id qd̄ ſine aliis eſſe pōt, & alia nequeunt ſine illo eſſe, prius eſt illis, habetq; reſpectu eorum virtutē aliquā: ſed locꝰ ita ſe habet reſpectu locatorum (non.n. pereuntibꝰ locatis, perit locus) ergo locꝰ eſt prior locatis.

Textus. viij. ❧ At verò dubitationē habet: ſi eſt, quid eſt. vtrū moles aliqua corporis, aut quædā altera natura? quærendū enim eſt genus ipſius primum. Diſtātias igitur habet tres, longitudinem, & latitudinem atque profunditatem: quibus determinatur corpus omne. Impoſſibile autem eſt corpus locū eſſe. in eodem enim eſſent vtique duo corpora.

¶ In tex.8. argumētatur ad partē negatiuā nō eſſe locū, rationibꝰ ſex. Quę q̄q̄ directe ꝓcedant aduerſus queſtionē an ſit locus, petūt nihilominus quid ſit: & potiſſimū inueſtigāt genus definitionis loci: ſit ne corpus, an ſuperficies: an vero materia vel forma. Nec tñ ſunt rōnes neceſſario cōcludētes: ſed apparentes: quales fieri poſſunt

Prima rõ. ɔtra veritatē. Ad quas proinde infra text.47. rñdebitur. Eſt igit̄ prima. Si locꝰ eſt, ille eſt corpꝰ: ſed locus nō eſt corpus: ergo locus non eſt. Maior licet nō exprimat̄ in textu, probat̄ tñ. Corpus eſt quod habet trinā dimenſionē.ſ. longitudinē, latitudinē, & profunditatem: ergo & locus corporis neceſſe eſt eaſdē habeat dimenſiones, vt totū locatū circūſcribat (locus.n. meus tā lōgus latus & profundus eſt, q̄ ego) & per ɔ̄ñs apparēter ſequit̄, ꝙ locus itidē ſit corpus. Minorē vero.ſ. ꝙ locus non ſit corpus probat: q cum locus & locatum debeant eſſe ęqualia, ſequeretur ꝙ duo corpora eſſent ſimul.i. quodāmō in eodē loco: nam verus locus, cū adęquate cōtineat locatum, non debet occupare maiorē locum q̄ locatum: vt patet de ſuperficie concaua amphorę & de cōuexa aquę, quę ſe habēt vt locus & locatum: & a mathematicis cēſentur eſſe ſimul. Corpus vero amphorę idcirco non eſt locus adęquatus aquę, ꝙ occupat maiorem locum: & per ɔ̄ñs amphora, & aqua non ſunt ſimul. Et hoc eſt quod ait, ꝙ ſi vnum corpus eſſet locus alterius, ambo deberent eſſe ſimul, ad hunc ſenſum, ꝙ locus vnius non excederet locum alterius: quod eſt impoſſibile, niſi duo corpora ſe penetrarent.

Textus. ix. ❧ Amplius, ſi eſt corporis locus ac receptaculū: manifeſtum eſt ꝙ & ſuperficiei & reliquorū terminorum. eadem enim conueniet ratio. vbi nāq; erant prius, aquæ plana erunt rurſum quæ ſunt aeris, At verò differentiam nullam habemus puncti, & loci puncti. Quare ſi neque ab hoc eſt locus diuerſus: neque ab aliorum vllo. neque eſt quicq̄ præter vnūquodque horum: locus.

¶ In tex.9. ſequit̄ rō ſecūda. Si aliquis eſſet locus corporis, eadē rōne deberet etiā eſſe locꝰ ſuperficiei, & locus lineę, & locus puncti, ſed nullus eſt locus pūcti: ergo nec eſt locus lineę, nec ſuperficiei, nec ſubinde corporis. Maior probatur: nam ratio qua ſupra oſtendebat̄ locum eſſe, erat, q in eodē loco ſuccedūt ɔtinuo diuerſa corpora, vt in loco quo nūc eſt aqua, ſtatim ſit vinū vel aer: ſed eadē eſt ratio de ſuꝑficie & de alijs ſpēbus q̄titatis: nā vbi nūc eſt ſuꝑficies cōuexa aquę, & lineę & pūcta eiuſdē ſuperficiei, ſuccedunt ilico ſuperficies linea, & pūcta aeris. Minor vero.ſ. ꝙ puncti non ſit locus, eſt eadem ratione manifeſta: nēpe q locus debet eſſe ęqualis locato: punctū vero cum ſit indiuiſibile, neq; ęquale eſt, neq; inęq̄le.

Textus.x. ❧ Quid enim tandem & nos ponemus eſſe locum? neque enim elementum, neque ex elemētis, aut corporeis, aut incorporeis, eſſe poteſt: talem habens naturam. magnitudinem enim habet: corpus autem nullum. Sunt autem ſenſibilium corporum elementa, corpora. ex intelligibilibus autem elementis, nulla fit magnitudo.

¶ Ratio tertia in text.10. eſt huiōi. Si locꝰ eſt, quęritur quid tandē eſt: aut.n. eſt elementum, aut ex elementis cōpoſitū, corporeū vel incorporeum: nullū iſtorū: ergo. Ad intelligētiā maioris notādum eſt, ꝙ antiqui nō cognoſcentes, niſi ſenſibilia, oīa dicebāt eſſe, aut elementa, aut ex elementis cōpoſita: & ideo putabāt etiā cęlum cōponi ex elemētis, qd̄ tñ eſt falſum, vt.1. de cęlo ꝓbat Ariſ. Qd̄ q nondū hactenus probauerat, loquit̄ ſm̄ opinionē antiquorum: cęlū.n. qd̄ illi cēſebant cōponi ex elemētis, eſt locus ignis: ignis vero, aeris: locus vero terrę eſt mixtus ex elementis: nā terra partim regit̄ aqua, partim vero circundat̄ aere: Minorē vero.ſ. ꝙ nec ſit elemētum corporeū, neq; ex talibꝰ cōpoſitū, probat, q omne tale elementū, aut mixtū debet eſſe corpus: ſed priori ratione probatum eſt locū nō eſſe corpus: ḡ nec eſt elementū, nec cōpoſitū ex illis. Et ita eſt certe ꝙ locus adęquatus aeris non eſt ignis: ſed ſuperficies eius cōcaua. At vero ne Platonici ponētes ideas ſpūales, & alij ponentes intelligentias cōpoſitas ex elementis incorporeis, dicerēt aliqd̄ horū ſpūalium eſſe locū cęlorū, propterea ꝙ intelligentię quodāmō ɔtinerēt ſm̄ illos cęlū: ſubiungit ꝙ nec talia incorporea poſſunt eſſe locus: quia locus debet eſſe magnitudo: & ex intelligibilibus elementis nulla fit magnitudo.

Text⁹.xj. ❧ Amplius autem, & cuiuſnam ponet aliquis iis quæ ſunt, cauſam eſſe locum? Nulla enim quatuor cauſarum: ipſi ineſt. Neque enim eſt, vt materia eorum quæ ſunt: nam nihil ex ipſo conſtitutum eſt. Neque vt ſpecies & ratio rerum, neque vt finis: neque mouet ea quæ ſunt.

¶ In tex.11. format̄ quarta rō hoc modo. Si locus eſt aliquid, cū locus cōtineat locatū, & continere

idem videtur pollere ꝙ cauſare: ſequit̃ ꝙ locꝰ in aliquo quatuoꝛ cauſarũ genere cõtineat locatũ: ꝯñs tñ eſt falſum: q꞉ locus non eſt cauſa materialis locati: nã cauſa materialis eſt, ex qua fit aliq̃d cũ inſit: ⁊ locatũ nõ fit iſto mõ ex loco, vtpote qui nõ intrat cõpoſitionẽ locati. Neq; eſt ſpẽs ⁊ rõ. ſ. cauſa formalis: alias locatũ ſortiret̃ ſpeciem a loco, ⁊ ſic oĩa que ſuccederẽt in eodem loco fierent eiuſdẽ ſpeciei. Neq; vt locꝰ eſſe finis locati: quia potius locus fit propter locatum, vt doliũ propter vinum, q̃ econuerſo. Neq; locus eſt cauſa efficiens locati, quia locus deoꝛſum cum ſit terminus motus grauis, non poteſt eſſe cauſa efficiẽs eius: nam cauſa efficiens eſt pꝛioꝛ effectu, terminus vero eſt poſterioꝛ.

Textus. xij. ❧ Amplius autem & ipſe, ſi quid eſt eorum quæ ſunt: alicubi erit. Zenonis enim dubitatio: quandam rationem quærit. Si enim omne quod eſt, in loco eſt: manifeſtum eſt quòd & loci, locus erit. atque hoc in infinitum procedet.

¶ In tex. 12. ſubditur quinta ratio que erat Zenonis. Si oẽ qđ eſt, eſt in loco (vt pro confeſſo habebant antiqui) ⁊ locus eſt aliq̃d poſitiue, ſequitur vt ⁊ locus ipſe ſit etiã in loco: ⁊ cũ locus ⁊ locatũ nõ ſint in eodẽ loco (vt ratione pꝛima dicebamꝰ) ſequit̃ vt locus ſit in alio diſtincto loco: ⁊ ille ſecũdus in alio: ⁊ ita in infinitũ. Cui tamen rationi reſpondebitur infra, ꝙ non quicquid eſt, eſt in loco, vt patet de intelligentijs ⁊ pꝛimo celo.

Textus. xiij. ❧ Amplius ſi vt omne corpus eſt in loco, ſic & omni in loco corpus eſt: quomodo ergo dicemꝰ de iis quæ augmẽtantur? Neceſſe enim eſt ex his, augmẽtari locũ ſimul cũ ipſis: ſi neq; minor, neq; maior cuiuſq; locus eſt. Propter hæc ergo nõ ſolum quid eſt, ſed etiam ſi eſt dubitare neceſſe eſt.

¶ Tandẽ in text. 13. ſubdit ſexta ⁊ poſtrema ratio: que procedit ex cõmuni quadã antiquoꝛũ cõceſſione. ſ. omne corpꝰ eſſe in loco (ne detur aliquid eſſe in vacuo) ⁊ rurſus quicq̃d eſt in loco eſſe corpus, q꞉ indiuiſibilia nõ ſunt in loco. Tunc ſic. Si locus eſt, omne coꝛpus eſt in loco: rurſus, ergo qñ coꝛpus augetur, puta qñ arboꝛ creſcit, tunc vel locus pariter eius augetur: ⁊ hoc nõ: q꞉ vt infra videbimus, locus eſt immobilis. i. nõ mouet̃ ad motũ locati: ſed ſemꝑ manet idẽ locus pluribus ſuccedẽtibꝰ locatis: ſi vero locus nõ auget̃, fit vt coꝛpus illud qđ addit̃ ꝑ augmentũ, ſit extra locũ: q꞉ in loco alio eſſe nõ põt q̃ in loco totiꝰ. Sophiſma eſt qđ infra ſoluet̃. Cõcludit ergo Ariſto. ꝙ dubium eſt de loco, non ſolum quid eſt, verũ ⁊ ſi eſt. ¶ Sequitur ſubſequenter caput. 2.

## ❧ QVO DISPVTATVR quid ſit locus.

## CAPVT. II.

Textus. xiiij. QVoniam autem aliud quidem ſecundũ ſe, aliud verò ſecundũ aliud dicitur. & locus alius quidem eſt communis in quo omnia corpora ſunt, alius verò propriꝰ in quo primò (dico autem vt nunc qui in cælo eſt, quia in aere: hic autẽ in cælo & in aere, quia eſt in terra. ſimiliter autem & in hac: quia in hoc loco, qui nihil pluſquam te continet) ſi igitur locus eſt, quod primũ continet vnũquodque corpus: terminus vtique erit. Quare videbitur ſpecies, ac forma cuiuſq;, locus eſſe: quo terminatur magnitudo & materia magnitudinis. hæc enim eſt: vnius cuiuſque terminus. Locꝰ cõ. ⁊ prop.

¶ Quẽadmodũ ſuperioꝛi capite diſputãdo inquiſiuit phus an ſit locus, ita ⁊ in hoc ſcđo, qđ nouẽ textus habet, diſputatione inueſtigat quenã res ſit locus. Qđ quidẽ ex illis pꝛopꝛietatibus ⁊ conditionibus venandũ eſt (vt tex. 2. adnotauimus) que cõpetunt loco. Unde vt text. 8. ex illa conditione loci, qđ locus debet ambire oẽs tres dimẽſiones coꝛpoꝛis locati, rõcinabatur locũ ipſum eſſe coꝛpꝰ, pꝛopoꝛtionabiliter ex alijs duabꝰ eiꝰ cõditionibꝰ argumentatur modo locũ debere eſſe foꝛmã, aut materiã. Diſtinguit autem pꝛius de loco, ꝙ quẽadmodum in entibus aliquid conuenit alicui per ſe pꝛimo. aliquid vero per accidẽs, ſeu per aliud: ita ⁊ rei cuiuſpiã duplex eſt locus: cõmunis. ſ. ⁊ inadequatus, atq; pꝛopꝛiꝰ ⁊ adequatus. Ut cõmunis locus meus eſt celum: q꞉ quẽadmodũ homini cõuenit eſſe ſenſibilẽ, nõ per ſe pꝛimo, ſed q꞉ eſt aĩal, qđ eſt quodã cõe genꝰ ſub quo continet̃ hõ, ita celũ eſt locus cõis meus, nõ q꞉ me adequate cõtinet, ſed q꞉ ego ſum in aere, ⁊ aer in celo: ⁊ ſum etiã in aere, q꞉ ſum in terra, que eſt in aere: ſum autẽ in terra, quia ſum in iſta particula, que me adequate continet. Ut ſi dicas qđ ego ſum Salmantice, q꞉ ſum in ſcholis: in ſcholis autẽ ſum, q꞉ ſum in gimnaſio: in gimnaſio vero, q꞉ ſum in cathedra, in hac. ſ. cõcauitate aeris, que me adequate ambit. Locus ergo cõmunis nõ eſt terminus adequatus locati: ſed locus pꝛopꝛius: non. n. ego ſum tãtus quãtũ eſt gimnaſiũ: ſed quãtũ aſt cõcauum hoc aeris, qui me circũſcribit. ¶ Hoc ſuppoſito foꝛmat hunc ſyllogiſmũ. Foꝛma eſt terminus ꝯtinẽs materiã: q̃ppe q̃ dat eſſe rei cõſtituẽs rem in pꝛopꝛia ſpecie: ſed locus eſt terminus adequate cõtinens locatũ (accipiũtur pꝛemiſſe doctrinaliter in ſenſu vniuerſali) ergo locus eſt foꝛma ſubſtantialis locati. Fallatia paralogiſmi eſt, ꝙ pꝛocedit ex puris affirmatiuis in ſecunda figura: foꝛma enim eſt terminus intrinſecus generationis tanquam pars ipſius rei: locus autem eſt extrinſecus, circunſcribens totum compoſitum.

❧ Sic ergo conſiderantibus, locus, vniuſcuiuſq; ſpecies eſt. quatenus autem videtur locus eſſe diſtantia: ſciſura magnitudinis materia. hæc namq; diuerſa eſt à magnitudine. hæc autem eſt id quod continetur ſub ſpecie ac definitur, vt ſub plano ac termino. eſt autem tale materia: & indefinitũ. enim remouetur terminus, & paſsiones à ſphera: relinquitur nihil, præter materiam. Quamobrem & Plato: materiam & receptaculum, idem eſſe ait in Timeo. Suſceptiuum enim & receptaculum, vnum & idem. Alio verò modo & ibi dicens ſuſceptiuum, & in iis quæ vocantur non ſcripta dogmata: locum tamen & receptaculum, idẽ eſſe declarauit. Textus. xv.

¶ In text. 15. facit ſecũdã rõnẽ ad pꝛobandũ ꝙ locus ſit materia: intẽdens ſimilẽ ſyllogiſmũ ſuperioꝛi. Eſt tñ valde obſcura ratio; vt eſſe ſolẽt que opiniones Platonis tangunt. Atq; adeo ꝑfecto diuinandũ potius eſt, q̃ exponendum quid hic ſenſerit Plato. Ut i ex Themiſtio ⁊ reliquis antiquis ꝯiectari licet, Plato ponebat locũ eſſe diſtãtiã inter latera ꝯtinẽtis, ſeu locãtis, quã Greci appellabãt, diaſtema, vt illud inane qđ eſt inter latera dolij vacui: qđ vulgus, nõ ꝑcipiẽs aerẽ, putat eſſe ſimpl'r vacuũ. Ubi (vt hic adũbꝛat Ariſt.) fingebat eſſe neſcio quas dimẽſiones interminatas diſtinctas a locato in quibus veluti in materia recipit̃ locatũ. Quẽadmodum lib. 3. diximus ipſum ponere numeros a materia ſeꝑatos. Uel foꝛte in rei veritate, cẽſebat locũ ignis qui gignitur eſſe materiã ipſam ſtuppe in qua recipit̃ foꝛma ignis: nã ad hũc ſenſum impugnat̃ ab Ariſt. Sed tñ nõ poterat id conſequẽter dicere qñ vinũ infundit̃ dolio, vnde exit aer ſine aliqua noua generatione, aut coꝛruptione. Utcũq; vero ille ſenſerit (de quo latius infra tex. 36.) qđ tñ refert Ariſ. eſt, ꝙ ſi locus teneat̃ eſſe diſtantia ⁊ interuallum qđ eſt inter latera loci, vt ꝙ locꝰ ſit velut materia magnitudinis illius que recipit̃ in loco: ſiue illa ſit dimẽſio interminata ⁊ ſpacium qđ recipit ſucceſſiue diuerſa locata: ſiue ſit materia vt dicebamus de gñatiõe ignis ex ſtuppa. Si hoc (inquit) eſt locꝰ, neceſſe eſt dicere ꝙ locꝰ eſt materia. Qđ ꝓbat quia tale ſpaciũ res diuerſa eſt a magnitudine que locatur in loco: ⁊ ſicut materia phyſica terminat̃ per foꝛmã, ita diſtãtia illa terminat̃ plano ⁊ termino. i. ſupficie ꝯuexa terminãte locatũ: ꝓpꝛiũ autẽ eſt materie ꝑ ſe eſſe indefinitã ⁊ terminari per aliud. Qđ autẽ tale ſpacium terminetur per ſuperficiẽ magnitudinis, pꝛobat tali ſimilitudine. Quẽadmodũ ſi a globo ſphærico auferret̃ t'mus. i. ſuperficies conuexa circularis, auferrẽturq; oẽs paſſiones. i. foꝛma ſubſtantialis cum ſuis qualitatibus, nihil remaneret, niſi infoꝛmis materia, ita ſi a loco puta dolio auferas foꝛmam ⁊ quantitatem locati, in rei veritate nihil manet, niſi vacuũ: ſed tñ ſ'm Platonem remanebant ille dimenſiones indeterminate, quas vocabat ſpaciũ. At vero ne q̃s obijciat ꝙ Plato vt viſum eſt lib. 1. tex. 32. ⁊ li. 3. tex. 26. ⁊ 61. ponebat materiã rerum magnum ⁊ paruum, ⁊ per ꝯñs non ponebat hmõi diſtantiam ⁊ interminatas dimenſiones, eſſe materiã. Reſpõdet Phi. ꝙ diuerſimode quãtum ad vocẽ loquutus eſt Plato de materia: nã

Plato. in Timeo (dialogꝰ eſt Platonis) dixit materiã idẽ eſſe qđ receptaculum foꝛmarum: in his vero que verbotenus dixit ſine ſcripto (que opera Grece dicunt̃, agrapha: Latine vero, nõ ſcripta, que poſtea Ariſt. ſcripto mandauit) dixit materiã eſſe locũ. Qđ quidẽ receptiuũ ipſe appellabat magnũ ⁊ paruũ. Rõ, vt alias diximus, eſt, q꞉ cum oĩa generabilia ſint coꝛpea, materiã gñabiliũ putabat non eſſe, niſi quantitatem: aut foꝛte appellabat eam quãtitatem ⁊ dimẽſiones: q꞉ idẽ eſt materiale ⁊ quantũ: ⁊ qm̃ pꝛima paſſio ⁊ dria quantitatis eſt, magnum ⁊ paruum, appellabat materiã magnũ ⁊ paruũ. Et eandẽ appellabat locum: falſus ſimil'r vt authoꝛes pꝛime opinionis: vt. n. illi nõ diſtinguẽtes inter t'mum extrinſecum ⁊ intrinſecũ, putabãt foꝛmã eſſe locũ, ita ⁊ Plato non diſtinguẽs inter receptiuũ intrinſecum (qualis eſt materia reſpectu foꝛme) ⁊ receptiuum extrinſecum (qualis eſt locus) dicebat materiã eſſe locum: ſimili, (vt de foꝛma dictũ eſt) ſyllogiſmo deceptus in ſecũda figura ex puris particularibꝰ. Oĩs materia eſt receptiuũ: oĩs locus eſt receptiuũ: g̃ locus eſt materia. Niſi foꝛſan (qđ ⁊ Philop. adnotauit ⁊ mihi eſt pꝛobabile) nunq̃ Plato docuit locũ idẽ oĩno eſſe cũ materia: ſ; locũ per analogiã ⁊ metaphoꝛã appellabat materiã: q꞉ vt locus ſucceſſiue ſuſcipit diuerſa locata, ita ⁊ materia diuerſas foꝛmas. At q꞉ Ariſt. voluit hic repꝛobare opinionem: qua quis poſſet dicere locũ eſſe materiam, citauit Platonem, locum appellãtem materiã. Solet nãq; ⁊ hoc aſſidue facere.

❧ Dicunt enim omnes, aliquid eſſe locum: quid autem eſt, hic ſolus aggreſſus eſt dicere. Merito autem ex his, conſiderantibus; videbitur vtique eſſe difficile cognoſcere quid eſt locus: ſi horum vtrũuis eſt, ſiue materia, ſiue ſpecies. Hæc enim & altiſsimam habẽt ſpeculationem, & ſeorſum à ſe inuicem non facile eſt ipſa cognoſcere. Textus. xvj.

¶ In tex. 16. infert ꝙ cũ veteres oẽs ꝯſenſiſſent locum eſſe (qđ ad pꝛimã queſtionẽ pertinet) ſolus tñ Plato aggreſſus eſt dicere de ſecũda, quid ſit locus. Subdit aũt ꝙ cum ſub dubio ſit, locus ne ſit materia, an foꝛma, queſtio loci merito cenſet̃ difficilis. Nam queſtio de huiuſmodi pꝛincipijs difficilis eſt. Etenim cũ materia ⁊ foꝛma dicant̃ relatiue (eſt enim materia potentia foꝛme: ⁊ foꝛma, actus materie) fieri nequit, vt altera ſine altera cognoſcatur: quod rem facit difficilem.

❧ At verò quòd impoſsibile ſit vtrũuis horum eſſe locum: non eſt difficile videre. ſpecies enim atque materia: non ſeparatur à re. locum autem contingit. In quo namque aer erat: in hoc rurſus aqua (vt diximus) eſt; viciſsim tranſlatis & aere & aquã, & aliis corporibus ſimiliter. Quare neq; pars, neque habitus: ſed ſeparabilis locus eſt ab vnoquoque. etenim videtur, tale quid eſſe locus, quale vas. eſt enim vas locus transferri valens. vas autem nihil eſt ipſius rei. Textus. xvij.

¶ In textu. 17. ⁊ ſubſequentibus arguit, locum, neq; materiam eſſe, neq; foꝛmam: idq; rationibꝰ ſex facillimis. Pꝛia. Species. i. foꝛma ⁊ materia non ſeparantur a re. i. ſunt partes eius: locus vero ſeparatur a re. i. eſt res ſubiecto diſtincta: que moto locato manet immota: ergo locus nec materia eſt, nec foꝛma. Ait vero locum contingere ſeparari: non ꝙ ſit aliquis verus locus, qui nõ ſit realiter diſtinctꝰ a re: ſed vel hoc dicit ꝓpter ſupremũ celoꝛũ oꝛbẽ, qui nõ habet extra ſe locum: vel foꝛte, q꞉ nõ eſt id per ſe manifeſtũ in omnibꝰ: nã diſtinctio loci a locato cognoſcitur per hoc ꝙ in eodẽ loco ſuccedũt diuerſa locata: vt patet in exemplo Ariſt. vl;, ꝙ vbi nunc eſt aqua, ſuccedit aer manẽte eodẽ loco. De toto autẽ elemẽto terre, q꞉ nõ mutat locũ, aut de vno oꝛbe, qui eſt intra alium, nõ eſt ita per ſe notũ ſenſui, locũ diſtingui a locato. ¶ Infert inde hoc coꝛollariũ. Ea ratione, qua nec materia nec foꝛma ſunt locus cõpoſiti, fit vt neq; aliqua eius pars integralis, neq; habitus, neq; aliquod eius accidẽs ſit eius locus: q꞉ nullum iſtoꝛ diſtinguitur ſubiecto a locato: ſ; inſunt ei ⁊ mouent̃ ad locũ eiꝰ. ¶ Ad maioꝛẽ tñ euidentiã ſubdit ꝙ locus eſt velut vas. Cõueniũt. n. (vt ſtatim videbimus) locus ⁊ vas, ꝙ vtrũq; cõ-

tinet locatū:differunt tñ,ꝙ locus eſt vas quodā intranſferibile.i.quod non mouetur ad motum locati,ſed manet immobile:vas autē eſt quidam locus(vt hic inquit)traſferibilis.i.mobilis cum locato.veluti vter vehitur cum vino.

Textus. xviij. ❧ Quatenus igitur ſeparabilis eſt à re: eatenus ſpecies non eſt. Quatenus verò continet: eatenus diuerſus eſt à materia. ¶ Videtur autem ſemper, id quod alicubi eſt:& ipſum eſſe aliquid,& aliud aliquid extra ipſum. ¶ Platoni tamen dicendum erat, ſi liceat digredientes dicere: quare non ſunt in loco,& ſpecies & numeri ſiquidē id quod particeps eſt,locus ſit, ſiue magnum atque paruum ſit id quod particeps eſt, ſiue materia, quemadmodum in Timeo ſcripſit.

¶ In tex.18.ſubdit rōnes ſecundā ⁊ tertiam. Colliges prius tñ ex ſuperiori rōne,ꝙ licet locus differat a materia ⁊ a forma:diuerſis tñ rōnib⁹. Conuenit.n.locus cū forma,q꞉ continet locatū, queadmodū forma cōtinet materiā:differt tamē ab illis in hoc,ꝙ locus eſt cōtinens extrinſecus:forma vero intrinſecū,tanꝙ pars cōpoſiti. In eo autē quo cōuenit cū forma.ſ.q꞉ cōtinet, differt a materia que cōtinet. ¶ Rō ſecunda ſumpta eſt ex mō loquendi. Inſinuauerat.n.in prima rōne in aliquib⁹ nō eſſe ita per ſe notum locū eſſe ſeparabilē a locato. Ait ḡ ꝙ ꝗuis nunꝙ locatum dimoueretur ab eodē loco, nihilomin⁹ ex hoc ipſo ꝙ cōcedit locatū eſſe in loco,vł ſemper ꝙ locatū ſit vnū aliqd ⁊ extra illud ſit aliud:puta locus in quo ſit.

Plato. ¶ Tertia rō peculiariter ꝓcedit aduerſus Platonē:quā molitur eū Ariſt. in cōtradictionē cogere. Erat eī in opinione Platonis ideas, eo ꝙ eſſent immateriales,nō eſſe in loco: ideꝙ cēſebat de numeris,quos ponebat ſeparatos a materia. Forſan ideas ipſas, eo ꝙ eſſent rerū ſpēs appellabat numeros:q꞉ ſpēs ſunt ſicut numeri. Dixit vero hic magnū ⁊ paruū,ſeu materiā eſſe locū receptiuū formarū. Hec autē duo ſibi ſunt inuicem contraria. Nam ſi idee ſeparate participantur in materia:ſeu(quod idem eſt)locus eſt particeps illarum(ſicuti Petrus ⁊ quodcūꝙ indiuiduū eſt particeps ſpeciei)ſequitur ideas illas ⁊ numeros eſſe in loco. Atꝙ adeo redditurus erat rationem Plato,cur non eſſent in loco.

Textus. xix. ❧ Amplius, quomodo ferretur in ſuum locum, ſi locus eſſet materia,aut ſpecies? impoſsibile enī eſt,cuius neque eſt motus,neque ſurſum, aut de-
Textus. xx. orſum:locum eſſe. Quare quærendus in huiuſcemodi eſt locus. ¶ Si vero in ipſo locus eſt(oportet enim ſiquidem aut forma, aut materia eſt) erit locus,in loco,tranſmutatur enim ſimul cum re,& mouetur,& ſpecies,& inde finitum:nō ſemper in eodem,ſed vbi vtique eſt & ipſę res. Quare loci erit locus.

¶ In textu.19,ſequitur quarta rō hec. Si materia vel forma ꝯpoſiti,(v.g.ignis aut lapidis) eſſet locus eiuſdē cōpoſiti,impoſſibile eſſet ꝙ hmōi grauia ⁊ leuia mouerentur ad certa loca naturalia: mouentur aūt ad certa loca:ergo nec materia, nec forma eſt eorū locus. Minor eſt manifeſta ex natura rerum:ſed maior.i.ſequela illa probatur dupliciter. Primo q꞉ id cuius non eſt motus,i.ad quod nō eſt motus,neꝙ eſt ſurſum ⁊ deorſum.i. neꝙ eſt termin⁹ q̄ ſit ſurſum, aut deorſum ad qđ res moueatur,non poteſt eſſe locus: nam locus grauium eſt punctū immobile deorſum: ⁊ locus leuium,punctum fixum ſurſum,ad quod res mouent:ſed neꝙ materia,nec forma eſt talis terminus ⁊ punctū fixū ad qđ ignis,aut lapis moueat: vtpote cū ſint vbicunꝙ eſt ipſum cōpoſitum ⁊ cū illo moueant:ergo neutra eaꝝ eſt locus. ¶ Quinta ratio eſt in text.20.(Si vero ⁊c.) Si forma, vel materia eſſet locus cōpoſiti,ſequeret ꝙ locus eſſet in ipſo.ſ.locus ignis eſſet intrinſecus in ipſo igne:⁊ locus lapidis in ipſo lapide. Unde rurſus ſequeretur ꝙ loci eſſet locus: qđ eſt impoſſibile de loco rerū naturalium. Nam hmōi loca rerum naturalium ſunt(vt dictum eſt)pūcta fixa vel ſuperficies ſurſum ⁊ deorſum que non mouent ad alium locum:ſed entia naturalia mouentur ad ipſa. Sequela tñ probat. Materia ⁊ forma(quas hic nuncupat,ſpeciē ⁊ indefinitū:q꞉ materia de ſe eſt indeterminata ad ſpeciem quā recipit per formā)mouentur ad motū ipſius compoſiti: nec ſunt ſemper in eodē loco,ſed vbicunꝙ eſt cōpoſitum: vnde ſicut compoſitum eſt mobile ad loca naturalia,ita ⁊ materia ⁊ forma mouētur ad eadem loca:⁊ per conſequens ſi huiuſmodi partes eſſent loca naturalia,locus moueretur ad alium locum:⁊ ſic loci eſſet alius locus naturalis.

❧ Amplius, quando ex aere aqua facta eſt, periit locus,non enim in eodem loco eſt, quod fa- Textus. xxj.
ctum eſt corpus. Quæ igitur corruptio? ¶ Ex quibus igitur neceſſarium eſt eſſe aliquid locum; & rurſus ex quibus dubitabit vtique aliquis,de ſubſtantia ipſius:dictum eſt.

¶ In tex.21.ſequit ſexta ⁊ poſtrema rō ſub hac forma. Si materia vel forma eſſet locus,ſequeret ꝙ locus corrūperet ad corruptionē locati:ꝯñs tñ eſt falſum:q꞉ loc⁹ manet idē imobilis: nā in quo prius erat aer,poſtea eſt aqua. Sequela tñ probatur. Si forma aeris eſt locus eius, talem locū manifeſtū eſt corrumpi cum ex aere fit aqua:ꝙ ſi ſit materia,quodāmō etiā corrūpit:nā licet eadē materia prima maneat,nō tñ manet ꝓpria materia hec cum conditionibus indiuiduantibus ⁊ qualitatiuis diſpoſitionibus(que dicit materia ſecunda). Qđ autē locus corrūpatur, eſt falſum vt dictum eſt. Et hoc eſt qđ ait.[Que igitur corruptio?].i.quō poteſt dici ꝙ locus corrumpatur ad corruptionem locati. ¶ In textu igitur.22.concludit dicens ſatis dictum eſſe,ex quibus.ſ.rationibus colligatur vt neceſſarium ſit locum eſſe(qđ factum eſt in primo capite)⁊ rurſus dictū eſt capite hoc ſecūdo,ex quib⁹ dubitari poteſt quidnā ſit locus. Quā proinde queſtionem(vt puta quid ſit locus)capite proximo tractare exorditur.

¶ Sequitur ſtatim caput tertium.

## ❧ QVO DETERMINARI INcipitur quid ſit locus.

## CAPVT. III.

POST hæc autem accipiendum eſt: quot modis aliud in alio eſt. Vno igitur modo:vt digitus in manu,& omnino pars in toto. Alio verò vt totum in partibus. nō enim eſt præter partes, totū. Textus. xxiij.
Alio autem modo,vt homo in animali,& oīno vt ſpecies in genere. Alio autē, vt genus in ſpecie, & oīno pars ſpeciei in ſpeciei ratione. Amplius vt ſanitas in calidis & frigidis, & omnino ſpecies in materia. Amplius vt in rege,Grecorum res,& omnino in primo mouente. Amplius vt in ipſo bono,& omnino in ipſo fine. Hoc autem eſt, id cui⁹ cauſa. Omnium autem maximè proprium eſt, quod vt in vaſe,& omnino quod in loco.

¶ Poſtꝙ hacten⁹ Ph.diſputando inquiſiuit, an ſit,q̇dꝙ ſit loc⁹,incipit iam mō q̄ſtiones has diffinire. Prius autē in hoc.3.capite,qđ ſeptē habet textus,diſſoluit dubia nonnulla,q̄ neceſſario erāt premittenda. Atqui in text.23.primum omniū diſtinguit,quot modis vna res dicatur eſſe in alia. Qui ſunt octo numero, ſumpti ex vſitato modo
Octo modis. loquendi inter phos. ¶ Primo modo vnum dicitur eſſe in alio,tanꝙ pars in toto. ¶ Et ſecūdo mo-
1.Modus. 2.Modus. do,tanꝙ totū in partibus. Utroꝙ enim modo loquimur,vł,digiti q̇nꝙ ſunt in manu, naſus eſt in facie ⁊c. ⁊ rurſus,homo eſt in ſuis mēbris,ſtructura domus eſt in parietibus. At vero q꞉ mod⁹ ſecundus loquendi non eſt tam ſolitus ꝙ prim⁹, cōfirmat eū Ariſt.dicēs,ꝙ totū nō eſt preter partes.i.totum nō eſſe pōt,niſi in partibus cōſeruet.

3.Modus. ¶ Tertius modus eſt,vt ſpecies eſt in gñe:⁊ quar-
4.Mod⁹. tus ecōuerſo, vt genus eſt in ſpecie. Dicimus.n. in gñe aīalis tot eſſe ſpecies,albūꝙ eſſe in genere qualitatis,⁊ bicubitū in gñe quātitatis. Et itē viceuerſa, genus aīal eſſe in rōne hoīs. Attamē cū phraſis ſecūda non videatur adeo recepta,vt prima,eo ꝙ genus,cū cōtineat ſub ſe ſpēs tanꝙ quid cōe,nō tam apparet eſſe in ſpecieb⁹ ꝙ ſint ſpecies in illo,ſubdit nihilominus rōnē,ꝙ licet genus ſit quid cōe, eſt tñ pars etiā diffinitionis ſpeciei:⁊ hac ratione dr̃ eſſe in rōne ſpeciei: ſicuti ⁊ dr̃ia hoc mō,rōnale,eſt in hoīe. ¶ Quint⁹ mo-
5.Modus. dus eſt quo ſpēs.ſ.forma,eſt in materia: quō ſanitas eſt in calidis ⁊ frigidis: vtpote cū ſit proportio ⁊ tēperamentū quatuor primarū qualitatū. Eſſe enim in aliquo eſt cōſiſtere ⁊ cōſeruari in il-
6.Modus lo. ¶ Sextus modus eſt quo res publica eſt in regis poteſtate: qui fortunis atꝙ adeo ciuiū vita
7.Mod⁹. pro ſue arbitrio vtit. ¶ Septimus modus eſt quo appetens bonum ⁊ finē dr̃ eſſe in illo. Queadmodū dictū eſt,vbi eſt theſaur⁹ tu⁹, ibi eſt ⁊ cor tuū. Et in vniuerſum amantis animus eſt in re ama-
8.Modus ta. ¶ Octauus ac poſtremus modus(ſed tñ oīum propriiſſimus)eſt quo aliquid eſt in vaſe,⁊ oīno, quo eſt in loco. Queadmodum dicimus terram eſſe in cētro:⁊ ignē,in lune concauo. ¶ Modi iſti eſſendi in aliquo non dicūtur oīno vniuoce,ſed analogice. ¶ Ut queadmodum ens dr̃ principalr̃ de ſubſtantia ⁊ analogice de accidente per cōparationē ad illā:⁊ ſanū de aīali principalr̃:⁊ de vrina ⁊ medicina,per reſpectū ad animal:ita eſſe in aliquo prius ad ſenſum notū fuit,eſſe in loco,⁊ per analogiā dicunt cetera. Inde enim ꝙ locus continet ⁊ conſeruat locatū,ſumptū eſt vt ꝙ quicqd aliquo mō ineſſe pēdet ex alio dicat eſſe in illo: ⁊ ideo pars eſt in toto, ⁊ viceuerſa totū in partib⁹. Nā vt lib.2.text.28.⁊.31.adnotauimus,totū ⁊ partes habēt ſe vt forma ⁊ materia:totum.n.conſeruat partes in gñe cauſe formalis: q꞉ partes ſunt per eſſe totius:vita.n.toti⁹ hoīs viuit man⁹: ptes vero ecōuerſo in gñe cauſe materialis cōſeruant totū:q꞉ totū cōſtat ex partibus. Pari mō ſpēs eſt in gñe tanꝙ pars in ſuo toto potētiali. Ut.n.cap. de dr̃ia refert Porphyrius, genus poteſtate cōtinet ſpecies,in quas diuidit. Et ecōuerſo, genus eſt in ſpecie tanꝙ pars in ſuo toto actuali:nā diffinitio ſpeciei in ſe actu cōtinet genus ⁊ differentiam. Eadem rōne reſpublica eſt in poteſtate regis,tanꝙ in cauſa efficienti: ⁊ amans in amato quod tanꝙ finis trahit ad ſe amantē. Ac deniꝙ vniuerſe creature ſunt in Deo: iuxta illud Heſter.13. in ditione tua cuncta ſunt poſita. Pretermiſit hic modum eſſendi in tempore:vel quia ſub modo eſſendi in loco continetur:vel forte q꞉ de illo futurus erat infra ſpecialis ſermo. Alijs igitur modis pretermiſſis,qui ad rem preſentem pertinet,eſt,eſſe in loco.

❧ Dubitabit autem aliquis vtrū quippiā in ſei- Textus. xxiiij.
pſo contingat eſſe an nihil, ſed omnia aut nuſq̄, aut in alio? Dupliciter autem hoc eſt,aut ſecundū ſe,aut ſecundū alterum. cùm enim ſint partes totius & id in quo & id quod in hoc:dicetur totum in ſeipſo. dicitur enim, & ſecundum partes. vt albus:quia ſuperficies alba ſit. & ſciēs:quia ratiocinatiuū. ¶ Amphora igitur nō erit in ſeipſa, neq; vinum:vini verò amphora erit. Quod nāq; ineſt & id in quo eſt:vtraq; eiuſdem partes ſunt.

¶ In tex.24.mouet dubiū,preſenti negotio neceſſariū. Cū.n.modus loquendi,quo dicimus aliqd eſſe in aliquo,arguat diſtinctionē inter id qđ eſt, ⁊ id in quo eſt(vnde ſumit argm̄ diſtinctionis inter locatū ⁊ locū)Anaxagoras nihilominus(vt lib.3.tex.50.viſum eſt)dicebat infinitū eſſe in ſeipſo,examinare operepreciū hic duxit,an aliqd ꝓprie ſit in ſeipſo. Cui dubio rñdet diſtinguens hoc poſſe contingere,aut per ſe primo,aut per aliud. Id cōuenit alicui per ſe primo,cui conuenit per ſe totū.i.ꝑ ſuā quiditatē:ſicut homini conuenit eſſe riſibilē. Per aliud autē cōuenit,id qđ ꝯuenit per aliquid ſui:ſicut totius homo dr̃ criſpus rōne capilloꝝ:⁊ calciatus,q꞉ pedes habet calciatos:⁊ albus,q꞉ exterā ſuperficiē habet albam:et ſciēs,q꞉ ſcientiā habet in aīa. Ait ḡ ꝙ ſi amphorā plenā vini cōſideremus vt vnū totum cum vino (eſt.n.totū per aggregationē) dicere quodāmō poſſumus eā eſſe in ſeipſa,vt ſi dicas amphora vini eſt in ſe. Nō ꝙ totū aggregatū ſit in toto aggregato:ſed q꞉ vinum,qđ eſt vna pars illius aggregati,eſt in amphora que eſt alia pars,totum,ratione vnius partis,eſt in ſe,rōne alterius. Eſt tñ modus valde improprius: q꞉ vinū non eſt pars illius aggregati ex amphora ⁊ vino; veluti anima eſt pars hominis ſcientis ſm animam:ſed exempli gratia conceſſit hoc veteribus illis philoſophis,qui improprie loquebantur.

❧ Sic igitur contingit, quippiam in ſeipſo eſſe. Textus.
Primò autem non contingit, vt album in corpo- xxv.
re.ſuperficies enim in corpore. ſcientia autem: in anima. ſecundum hæc autem quę partes ſunt, vt in homine appellationes exiſtunt. Amphora autem & vinum,cùm ſeorſum quidem ſunt, partes non ſunt, ſed cùm ſimul. Quapropter cùm ſint

partes:erit ipſum in ſeipſo.vt album, in homine: quoniam in corpore, & in hoc: quoniam in ſuperficie. in hac autem:non amplius ſecundum aliud eſt.Et diuerſa quidem ſpecie hæc ſunt, & aliam naturam habet vtrũq; & potentiam: & ſuperficies & album.

¶In tex.ĝ.25.rñdet ad queſtionẽ, ꝙ primo mõ nõ contingit aliquid eſſe primo in ſeipſo.i.ſm ſe totũ: bene tñ nõ primo.i.rõne partis. Secundã partẽ probat in hoc textu, ꝛ primam in duob⁹ ſequẽtibus. Ait.n.ꝙ ſi amphara ſeorſum conſideret, et ſeorſum vinũ.i.qñ vinũ non eſt in amphora, tũc nihil eſt in ſeipſo, nec primo, nec non primo: qñ vero ſunt ſimul.i.amphora eſt plena vino, tunc ſi loquamur de toto aggregato ac de vna re, totũ rõne vini eſt in ſe rõne amphorę. Eſt.n.amphora vini in amphora vini: ſicut album eſt in corpore, non primo, q꜡ albedo non eſt in partibus intrinſecis corporis: ſed rõne ſuperficiei quę eſt tẽus corporis, et ſcientia eſt in homine rõne animę.

¶Subdit aũt ꝙ res quę eſt primo in aliquo.i.ſm ſe totum, debet eſſe diuerſa ab illo in quo eſt, vt albedo quę per ſe primo eſt in ſuperficie, eſt res diſtincta genere ab illa, diſtinguunturq; potẽtia: nam ſuperficies eſt quãtitas quę eſt ſubiectum qualitatis: albedo vero eſt qualitas, quę ſe habet vt forma: ꝛ actus quantitatis.

Textus. xxvj. ❧Neq; igitur inductiue cõſiderantibus, aliquid in ſeipſo videmus ſecundum aliquem determinatorum & ratione manifeſtum, ꝙ impoſsibile eſt. Oportebit enim ambo vtrunque eſſe (vt amphorã, & vas, & vinũ eſſe. atq; vinũ: vinum & amphoram) ſiquidem cõtingit quippiam in ſeipſo eſſe. Quare ſi q̃ maximè in ſeſe ſint: amphora quidem accipiet vinum, non quatenus ipſa vinum eſt, ſed quatenus illa. vinum autem inerit in amphora: non quatenus amphora ipſum eſt, ſed quatenus illa amphora eſt. Secundum igitur ipſum eſſe, ꝙ alterum ſit: manifeſtum eſt. Alia nanque ratio eſt, eius in quo, & illius quod in hoc eſt.

¶In tex.26.probat primã partẽ cõcluſionis: nempe ꝙ nihil põt eſſe primo in ſe: ꝛ inductione ꝛ ratione. Inductione, q꜡ in nullo modorũ octo, qui ſupra poſiti ſunt, reperitur aliquid primo eſſe in ſe. Totũ.n.eſt in partib⁹ ꝛ ecõuerſo: totum vero partes ſingulę differũt re: atq; ſimul ſumptę, ſaltẽ rõne differũt a toto. Et pari modo differunt genus ꝛ ſpecies. Nam de aliis modis manifeſtũ eſt quomõ id qđ eſt, realiter differat ab eo ĩ quo eſt.

¶Rõnes autẽ format duas. vbi ꝯſiderandum eſt nõ eſſe idẽ ꝙ vna res ſit in alia primo, ꝛ ꝙ ſit per ſe: ſicut nec eſt idẽ ꝙ ſit in alia non primo, ꝛ ꝙ ſit per accidens. Nam ad hoc ꝙ ſit primo ſatis eſt ꝙ ſit ſm ſe ſotum ꝛ non ſolum ſm partẽ: ſed ad hoc ꝙ ſit per ſe requirit ꝙ ſit ab intrinſeco rõne ſui et nõ rõne alterius. Exẽpli gratia. Nauis eſt in mari ꝛ primo ꝛ per ſe: ſicuti hõ eſt etiã in naui: hõ vero ille eſt in mari, primo quidẽ, q꜡ ſm ſe totũ: non tñ per ſe (ſicut ſi nataret nudus in mari) ſed per accidẽs, ratione nauis quę eſt in mari. Primo ergo ꝑbat ꝙ nihil põt eſſe in ſeipſo primo ꝛ per ſe. Et pſeuerat in exẽplo amphorę. Si totũ hoc qđ eſt amphora vini eſt in ſe primo ꝛ per ſe, ſequitur (inquit) ꝙ ambo ſunt vtrũq;.i.ꝙ amphora eſſet ꝛ amphora ꝛ vinum copulatim: ꝛ vinum itidem eſſet ambo ſimul: ꝯñs eſt impoſſibile: ĝ ꝛ añs. Probatur ſequela. Si amphora vini, capit ꝛ continet vinum tanq̃ locus, manifeſtum eſt hoc eſſe rõne amphorę quę cõtinet, ꝛ nõ rõne vini qđ continetur: ĝ ſi totũ rõne etiã totius aggregati capit ꝛ cõtinet, amphora eſſet totum aggregatũ. Et eadẽ rõne ſi totũ eſt ꝛ ꝯtinet in ſe, hoc eſt rõne vini qđ continetur: nam amphora non cõtinetur: ſi ergo itidẽ rõne totius totum eſt in ſe, ſequitur ꝙ vinũ eſt vinum ꝛ amphora. Perinde ac ſi arguas. Hõ eſt riſibilis ea rõne qua eſt rõnalis: ſi ergo itidẽ eſt riſibilis ea rõne qua aĩal rõnale: fit vt rõnale, idem ſit ꝙ animal rõnale (qđ certe eſt verũ.) Minorẽ autẽ.ſ.ꝙ amphorã eſſe totum.ſ.vinum ꝛ amphorã ſit impoſſibile, probat. Manifeſtum enim (inquit) eſt ꝙ alterũ ſit ipſum eſſe vaſis ab ipſo eſſe vini: alia enim eſt ratio vaſis (quę eſt continere) ꝛ alia ratio vini: quę eſt contineri.

❧At verò neque ſecundum accidens contingit. Textus. xxvij. Simul autem duo corpora, in eodem inerunt. nã & ipſa amphora in ſeipſa erit: ſi id cuius natura ſuſceptiua eſt, contingat in ſeipſo eſſe, & inſuper illud cuius eſt ſuſceptiuum: vt ſi vini vinũ. Quod igitur impoſsibile ſit in ſeipſo aliquid eſſe primò manifeſtum eſt.

¶In tex.27.ſubiungit ſecundã rõnẽ, videlicet, ꝙ nihil eſt in ſeipſo per accidens.i.rõne alterius, veluti nauta eſt in mari rõne nauis in q̃ eſt. Nam tunc (inquit) ſequeretur ꝙ duo corpora eſſent ſimul in eodẽ loco, qđ eſt impoſſibile. Ratio eſt implexa ꝛ obſcura: niſi hoc prius conſideretur, ꝙ amphorã eſſe in ſe per accidẽs, paralogizat hoc mõ. Vinũ eſt in amphora: ꝛ amphora eſt in vino: ergo de ꝑmo ad vltimũ amphora eſt in ſe. Quodquidẽ ſophiſma facile potuiſſet Phi. diluere negãdo ꝯñiam. Nam vt primũ ſit in tertio rõne ſecũdi, exigitur vt eo mõ ſit in ſecundo, quo ſecundũ eſt in tertio. vt quia nauis eſt localiter in mari: ꝛ nauta eodem mõ eſt in naui: fit vt nauta ſit in mari. In propoſito vero non eſt ita. Nã vinũ eſt localiter in amphora: amphora vero nõ eſt localiter in vino, ſed tanq̃ terminãs ꝛ cõtinens ipſum, vt textu ſequẽti patebit. Et ideo non ſequit ꝙ amphora ſit in ſe. Superſedit tamẽ Phi. argumentũ infringere: ꝛ intulit aliud inconueniens. Qđ eſt hmõi. Si amphora eſt in ſeipſa de per accidens, id erit ratione vini: accidit.n.amphorę vt vinũ ſit in illa, et illa vice verſa ſuo modo ſit in vino. Arguit ergo. Si amphora cuius natura eſt cõtinere dicit eſſe in ſeipſa ratione vini qđ continet, ſequitur in amphora eſſe duo corpora.ſ.ꝛ amphorã ipſam, ꝛ id rurſus cuius eſt ſuſceptiua [vt ſi vini, vinũ].i.ſi eſt ſuſceptiua vini, vinũ erit in illa: ꝛ ſic duo corpora erunt in eodẽ loco. Qđ eſt abſurdum. ¶Cõcludit ergo ex dictis, ꝙ impoſſibile eſt idem eſſe in ſeipſo primo.i.ſecundũ ſe totum, vt eadem ſit ratio continentis ꝛ contenti. Et in illo verbo, Qđ igitur, ſecat Commen. textum.28. Cõmodius autem ſecatur hic.

❧Quod autem Zeno dubitabat, ꝙ ſi locus eſt Textus. xxviij. aliquid, in aliquo erit: ſoluere nõ eſt difficile. Nihil enim prohibet, in aliquo quidem eſſe primũ locum: non tamen in illo vt in loco, ſed vt ſanitas quidem in calidis ſicut habitus, calor autem in corpore vt paſsio. Quare non neceſſe eſt in infinitum abire.



¶In tex.28.ex his q̃ in hoc capite dicta ſunt, diſſoluit primo dubitationẽ Zenonis de loco. text. 12. propoſitã. Arguebat.n. Si locus eſt aliquod corpus poſitiuũ, ſequitur ꝙ loc⁹ ipſe erit in alio loco: ꝛ ille in alio: ꝛ ita in infinitum. Rñdet Ph. ꝙ locus omnis eſt in aliquo: non quidem tanq̃ in loco: verum quodãmõ vt forma in materia. Vt.n. dictum eſt totũ eſſe in partibus, vt forma in materia quã cõtinet, ꝛ cui dat eſſe, ꝛ viciſſim partes in toto, ſicut materia in forma a qua recipit eſſe ꝛ conſeruatur: ita locatum eſt in loco tanq̃ cõſeruatũ in cõſeruante: ꝛ econuerſo in locato eſt locus tanq̃ cõſeruans in conſeruato. vt Deus eſt in rebus. Et q꜡ formę proprium eſt dare eſſe atq; adeo conſeruare, modum eſſendi loci in locato, cõparat modo eſſendi formę in materia, vt ſanitas quę eſt proportio qualitatũ eſt in ipſis qualitatibus: ꝛ habitus vel diſpoſitio eſt in ſubiecto. Non ꝙ ſit omnimoda ſimilitudo: quia locus nõ ineſt formaliter locato: ſed ſicut forma terminat ꝛ cõtinet materiã intrinſecę, ita locus terminat ꝛ ꝯtinet extrinſecę. Vnde ſupremũ cęlũ, qđ oĩum locus eſt, quę ſub illo cõtinent, eſt quidem in aliquo: verum non tanq̃ in loco: ſed tanq̃ in eo qđ terminat, cõtinet, ꝛ conſeruat. Quo circa non ſequit proceſſus in infinitũ in locis. ¶Ex quo ſequitur ꝙ q̃uis nihil ſit in ſeipſo poſitiue (vt hacten⁹ monſtratum eſt) nihil tamen prohibet aliquid eſſe in ſeipſo negatiue.i.nõ in alio, tanq̃ in loco.

Textus. xxix. ❧Illud autem manifeſtum: ꝙ cùm vas nihil ſit eius quod in ipſò (aliud enim eſt: primò & quod ineſt & id in quo ineſt) nõ erit vtiq; aut materia, aut ſpecies, locus, ſed aliud. Illi⁹ enim aliquid hęc ſunt, quod ineſt: & materia & forma. Hæc igitur ſunt dubitata. Quid autem tandem ſit locus: hic vtiq; fiet manifeſtum.

¶In textu deniq;.29.ꝛ poſtremo reſpondet ad alias duas dubitationes capitulo ſecundo diſcuſſas: an vꝫ locus ſit materia, aut forma. Ait enim ꝙ cum locus ex natura ſua ſit extra rationem locati (alia.n.ratio continentis ꝛ terminãtis, ꝛ alia contenti ꝛ terminati) materia vero ꝛ forma ſint de intrinſeca ratione rei, fit vt neutra earum ſit locus ipſius compoſiti: ſed locus ſit vtriq; extrinſecum. ¶ Subdit autem hactenus dubitationis modo diſputatum eſſe: atq; ideo in ſubſequẽtibus determinari ſupereſt, quidnam ſit locus. ¶Conſequenter Caput.4.

## ❧QVO DEFINITVR QVID ſit locus.

## CAPVT. IIII.

Textus. xxx. ACcipiamus autem de ipſo quæcũq; videntur veræ ſecundum ſe ineſſe ipſi. Cenſemus igitur locum eſſe primum quidem quod continet illud, cuius locus eſt: & nihil ipſius rei eſſe. Amplius, primum locum neque minorem eſſe, neq; maiorem Præterea neq; deſeri ab vnoquoq;, & ſeparabilem eſſe. Ad hæc autem, omnem locum habere ſurſum, & deorſum, & ferri natura, & manere in propriis locis: vnumquodq; corporum. Hoc autem facere, aut ſurſum, aut deorſum.

¶Deſcẽdẽs deniq; Ariſt. in hoc cap.4. per.13. textus diſtributo, ad diffinitionem loci, pręmittit in quinq; prioribus textib⁹ q̃tuor ſuppõnes, ꝛ documenta quinq;. ¶In textu ĝ iſto.30. iacit quatuor ſuppoſitiones, quibus loci naturã explorat. Oẽs aũt ſumunt ex cõmuni cõſenſu loquẽtium de loco: nã inde petẽdę ſunt hmõi dignitates. Prima ſuppoſitio eſt. Locus (vt in cõfeſſo eſt vniuerſis) eſt primũ qđ cõtinet locatũ, ꝛ nihil ipſius eſt. Locus enim vini eſt amphora: ꝛ locus pecunię, burſa. Deſignat ergo tres cõditiones loci. Tres cõditiões loci. Prima ꝙ contineat locatum: qua reprobat vacuum: quod cũ nihil ſit, nihil ſubinde cõtinere põt. Altera ꝙ ſit primum.i.proxime tangens locatum. Locus nãq; pecunię exiſtẽtis in burſa non tam ꝓprie dr̃ arca vbi eſt burſa, q̃ burſa ipſa. vnde vt.q.1. examinabimus loc⁹ eſt ſupficies vltima cõcaua continentis locatũ. Tertia cõditio eſt ꝙ diſtinguat a locato, ꝛ a qualibet eius parte, ita enim proprie loquũtur hoĩes de loco. ¶Secunda ſuppoſitio eſt. Primus locus.i.propinquiſſime attingens locatũ, nec maior nec minor eſt, ſed ęqualis locato. Ait, primus, q꜡ locus materialiter acceptus pro corpore cõtinẽte (qualis eſt amphora reſpectu aquę) maior eſt locato. Hęc etiam ſuppoſitio ſumit ex modo loquẽdi, eo ꝙ locus eſt iuſta exactiſſimaq; mẽſura locati. ¶Tertia ſuppoſitio. Locus non deſeritur, nec ſeparatur ab vnoquoq; locato. Non prętẽdit ꝙ in eodẽ loco neutiq; eſſe poſſit niſi vnũ idẽq; locatum: conſtat enim in eodẽ loco ſuccedere diuerſa locata: ſed vult dicere ꝙ vnunquiſq; locus ſemꝑ habet aliqđ locatũ: ſicuti qđcunq; locatũ eſt in aliquo loco. Ita vt dicant ad ꝯuertẽtiã. Loc⁹ eſt: ĝ locati loc⁹ eſt, locatũ eſt: ĝ loco locatũ eſt. Non tñ ſequit, corpus eſt: ergo in loco eſt, vt patet de ſuꝑmo cęlo. ¶Quarta ſuppõ eſt. Loc⁹ oĩs ſurſum eſt, aut deorſum: et ad quęcũq; locũ fert aliqđ corporũ. Hęc autẽ ſuppoſitio intelligit ſolum de locis naturalibus grauium ꝛ leuiũ: q꜡ cum de cęlo nihil hactenus diffinierit, loquitur ſm famoſam antiquorum opinionem: qui putabant cęlos etiam conſtare ex natura graui, vel leui: cum tamen in rei veritate cęlum nec ſurſum, nec deorſum, nec prorſus ad locum, ſed preciſe in loco moueatur.

❧Suppoſitis autem his: reliqua ſpeculari decet. Textus. xxxj. oportet autẽ tentare, cõſiderationem ſic facere: vt ipſum quid eſt reddatur, vt & quæ dubitãtur, ſol Diffinitio bona. uantur, & quæ videntur ineſſe loco inſint: & amplius, ipſa difficultatis, & earum quæ circa ipſum dubitationum cauſa erit manifeſta. ſic enim pulcherrimè demonſtrabitur: vnumquodq;.

¶Poſt q̃tuor ſuppoſitiones ſubdit documenta quinq;. Primũ in hoc tex.31. explicat quatuor cõditiones q̃s habere debet diffinitio, cũ loci, tum etiã cuiuſcũq; rei, vt ſit bona. Ait nãq; talẽ habẽdã hic eſſe loci cõſideratioẽ, vt eius diffinitio, primo explicet ipſum quodquid eſt: nã vt habet 7.Top.cap.2. diffinitio eſt oratio explicãs quodquid eſt.i.naturã rei. Secũdo debet eſſe talis diffinitio, vt per eam oĩa dubia ꝛ q̃ ſupra mota ſunt,

⁊ que de loco ſubmoueri poſſunt, terminent. Etenim vt eſt .3. meta. tex. 1. veritatis cognitio, dubiorum eſt ſolutio. Tertia conditio diffinionis eſt, vt per eam accidentia, que rei proprie inſunt, dignoſcantur: nam cum diffinitio explicet naturã rei, ⁊ naturam accidentia propria ſubſequãtur, per diffinitionem cognoſcuntur accidentia propria. Competit deniq; bone diffinitioni, vt per eã aperiatur cauſa difficultatis ⁊ diſcordie opinionum que de natura rei controuerſantur.

Textus. xxxij.

Loc⁹ per motus inueſtigat.

Primum igitur conſideraſſe oportet: quòd non quæreretur vtiq; locus, ſi non motus aliquis ſecundũ locum eſſet. propter hoc enim & cœlum maximè in loco putamus eſſe: quia ſemper eſt in motu. Huius autem aliud quidem eſt loci mutatio, aliud verò augmentum & decrementum. Etenim in augmento & decremento, tranſmutãtur: & quod prius erat hic, iterum tranſlatum eſt in maius, aut minus. ¶ Eſt autem quod mouetur: aliud quidem per ſe actu, aliud verò per accidens. Eius autem quod ſecundum accidens, aliud quidem poteſt moueri per ſe, vt partes corporis, & in nauigio clauus: alia verò non poſſunt, ſed ſemper ſecundum accidens, vt albedo & ſcientia. hæc enim ſic tranſmutantur ſecundum locum: quia id in quo ſunt, tranſmutantur.

¶ In textu. 32. ſubſequũtur duo alia documenta. Secũdũ ergo documentũ eſt, ꝙ nũꝗ fuiſſet queſitũ diſputatũꝗ de loco, niſi eſſet motus aliquis localis. Enimuero (vt textu. 3. viſum eſt) queadmodum materiã philoſophi perſcrutati ſunt ex ſucceſſione diuerſarũ formarũ in eodẽ ſubiecto, ita indagauerũt locum, videntes, in eodem loco diuerſa ſuccedere corpora: ideꝗ corpus diuerſa loca mutare. Unde quidã antiqui credentes omne celũ moueri, inferebãt ſupremũ etiã celum eſſe in loco. Et hoc eſt qđ ait hic Phi. [propter hoc celum putamus in loco eſſe] aut enim intelligit de orbibus inferiorib⁹: aut ſi intelligit de ſupremo, loquitur ſm illorum opinionẽ, De qua .6. huius ⁊ .1. celi copioſior habebit ſermo. ¶ Eſt autem triplex motus localis: alius .n. eſt totius loci mutatio qui dr motus ad locũ. Et hic per ſe primo dicitur motus localis: q2 tñ9 talis motus non eſt alius, ꝙ locus. Alij duo ſunt mot⁹ nõ ad alium diſtinctũ locũ, ſʒ ad maiorẽ vel minorẽ. vt augmentatio ⁊ diminutio. Et iſti nõ ſunt per ſe primo motus locales: nã augmentatio nõ eſt motus ad locũ, ſed ad quantitatẽ: ⁊ pariter diminutio: ſed de per accidens ⁊ conſecutiue, aucta vel diminuta quãtitate, augeť vel diminuiť loc⁹. Nec ſine cauſa adiecit hanc diſtinctionẽ: q2 locus nõ tam manifeſte cognoſciť per augmentũ vel decrementũ locati (vbi nõ mutatur totus locus, ſed fit mutatio a parte ad totũ locum, vel a toto ad partẽ) ꝙ cognoſcitur per motũ localẽ: qui eſt per ſe primo motus ad locũ. ¶ Tertiũ documentum eſt. Eorũ que mouentur aliud eſt qđ actu moueť per ſe, vt totũ ſuppoſitũ: puta homo, vel lapis: aliud vero qđ moueť per accidẽs, vt partes eius ⁊ accidentia. Rurſus hor que actu moueť per accidens, aliud eſt qđ poteſt per ſe moueri. vt pars ſi abſcidať a toto. Et clauus nauis moueť per accidens ad motum nauis: ⁊ per ſe a gubernatore. Aliud

Triplex motus localis.

vero eſt quod neutiꝗ poteſt per ſe moueri, vt accidentia. Que cum non poſſint ſeparari a ſubiecto, non poſſunt moueri motu proprio. Subiecit itidem hãc diſtinctionẽ: primo quia quot modis cõtingit moueri localiter, tot modis cõtingit eſſe in loco. ſ. per ſe ⁊ per accidens. Secundo, q2 locus non tam innoteſcit ex his que mouentur per accidens, ꝙ ex his que per ſe mouentur.

Quoniam autem dicimus eſſe in cœlo vt in loco, quia in aere, hic autem in cœlo eſt, & in aere autem, non toto, ſed propter vltimum ipſius & continens: in aere eſſe dicimus. ſi enim totus aer ſit locus: non æqualis erit vniuſcuiuſque locus, & vnumquodque. videtur autem æqualis eſſe. talis autem eſt: primus in quo eſt. Textus. xxxiij.

¶ In textu. 33. quia dixerat locum inueſtigari ex motu: non ex quocũꝗ, ſed ex motu ad locũ: atꝗ adeo eorum maxime que per ſe actu moueť, addit quartũ documentũ tale. Nõ oĩs locus dignoſcitur per motũ: q2 nõ locus cõmunis, ſed tm̃ proprius. Ubi repetit diſtinctionẽ illã loci, quam fecerat textu. 14. eſt .n. alius locus communis: qui non eſt equalis locato: ſed eſt locus, aut q2 eſt loci locus. vt celũ eſt locus meus, q2 eſt loc⁹ aeris in quo ego ſum: ſimiliter totum corpus in cuius parte ego ſum (vt elemẽtũ aeris) eſt materialr locus meus: q2 ſum in aliqua eius particula. Et q2 per motũ non mutať loc⁹ cõmunis: ſed loc⁹ proprius, puta ſuperficies que me tangẽs circũdat, per talẽ motũ nõ cognoſcemus locũ cõmunẽ: ſʒ propriũ. Et hanc ſuperficiẽ appellat vltimũ continentis verſus locatũ. Ubi ait ꝙ nõ eſt hõ in toto aere [ſed propter vltimum ipſius continens.] Et eandẽ appellat primũ locum. Nam quod incipiendo ab aere verſus me, eſt aeris vltimum, incipiendo a me, eſt mihi primum.

Cùm igitur nõ diuiſum eſt quod continet ſed continuum: nõ vt in loco dicitur eſſe in illo, ſed vt pars in toto. Cùm verò diuiſum eſt, & tangens: in primo quodam eſt, vltimo continentis, quod neque pars eſt eius quod in ipſo eſt, neq; maius ſpacio: ſed æquale. in eodem enim ſunt: vltima ſe tangentium. ¶ Et cùm continuum ſit, non in illo mouetur: ſed cum illo. diuiſum autem in illo. Et ſiue moueatur continens, ſiue non: nihil minus. ¶ Amplius autem cùm non diuiſum eſt: vt pars in toto dicitur, vt in oculo acies, & in corpore manus. Cùm autem diuiſum eſt. vt in cado aqua, aut in fictili vinum: manus enim cum corpore mouetur, aqua autem in cado. Textus. xxxiiij.

¶ Unde in textu. 34. quinto documento explicat quõ primus locus debet eſſe vltimũ cõtinentis: quo potiſſimũ explicať natura loci. Ait .n. ꝙ illud vltimũ ꝯtinẽtis debet eſſe vltimũ, nõ in potẽtia: ſed in actu. Illud .n. eſt vltimũ in potentia reſpectu alicui⁹, qđ eſt cõtinuũ alteri: illud vero eſt vltimũ in actu, qđ eſt actu diuiſum: atꝗ alteri cõtiguũ. Exẽpli grã. Totũ continet partẽ: non quidẽ vt loc⁹ locatũ. Humerus .n. cõtinet brachium: ſʒ q2 eſt cõtinuus brachio, nõ eſt vltimũ actu corporis verſus brachium: ⁊ ideo nõ eſt locus brachij. Et eadẽ ratione ocul⁹, qui eſt cõtinuus cerebro, nõ eſt in illo tanꝗ in loco: ſi aũt eſſet diſcõtinu⁹, illa ſuperficies cerebri circuntangens oculum eſſet ꝓprius locus eius. Et em̃ quia eſſet vltimũ actu cõtinentis, eſſet primus locus oculi. Unde colligit ꝙ locus, nec eſt pars locati, neꝗ maior locato: ſed equalis: quia vltima ſe tangentium. i. ſuperficies conuexa locati ⁊ concaua locãtis in eodẽ ſunt ſimul loco: vt infra ⁊. q. 1. ampli⁹ explicabimus. ¶ Probat aũt ꝙ totũ nõ cõtinet partẽ: ſicut locus locatũ duabus rõnibus. Prima illic [et cũ cõtinuũ.] Pars nõ moueť in toto, ſed cũ toto, .i. ad motum totius: ſi autem eſt diuiſa a toto, poterit moueri in toto, ſiue totum cõtinens moueatur, ſiue nõ: hec aũt eſt natura locati, vt poſſit moueri in loco cõtinente, ſiue ille moueať ſiue nõ: ergo pars cõtinua nõ eſt in toto: ſicut in loco. Brachiũ em̃ ⁊ oculus nõ moueť, niſi ad motum totius: qñ em̃ moueo oculũ, totus moueor ſcđm partẽ: ſi aũt oculus eſſet diſcõtinuus in eadẽ parte cerebri qua mõ eſt, tunc poſſet moueri oculus in cerebro quieſcente. Cognoſcit ergo loc⁹ ꝑ hoc ꝙ ad motũ locati nõ ſequiť motus loci. Quod eſt mente obſeruandũ. Hac em̃ rõne cognoſcit ſanguinẽ eſſe in vena ſicut in loco: moueť em̃ in vena et ex vena, ipſa manẽte in mora: ⁊ ꝑ ꝯſequẽs eſt illi, nõ cõtinu⁹, ſed cõtiguus. ¶ Scđa ratio eſt illic [amplius autẽ] que ſumitur ex modo loquẽdi diuerſo. Nam pars alteri continua dicitur eſſe in illa alio modo eſſendi eor qui notati ſunt textu. 23. ſicut forma in materia. vt acies. i. pupilla dicitur eſſe in oculo tanꝗ quedam diſpoſitio oculi: ⁊ manus in corpore tanquam organum eius. Quando autem diuiſum eſt, dicitur eſſe in illo: ſicut in vaſe. vt vinum in cado.

Natura loci.

Textus. xxxv.

Iã igitur manifeſtũ ex his: qđ eſt locus. Quatuor em̃ fere ſunt: quorũ neceſſe eſt locũ, vnũ aliqđ eſſe. aut em̃ forma eſt aut materia, aut ſpaciũ aliquod mediũ extremorũ, aut extrema, ſi nõ eſt vllũ ſpaciũ præter in exiſtentis corporis magnitudinẽ. Horũ autẽ, ꝙ tria non poſsint eſſe: manifeſtũ eſt. Sed propterea ꝙ cõtinet: videtur forma eſſe. in eodẽ em̃ ſunt: extrema cõtinẽtis & cõtenti. Sunt igitur vtraq; termini, ſed nõ eiuſdẽ. ſed ſpecies quidẽ rei: locus autem continentis corporis.

¶ His prelactis ſuppoſitionibus ac documentis in riſidua parte textus cõſtituit exactã diffinitionem loci: incipiens a genere diffinitiõis. Qđ inueſtigat mõ diuiſione: ita em̃ .2. poſte. tex. 17. oſtẽdit inueſtigandam eſſe diffinitionem. Format ergo hum̃õi rõnem. Locus vel eſt materia, vel forma locati, vel ſpaciũ interceptũ inter locatũ ⁊ latera cõtinentis, vel vltima ſupficies cõcaua continẽtis: nõ tria priora: ergo quartũ. Maior eſt nota ex ſupradictis cap. 2. vbi enarrauit opiniones antiquorũ credentiũ locũ eſſe eorũ aliqđ trium. Minorẽ aũt probat ſigillatim. Et primo de forma repetit rõnẽ quã fecerat textu. 14. ad probãdum formã eſſe locũ, ꝓpterea ꝙ propriũ loci eſt terminare locatũ: ſũt em̃ ſimul ſuperficies cõuexa locati ⁊ cõcaua locantis (ꝗs hic appellat extrema continẽtis ⁊ cõtenti. (Forma eſt etiã tñ9 materie ⁊ ſuppoſiti nã generatio terminať ad formã: ergo forma eſt locus. Rñdet ꝙ quãuis vtraꝗ. i. tã forma ꝗ2 locus ſint termini, diuerſimode tñ et diuerſorũ: q2 forma eſt tñ9 intrinſecus rei locate, dans illi ſpeciẽ: locus autẽ nõ eſt tñ9 intrinſecus locati, ſed locãtis: cui nõ dat ſpeciẽ: ſed terminat quantitatẽ ei⁹ verſus locatũ: atꝗ adeo eſt tñ9 extrinſecus locati.

Ex eo autẽ ꝙ mutatur ſepe, manẽte, cõtinente, contentum & diuiſum, vt ex vaſe aqua: ipſum mediũ, eſſe aliquod videtur ſpaciũ, tanquã aliqđ exiſtens præter ipſum corpus tranſlatũ. Hoc autem nõ eſt: ſed quoduis incidit corpus eorũ quæ transferuntus ac tangere apta natura ſunt. Textus. xxxvj.

¶ In tex. 36. proſequiť oſtẽdere ꝙ locus nõ ſit ſpaciũ ⁊ interuallũ ꝙ eſt inter latera cõtinẽtis. Opinio hec (vt elicit ex iſtis antiquis et ex Cõmentatore) ſumpta eſt ab eſtimatione vulgi. Cũ em̃ in doliũ vacuũ infundiť vinũ, vulgares non putãt vinũ recipi in dolio, ſed in ſpacio illo: vbi (cũ aerẽ nõ experiũť) exiſtimãt eſſe ſimpliciter vacuũ. Obidꝗ aliqui antiqui, aut Platonici aut alij, dicebant eſſe in illo inani quaſdã dimenſiones interminatas ꝗ erãt ꝗtitates ſeparate ab aere inde exunte, ⁊ a vino ſub intrãte: que quidẽ ſe penetrabãt prius cũ aere ⁊ poſtea cũ aqua. Eo modo (vt reor) quo Chriſtiani credimus corpora glorioſa cũ quãtitate celi ſe penetrare. Ratio iſtorũ erat hec, quã hic tãgit Ariſt. Locus eſt id qđ manet immotũ qñ locatũ moueť: ergo preter aerem exuntẽ a vaſe ⁊ aquã ſuccedentẽ debet eſſe aliqđ qđ ſit locus manẽs immobilis: illud aũt non põt eſſe doliũ cõtinẽs: ex eo (vt dicit hic. S. Tho.) q2 etiã aliqñ ad motũ locati moueť doliũ cõtinens, ⁊ tñ locus debet manere immobilis. Uel forte rõ qua putabãt corpus cõtinẽs nõ eſſe locũ, erat, q2 locus debet eſſe equalis locato: ⁊ cõtinẽs ſempꝛ eſt maius locato: quia nõ aduertebãt quomõ locus debet eſſe equalis locato ſolũ ſcđm ſuperficiẽ cõcauã. Et ideo ponebant illas dimenſiones que adequate ſe penetrãt cũ locato, eſſe locum. ¶ Negat ergo Ariſt. ita eſſe vt illi putant ꝙ intra latera cõtinentis ſit res aliqua immobilis preter corpora que trãſferunť. i. preter aerẽ exuntem et aquã ſub intrantẽ que ſuceſſiue tãgunt latera continentis, atꝗ adeo replent totũ ſpacium: nec manet aliquid immobile preter cõtinens ipſum. Et hoc eſt quod ait. Hoc autem non eſt ⁊c.

Si autem eſſet aliquod ſpacium aptum natura, ac manens in eodem loco: infinita vtiq; eſſent loca. Tranſlato enim aere & aqua idẽ facient partes omnes in toto, quod nunc tota aqua in vaſe. ¶ Simul autem: & locus erit mutatus. Quare erit loci & alius locus: & multa loca ſimul erunt. non eſt autem, alius locus partis in quo mouetur, cum totum vas transfertur: ſed idem. In quo em̃ ſunt, viciſſim trãſferũtur aer, & aqua, aut partes aquæ: ſed nõ in quo ſunt loco, qui pars eſt eius loci, qui eſt locus totius cæli. Textus. xxxvij.

¶ Subſequẽter in tex. 37. probat ꝙ infra latera cõtinẽtis nulla ſit alia res ꝗ corpus locatũ, duab⁹ rationibus: quas Themiſt. Philop. ⁊ priſci oẽs merito aiũt eſſe obſcuriſſimas, et vix vnꝗ expoſitas. Ratio prima eſt hec. Si locus eſſet ſpacium (puta dimenſio inter latera ſpacij, diſtincta a locato) ſequereť ꝙ eſſent ſimul infinita loca, actu reſpectu ptiũ locati ꝯſeqñs eſt impoſſibile: ergo ⁊ añs. Sequelã diuerſi diuerſimode exponũt. Eã tñ ſic mihi videor itelligere. Partes locati ſcđm Ariſt.

Ariſt. ⁊ rei veritatem, nec ſunt per ſe in loco neq; habent ꝓpria loca: ſed ſunt per accidēs in loco totius. Cuius rō eſt quia locus per ſe ⁊ proprius debet eſſe actu diuiſus a locato, ⁊ illi equalis ſecundū totas ſuperficies, cōcauam loci, ⁊ conuexam locati, ⁊ manifeſtū eſt ꝙ nulla pars aquę exiſtentis in vaſę eſt hoc modo in loco proprie. Nā partes interiores nō tangūt ſuperficiē cōcauam vaſis, quę eſt locus: ſed ſunt cōtinue alijs partibus aquę: ⁊ pars ſuperficialis non pōt dari quin ſecundū profunditatē ſit etiā cōtinua aquę. Quare ſi locus eſt ſuperficies cōtinentis, nulla pars locati habet per ſe propriū locū. At ſi locus non ſit ſuperficies cōtinētis: ſed dimēſiones illę quę ſe penetrāt cū toto locato, nō requiriť equalitas loci ⁊ locati ſcd̄m ſuperficies, ſed ſcd̄m totā quātitatē dimēſionis loci ſe penetrātis cū toto locato. Ideoq; ſingulis partibus locati reſpondent ſingula propria loca: vt puta dimēſio quę ſe adequatę penetrat cū tali parte. Et per conſequens ſunt īfinita loca. ¶ Qd̄ ſi qs arguat ꝙ illę dimēſiones ſunt oēs ꝯtinue: ⁊ per cōſequēs nō ſunt actu propria loca, ſicut nō ſunt actu diuiſa entia. Reſponſio ad hoc eſt adnotanda, ꝙ ſcd̄m illoꝝ opinionē non requiriť, vt aliquid ſit proprius locus, ꝙ nō ſit cōtinuus alteri loco: hoc eñ requiritur ſcd̄m Ariſt. idcirco, ꝙ ſuperficies cōcaua loci debet eſſe equalis ſuperficiei cōuexe locati: ⁊ ideo qñ pars cōtinui diſcōtinuať ꝓducit noua ſuperficies quę fit actu locus. vt ſi oculus diſcontinuaretur a parte cerebri in qua eſt et maneret in eodem loco. At vero ſcd̄m illoꝝ opinionē, ſi pars locati diſcontinuaret, in eodem loco maneret in quo modo eſt (vt inqt hic. S. Tho.) puta in eiſdē dimēſionibus: atq; adeo eadē dimenſio, quę tūc eſſet proprius locus partis, eſt et mō. Quin etiā (quantū illoꝝ opinionē colector) neq; dimēſiones totius ſpatij vaſis, q̄ ſunt locus totalis aquę, ſunt actu per ſe diuiſę: quinimo cōtinuanť cū dimēſionibus penetrātibus ſe cū lateribus vaſis: et illę cū alijs quę ſunt locus circūſtantis. Itaq; ſunt eędē dimenſiones cōtinue per totū orbē cū quibus ſe penetrant elemēta ⁊ mixta. Et hoc eſt quod ait hic Phi. [idē facient partes oēs ⁊c.] i. ſicut tota aqua eſt in dimēſionibus quę ſunt partes aliarū dimenſionū tanq; in proprio loco, ita et oēs partes ſunt in toto. i. dum vniūtur ſunt in ſuis proprijs locis. ¶ Scd̄a ratio eſt illic. [Simul autē ⁊c]. Et eſt hęc. Si locus aquę eſſet ſpaciū illud contentū inter latera vaſis, ſequereť ꝙ loci eſſet alius locus. i. ꝙ duo ⁊ plura eſſent loca adequata, quoꝝ vnus eſſet in alio: qd̄ eſt abſurdum: Probať ſequela. Cū vas plenū aqua trāſfertur et mutatur ſimul cū aqua, neceſſe eſt vt trāſferatur illud ſpaciū qd̄ erat inter latera vaſis: tunc ergo totū illud aggregatū ex vaſę ⁊ ſpacio (.i. ex dimēſionibꝰ ⁊ aqua) recipitur in alio ſpacio. ſ. in alijs dimēſionibus: per cōſequens ille dimēſiones et ſpaciū inter latera vaſis, quod eſt locus aquę, recipiētur in alijs dimēſionibus tanq; in loco adequato: cōſequens tñ (inquit) eſt falſum. Cū enim (inquit) totū vas trāſfertur, non eſt alius locus partis in quo mouetur. Aquā totā appellat partem illius aggregati ex vaſę ⁊ aqua. Et vult dicere ꝙ cum vas transfert, aqua vel aer, quo vas eſt plenum, nō mutat per ſe locū, ſed per accidēs ratiōe vaſis. Et hoc eſt qd̄ ait [in quo eñ ſunt ⁊c]. i. aqua vel aer in eodē loco in quo mō ſunt (puta in ſuperficie vaſis) transferunť, cū transfertur vas. ¶ Quod aūt ſubdit [ſed non in quo ſunt loco ⁊c.] hoc modo intelligitur. Cū dixiſſet cōtentū in vaſę moueri de per accidēs qñ moueť totū vas, explicat nō hoc eſſe verū vniuerſaliter, vt pote qñ vas ſeu cōtinens moueť, cōtento manente in eodem loco formaliter reſpectu centri mūdi. Quādo eñ aliquis homo eſt in fluuio vel in aere, licet aer vel aqua circūdans hominē fluat, homo tamen nō moueť. Immo ſuperficies aeris ſuccedentis reputať idē locus: q2 manet in eadē diſtātia ad centrū terrę ⁊ ad pūcta fixa cęli. vt. q. 1. amplius explicabimus. Vel ſi naui in qua ſum mota verſus orientem, ego mouerer verſus occidētē, vt nō mutarē Zenit cęli, ego non mouerer. Et hoc eſt qd̄ ait, ꝙ aqua vel aer nō moueñť qñ ſūt in loco eodē, qui eſt pars eius loci, qui eſt locus totius cęli. i. quando manēt in eodē pūcto reſpectu orientis, ⁊ ſeptemptrionis, ⁊ centri terrę. Sed de hoc latius. q. 1. ¶ Adnotauerim hic tamē, ꝙ Ariſ. nō formauit rationē hāc ſecundā tanq; demonſtrationē aduerſus illos. Sed probabiliter dixit ꝙ cū vas mutať ⁊ transfeť, transferunť ſimul dimenſiōes quę erāt intra latera vaſis. Credo nāq; hoc illos negaſſe. Nā fingebāt dimēſiones fixas cōtinuas in toto orbe, quibus immotis per illas penetratiue moueñť corpora: veluti Chriſtiani affirmamus poſt diē iudicij corpora glorioſa mouēda intra corpus cęli penetratiue. Et ſic qñ amphora mouetur, non mouentur dimēſiones quę erāt intra latera. Immo hac de cauſa dicebāt illas eſſe locum, q2 ſunt immobiles ad motū locati. Sunt tamē hęc antiquoꝝ nugę: ⁊ ideo q̇cq̇d illi negaſſent bñ arguit Ariſt. ꝙ dū vas mouetur, q̇cq̇d poſitiuū eſt intra illud, moueť ſimul cū illo. — Nota. — Dimenſiones. — Textus. xxxviij.

Et materia etiā videbitur vtiq; eſſe locus: ſi in quieſcente aliquis conſideret, & non ſeparato, ſed continuo. Vt enim, ſi alteratur eſt, quippiam quod nunc quidem album eſt olim autem nigrū, & nunc quidem durum, olim autem mole (quapropter dicimus eſſe aliquid materiam) ſic & locus per hanc quandam videtur eſſe imaginationem. Verum illud quidem: quoniam quod erat aer, hoc nunc aqua eſt. locus vero: quoniam vbi nunc erat aer, hic nūc eſt aqua. Sed materia quidem ſicut dictum eſt in prioribus: neq; ſeparabilis à re, neq; continens eſt. locus autem ambo.

¶ In tex. 38. ꝓbat tertiū membrū prioris diuiſionis. ſ. ꝙ nec locus eſt materia. Adducit tñ prius apparentiā ad contrariū, dicens, ꝙ ſi cōſidereť analogia inter locū ⁊ materiā, videbiť locus eſſe materia. Conueniūt enim quod ſicut eadem numero materia manens ſuſceſſiue recipit diuerſas formas, ita ⁊ idem manens locus diuerſa locata. Differunt autem, ꝙ locus ſubiecto ſeparať a locato: materia vero ⁊ forma, ſicut ſubm̄ ⁊ accidens, ſunt idē ſubiecto. Et hoc eſt quod ait [videtur materia eſſe locus, ſi quis cōſideret in quieſcente, ⁊ non ſeparato]. i. ſi ſolū cōſideret ꝙ quēadmodū materia eadē manēs ſuſcipit diuerſas formas, ita locus idē quieſcens diuerſa locata, quę illic ſucedūt: ⁊ nō cōſideret ꝙ locus ſeparať ſubiecto a locato: materia vero nō, ſed eſt continua formę. i. ſunt vnū ſubiecto. Vt eñ qd̄ nūc eſt albū, idē poſtea eſt nigrū ⁊c. ita idē locꝰ qui nūc ſuſcipit vnū locatū, deinceps recipit aliud. ¶ Excludit aūt materiā eſſe locū triplici cōſtituta differentia. Prima qd̄ materia ita recipit ſucceſſiue formas, vt virtute illius idē ſubiectū recipiat in recto diuerſa ꝑdicata ſuccesiue: nā ꝓpter materiā quę manet eadē cōcedimus aliquo mō, id qd̄ erat aer, nūc eſſe aquā: ⁊ proprie id qd̄ erat albū, nūc eſſe nigrū. De loco aūt nō ita: ſed in obliquo ꝯcedimꝰ, ꝙ ī eodē loco vbi erat aer, nūc eſt aqua. Scd̄a dr̄ia eſt illa ſuprapoſita. ſ. ꝙ materia recipit formā tanq; ſubm̄, ⁊ ideo materia ⁊ forma nō ſeparanť: ſed ſunt vnū ſubiecto: oīa eñ quę ſunt in petro ſunt idē ſubiecto: locus aūt nō iſto mō recipit locatū, ſ3 tanq; res diuerſa. Tertia differētia eſt ꝙ locus cōtinet locatū: materia vero nō cōtinet formā, ſed ſuo modo cōtinetur: quia continere dicit actum: materia vero eſt pura potentia. Quare locꝰ in hoc ſimilior eſt formę q̄ materię.

Textus. xxxix. Si igitur nihil horū trium locus eſt, neq; ſpecies, neq; materia, neq; ſpaciū ſemper aliquid exiſtens alterū præter ſpaciū rei translatę: neceſſe eſt locum eſſe reliquū ex quatuor, cōtinentis. ſ. terminum corporis. Dico autem cōtentum corpus: quod mobile eſt ſecundum loci mutationem.

¶ In tex. 39. a ſufficiēti diuiſione, quā fecerat tex. 35. cōcludit ꝓpriū genꝰ definitiōis loci. Ait eñ vt ſpaciū, ꝙ ſi locꝰ vł eſt forma, vel materia, vel vltimꝰ t̄ius cōtinētis: ⁊ nō eſt forma, nec materia, neq; aliqd̄ ſpaciū preter ſpaciū rei trāſlatę (.i. aliqua dimēſio diſtincta a quātitate rei locatę quę mutať localr̄) fit vt ſit quartū: puta terminꝰ vltimus cōtinētis. Dimēſiones illas ⁊ ſpaciū ſeparatū vt infra tex. 61. copioſius patebit, cenſebāt eſſe accidēs (puta quātitatē) ꝑ ſe ſubſiſtens: ſine ſubiecto, q̄ cū recipiūt corpꝰ phyſicū, exercēt vicē loci, cū vero carēt illo, cenſebātur eſſe vacuū. Et ꝓpterea appellabāt illud ſpaciū vacuū ſeparatum. ſ. a corpore phyſico. Ideoq; ne quis putet locum continere illas dimenſiones immobiles ſupra impugnatas, ſubdit ꝙ cōtentū nihil aliud intelligit q̄ corpus ipſum mobile ſecundū locū.

Tex. xl. Videtur autē aliquid magnū eſſe, & difficile captu locus: tū qm̄ eſſe materia videatur atq; forma, tū qm̄ in ipō cōtinēte quieſcēte fit translatio eius qd̄ fertur. Poſſe eñ videtur eſſe ſpacium medium: aliud quippiā à motis magnitudinibus. Confert autē aliquid: & aer apparēs incorporeus eſſe. Videntur enim non ſolū termini ipſius vaſis, eſſe locus: ſed & quod intermedium eſt vt vacuum.

¶ Cōſtituto gn̄e definitiōis proſequiť Ariſt. tex. 40. rimari vltimā differentiā, ſeu ꝓpriā paſſionē loci, quę eſt, vt ſit immobilis ad motū locati. Ait ergo difficilē eē cōſiderationē loci: cū ex eo ꝙ cēſeť ab aliquibꝰ eſſe vel materia vel forma, quarū conſideratio in phyſica per difficilis eſt, tum maxime: quia motus localis fit a loco in locum, locis ipſis quieſcentibus: ꝙ autē ſit aliquis locus quieſcens qui non moueať ad motū locati, nihil aliud cenſeť eſſe, q̄ vacuū illud, ⁊ inane ſpaciū in quo recipiť locatū: nā q̇cq̇d eſt cōtinēs, eſt pariter mobile cū locato. Et eñ amphora moueť cū vino, ⁊ aqua fluuij cū piſcibꝰ: ⁊ aer me circūdans pōt ⁊ mecū moueri. Sic videť ꝙ locus nō eſt, niſi illud inane dolij in quo recipiť vinū. Et hoc cōfirmať ſaltē in ęſtimatione vulgariū: quibꝰ, cū aer incorporeꝰ ſit ⁊ inſenſibilis, apparet in vaſe aere pleno, eſſe vacuū. Cōcludi ergo videť, ꝙ nō terminus cōtinentis: ſed interuallū illud ſit locus.

Tex. xlj. Vt autem vas, locus eſt qui transferri poteſt: ſic locus, vas immobile. Qua propter cum in eo quod mouetur quippiā moueatur, muteturq; id quod intus eſt, vt in flumine nauis: vt vaſe magis quā loco, vtitur continente. Vult autē, immobilis eſſe, locus. Quocirca totus magis fluuius, locus eſt: quia immobilis totus eſt. Quare continētis t̄us immobilis, primus: locus eſt,

¶ In tex. igiť. 41. explicat ꝓprietatē illā loci, quę eſt eſſe immobilē: atq; adeo exacte colligit definitionē loci. Et q2 locꝰ res eſt occulta oñdit locū ex vaſe: qd̄ nobis eſt manifeſtū. Conuenit enim inter locū ⁊ vas, ⁊ preterea differt: obidq; ingenioſe ait ⁊ locū eſſe quoddā vas: ⁊ vas rurſus, quendā locū. Niſi ꝙ locus eſt vas immobile: vas vero, locus mobilis. Locus eñ admodū vaſis, continet locatū: additur vero naturę loci, vt immobilis ſemꝑ maneat, locatis viciſſim inde tranſlatis. Vaſis autē natura eſt ad res vehendas ⁊ loco mutādas: iuxta illud actuū. 9. vas electionis mihi eſt vt portet nomē meū ⁊c. ⁊ ideo vaſi, nihil repugnat ſimul moueri cū locato. Unde infert ꝙ cū quippiā mouetur in alio, qd̄ itidē mouetur, vt cum nauis mouetur in fluuio ad fluxū aquę, tūc inquit vndę deferentes ſecum nauim, potius ſe habent vt vas nauis, q̄ vt locus. Quēadmodū ⁊ nauis potius ſe habet vt vas eorum quę moueñť in naui, q̄ vt locus. Locus etenim ſuapte natura vult eſſe immobilis. Quo circa totus porꝰ fluuius eſt locus cōmunis in quo mouetur nauis. Fluuius enim idē dicitur vt Tornes (quod eſt ſingulare nomē) quia aquę, quāuis alijs alię ſuccedant, tamen iſta alueus immobilis ꝑmanet reſpectu orientis ⁊ poli fixi in cęlo. Locus inquā cōmunis: quia nauis non occupat totū fluuium, ſed ſolam partem. ¶ Concludit ergo definitionē loci dicens. Locus eſt terminus continentis, immobilis, primus. Terminus continentis ponitur loco generis. Et debet eſſe terminus actu. vt tex. 34. expoſitum eſt. i. ſuperficies concaua, qua continens intrinſice terminatur. ¶ Immobilis, ad differentiam vaſis. Et eſt ſenſus, quod talis ſuperficies ea ratione qua non mouetur ad motum locati, ſed ſemper manet in eadem altitudine reſpectu cētri terrę, et ī eadē lōgitudine reſpectu orētis, ⁊ in eadē latitudine reſpectu poli (ita eñ geometrę lōgitudinē ⁊ latitudinē metiūť) eſt locꝰ. Nō eñ locus ſupponit ꝓ reſpectu: ſ3 ꝓ ſuperficie connotando talem reſpectum. Unde locus arboris ſuis radicibus fixę in fluuio ſemper eſt idem, quāuis aqua circūſtans inceſſanter fluat. Nam licet ſuperficies circunſtantes ſint ſemper diuerſę in genere quantitatis, ſunt tamen idem locus. Quod quęſtione prima copioſius examinabimus. Primus, ponitur ad differentiam loci communis: ſuperficies enim conuexa lunę, ſicut ſuperficies gymnaſij, ſunt mihi loca communia: verum locus proprius ſola eſt ſuperficies aeris quę me circunquaq; contingit. — Loci definitio: circa quā Aſſ. q. 1.

Atq;

Tex. xlij. Atq; propter hoc mediũ cæli, & vltimum ad nos circularis lationis: videtur eſſe, hoc quidẽ ſurſum, illud vero deorſum, maximæ omnibus propriȩ. quoniã illud quidem ſemper manet: circuli autem vltimũ, ſimiliter ſe habens manet. Quare, cum leue quidem ſit, quod ſurſum fertur natura, graue vero, quod deorſum: qui verſus mediũ continet terminus, deorſum eſt, & ipſum mediũ. qui verò verſus vltimum: ſurſum, & ipſum vltimum. Et propter hoc: videtur planũ quoddã eſſe & veluti vas, locus, & cõtinens. Amplius: ſimul cum ipſa re quodammodo etiam locus exiſtit. ſimul enim cum finito: fines ſunt.

¶ In tex. deniq; 42. & poſtremo per amplius explicat particulas tres diffinitiõis loci. Et primo ꝙ ſit immobilis, exẽplo & authoritate omniũ phiſicoꝝ. Sane quiduo fixa & immobilia loca rebus naturalibus ſtatuũt. ſ. mediũ cȩli (qđ eſt centrũ terrȩ) & vltimũ quo ad nos circularis lationis. i. ſuperficies cõcaua orbis lunȩ. Et hoc (.ſ. cõcauũ lunȩ) eſt locus ſurſum, quo mouent̃ leuia: illđ vero (.ſ. centrũ terrȩ) eſt deorſum, quo mouent̃ grauia. Quod aũt vterq; locus ſit immobilis patet: quia centrũ ſemp permanet immobile: concauũ vero licet circul'r ferat̃, tñ ſemp permanet in eadem diſtãtia longitudinis reſpectu centri. Circa quod cȩlũ mouetur: & ideo dicit̃ mediũ cȩli. ¶ Secundo inquit genus loci eſſe nõ materiã vel formã, quȩ ſunt de pdicamento ſubſtãtiȩ, neq; dimẽſiones illas ſeparatas a locato (vt tertia ferebat opinio) ſed planũ quoddã. i. cõcauã ſuperficiem de genere quantitatis. ¶ Tertio demũ ex dictis ſub infert quomõ locus & locatũ ſunt ſimul, atq; adeo equalia. Nõ enim debẽt eſſe ſimul aut equalia vt opinio illa fingebat, quȩ affirmabat locũ eſſe dimẽſiones quȩ ſeſe intus penetrant cũ toto locato: ſed debent eſſe ſimul. i. contigua ſecũdũ ſuperficies concauã loci & conuexam locati: & ſecundũ tales ſuperficies equantur locus & locatum. Nam cum ſuperficies non ſit diuiſibilis ſecundũ profunditatẽ, neutiq; concaua loci, maior eſſe poteſt, q̃ conuexa locati. Sequitur. c. 5.

QVO OSTENDITVR QVOmodo res quæcunq; ſit in loco.

CAPVT V.

Textus. xliij. QVI igitur corpori eſt aliquod corpus extra, cõtinens ipſum: hoc in loco eſt. cui vero non: minime. Quocirca etiã ſi aqua fuerit huiuſmodi: partes quidẽ mouebuntur ipſius. continentur enim à ſe inuicem. Totũ autẽ, eſt quidẽ vt mouebitur: eſt vero vt enim totũ: ſimul locũ non mutat. circul'r autẽ: mouebitur (partiũ enim hic locus eſt) & ſurſum quidem & deorſum, non. Circulariter autem nonnulla: alia vero ſurſum & deorſum, quæcunq; habent denſitatem & raritatem.

¶ Poſtq; diffinitione cõſtituit quidnã ſit locus, in hoc demũ quinto capite ſeptẽ textus complectenti pergit Phi. oſtendere quot modis contingat rem aliquã eſſe in loco. Et id abſoluit in quatuor prioribus textibus. Nam in reliquis tribus reſpondet cõtrarioꝝ argumentis. Atqui tota cauſa ſermonis huius fuit ſuprema ſphera cȩlorum. Nã cũ dictũ ſit terminũ cõtinẽtis eſſe locũ, et ſupra primũ orbẽ nullũ ſit corpus continens, conſequens eſſe videtur, ſupremũ orbẽ nõ eſſe in loco. Quapropter intẽdit hic cõſtituere eiuſmodi cȩlũ non eſſe in loco rõne totius. ſed rõne partis. Ad quod oſtẽdendũ pmittit tres diſtinctiones. Prima eſt in hoc tex. 43. Dupliciter aliquid eſt in loco. ſ. ſecundũ ſe totũ: & ſecundũ partes. Et primus modus eſt eſſendi in loco proprie et ſimpliciter. Et illđ eſt hoc modo in loco, extra quod eſt aliud corpus cõtinens: cuius ſuperficies cõcaua eſt proprie locus ſecundũ poſitã diffinitionem. Illud autẽ cui nullũ circũſtat corpus, non eſt proprie & ſimpliciter in loco: ſed ſecũdũ quid i. ſecundũ partes. Et q2 locus vt tex. 32. dictũ eſt, innoteſcit per motũ, ſubiũgit exẽplum ꝙ ſi illud corpus, extra qđ nullũ eſt reliquũ, fuerit aqua, partes quidẽ eius mouebũtur: q2 inuicẽ cõtinẽtur quodãmodo tanq; loca in potentia: vt ſtatim explicabitur: totũ autẽ ipſum quodãmodo mouebitur, quodãmodo vero nõ. Nã cũ totũ nõ mutet locũ, poterit quidẽ circulariter moueri quatenus vna pars ſucedit in loco in quo erat alia, & hoc eſt qđ ait [partiũ enim hic locus eſt]. i. locus qui mutatur per motũ eſt locus partiũ. Surſum autẽ vel deorſum. i. motu recto non mouebit̃: q2 totũ non poteſt mutare locum: quod requirit̃ ad motũ rectũ. Ponit exẽplũ de aqua, vel forte quia philoſophi audierant apud Egyptios quod ipſi ab Hebreis acceperant. ſ. firmamentũ diuidere: inter aquas quȩ ſunt ſuper firmamentum et quȩ ſunt ſub firmamento: vel (qđ eſt veriſimilius) id ſolũ ponit exẽpli gratia propterea ꝙ ad experiẽtiã cõſtat quomodo partes aquȩ mouẽtur in vaſe (quia facile ſubiiſe cedunt) dato ꝙ tota aqua nõ mutet locũ. Qđ etiã in toto mari cõperimus. Scio Cõmentatorẽ hoc exẽplum non referre ad ſupremã ſpherã: ſed ad totũ vniuerſum: nẽpe qđ ſicut in toto elemento aquȩ, aliquȩ partes mouẽtur ſurſum. Et aliȩ deorſum, aliȩ circul'r, ita in toto vniuerſo. Veriſimilius tamẽ eſt ad hoc ſolum eſſe poſitũ, vt intelligatur quomodo ſ̃et vltimã ſpherã moueri ſecundũ partes, & non ſecundum totum: nã illius cauſa ſermo hic ſum motus eſt. ¶ Cõcludit ergo Ariſt. eorum quȩ mouentur alia moueri circulariter, quȩ nõ neceſſe habẽt mutare locũ ſecũdũ totũ, alia vero recte. ſ. ſurſum vel deorſum [quȩcunq; habent denſitatem vel raritatem]. i. grauia & leuia: quia vt denſitas, grauitatis, ita & leuitatis raritas eſt cauſa.

Textus xliiij. Vt autem dictum eſt: alia quidem ſunt in loco ſecundũ potentiã, alia vero ſecũdũ actũ. Quapropter cũ continuum quidẽ ſit id quod eſt ſimilium partium: ſecundum potentiam in loco partes ſunt. cum vero ſeparata quidem ſunt: tangũt autem ſe, vt aceruus: ſecundum actum.

¶ In textu. 44. ſubdit diſtinctionẽ ſecundã qua explicat quomõ partes cõtinui ſunt in loco pſertim, qũ totũ nõ eſt ĩ loco. Dupliciter enĩ aliqđ eſt in loco. ſ. potẽtia vel actu. Potẽtia qdẽ qñ locus nõ eſt actu diuiſus a locato actu vero quãdo eſt actu diuiſus. Exẽpli gratia dũ oculus meus continuus eſt cerebro, non dabit̃ vltima ſuperficies continẽtis in actu: ſi autẽ diuideretur a cerebro, produceretur noua ſuperficies concaua cerebri quȩ eſſet locus oculi. Et ideo ait ꝙ partes continui ſunt in loco in potentia, partes vero acerui granorũ milij ſunt in loco in actu. Et loquitur de locis proprijs partiũ: nam tanq; in loco communi oẽs ptes cõtinui ſunt ratiõe totius in loco toti9. Quapropter cũ ſuprema ſphera nõ ſit tota in loco, fit vt quȩlibet eius pars tantum ſit in loco in potentia: puta in alia parte cui eſt continua.

Tex. xlv. Atq; alia quidẽ: per ſe. vt omne corpus: aut ſecundum loci mutationẽ, aut ſecundum augmentum mobile, per ſe alicubi exiſtit. Cœlum autẽ ſicut dictũ eſt: nõ eſt alicubi totũ, neq; vllo in loco eſt, ſiquidẽ nullum corpus ipſum cõtinet. quo autem mouetur: hoc etiã locus eſt partibus, altera enim partium: alteri adherẽs eſt. Alia vero, ſecundum accidẽs: vt anima, & cœlũ. partes enĩ in loco quodãmõ omnes ſunt. in circulũ enĩ cõtinet alia aliã. Idcirco mouetur quidẽ circulariter ſolum: quod ſurſum eſt. Totũ autẽ: nõ alicubi eſt. quod enĩ alicubi eſt. & ipſum aliqd eſt, & adhuc aliud aliquid eſſe opportet præter hoc in quo ſit, quod continet. Præter autem vniuerſum ac totum: nihil extra eſt.

¶ Tertiã diſtinctionẽ ſubiungit in tex. 45. dicens alia eſſe in loco per ſe: alia vero per accidẽs. Illa ſunt in loco p ſe q̃ mouent̃ ſm locũ. i. q̃ ſm ſe totũ mutãt locũ motu recto, aut illa q̃ augent̃ ad maiorem locũ, vel decreſcũt ad minorẽ. Semp perſeuerat Phi. eſſe in loco, diffinire & explicare per motum ad locũ: vt ea tantũ ſunt proprie in loco, quȩ propriȩ mutãt locũ. Cȩlũ vero (inquit) nullibi eſt totũ. Aliqui accipiũt hic cȩlum pro vltima ſphera: ſed fortȩ id accipit pro aggregato omniũ ſimul orbiũ. Et quãtũ ad rem idẽ eſt: nã neq; vltima ſphera, nec proinde totũ vniuerſum, habet extra ſe corpus quo cõtineatur. Unde infert ꝙ locus, quo totũ mouetur, loc9 eſt partibus. Quod eſt dicere. totũ non moueri, niſi ſcđm loca partium: quȩ ſunt loca in potentia (vt dictũ eſt) quatenus pars quȩ modo eſt in oriente poſtea eſt in angulo medie diei, poſtmodumq; in occidente. ¶ Subdit duo exẽpla eorũ quȩ mouent̃ per accidens. Primũ, de anima: quȩ cũ ſit indiuiſibilis, nec eſt in loco per ſe, nec mouetur ſcđm locũ, niſi ratione corporis. Alterum eſt de cȩlo: qđ quãuis ſit diuiſibile, nõ tamẽ habet extra ſe locũ quo moueatur rectȩ: ſ3 eſt in loco ſcđm partes quȩ ſe inuicem in circulũ continẽt. Nam, vt expoſitũ eſt, vna eſt locus in potẽtia alterius: ſi enĩ ſydus qđ nunc eſt cõtinuũ orbi, a deo ſupra naturaliter diuideret̃, manẽte in eodẽ loco, eſſet tũc actu in loco: modo autẽ eſt in loco in potentia. ¶ Infert ex dictis duo corollaria. Primũ eſt: idcirco cȩlũ ſolum moueri circulariter, quia talẽ motũ non requiritur ꝙ ſit propriȩ & per ſe in loco: totũ autẽ. i. vniuerſum non eſt in loco propriȩ. Ad hoc enĩ requirit̃ ꝙ pȩter id qđ cõtinet̃ in loco ſit aliud corpus quo cõtineat̃: at vo extra vniuerſu3 nihil eſt.

Textus. xlvj. Et propter hoc oĩa in cœlo ſunt. Cœlũ enim ipſum totũ fortaſſe eſt. Eſt autẽ locus, nõ cælũ, ſed cœli quiddã: vltimus. ſ. & tangens mobile corpus, terminus quieſcẽs. & ob hoc: terra quidẽ: in aqua eſt. hȩc vero: in aere. hic autem: in ethere. & ether: in cȩlo, cȩlũ autem: non amplius in alio eſt.

¶ In textu. 46. infert primo ſecundũ corollariũ: nempe ꝙ oĩa ſunt in cȩlo. illud aũt nullibi. Nã cȩlũ inquit totũ fortaſſe eſt. i. omnia ambiens cõtinẽſq;. Ait, fortaſſe, nõ q2 dubitet ſ3 q2 nõdũ (vſq; ad libros de cȩlo) oſtẽſum eſt extra cȩlũ nihil eẽ. ¶ At neq; ipſum cõtradictiõis redarguat, explicat ꝙ l3 cȩlũ. i. aggregatũ omniũ cȩloꝝ oĩa ſub ſe contineat: non tamẽ totũ corpus cȩli, ſed quiddã illius. i. vltimus terminus, eſt locus: vt pote ſuperficies cõcaua lunȩ quȩ tãgit corpus mobile, puta ignem. Terminus inq; ille, quieſcẽs. i. non quatenus circulariter mouetur, ſed quatenus ſemper eſt in eadem diſtantia a centro terrȩ: vt tex. 42. expoſitum eſt. Et eadem ratione terra eſt in aqua: aqua vero, in aere: et aer in ethere. i. in igne: & ignis in cȩlo cȩlum vero nullibi.

Textus. xlvij. Manifeſtũ autẽ ex his: ꝙ & dubitationes oẽs ſoluentur. ſi hoc modo dicatur locus. Neq; enim ſimul augmentari neceſſe eſt locum: neq; puncti eſſe locum. neq; duo corpora: in eodem loco. neq; ſpacium aliquod eſſe corporeum. corpus enim eſt: medium loci quoduis, ſed non ſpacium corporis. Et eſt locus alicubi: non autem vt in loco, ſed vt terminus in terminato. nõ enĩ omne quod eſt, in loco eſt: ſed mobile corpus.

Rñdet argumẽtis. ¶ In textu cõſequenter. 47. reſpõdet ad argumẽta, quibus ſupra argumentatũ eſt ad partẽ negatiuam, videlicet ꝙ nullus ſit locus. Quȩ quidem vt tex. 8. vſq; ad. 13. viſu3 eſt, ſunt numero ſex. Nec tamen ad omnia, ſed ad quatuor pȩciſȩ, neq; ordine quo propoſitȩ ſunt, reſpondet. ¶ Sexta ratio erat in tex. 13. ꝙ ſi nullus eſt locus ſine locato, nec locatum ſine loco, ſed ſemper ſunt ȩqualia, tunc quando res augetur neceſſe eſt vt eius locus augeatur. Ad quã reſpondet negando conſequentiã: nã cum locus ſit ſuperficies cõtinentis, quando arbor. v. g. augetur acquirit maiorẽ ſuperficiem cõtinẽtis: quȩ nõ fit maior per augmentum propriũ (ſic vt arbor auget̃ ab intrinſico) ſed per augmentũ impropriũ: quia acumulatur noua ſuperficies pȩcedenti. Dicunt aliqui expoſitores ꝙ illa conſequentia teneret ſi locus eſſet ſpaciũ & dimenſio quȩ ſe penetrat cũ locato. Sed tamen nec tunc profecto, ſequitur ꝙ ſi propriȩ augetur locatũ (vt viuentia augentur) augeretur illo modo locus: ſed tunc locatũ extẽderetur ad maiores dimenſiones, ſicut nunc extendit̃ tur ad maiorẽ ſuperficiẽ. ¶ Secunda ratio erat in tex. 9. ꝙ ſi corporis eſſet adequatus locus, eadẽ ratione & puncti eſſet locus. Quȩ cõſequẽtia nihil valet: q2 punctũ cũ ſit indiuiſibile non poteſt ambiri loco adequato. S3 ſolũ ſequit̃ ꝙ cuilibet pũcto ſuperficiei cõcauȩ locantis correſpondet punctus in ſuperficie cõuexa locati. Quo circa ſcđm opinionẽ tenentẽ locũ nõ circuire locatũ: ſed eſſe dimenſiones quȩ ſe penetrant cũ locato, bona eſſet cõña, ꝙ ſicut locus corporis ſunt illȩ dimẽſiones, ita & locus pũcti erit ſimile pũctũ correſpõdẽs illi in illis dimẽſionib9. ¶ Prima rõ erat in tex. 8. ꝙ ſi eſt aliqs loc9 corpis, loc9 & ipſe d3 eſſe corpus: nã ſi loc9 debet ambire totum locatũ habẽs tres dimẽſiones, debet & ipſe tot dimẽſiões hẽre. Hȩc cõña i opiniõe tenẽtiũ locũ eẽ ſpaciũ et dimenſiones

dimenſiones que ſe penetrãt cũ locato bona eſt: ſed tñ ſecundũ rei veritatẽ (quia locus eſt concaua ſuperficies cõtinentis), cõſequẽtia nulla eſt: q̃ poteſt eiuſmodi ſuperficies ambire oẽs tres dimẽſiones locati, licet illa nõ ſit corpus: q̃ non eſt diuiſibilis ſcḋm groſſitiẽ. Diuidetur aũt ad diuiſionẽ locati in ſurſum deorſum dextrorſum ⁊ ſiniſtrorſum ante ⁊ retro. Loc⁹ eſt inſignis iſte ad probandũ ex mẽte Ariſt. ſuperficiẽ eſſe diſtinctã a corpore: ⁊ per cõſequẽs quãtitatem a re quãta.

¶ Quinta ratio erat Zenonis in tex. 12. Si loc⁹ eſt aliquid poſitiuũ, ille erit in alio loco: ⁊ ita in infinitũ. Cui r̃ndet per diſtinctionẽ primi cõſequentis: locus enim põt eſſe in aliquo dupliciter: vno mõ tanq̃ in loco: ⁊ iſto mõ non ſeq̃t, ſi loc⁹ eſt, illũ eſſe in alio, vt patet de ſuprema ſphera que eſt locus proxime inferioris: ⁊ tñ ipſa non eſt in loco. Quinimo nullus locus iſto modo põt eſſe in loco. Nã ſuperficies cõcaua cõtinentis, nõ põt eſſe diſcõtinua a cõtinente: ⁊ ꝑ cõſequẽs nõ habet locum in actu. Aliomõ locus eſt in aliquo vt ſus extrinſec⁹ in eo quod terminat: ⁊ hoc mõ omnis locus eſt in aliquo, puta in locato. vt tex. 28. dicebamus. Unde locus reſpectu locati potius habet rationẽ forme q̃ materie. ¶ Tertia ratio erat in tex. 10. Si locus eſt, vel eſt elemẽtũ vel mixtũ. Et quarta in tex. 11. Si locus eſt, debet reduci ad aliquod genus cauſarũ. Quas hic ſilentio preterit (nec opus eas eſt diſſoluere (eo q̃d nullus fuit qui opinaretur locũ eſſe, vel tanq̃ elemẽtũ reſpectu mixti, vel tanq̃ cã ꝓpria reſpectu effectus.

Textus. xlviij. Et fertur igitur ad ſuũ ipſius locũ, vnũquodq; rationabiliter. Quod enim conſequenter eſt, & tangit non vi: congeneũ eſt. Atq; ſimul ad nata, impaſſibilia ſunt: quæ vero ſe tangunt, paſſiua & actiua ſunt ad inuicẽ. ¶ Et manet igitur natura totum in proprio loco. vnũquodq; nõ irrationabiliter. Etenim pars hæc in toto loco: vt diuiſibilis pars ad totum eſt: vt cum aquæ moueat aliquis partem, aut aeris.

Ordo vniuerſi. ¶ In tex. 48. ex his que ſupradicta ſunt, potiſſimũ ex eo q̃ locus eſt ſuperficies continentis, elicit Phi. cauſam cur vnũquodq; entiũ naturalium que ſub celo ſunt ſuapte natura ferunt ad ſua cuiuſq; loca, ⁊ in illis naturaliter manẽt. Et eſt equidem egregia phyſica. Enimuero quẽ ordinẽ partes orbis ſeruãt ſcḋm ſuã nobilitatẽ ⁊ naturalem perfectionẽ, eundẽ ſeruãt in ſitu ⁊ loco naturali: vt quẽadmodũ celũ nobiliſſimũ eſt omniũ, ita et omniũ ſupremum eſt: deinceps ignis, eo q̃ reliquor eſt ꝑſtantiſſimus, celo collocat proximus: eadẽ rõne aer proxime ſitus eſt apud ignẽ: quia nobilior eſt q̃ aqua: ſicuti aqua nobilior q̃ terra Itaq; cauſa cur ignis naturaliter mouet ad concauũ lune eſt, q̃ cũ ſit elementorũ optimum, ſitu naturaliter ſupereminet oibus: ⁊ ita ſuo ordine de reliquis. Et hoc eſt q̃d ait [q̃d cõſequenter eſt et tãgit nõ vi]. i. corpus q̃d non per violentiã: ſed ſuapte natura contiguũ eſt alteri, cõgeneũ eſt. i. cognatũ eſt illi ⁊ perfectione proximũ. Explicat deinceps amplius elementor naturã, dicẽs, q̃ñ elemẽta ſunt adnata. i. cõmiſta in cõpoſitiõe miſti, nõ ſe corrũpunt: ſed q̃ñ ſunt loco diſtincta ⁊ ſe tangũt. ¶ Subiungit deinde cauſam cur vnũqđq; manet in ꝓprio loco naturali. Ratio enĩ eſt q̃ cum locus ſit ſuperficies cõcaua cõtinentis, habere ſe locatũ reſpectu loci quodãmodo vt pars reſpectu totius: pars (inquit) nõ ꝯtinua ſed actu diuiſa. Et hoc eſt q̃d ait [vt diuiſibilis pars ad totum] pars autẽ naturaliter cõſeruat in ſuo toto. Ut ſi q̃s moueat partem aque vel aeris a ſuo toto elemẽto, nõ quieſcit quoadũq; reuertat ad totũ: cũ autẽ fuerit in ſuo toto, illic naturaliter q̃eſcit. Quo fit, vt ſi locus eſſet illud ſpacium ⁊ dimẽſiones diſperſe ꝑ totũ orbẽ, nulla eſſet ratio cur alia entia naturalia mouerent ſurſum alia deorſum tanq̃ ad propria loca: nã ille dimẽſiones indifferenter ſe habent per totum orbẽ: ſed quia aer. v. g. cognatus eſt igni ⁊ proximus ei in perfectiõe, naturaliter cõſeruatur in cõcauo ignis: ⁊ ignis, in concauo lune. ⁊c.

Textus. xlix. Sic autẽ & aer: ſi habet ad aquã nam vt materia: illud autẽ, ſpecies. aqua q̃dẽ materia aeris eſt: aer verò veluti actus quidã illius. Nã aqua: potẽtia aer eſt. aer autẽ: potentia aqua, aliomodo. Determinandũ aũt eſt de his: poſterius: ſed propter tẽporis oportunitatẽ: neceſſe fuit dixiſſe immanifeſte autẽ nũc dictum: tunc erit manifeſtius. Si igitur idẽ eſt materia & actus (eſt enim aqua, ambo ſed hoc quidẽ potentia, illud vero actu) ſe habebit vtiq; vt pars quodammodo ad totũ. Quapropter & his tactus eſt. Copulatio autem: cum ambo actu vnum facta fuerunt. Et de loco quidem & q̃ eſt, & quid eſt dictum eſt.

¶ In tex. tandẽ. 49. elegãter ſane dilucidat quẽadmodũ locus ſe h̃z vt totũ reſpectu locati. Sic enĩ inquit aer (q̃ eſt loc⁹ aque) ſe habet ad aquã: nam aqua inquit h̃z ſe vt materia reſpectu aeris aer vero vt forma vel vt tota ſpecies reſpectu materie. Q̃d probat eo q̃ aqua eſt potẽtia aer: ⁊ licet aer ſit etiã potẽtia aqua, eſt aliomõ. Ubi notãdũ eſt (vt. 1. de generatione videbit) q̃ q̃uis ſicut ex aqua per rarefactionẽ fit aer, ita ⁊ ex aere per cõdenſationẽ fiat aqua, (nã ex aere in cauernis terre generant fontes) tñ q̃ aer eſt ꝑfectius ⁊ nobilius ens, aqua appetit aerẽ, ſicuti imperfectum, perfectius: ⁊ materia, formã. Obidq; cũ ex aqua generat aer, dicitur corruptio ſcḋm q̃d et gñatio ſimpliciter: veluti cũ ſemẽ corrũpitur ex quo generat homo: cũ vero ecõuerſo aer corrũpitur et gñatur aqua, eſt corruptio ſimpl'r ⁊ generatio ſecundũ quid: veluti cũ ex homine generat cadauer. Qua propter potius aqua ſe habet vt materia, ⁊ aer vt actus, q̃ ecõuerſo. De hoc autẽ licet poſterius (inquit) libro de generatione determinandũ ſit exactius, nũc autem pro tẽpore neceſſe fuit hoc dicere ad oſtendendũ quomõ aqua conſeruetur in aere, ad ſimilitudinẽ aliquomõ quo materia cõſeruat in ſua forma aut in ſuo toto. Et hoc eſt quod ſubiungit, dicẽs, q̃ licet idẽ ſit materia ⁊ actus: aqua enim eſt ambo: materia. ſ. reſpectu aeris, q̃ ex illa fit aer: et ruſ⁹ actus reſpectu eiuſdẽ, q̃ ex aere fit aqua: tñ q̃ aer eſt ſimpl'r ꝑfectior, eſt ſimpl'r actus: aqua vero, q̃ eſt quid imperfectũ, eſt in potẽtia actus, puta aer, ⁊ actu eſt materia. ſ. aqua. [Quapropter (inquit) ex his tactus eſt]. i. hec duo elemẽta immediate ſe cõtingũt tanq̃ locus ⁊ locatũ. Copulãt aũt cũ miſcent in cõpõne miſti. Atq; hec de loco ſatis. Seq̃t. q. 2.

De va

## DE VACVO. CAP. VI.

Textus. l. EODEM autem modo exiſtimandum eſt eſſe phyſici, cõſiderare & de vacuo ſi eſt aut nõ, & quomõ eſt, aut quid eſt, ſicut & de loco. nanq; ſimilẽ habet & incredulitatẽ & fidem: per ea quæ putãtur. vt locũ enĩ quendã, & vas: ipm̃ vacuũ ponũt eſſe dicentes. videtur aũt, plenũ quidẽ eſſe cũ: habet illã molem cuius ſuſceptiuũ eſt. cũ vero priuatũ eſt: vacuũ tanquã idem quidẽ ſit, vacuũ & plenũ & locus. eſſe autẽ ipſis: nõ idẽ eſt.

¶ Secundũ membrũ huius libri, vt in exordio dicebamus, verſatur in cõſideratione vacui: quod quatuor deinceps capitula continet: textus aũt ſm̃ Cõmẽta. 37. nẽpe vſq; ad tex. 86. In primo nãq; capitulo recitat, cũ ſuiſcuiuſq; rõnibus, antiquorũ opiniones. In ſcḋo deſcribit quidnam ſit vacuũ. In tertio probat, non eſſe vacuũ ſeparatũ a corporib⁹. Et in quarto, neq; eſſe vacuũ corporibus immixtũ. Capitulũ ergo iſtđ ſextũ textib⁹ ſeptẽ diſtributũ eſt. In primo, vt ordinẽ hui⁹ tractatus ad ſuperiorẽ oſtẽdat, ait, perinde ad phyſicũ pertinere diſputare de vacuo, atq; de loco: nã ſimilibus rationibus, quibus credit eſſe loc⁹, creditur ab antiquis eſſe vacuũ: ⁊ quibus arg̃r non: eſſe locũ itidem arg̃r nõ eſſe vacuũ: eo q̃ locus ⁊ vacuũ idẽ ſubiecto ſunt: ſed ſola rõne ⁊ diffinitione differũt. Et hoc eſt q̃d ait [eſt autem]. i. diffinitio ⁊ quidditas nõ eſt eadẽ ipſis. Quod eſt dicere. Locus ⁊ vacuũ idẽ ſubiecto ſunt: ſed ſola rõne ⁊ diffinitione differunt. Ut enĩ apud Ariſto. vas idem quatenus aliq̃d corpus continet, puta aquã, dicit locus plenus: et quatenus caret corpore, quo repleat, dicit locus vacuus: ita apud antiquos ille dimẽſioues ſeparate replete corpore phyſico erãt locus: ⁊ ſine illo erãt vacuum. Non intelligit Ariſto. rationibus eiſdẽ re vera cõprobari vacuũ eſſe, quibus cõprobatur locũ eſſe: nã primũ eſt falſum, et ſecundũ verum: neq; ſubinde apparẽter argui locũ nõ eſſe, vt vacuum non eſſe: ſed ait q̃ cum locus ⁊ vacuũ ſola ratione differunt, ſimilibus rationibus perſuadebãt ſibi antiqui locum eſſe ⁊ vacuum eſſe. ſ. ad ſaluandum motum localẽ. Atq; adeo quibus rõnibus reprobat dimẽſiones illas eſſe locũ, refellitur ⁊ eaſdẽ eſſe vacuũ. vt in ſubſequẽtibus conſtabit. Obidq; tractatus hic concinne aſſuit ſuperiori.

Tex. lj. Incipere autẽ oportet conſiderationẽ: capientes & ea q̃ dicunt affirmãtes eſſe, & rurſus que dicũt nõ affirmantes eſſe, & tertio cõmunes opiniones de ipſis. Alij igitur mõſtrare tentantes q̃d nõ eſt: non quod homines volunt dicere vacuũ, hoc redarguunt, ſed peccantes dicunt, vt Anaxagoras, & qui hoc modo redarguunt. demonſtrant enim quod aliquid eſt aer: ſtrictæ ligantes vtres, demonſtranteſq; quod fortis eſt aer, ac accipientes in clepſydris. Alij autem homines volunt. vacuum, eſſe ſpacium: in quo nullum eſt corpus

Tex. lij. ſenſibile. ¶ Exiſtimantes autem omne quod eſt, corpus eſſe dicunt in quo omnino nihil eſt illud eſſe vacuũ. Quapropter plenũ aere: vacuum eſſe.

¶ In textu. 51. in fauorẽ eorũ qui aſſerebãt vacuũ, reijcit modũ quo Anaxagoras et eius ſequaces redarguebant opinionẽ vacui: tanq̃ inſufficientem. Ubi ad notandũ eſt, q̃ vacuũ (ſi eſſet) deberet eſſe locus nullo prorſus corpore repletus ſenſibili. i. quanto: nã res ſpirituales, vt queſtiõe. 2. adnotauimus, non replent locum. At vero q̃uis omnes ponẽtes vacuũ ita cõſentiũt, nihilomin⁹ erãt nõnulli adeo ſenſuales Philoſophi, q̃ nihil crederent eſſe in orbe, niſi corpora tantũ ſenſibilia: ea videlicet q̃ ſenſibus corporis percipimus. Et quia aer (nõ dico ventũ: ſed elementũ:) nullo ſenſu percipit, putabant vbi eſt ſolus aer nihil eſſe: ⁊ per conſequẽs eſſe vacuũ. Obidq; Anaxagoras exiſtimabat, ſatis ꝓbaſſe nõ eſſe vacuũ, cũ ꝓbaſſet, vbi eſt aer nõ eſſe vacuũ. Ait ergo Ariſt. q̃ oportet referre primũ ea. ſ. eas rõnes, quas afferunt affirmantes eſſe vacuũ: ⁊ ſecũdo eas rurſum, quas afferunt negantes eſſe vacuum: et. 3. cõmunia quibus oẽs cõueniunt. Atqui interſecundos ſunt quidã, qui redarguũt opinionẽ vacui, non ad mentẽ eorũ qui ponũt vacuũ. Anaxagoras enim ſolũ demõſtrabat, q̃ aer eſt aliquod corpus, ⁊ ideo vbi eſt aer no eſſe vacuum. Quod autem aer ſit aliquid, probabat duplici experiẽtia. Prima in vtre pleno aere: cui licet grauẽ lapidem ſuperponas, nõ cedit: ſed reſiſtit: ⁊ tñ ſi vter eſſet vacuus, nõ reſiſteret, ſed cõprimerent latera. Secunda experientia eſt de clepſydra: q̃d eſt vas ad furandũ ⁊ ſurripiendũ aquã, dictũ a clepto, q̃d eſt furor, ⁊ ydor, q̃d eſt aqua. habet enim foramina parua in fundo, ſtrictumq; deſup orificiũ. Quod quidẽ orificium ſi obſtruas, q̃uis fundũ clepſydre ſup aquã ponas, nõ intrabit aqua, reſiſtẽte aere, ne detur penetratio dimẽſionũ. Dico nõ intrat niſi parũ aque q̃ntũ ꝯdenſat aer q̃ eſt facillime cõdenſationis. Aperto aũt orificio quo exeat aer, ſubintrabit aqua. Si ergo aer reſiſtit aque, ſequit vt ſit corpus Subiũgit autẽ Phi. q̃d ratio Anaxagore eſt nimis particularis: nã alij. ſ. ponẽtes vacuũ volũt illud eẽ ſpaciũ in quo nullũ eſt corp⁹ ſenſibile. i. q̃ntũ, ⁊ ideo q̃ aggredit pugnare cõtra hãc opinionẽ deberet vniuerſaliter ꝓbare nullũ eſſe locũ q̃ nõ ſit corpore quãto repletus. Rõ vero Anaxagore ſolũ procedit contra eos qui exiſtimãtes omne ens eſſe corpus. ſ. perceptibile ſenſibus putabant aerẽ nihil eſſe, ⁊ per cõſequẽs quod plenũ eſt tantũ aere vacuũ eſſe.

Anaxagoras. Clepſydra.

Non igitur hoc opportet demonſtrare, quod eſt aliquid aer, ſed quod nõ eſt ſpaciũ aliud à corporibus: aut ſeparabile, aut actu exiſtens, quod diuidit omne corpus, vt ſit nõ cõtinuũ. quemadmodum dicunt Democritus & Leucippus & multi alij phyſiologorum, aut etiam ſi quid eſt extra vniuerſum corpus exiſtens continuum.

¶ In textu. 52 (qui perſpicatius hic quã apud Cõmentatorem in illo verbo, exiſtimãtes, ſecatur) aperit viam qua redarguendi ſunt aſertores vacui. Quor aliqui erãt (licet male) velut natuliter loq̃ntes, in hoc q̃ ponebãt vacuũ in reb⁹ iſtis mobilib⁹. Dupl'r autẽ. Aut extra corpora ſenſibilia. vt in aula ⁊ in campo (vbi in rei veritate eſt aer) aut immixtũ corporib⁹. vt Democritus ⁊ Leucippus. Hi nãq; vt li. 1. ſup textũ. 41. referebam⁹, aſtruebãt res ex in ſectilibus atomis componi. Et q̃ nõ itelligebãt quõ res diſticte ⁊ diſcõtinue eẽnt, niſi iter illas vacuũ eẽt, ponebãt iter atomũ

Democritus.

⁊ atomũ

et atomū poꝝ vacuū: ita vt mixtū, ex atomis per poros diſiūctis eſſet cōpoſitū. Obidq; ꝗ recta aggredi debet impugnationē vacui, huc neruum intendere debet, vt vniuerſaliter ꝓbet, nec intra corpora, nec in corporibꝰ aliquē eſſe locū, qui nō ſit corpore plenꝰ. Alij erāt nō naturaliter loquētes de vacuo: vt Pytagorici: de qbꝰ ſtatim tex. 56.

Tex. liij. ❧ Hi igitur nō ſecundū poſitiones ad problema ocurrunt: ſed affirmantes eſſe, magis. dicunt autē vnum quidem: ꝙ motus ſecundū locum: nō vtiq; erit, hic autem: eſt loci mutatio, & augmentatio. non enim videbitur vtiq; motus eſſe: ſi non ſit vacuum. plenū enim non poſſe ſuſcipere. ſi vero ſuſcipiat, ſintq; duo in eodem: continget vtiq; & quodlibet ſimul eſſe corpora. differentiā eñ propter quā non vtiq; erit quod dictū eſt: non eſt dicere. Si autē contingat hoc: & minimū ſuſcipiet maximum. multa nāq; parua: ipſum magnū eſt. Quare, ſi multa æqualia contingit in eodem eſſe: & multa inequalia.

¶ In tex. 53. proſequiť enarrare rōnes ponentium vacuū. Ait ergo ꝙ hi. ſ. diſcipuli Anaxagore non ſecundū poſitiones. i. ad mentē ponentiū vacuū arguentes occurrūt: ſed illi potius qui vacuum defendūt apparētius argumētanť. Illi nāq; qui ponebāt vacuū extra corpora ponebāt illud propter motū localē: credētes aliter huiuſmodi motum nō eſſe poſſibilē. Cū enim quis (aiebāt) deābulat, aut ī loco illo, quo ſe recipit, erat ante corpus, aut nō: ſi nō, ergo erat vacuum: ſi vero erat corpus, duo corpora erūt ſimul. ſ. qđ prius erat, ⁊ qđ denuo ſubintrat. Et idē argumentū fit de augmentatione arboris ad maiorē locū. Nō eñ mente videbāt, quō aer ſecať cōdenſatq; ad latera vt cedat corpori ſubintranti. Rurſus ſi duo corpora ſunt ſimul in eodē loco, fit vt quodlibet. i. in quocunq; numero poſſint eſſe ſimul: differētia enim ſignari nequit cur potius poſſint eſſe duo ꝗ̄ plura. Et inde rurſus fit ꝙ minimū. i. minimꝰ locꝰ poteſt recipere maximū ⁊c. puta corpus cōpoſitum ex illis multis corporibus equalibus loco que recipiuntur in illo. Et rurſus ſi paruus locus, puta pedalis recipit corpus bipedale non ſolū recipiet ſimul plura corpora ſibi equalia, ſed plura etiam inequalia, atq; maiora: qđ eſt abſurdius.

Textus. liiij. ❧ Meliſſus igitur etiam oſtendit ꝙ vniuerſum immobile ſit: ex his. ſi enim mouebitur neceſſe eſt (inquit) eſſe vacuum, vacuum autem, non eſt eorum quæ ſunt.

Meliſſus. ¶ In tex. 54. interſerit obiter opinionem Meliſſi qua inuerſo argumento ꝓbabat cōtrariā cōcluſionē omne ens eē immobile. vt eñ illi arguebāt a poſitione antecedētis ad poſitionē cōſequētis. Si motus eſt, vacuū eſt: motus autē eſt: ergo vacuum eſt Meliſſus recipiens eandē maiorem arguebat ex cōtrario ꝯñtis ad cōtrariū añtedentis. Si motus eſt, vacuū eſt: ſed vacuum nō eſt: ergo motus non eſt. vnde abſurdius erat argumentū Meliſſi ꝗ̄ aliorū. Multo enim ad ſenſum notius eſt motum eſſe, ꝗ̄ vacuū nō eſſe. Quare illi conceſſa manifeſta minori inferebant, falſum quidē ſed non tam euidenter falſum: hic vero conceſſa minori, vera quidē, ſed non tam manifeſta, inferebat vnū falſum contra experientiā. Vtriq; aūt peccabant conditionalē illā maiorē cōcedētes.

❧ Vno igitur modo demonſtrant ꝙ aliquid eſt vacuū: alio vero, quia videntur aliqua cogi ac cōſtringi. vt & vinum dicunt cum vtribus: recipere dolia, tanquam in ea quæ inſunt vacua, ſubeunte quod denſatur corpore. ℭ Amplius autem: & augmentatio videtur fieri omnibus per vacuum. alimentum enim corpus eſſe. duo autem corpora: impoſſibile ſimul eſſe. ℭ Teſtimonium autem & illud de cinere faciunt: qui tantum aquæ recipit, quantum vas vacuum. Tex. lv. Tex. lvj.

¶ In tex. 55. affert rōnes tres eoꝝ qui ponebāt vacuum intra poros corporū. Primā ſumebāt a cōdenſatione. Ait ergo ꝙ vno mō demōſtrāt vacuū eſſe. ſ. illo argumento proxime facto: ſed alio mō, quia vident res nōnullas cōdenſari ⁊ cōſtringi, vt aqua dū gelatur. Illam vero partiū cōpreenſionē intelligere non valebant: niſi poſitis poris vacuis quos partes ſubintrātes ꝓpinquius ſibi inuicē accederent. Signū autē condenſationis deſignabāt in vtribus vino plenis. Experientia enim eſt ꝙ ſi totū vinū magni dolij in vtres fundas, idē doliū capiet iuſte totū etiā vinū cū vtribus, potiſſime muſtum. Cuius cauſa eſt ꝙ vinū in vtre compreſſum cōdenſať: ⁊ ideo muſtum et vter ſimul non capiūt maiorē locū ꝗ̄ ſolū muſtū. Vtres muſti. ¶ Ratio ſcđa atq; adeo ſilr̃s ſumiť ex augmentatione ⁊ nutritione. Etenī vt illi ſuperiores recitati ex hoc ꝙ corpus dū augetur maiorē locū occupat, arguebāt vacuū eſſe extra corpus vbi recipitur pars addita, ita Democritus ꝑſuadebat ſibi poros eſſe vacuos intra corpus animalis ꝗbus recipiť alimentū: alias eſſet penetratio dimēſionum. Quā rōnem elegāter redarguit infra. tex. 63. ¶ Tertia ratio (vbi Cōmē. diſtinguit textū. 56.) cōfirmatio eſt prime, ſeu teſtimoniū cōdenſationis: que erat prima ratio. Eſt eñ experientia qđ ſi accipias duo equalia vaſa, alterū vacuū alterū cineribus plenū, tm̄ aque capit vas cū cineribꝰ quātū vas vacuū: vel ſaltē nō tāto minus quāta eſt quātitas cinerū. Quod illi putabant ſignum eſſe pororū cinerū quibus recipiť aqua. cui experientie non ſatis reſpondebant: nā ꝗ̄uis pori illi admitterenť, nihilominus partes cinerū aliquē locum deberēt occupare: niſi dicerēt atomos illas īdiuiſibiles nullū occupare locū. Qđ erat ridiculū. Ad experiētiā cinerū rñdebit īfra. tex. 63.

❧ Eſſe autē affirmauerūt & Pythagorei, vacuū: ipſumq;, cælum ex infinito ſpiritu veluti reſpirās ingredi. & hoc eſſe vacuū: quod diſterminat naturas, tanquā vacuū: ſeparatio quædā ſit eorū quæ ſunt conſequenter, & diſterminatio. & hoc: eſſe primum in numeris. vacuum enim diſterminare naturā ipſorū. Ex quibus igitur alij quidē dicūt eſſe, alij vero non dicūt: tot fere ac talia ſunt.

Pythagora. ¶ In tex. 56. qui aptius hic, ꝗ̄ ſuperꝰ diuiditur, recitat opinionē Pythagoreorū tertiā de vacuo. Qui in hoc erāt velut non naturaliter loquētes, ꝙ (preter errorē vacui) ponebāt illud extra ſpheram vniuerſi, ⁊ inde ſubintrare in mundū hunc. Simili eñ ferme rōne Pythagorici vt Democritus aſerebant vacuū. Nēpe q̃ intelligere nō poterant quomō eſſet rerū diſtinctio numerica et diſcōtinuatio inter duo corpora indiuidua, niſi aliquid eſſet mediū qđ non eſſet corpus. Obidq; vt Democritus in eodē corpore ponebat poros quibus atomi diſtinguerenť. Pythagoras ponebat extra corpora vacuū quo indiuidua numero diſtinguerenť, puta Petrus a Paulo: hoc lignū, ab illo ⁊c. Hoc autē vacuū ponebat extra vniuerſum. Aiebat autē ꝙ celū foraminibus quibuſdā paruis inſpirabat intra ſe vacuū illud ad faciendā huiuſmodi diſtinctionem materialē ⁊ indiuidualē rerū. Hec opinio nimirū ſi tibi prima fronte apparuerit contradictionē inuoluere. Si eñ vacuū nihil eſt, quid, quomodo ve intrabat. Alij qui dicūt ꝙ illud vacuum nō erat ſimpliciter nihil, ſed ſpiritus quidā tenuiſſimus vt ſicut puluere tenui flatu reſpirātes diuidimus, ita celū inſpirando intra ſe illud vacuū faciebat diſtinctionē numericā rerū. Et ad hanc methaphorā videtur hic Phi. alludere. At cum diſtinctio indiuidualis primo inueniatur in numeris (propterea eñ illa dicitur diuiſio numerica, q̃ vnūquodq; ens per ſe eſt vnū ⁊ cū alio facit numerū) ponebat vacuū eſſe primo in numeris. Vacuū ergo iſtud extra celum eſt infinitū illud ſeparatum materiale Pythagore cuius meminit Phi. lib. 3. textu. 25. et 35. Philoponus dicit hanc opinionem Pythagore eſſe ſolum methaphorice intelligendā: nempe ꝙ diſtinctionem numeralē rerum appellaret vacuum: veluti cū flatu pulueres ſecernimus, videntur vacuitates medie inter eos reſtare.

## ❧ QVIDNAM NOMINE vacui deſignetur.

## CAPVT. VII.

Tex. lvij. VT autē ſciamus vtroſemodo habeat: opportet accipere, quid ipſum nomē ſignificat: videtur igitur vacuum: locus eſſe, in quo nihil eſt. huius autem cauſa eſt: quia quod eſt, corpus eſſe putant. omne autem corpus: in loco eſſe. vacuum autem: in quo loco nullum eſt corpus. Quare ſicubi non eſt corpus: ibi vacuū eſſe. ℭ Corpus autem, rurſus omne putant eſſe tangibile. huiuſmodi autē eſt: quodcunq; habet grauitatē aut leuitatē. Accidit ergo ex ſyllogiſmo, hoc eſſe vacuū: in quo non eſt graue quicquam, aut leue. hec igitur, ſicut diximus etiam prius: ex ſyllogiſmo accidūt. Inconueniens autem eſt: ſi punctū vacuū ſit. opportet enim locum eſſe: in quo corporis ſit ſpacium tangibilis.

¶ Poſtꝗ̄ ſuperiori capite atulit rōnes Anaxagore negātis vacuū, ⁊ alioꝝ id cōtra aſerentiū, ſtatuere hic intēdit diffinitionem vacui, in qua oēs debēt ꝯuenire: vt inde initiū diſputatiōis capiat ad deſtruendū vacuū. Sūt aūt in hoc cap. textus ſeptē. In tribus oſtēdit antiquoꝝ diffinitionē vacui eſſe inſufficiētē: ⁊ in reliqs: eoꝝ quoq; rōnes nihil valere. In primo ꝗ eſt. 57. exponit ꝗđ ſignificat nomen vacuū apud veteres: nā queadmodū ad demōſtrādā paſſionē đ ſubiecto oppꝛtet ſupponere ꝗđ eſt ſubm̄, ad oſtēdendū an res ſignificata ꝑ ſubm̄ ſit, oportet ſupponere ꝗđ nomē ſignificet. Primū qđ ſupponebāt aliqui antiꝗ erat vacuū eē locū vbi nihil eſt. Et cā erat q̃ intelligentias ſpūales nō dū cognoſcētes, nihil putabant eſſe, niſi corpꝰ: ⁊ cū in rei ṽitate vacuū ſit locꝰ vbi nō eſt corpꝰ (nā angelꝰ nō replet locū) ꝑ eodē accipiebāt corpꝰ, ⁊ ens: ⁊ in loco nō eſſe corpꝰ, ⁊ eſſe nihil. Inde rurſꝰ labebanť in aliū errorē, putātes nullū eſſe corpꝰ, niſi tm̄ tāgibile: omne aūt corpꝰ tāgibile aut graue eſt aut leue. Tāgibilia. n. corpora ſunt cūcta ꝗ cōtinenť ſub celo elemēta ⁊ mixta: celū ṽo nō eſt tāgibile. Colligebāt ergo hoc ſyllogiſmo hāc diffinitionē vacui, Vacuū eſt locus, vbi nō eſt corpꝰ graue aut leue. Ait aūt hec ex ſyllogiſmo accidere. ſ. ex eoꝝ deceptiōe, ⁊ non ex rei ṽitate: q̃ iſta ſecunda (vt ſtatim videbimꝰ) non eſt ſufficiēs diffinitio vacui. ¶ Explicat particulam illā que poniť loco generis. ſ. locus. Nō enim vbicūq; nō eſt corpus, eſt vacuū, vt de indiuiſibili pūcto palā eſt: opportet ergo vacuū eſſe ſpaciū corporis capax, corpore tamen carens.

Text. lviij. ❧ At igitur videtur dici vacuū: vno quidē modo nō plenū ſenſibili corpore ſecūdū tactū. ſenſibile autē eſt ſecundū tactū: quod grauitatē habet vel leuitatē. Quo circa dubitauerit aliquis, quidnam dicent, ſi habeat ſpaciū, colorē aut ſonum: vtrum vacuū an nō? An videlicet ſi corpus quidem ſuſcipiat tangibile, vacuum eſſe: ſi vero non, minime?

¶ In tex. 58. mouet dubitatiūculā, ꝗ eſt aduerſus eos argm̄. Si eñ dicūt, vacuū eſſe locū, vbi non eſt tangibile corpus, ⁊ tāgibile corpus idem eſſe qđ graue aut leue, querit ab iſtis, vtrū ſi eſſet locus repletus corpore, nec graui quidē nec leui (quale eſt celū) affecto tm̄ alio accidēte, puta colore aut ſono, quale aliqui ex antiquis putabant eſſe celū (coloratū ꝗdē ꝓpter lucē, ⁊ ſonoꝝ ꝓpter motū) talis locꝰ eſſet vacuꝰ. [An vlꝫ ſi illud corpꝰ ⁊c. In his vltimis verbis vr̃ mihi, Ari. velle iſtos cōtraditione implicare. Si eñ dixerint ꝙ ſolū eū locū ꝗ ſuſcipit corpꝰ tāgibile. i. ꝗ ſuſceptiuus eſt corporis tāgibilis, cū tali corpore caruerit, eē vacuū, dicere tūc coguntť locū repletū corpore celeſti aut aere (que illi putabant, nō eſſe grauia aut leuia, eſſe tm̄ colorata) vacuū eſſe.] Si vero nō, minime]. i. ſi vero nō fuerit neceſſariū, vt locus non ſit vacuꝰ, corpus illud quo repleť, eſſe tāgibile: ſꝫ ſatis eſt eſſe corpus, fit vt talis locus non ſit vacuus. Et ita eſt in rei veritate. Contradictionem ergo implicāt, dicentes prius vacuū eſſe locum, vbi nullū eſt corpus, ⁊ ſubiungentes poſtea vacuum eſſe, vbi nō eſt corpus tāgibile: cū detť locꝰ, qui ſcđm primā diffinitionē nō eſt vacuꝰ, ⁊ tñ ꝑm alterā ſit vacuus. Hinc colligitur, verā diffinitionem vacui eſſe, vt ſit locus nō repletus corpore.

Tex. lix. ❧ Alio aūt mō, in quo nō eſt hoc aliqd: neq; ſubſtātia aliqua corporea. Idcirco, quidā dicunt: vacuū eſſe corporū materiā. qui quidē & locū, hoc idē dicētes nō recte. Materia. n. ſeparabilis nō eſt à corporibus. Vacuū autē: querūt vt ſeparabile.

Plato. ¶ In tex. 59. ſubiūgit ſcđam diffinitionē Platonicorū, qui etiā de vacuo errabāt. Cū eñ vacuū nihil aliud ſit, ꝗ̄ locus nō repletus corpore, ⁊ Platonici (vt tex. 15. relatū eſt) dicebāt locū eſſe materiam, quatenus recipit formā, per quam res fit hoc aliquid. i. cōſtituiť in hac ſpē: ꝯñs ſecundum eos eſt, vt materia (quatenus conſideratur non determinata ad certam ſpeciē ſubſtātie per formam) ſit vacuum. Hos Ariſto. reprehendit, ꝙ vt non recte dixerunt materiam eſſe locum, ita nec recte dicunt, eā eſſe vacuum: materia eñ non eſt

ſeparabilis.i.ſubiecto diſtincta ab eo cuius eſt materia: locum vero atq; adeo vacuum omnes concedunt, rem eſſe diſtinctam a corpore, quo locus aut repletur, aut caret.

Text⁹. lx. Diffinitio vacui. Quoniã autẽ de loco determinatũ eſt, & Vacuũ, locũ neceſſe eſt eſſe (ſi ſit) priuatũ corpore: locus autẽ & quomodo eſt, & quomodo nõ eſt, dictum eſt: manifeſtũ eſt igitur, ꝙ ſic quidẽ vacuum non eſt aut ſeparatũ aut inſeparabile. vacuũ enĩ: non corpus, ſed corporis ſpacium eſſe vult.

¶In tex.60. poſtq̃ oſtendit inſufficientiã diffinitionis antiquorũ, manifeſtare pergit, eorũdem rõnes nõ eſſe efficaces. Proponit ergo primum exactã diffinitionẽ vacui quã ex tex. 58. colligit ⁊ q̃ nos copioſius explicabim⁹. Et inde arguit, ꝙ cũ vacuũ idẽ ſit, qđ locus nõ repletus corpore, et determinatũ ſit tex.37. locũ nõ eẽ ſpacium inter latera loci, puta dimenſiones diſtinctas a corpore locato, fit, vt neq; vacuũ detur extra corp⁹, qđ localiter mouet, vt dicebat prima opinio: neq; intra corpora, vt dicebat Democrit⁹. Inſinuat enim hic Ariſt. hos aſſertores vacui eoſdẽ eſſe, q̃ ſupra poſuerãt, locũ eſſe illas dimẽſiones, inſenſibiles diſtinctas a corporib⁹: quas tex.37. reprobauerat Ariſt. quas, cũ carerẽt corpore ſenſibili, appellabãt vacuũ. Et ideo dr̃ vacuũ extra corpora.i. diſtinctũ a corporibus, ſunt.n. accidentia ſine ſubiecto, ⁊ quantitates per ſe ſubſiſtẽs. Quod ad ſequentiũ intelligentiã notãdũ eſt. Et hoc eſt, quod ſubiungit [vacuũ enĩ nõ corpus, ſed corporis ſpaciũ eſſe vult] Argi. ⁊ Boe. vertũt, volũt, In codicibus grecis quos ego viderim, verbum eſt ſingulare, quod refertur ad ly, vacuũ, ſi autem ſit plurale, referendũ eſt ad opinionis authores.

Tex.lxj. Qua propter & vacuũ: videtur aliquid eſſe q̃ & locus, & per eadẽ. Venit enĩ mot⁹ qui ſcđm locũ eſt: & ijs qui locũ dicũt eſſe aliq̃d ꝑter incidentia corpora, & ijs qui vacuũ. cauſam autẽ motus: putant eſſe vacuum, ſicvt in quo mouentur. hoc autem tale erit: qualem locum dicũt quidam eſſe.

¶Concludit ergo tex. 61. vacuũ eandẽ rẽ eſſe, q̃ eſt locus, ſola rõne differẽs, vt ſupradictũ eſt eiſdẽq; rõnibus conuictos fuiſſe priſcos illos, vt crederent vacuũ eſſe, quibus et locũ eſſe putarõne motus. Vt enim cõpertũ eſt, locum eſſe, eo ꝙ mouens neceſſe eſt, vt locũ vnũ deſerat ⁊ in alium ſe recipiat: ita arguebãt illi vacuũ eſſe, q̃ putabãt, locum quẽ mouens acquirit debere eſſe alio corpore vacuũ, ne duo ſe corpora penetrarẽt. Et hoc eſt qđ ait [venit enĩ motus ſm̃ locũ ⁊c.] .i. motus localis ꝯtingit: ijs q̃ aſſerũt ⁊ locũ eſſe ſpaciũ preter corpa, q̃ mouent, ⁊ illud eẽ vacuũ. Qđ eſt dicere. Vtrũq; aſſerũt ꝑpter neceſſitatẽ motus localis: vt id quod vocãt locũ, aſſerãt eẽ vacuũ.

Tex.lxij. Nulla autem neceſsitas eſt, ſi motus eſt, eſſe vacuũ. Omnino igitur omnis motionis, nequaquã. quo circa: & Meliſſum latuit. alterari nanq; poteſt, plenum. Sed neq; ſecundum locum motum. ſimul enim cedere ſibi inuicem contingit, nullo exiſtente ſpatio ſeparato præter corpora mota. atq; hoc manifeſtum eſt & in continuorum reuolutionibus. vt & in ijs quæ ſunt humidorum.

¶His preiactis fundamentis oſtendit modo inefficatiam rõnum eorum. Quas tamen capi. ſequen. exactius eſt ſoluturus. Prima enim ratio text.53. recitata ſumebatur a motu ad probandũ vacuũ extra corpora. Cui prius in genere reſpondet, cõditionalem illã nõ valere, ſi motus eſt vacuum eſt. Nã in primis de motu alterationis nulla eſt apparẽtia, vt requirat vacuũ quo ſe mouẽs cõferat: nã alteratio non fit per mutationẽ loci: ſed per receptionẽ qualitatis in ſubiecto corpore. Et in hoc fuit deceptus Meliſſus, qui ex negatione vacui ſubſtulit omne gen⁹ motus. ¶Deinde oſtendit, ꝙ neq; ꝑpter neceſſitatẽ motus localis (de quo maior erat apparẽtia) ponendũ eſt vacuũ: põt enĩ res moueri ad nouũ locũ cedentibus partibus corporis: qđ illic erat ꝑ cõdẽſationẽ ad latera circũquaq;. Vt patet in reuolutionibus, quas aqua facit, dũ lapis in flumẽ iacitur: ſi enĩ lapis in vacuo tũc reciperet: nulla eſſet cauſa illarũ reuolutionũ: ſed q: nihil illic erat vacuũ, neceſſe eſt, vt pars vacua illinc depulſa comprimens circũſtantẽ aquã faciat prope vehemẽtiorẽ reuolutionẽ, ⁊ poſtea magis ac magis remiſſam vt remittat impetus. Vacuum appellat ſemper, ſpaciũ ſeparatũ: alludẽs ad illas dimẽſiões, quas illi ponebant eſſe locũ. Fortaſſe reuolutionibus continuorũ inſinuat motũ rote molendini circularẽ: ⁊ motũ humidorũ ad motũ aque circularẽ in lebete. vt Themiſti. ⁊ Philop. aiũt que cum nõ mutẽt locum non indigent vacuo.

Textus lxiij. Contingit autem & denſari, non in vacuum, ſed propterea ꝙ ea quę inſunt elabuntur. vt aqua colliſa: aerem qui ineſt. Et augmentari, non ſolum ingrediente aliquo, ſed & alteratione: vt ſi ex aqua fiat aer. Omnino autem de augmentatione ratio, & de aqua in cinerem infuſa: ipſa ſeipſam impedit. aut enim non augetur quodlibet, aut non corpore: aut contingit duo corpora in eodem eſſe. Dubitationem igitur communem volunt ſoluere, ſed non vacuum demonſtrant ꝙ eſt: aut totum corpus vacuũ eſſe neceſſariũ eſt, ſi penitus augetur, & augetur per vacuũ. Eadem autem ratio: & in cinere eſt. ¶Quod igitur ea ex quibus demonſtrant vacuum eſſe, ſoluere facile ſit: manifeſtum eſt.

¶Deinceps in textu. 63. proſequitur oſtẽdere neq; rationes Democriti, quibus probatur, vacuum eſſe intra corpora quicquã valere. Prima enim ſumebatur a cõdenſatione. Quam tamen (inquit) cõdenſationẽ palã aliq̃n eſt nõ fieri propter repletionẽ vacui, ſ; ꝑpterea ꝙ corp⁹ tenue illic incluſum elabit. Cui⁹ teſtimoniũ eſt in ſpongia: q̃ cũ plena eſt [illegible] aut aere hẽt maiorẽ q̃ntitatẽ, ſ; q̃n pugno cõprimit, aquã inde aerẽ ve depellit. Nõ intelligas, hãc eẽ verã cauſam cõdenſationis. Illa enĩ dabit cap. ſequẽ. ſed adducitur experiẽtia ad oſtendẽdũ inefficaciã et ruditatẽ rõnis iſtorũ. Itidẽ nec augmẽtatio aĩalis indiciũ eſt ꝙ detur vacuũ: ſed fit aliq̃n ex alteratione extenuãte corpus groſſum, qđ reſoluit in aliud magis tenue: vt cũ aqua ꝑ calorẽ abit ĩ aerẽ. ¶Neq; omnino illa experiẽtia de aqua cineribus infuſa, quã tex.56. explicuimus: neq; experiẽtia de augmẽtatiõe ꝓbat eſſe vacuũ. Quin poti⁹ ipſa ſe impedit, ideſt poti⁹ cõtra ſe militat. Argũ.n. ⁊ dubitatio, que



que cõtingit in augmẽtatione, eſt hec. Cum animal auget, aut locus vbi alimentũ recipit erat ſine corpore, aut duo ſe corpora penetrant. Dubitatio (inquit) cõmunis eſt, ⁊ apud affirmãtes vacuum, ⁊ apud negãtes. Cũ aũt rñdent, nullũ illic preceſſiſſe corpus, ſequit inde, ꝙ cũ augmẽtatio fieri debet per ſingulas particulas corporis, totum prorſus corpus ſit vacuũ: ⁊ per ꝯñs nullũ ſit corpus, qđ auget. Atq; adeo nec detur vacuũ cõmixtũ corporibus. vt vult Democritus. Eſt acutiſſima redargutio. ¶Et eadẽ (inquit) ratio eſt de cinere. Si enĩ vas cineribus plenũ tñ aque recipit, quantũ ſi fuiſſet vacuũ, propterea ꝙ aqua recipit in vacuitatibus cinerũ, neceſſe eſt dicere, cineres prorſus oẽs eſſe vacuos, atq; adeo nõ eſſe vacuũ immixtum corpori cinerũ. Cauſa ergo huius eſt experiẽtie ꝙ aque pars exalatur: et pars reliqua cõdenſatur: atq; adeo cineres ꝑpter humorem condenſantur. ¶Colligit ergo, facile eſſe ex his rõnes diſſoluere, quibus vacuum demonſtrat. Vbi Cõmen. diſtinguit tex.64. ſed lucidius incipit in capite ſequẽti. Eſt enim illi in more cõcluſionem ⁊ epilogum non in calce dictorum ſed in dicendorum capi. collocare.

QVOD VACVVM A CORPOribus ſeparatum non ſit poſsibile.

CAPVT. VIII.

Textus. lxxiiij. QVOD autem non eſt vacuum ſic ſeparatum, vt quidam dicunt: dicamus rurſum. Si enim eſt vniuſcuiuſq; ſimſimplicium corporum loci mutatio aliqua natura, vt ignis quidem ſurſum, terrę autẽ deorſum & ad mediũ: manifeſtum eſt ꝙ vacuum non erit cauſa loci mutationis. Cuius igitur cauſa erit: vacuum? videtur enim: eſſe cauſa motus ſecundum locum. huius autem: non eſt.

¶Poſtq̃ in.6. cap. propoſuit antiquorũ opiniões, et in.7. conſtituit diffinitionem vacui, oſtẽdens eorum rõnes infirmas eſſe ⁊ imbecillas, in hoc. 8. quod duodecim textus cõtinet, perſuadere aggredit, non eſſe vacuũ extra corpora. Et id quidẽ in ſeptem priorib⁹ textib⁹ octo rõnibus ſumptis a motu locali abſolute: atq; in reliq̃s quinq; textibus alijs tribus rõnibus ſumptis a velocitate et tarditate motus. Ad euidentiã huius prime, q̃ eſt in tex. 64. ꝯſiderandũ eſt, ꝙ authores vacui dicebant vacuũ eſſe in cauſa, vt naturalia corpora mouerẽtur: videlicet ad replendũ vacuũ. Eſt ergo cõtra illos rõ prima. Si vacuũ eſſet, id maxime (vt dicũt) ꝑpter motũ localẽ: ſed hoc non: ergo. Probr̃ minor. Si elementa ⁊ mixta naturalia mouerentur ꝑpter vacuũ, nõ haberẽt motus determinatos, ſed quocũq; eſſet vacuũ, promiſcue moueret qđlibet (vt videmus aquã ꝑ fiſtulã ſubtracto aere aſcẽdere licet ſit grauis) nõ tñ ita indifferẽter mouent: ſed leuia mouent ſurſum grauia vero deorſum: ergo nõ propter vacuũ, ſed ex natura ſua ſeſe ad determinata conferunt loca.

Textus. lxv. Amplius ſi eſt aliquid, vt locus priuatus corpore: cũ eſt vacuũ, quo mouebitur impoſitum in ipſo corpus? non enĩ in omnẽ partẽ. Eadẽ autẽ ratio: & ad eos qui locũ eſſe quid ſeparatũ putãt, in quem id fertur quod fertur. Quomodo nãq; feretur impoſitũ: aut manebit? Et de ipſo ſurſum & deorſum, & de vacuo: cõueniet eadẽ ratio merito. vacuũ enim, locũ faciunt: qui eſſe dicũt. Et quonã modo inerit: aut in loco, aut in vacuo? non enĩ cõtingit: cũ totum poſitum fuerit, vt in ſeparato loco ac permanente, corpus aliquod. pars enim: niſi ſeorſum ponatur nõ erit in loco ſed in toto. Amplius, ſi neq; locus eſt: neq; vacuum erit.

¶Secunda ratio in tex.65. probat vacuũ non eſſe cauſſam finalem motuũ naturaliũ: nam ſuperior videbatur ſuadere ꝙ non eſſet cauſſa efficiens. Ratio eſt huiuſmodi. Si vacuũ eſſet, nullus eſſet rerum naturalis motus: ꝯñs eſt falſum: ergo et añs. Probat ſequella. Detur. v.g. totũ cõcauum lune eſſe vacuũ: ⁊ ponatur in quacũq; eius parte ens quodpiã naturale ſiue graue ſit ſiue leue: illud nõ mouetur magis ſurſum q̃ deorſum q̃ ad alias differentias poſitionis: ergo. Añs patet q: motus naturalis ad locũ determinatũ eſt ꝑpter vim cõſeruatiuã que in tali loco eſt: in vacuo vero nulla põt vis talis imaginari, obidq; nullum corpus huc potius ſeſe q̃ illuc cõferet. ¶At quia fautores vacui credebãt locũ eſſe ſpaciũ illud et dimẽſiones ſeparatas toties reprehenſas, ait eãdẽ rõnẽ militare aduerſus ponẽtes hoc modo locũ: huiuſmõi enim dimẽſiones ſunt vniformes ꝑ totũ cõcauũ lune nõ aliã ſurſum virtutẽ q̃ deorſu; habẽtes. Ideoq; merito inquit eadẽ rõ eſt et de loco hoc mõ ⁊ de vacuo q̃tum ad ſurſum ⁊ deorſum: nẽpe ꝙ nõ poterũt huiuſmõi differẽtie ex natura rei deſignari. Qui enĩ dicũt eẽ vacuũ, hoc modo faciũt locũ. ¶Addit deinde tertiã rõnem: ſ. ꝙ nec ſcđm ponẽtes vacuũ nec ſcđm ponẽtes locũ eſſe ſpaciũ ⁊ dimẽſiones ꝓprie defendi põt aliq̃d eſſe in loco. Textus obſcurus eſt niſi ea reuiſeris que ſupra cõmento.37. explanauimus. Eſt enim ſemper memoria retinendũ authores iſtos vacui opinari locũ eſſe dimenſiones illas et ſpatiũ ſeparatũ a ſenſibilib⁹ corporib⁹.i. q̃titates ſine ſubiecto. ¶Mox itẽ meminiſſe opꝫ ex illo cõm. ꝙ in rei veritate id qđ eſt in aliquo tanq̃ in loco debet eſſe in illo tanq̃ in aliquo ſeparato cõtinente taliter vt nulla pars locati ſit in loco ſibi adequato. At ſcđm ponẽtes illas dimẽſiones penetrantes ſe cum ſingulis partibus interioribus locati quelibet pars locati eſt per ſe in loco vt illic expoſitum fecimus. Ordina ergo ſic iſtã literã [Quonã mõ locatũ tũc erit in loco?] Quaſi dicat nullo modo. Nõ enĩ cõtinget vt cũ corp⁹ aliqđ totũ poſitum fuerit in huiuſmõi ſpacio vel vacuo ſit in illo tanq̃ in aliquo ſeparato permanente.i. tanq̃ in tro continentis immobili: que eſt diffinitio loci: ſed erit totũ penetratiue cũ toto et quelibet etiã pars cũ ſuo ꝓprio loco: qđ eſt cõtra rationẽ exiſtendi in loco: nã pars continui non eſt per ſe in loco: ſ; eſt ſicut pars in toto. Ex quib⁹ tandẽ colligit ꝙ ſi loc⁹ nõ eſt illo modo, fit vt nec ſit vacuũ.

Textus. lxxvj. Accidit autem dicẽtibus vacuum eſſe vt ſit neceſſarium ſi erit motus: contrarium magis, ſi quis conſideret, non poſſe moueri quicquam ſi ſit vacuum. vt enim qui propter ſimile dicunt terram quieſcere. ſic & in vacuo neceſſe quieſcere. non enim eſt: quo magis aut minus mouebitur. quatenus enim vacuum eſt: non habet differentiam.

¶ Quarta ratio eſt in tex.66. aduerſus eorũ rõnẽ. Ait enim ꝙ nõ ſolũ nõ infert ex motu vacuũ eſſe, verum ex poſitione vacui ſequitur motũ nõ eſſe. Quare ponẽtes vacuũ potius deſtruũt ꝙ̃ tuent motũ. Probat id de motibus naturalibus. Etem̃ queadmodũ dicũt nõnulli (quos.2. de celo textu. 90. citat Phi.) terrã eſſe immobilẽ ꝑpter ſimilitudinẽ ⁊ vniformitatẽ ſuperficiei cõtinẽtis, vel propter ſimilitudinẽ ⁊ equalitatẽ quã habet in toto vniuerſo: rõne cuius non huc magis ꝙ̃ illuc propendit: pari rõne ſi aliqd ponas in vacuo, nihil erit cauſe cur ad hanc ꝙ̃ ad illã differentiam potius feratur. Et per ↄ̃ñs manebit immobile.

Textus. lxvij. ❧ Primum igitur: quoniã omnis motus, aut violentia, aut ſecudũ naturã fit. neceſſe autẽ eſt, ſiquidem ſit violentus: eſſe & eũ qui ſecundũ naturam eſt. violentus enim pręter naturã eſt. qui vero pręter naturã eſt: poſterior eſt eo qui eſt ſecũdũ naturam. Quare ſi nõ eſt ſecundũ naturã vnicuiq; naturalium corporũ motus: neq; aliorum erit motuum vllus. ¶ At vero natura quidem quomodo erit, cum nulla ſit differentia ſecundũ vacuũ & infinitum? Quatenus enim infinitum eſt: nihil erit ſurſum aut deorſum, aut mediũ. Quatenus vero vacuum: nihil differens erit deorſum à ſurſum. vt enim nihili nulla eſt differentia: ſic & illius quod non eſt. vacuum autem non ens quippiam, & priuatio videtur eſſe. Natura autẽ loci mutatio. differens eſt. quare erunt quæ ſunt natura: differentia. aut igitur non eſt natura vſquam vlli, loci mutatio: aut ſi hoc eſt, non eſt vacuum.

¶ Cũ textu ſuperiori demonſtrauerit, ſi vacuũ eſſet nullũ fieri poſſe naturalẽ motũ, textu hoc.67. quinta ratione probat vniuerſaliter nullum eſſe tunc poſſibilẽ motũ nec naturalẽ nec violẽtum. Rõ eſt hec. Omnis motus aut naturalis eſt aut violentus. (apud Ariſt. qui nõ cognouit motũ ſuper naturalẽ non eſt dare mediũ): ſed poſito vacuo nullus eſt motus naturalis. vt probatũ eſt: ergo neceſſe põt violentus. Probat hec proxima ↄ̃ña. Motus naturalis prior eſt motu violẽto ſaltem natura qꝛ motus violẽtus aut preter naturã nõ dr̃ niſi per reſpectũ ad naturalẽ: ⁊ qđ eſt ex naturali inclinatione rei prius eſt eo qđ eſt contra aut preter naturã: ergo vbi naturalis motus nõ eſt poſſibilis, nec violentũ poſſibile eſt eſſe. ¶ Cũ ſubdit [at vero ⁊c.] repetit probare ens naturale in vacuo nõ moueri: nã motus naturalis eſt ſurſum vel deorſum: que ſunt differentie ex natura rei ⁊ nõ ſolũ quoad nos, vt ſupra textũ.5. expoſitũ eſt: vacui aũt (queadmodum neq; infiniti) nullã eſt poſitiõis drĩa ex natura rei: ergo nullus in vacuo eſſe põt naturalis motus. In infinito vt lib.3. tex.53. expoſuimꝰ ꝑpterea non põt eſſe ſurſum et deorſum, qꝛ iſte drĩe ſumunt reſpectu medij: infiniti aũt cum nõ ſint extrema, nec ſignari põt mediũ. De vacuo autẽ alia eſt rõ: videlicet ꝙ vacuũ nihil eſt, ⁊ nihil nullã habet drĩam ſpecificã poſitionis: ſurſum aũt ⁊ deorſum dicũt virtutes poſitiuas cõtrarias vt queſtione.1. dicebamus.

Textus. lxviij. ❧ Amplius nũc quidẽ mouẽtur proiecta, eo qui impulit nõ tangẽte: aut propter cõtrarij circũſtãtiã ſicut quidã dicũt, aut ex eo ꝙ pellit pulſus aer motu velociori quam ſit pulſi latio, qua fertur in propriũ locũ. in vacuo autem: nihil horũ poteſt eſſe. neq; enim ferri erit: niſi vt quod vehitur.

¶ Subdit in textu.68. rõnem ſextã ſumptã a motu proiectorũ. Mouet em̃ ſagitta aut lapis funda iactatus, eo q̃ pepulit nõ tãgente. i. poſtꝙ̃ a proijciẽte loco diſtãt. Huius cauſam motus perquirẽtes antiqui, duplicẽ reddebãt. Prima erat per antipariſtaſim. i. ꝑ repercuſſionem aeris a tergo rei que mouet: ꝙ̃ primũ. n. proiectũ relinqt hunc locũ aer circũſtans citiſſime illum replet. Atqui ad introitũ illius loci percutit a tergo rẽ proiectam ⁊ ita mouet illã. Scđa ratio cui magis Phi. applaudet eſt ꝙ aer cũ ſit velociſſime mobilis ſemel pulſus a re proiecta velociſſime mouet. Et ita quaſi vehiculũ quoddã perfert rẽ proiectã: Nõ intelligas has eſſe totaels cãs motꝰ ꝓiector: nã pcipua eſt impetus impreſus a proijciẽte: ſũt tñ auxiliatrices. Eſt ℊ rõ Ari. Motus ꝓiector ad iuuat a medio: ſi aũt eſſet vacuũ nullũ inde iuuamẽ res ꝓiecta ſuſciperet: nã ille dimẽſiones non erãt mobiles cũ eẽnt abſtracte a corpe phyſico: ergo ꝑꝑ motũ violẽtũ nõ eſt vacuũ introducẽdũ. (Cauſa motus proiectorum.)

Textus. lxix. ❧ Amplius nullus vtiq; poterit dicere: propter quid, quod mouetur ſtabit alicubi. cur em̃ magis hic: quã ibi? Quare aut quieſcet: aut in infinitũ neceſſe erit ferri, niſi aliquid potentius impedierit.

¶ Septima ratio eſt in tex.69. ad confirmandũ ꝙ in vacuo nihil moueret. Detur em̃ vacuũ quale eſt extra celũ. Si aliquid illic moueret ſequeret ꝙ infinito tẽpore moueret ſaltem ſi eſſet motus naturalis: qꝛ cũ nulla ſit rõ vt in vno loco imaginario potiꝰ ꝙ̃ in alio q̃eſcat, ſequit ꝙ aut nũꝙ̃ incipiet moueri aut ſi inceperit, nuſꝙ̃ q̃eſcet. Immo nec motꝰ violẽtus vſꝙ̃ q̃eſcet: nã mõ dicimꝰ q̃eſcere vbi ceſat illa repercuſio aut volatꝰ aeris ſimul cũ impetu. Que cã in vacuo dari non põt.

Text. lxx ❧ Amplius autem, nunc quidem in vacuo, quoniã cedit: ferri videtur. in vacuo autẽ: prorſus ſimiliter tale eſt. quare: in omnem feretur partem.

¶ In.70. deniꝙ̃ textu. concludit prima pars huius capitis octaua rõne que eſt velut ſuperiorũ confirmatio. Qui ponũt vacuũ, ea rõne illud ponũt vt cedat corpori quod mouetur. i. vt mobile inueniat quo ſe inferat ſine impedimẽto alteriꝰ corporis: vacuum autẽ ſimiliter vndiꝙ̃ tale eſt: ergo mobile in illo ad quancũꝙ̃ differentiam et per infinitum tempus ſemper mouebitur quod eſt abſurdum in motu recto: alia enim rõ eſt de celo ſecundum Ariſto.

Tex. lxxi ❧ Amplius autem: & ex his manifeſtũ eſt, quod dicitur. videmus enim idem pondus, atq; corpus: velocius ferri, propter duas cauſas. aut quia id differt per quod, vt per aquam, aut terram, aut aerẽ: aut quia id differt quod fertur, ſi alia ſint eadem, propter exceſſum grauitatis aut leuitatis. hoc igitur per quod fertur, cauſa eſt: quoniam impedit maxime quidem, quod contra fertur. deinde autem, & manens. magis autem: id quod non facile diuiditur. tale autem eſt: quod craſsius eſt. ¶ Id autem in quo eſt.a. mouebitur per.b. eo in quo.c. tempore. per ipſum autem.d. cum ſit ſubtilis: eo in quo.e. ſi ęqualis eſt longitudo ipſius.b. cum ipſo.d. ſecundũ analogiã impedientis corporis. Sit enim.b. quidem aqua.d. vero aer. quanto ergo ſubtilior eſt aer, aqua, & minus corporeus: tanto citius.a. per.d. mouebitur quam per.b. Habeat ergo eandẽ rationem ſecundũ quam diſtat aer ab aqua: velocitas ad velocitatem. Quare ſi in duplo ſubtilius eſt: in duplo tempore lineam quę eſt ipſum.b. tranſibit quã quę eſt ipſum.d. & erit tempus in quo eſt.c. duplũ eis in quo eſt.e. Atq; ſemper quãto fuerit minus corporeum minuſq; impeditiuũ, ac melius diuiſibile id per quod fertur: citius mouebitur. Vacuum autem nullam habet rationem qua exceditur à corpore: ſicut neq; ipſum nihil, ad numerũ. Si enim quatuor excedunt tria vno, pluribus autẽ duo, & adhuc vr um pluribus quã duo: ipſum ſane nihil, non amplius habent rationem qua excedant. neceſſe enim eſt diuidi id quod excedit: & in exceſſum, & in id qđ exceditur. quare erũt ipſa quatuor: & id quo excedũt, & nihil. Quapropter neq; linea, punctũ excedit: niſi componatur ex punctis. SI Militer autem & vacuum, ad plenum: nullam poſsibile eſt habere rationem. quare: neq; motum.

QVEſtiõis tertię materia.

¶ In ſecũda parte huius capituli, que incipit ab hoc textu.71. proſequitur Ariſto. reprobare opinionẽ vacui rationibus tribus ſumptis a velocitate ⁊ tarditate motus: ſupponens prius velocitatẽ motus aũt tarditatẽ penes duo eſſe metiendam: aut penes reſiſtentiã medij, aut penes cauſam motricẽ, puta grauitatẽ ⁊ leuitatẽ (loquitur em̃ de motu naturali elementorũ) nam hec duo extrema cõſideranda ſunt in vna quaꝙ̃ actione. Et ꝙ debeat attendi penes motricẽ cauſam, tãꝙ̃ per ſe notũ relinquit: nã quãto virtus actiua fortior eſt, ceteris paribus, velocius mouet. Qđ autẽ debeat attendi penes mediũ, probat, quia mediũ reſiſtit motui: id maxime ſi mediũ cõtra pugnet. Ut ventus, qꝛ a prora perflat, motui obſtat nauis: at ꝙ̃uis non cõtra pugnet, ſed ſit permanens ⁊ quietũ, non nihil moratur ac retardat motum. Mediũ (inquit) craſſius et groſſius, magis: ſubtilius autẽ, minus. Minus enim impedit aer quã aqua: ⁊ idcirco graue velocius per aerem ꝙ̃ per aquam deſcendit: per terram autem, non niſi cum maxima difficultate et impetu, et id quidem parumper. ¶ Hoc prelacto fundamẽto, ſuppoſito etiam pro nunc, non quidem tanquam vero, ſed gratia diſputationis, ꝙ ex parte mobilis nulla eſſet reſiſtentia, ſed tota proueniat ex parte medij, probat, ꝙ qualis ſit proportio inter groſſiciem et reſiſtẽtiam duorum mediorũ equalis longitudinis, per que idem mobile moueretur, talis erit proportio inter tempus, quo moueret ꝑ vnũ ⁊ quo ꝑ aliđ. Ut ſit. v.g. mediũ.b. aqueũ pedalis profunditatis, per quod deſcendit.a. lapis, ſit etiam.d. medium aereum ſubtilius ſecundum aliquam analogiam. i. proportionem. v.g. duplã. vt in duplo minus.d. ꝙ̃.b. reſiſtat. Cõcludit, ꝙ tẽpus.c. qđ.a. conſumit deſcẽdens ꝑ.b. erit duplum ad tẽpus.e. quod conſumit deſcendens per.d. vt in hac figura contueri potes. Subdit aũt ⁊ eadẽ rõne ꝙ quãto mediũ minus fuerit corporeũ, minuſꝙ̃ impeditiuum, tanto velocius atꝙ̃ adeo citius idem mobile ꝑtrãſibit tale ſpaciũ. Tũc ꝓbat cõcluſionẽ intentã, videlicet mobile ꝑ vacuũ moueri in nõ tẽpore. Qualis eſt ꝓportio medij ad mediũ in reſiſtẽtia, talis eſt ⁊ tẽporis ad tempus: ſed inter plenũ (quodcũꝙ̃ ſit) ⁊ vacuũ nulla eſt proportio, ſed infinitus exceſſus: ergo cũ mobile per plenũ mouet in tẽpore, fit, vt per vacuũ moueat in non tẽpore, puta in inſtãti. Cõmoſtrat aũt minorẽ. ſ. pleni ad vacuum nullã eſſe proportionẽ: nã ſi quatuor excedat tria per vnũ, ⁊ duo ꝑ alia duo, ⁊ vnũ ꝑ tria, fit, vt nihil nullo certo numero, ſed per infinitũ excedat. Uacuũ dicit nihil quantũ ad reſiſtentiã, qꝛ etiã ſi ponatur eſſe illas dimenſiones inſenſibiles, nihil reſiſtunt ſue penetrationi. At qꝛ poſſet q̃s dicere, ꝙ quatuor excedit nihil ꝑ quatuor, id refellit dicens, ꝙ vnum extremũ excedẽs aliud dꝫ diuidi in illud qđ excedit, ⁊ illđ ꝑ ꝙ excedit tãꝙ̃ in duas ſuas partes: ſicut quatuor excedẽs vnũ ꝑ tria, diuidit in vnũ ⁊ tria. Uñ ſicut linea diuiſibilis nulla ꝓportiõe excedit indiuiſibile punctum, niſi diceres, lineam componi ex punctis, ita neꝙ̃ plenũ aliqua proportione excedit vacuũ. Poteris ſic forſan apertius rẽ intelligere. Quatuor excedunt vnum per tria: et medietatẽ vnius per ſeptẽ medietates, et quartã partẽ per quindecim partes, ita vt ꝑ diuiſionẽ vnitatis creſcat exceſſus in infinitũ: ergo numerꝰ q̃cũꝙ̃ excedit nihil abſꝙ̃ vlla ꝓportiõe.




Textus. lxxij. ❧ Sed ſi per ſubtiliſsimum in tanto tẽpore tanto motu fertur, per vacuum omnem exuperat rationem. Sit em̃.f. vacuum ęquale autem magnitudine ipſis.b. & .d. Ipſum ergo.a, ſi tranſibit & mouebitur quidem in quodã tempore, eo ſcilicet in quo eſt.g. in minori autẽ quã in quo eſt.e. & hãc habebit rationẽ vacuum ad plenum. ſed in tanto tempore quantũ eſt, in quo eſt.g. ipſius.d.a. tranſibit lineam.K. tranſibit autem: ſi etiam ſit quippiam ſubtilitate differens ab aere, id in quo eſt.f. ſecundum hanc proportionem quam habet tempus in quo eſt.e. ad tempus in quo eſt.g. Si enim ſit tanto ſubtilius corpus in quo eſt.f. ipõ.d. quãto exuperat.e. ipſum.g. e conuerſo tranſibit velocitate in tanto quantum.g. ipſum in quo eſt.a. ſi feratur. ſi ergo nullum ſit corpus, in ipſo.e. adhuc velocius. ſed erat in ipſo.g. Quare: in ęquali tempore tranſibit & quod plenum eſt & vacuum. ſed impoſsibile eſt.

¶ Ratio proxima demonſtrabat a priori concluſionem. Idcirco maioris elucidationis gratia ſecundam hanc adhibet in textu.72. que procedit a poſteriori, deducendo ad impoſſibile. Repetit ergo cõcluſionem ſuperioris rationis dicẽs, ꝙ ſi mobile per ſubtiliſſimũ ſpaciũ tempore certo mouetur, ſi moueretur per vacuum, omnem exuperaret proportionem, ⁊ per conſequẽs non moueretur. Quod adhuc perſpicatius manifeſtans arguit ſic. Det oppoſitũ, ꝙ mobile.a. ꝑ vacuum.

cuũ.f. equale ipſis.b.&.d. moueat in aliquo certo tēpore puta.g. quod quidē tēpus neceſſe eſt eſſe minus tpe.e. quo mouebat.a.p mediũ.d. plenũ aere.v.g. ſit tēpus ſubduplũ: nã omne finitũ tēpus habet certã proportionē ad maius. Tunc (inquit) ſequit ꝙ in tanto tēpore adequate q̃to mouet per vacuũ, mouebit etiã per plenũ, quod eſt abſurdũ: ſiquidē mediũ plenum ſemp reſiſtit. Sequellam autē probat dupliciter. Quod attente inſpiciendũ eſt in textu. Primo quia eodē tempore.g. quo mouet per ſpaciũ.f. mouebit per medietatē eiuſdē linee.d. que terminat in punto.k. vt patet in hac figura. Secundo probat, ꝙ nõ ſolũ id cõtingit qñ mediũ plenũ eſt minus q̃ mediũ vacuum, verũ etiã ſi ſint equalia. Nã det aliud mediũ tãte lõgitudinis q̃tũ eſt.f. plenũ q̃dē medio ſubtiliori q̃ ſit mediũ.d. in eadē proportione puta tēpus.g. erat minus tēpore.e. Tũc ſequit: ꝙ.a. mouebit p tale mediũ, qđ ſit.b. in eodē tēpore adequato, quo mouebit p vacuũ tãte lõgitudinis: qm cum ſubtilitas.b. ſit dupla ad ſubtilitatē.d. in ſub duplo reſiſtit: & p ꝯñs mouebitur in illo mobile in duplo minori tpe: ergo in tēpore.J. equali.g. qđ habebat ad.e. eandē ſubduplã proportionē: hoc tamē eſt impoſſibile: ergo. Rationes iſte Ariſt. non carent difficultate. Quas proinde.q.3. numeroſius examinamus.




Textus. lxxiij. Manifeſtum eſt igitur ꝙ ſi erit aliquod tēpus in quo per vacuum, quoduis feretur: accidet hoc impoſſibile. in æquali enim accipietur: aliquid & quod plenũ eſt trãſire & vacuũ. erit eñ aliquod analogum corpus alterum: vt tempus ad tempus. Vt aũt in ſumma dicam, manifeſta eſt eius quod euenit cauſa: quia motus quidem omnis ad motum, eſt proportio (in tempore enim eſt) temporis autem omnis eſt ad tempus, finitis vtriſq;. vacui autem ad plenum non eſt.

¶ In textu.73. cõcludit repetēs cõcluſionē ꝙ manifeſtum eſt ſi aliquid admittat moueri per vacuum certo tempore, in tãto adequato poſſe moueri per plenũ. Nam dabitur inquit corpus analogum ad alterum.i. proportionabile alteri pleno in ſubtilitate, eadem proportione qua tēpus conſumptum in vacuo eſt minus tempore quod conſumabatur in pleno, vt dictum eſt. Atq; adeo in ſumma colligit cauſam huius.ſ. ꝙ ſi mobile moueretur per vacuum, moueretur in nõ tempore: quia (inquit) vniuſcuiuſq; motus ad alium motum eſt ꝓportio in velocitate: et talis eſt proportio temporis cõſumpti vno motu ad tempus conſumptum in alio: et hoc vſu venit, quando tã motus quam tēpora ſint finita. vacui autem ad plenum nulla eſt proportio.

Textus. lxxiiij. Quatenus igitur differunt ea per quæ feruntur: hęc contingunt ſecundum autem eorũ quæ feruntur exceſſum: hęc. Videmus enim ea quæ maius momentum habent aut grauitatis aut leuitatis: ſi quę ad alia ſimiliter ſe habeant figuris, citius ferri per ęquale ſpaciũ, & ſecundum rationē quam habent magnitudines ad inuicē. Quare & per vacuum. Sed impoſſibile eſt. Propter quam enim cauſam, ferentur velocius. in plenis enim ex neceſſitate. velocius enim diuidit fortitudine: maius. Aut enim figura diuidit, aut momento quod habet: id quod fertur, aut proiectum eſt. Aequæ velocia ergo: omnia erunt: ſed impoſſibile eſt.

Textus. lxxv. ¶ Quod igitur, ſi vacuum eſt, accidit contrarium illius propter quod probant, dicentes eſſe vacuũ: ex dictis manifeſtum eſt.

¶ In textu.74. addit Phi. rationem tertiã ad eandem cõcluſionem: videlicet nihil poſſe in tēpore moueri per vacuũ. Propoſuerat eñ tex.71. duabus de cauſis velocitatē tarditatē ve motus eſtimandã eſſe.ſ. aut ex parte medij, aut ex parte virtutis motricis. Rõnes pcedentes pcedũt ex prima. Et hoc eſt qđ ait, hec contingere quatenus differunt media per que mobilia ferunt. Sed tñ ſecundũ virtutē mobiliũ ſequit ratio hec tertia. Ceteris paribus mobile maioris virtutis velocius ac citius mouet q̃ minoris virtutis: vt pondus maioris grauitatis, puta plumbũ velocius deſcēdit q̃ ſtuppa: & ignis leuior veloci⁹ aſcēdit q̃ aer. Ceteris inquit paribus ex parte figure: nã plana aut quadrata, quia plus aeris ſub ſe comprehendũt, tardi⁹ deſcendũt, q̃ acuta aeri ſcindendo aptiora: ergo eadem ratione ſi per vacuũ iſta deſcenderent, deberet id quod grauius eſt velocius deſcēdere ratiõe maioris virtutis, hoc tamen eſt impoſſibile, quia ſi per plenum maior virt⁹ velocius mouetur, eſt propter excellentiã quam habet ad ſuperandam reſiſtentiam medij cum autē nulla ſit reſiſtentia in vacuo, ſit vt equa velocitate deſcēderēt, vt leuiſſima ſtuppa, & grauiſſimum plumbum. Quod abſurdum eſt dictu. Rationem etiam hãc cum ſuperioribus.q.3. peramplius excutimus. ¶ Cõcludit deniq; Ariſ. (vbi Cõmentator textũ ſcindit 75.) manifeſtum eſſe ꝙ poſito vacuo contrariũ cõtingit illius, quod illi antiqui volunt. puta motũ non eſſe poſſibilem.

## QVOD NEQVE INTRA corpora ſit vacuum. CAP. IX.

HI igitur putant vacuum eſſe, ſi erit ſecundũ locum motus: ſeparatũ ſecundum ſe. Hoc autē idem eſt, ac ſi dicamus locum eſſe quid ſeparatum. Hoc autem ꝙ impoſſibile ſit, dictum eſt prius.

¶ Poſt impugnationē vacui ſepatia corporib⁹, pſequit in hoc demũ cap.9. Ariſt. opinionē refellere Democriti ponētis intra corpa vacuos poros. Sũt aũt in hoc cap. textus.xj. pter fragmentũ hoc ſuperioris textus, quo repetit cõcluſionē ſuperioris diſputatiõis: nēpe ꝙ q̃ pp motũ localē ponũt vacuũ ſeparatũ a corporibus idē faciunt, ac ſi dicãt locũ eſſe ſpaciũ ſeparatũ: puta dimenſiones: q̃ cũ ſe penetrãt cũ corporibus ſenſibilib⁹ habēt vicē loci: quib⁹ ſi careãt, dicũtur vacuum. Huiuſmodi aũt poſitionē loci & ſpacij eſſe impoſſibilē, ſupra oſtenſum eſt. potiſſimũ textu.36.&.37.

Textus. lxxvj. At vero per ſe cõſiderãtibus: videbitur vtiq; dictũ vacuũ, p quã vere vacuũ. Vt eñ in aqua ſi ponat aliquis cubũ, cedet tãta aqua quãtus eſt cubus: ſic & in aere, ſed ſenſu immanifeſtũ eſt. Atque ſemper itaque omni corpore habēti tranſlationem, in quo eſt aptum natura, trãſferri: neceſſe eſt, niſi cõdenſetur, cedere aut deorſum ſemper, ſi deorſum latio eſt vt terrę, aut ſurſum ſi ignis, aut ad vtraq; vt aer, ſiue quodcunq; aliud ſit impoſitum. in vacuo autem: hoc quidē impoſſibile eſt. non enim: corpus eſt. Per vacui autē ęquale ſpaciũ trãſiuiſſe videbitur: quod quidē erat & prius in vacuo. tanquam ſine q; aqua cederet ligneo cubo, neq; aer: ſed omnia tranſirent per ipſum. At vero & cubus tantam habet magnitudinē: quantum occupat vacuum. quæ ſi calida eſt aut frigida, aut grauis aut leuis: nihilominus ratione, altera ab omnibus paſſionibus eſt, etiam ſi ſeparabilis non ſit ab illis. dico autem: lignei cubi molem. quare & ſi ſeparetur ab omnibus, & neq; leuis, neq; grauis ſit: ocupabit ęquale ſpacium, & in eadem erit & loci & vacui parte ęquali ſibi. quid ergo differt corpus cubi: ab ęquali vacuo: & loco? & ſi duo talia: propter quid non & quodlibet in eodem erunt? Vnum igitur hoc. inconueniens, & impoſſibile eſt.

¶ Tria ſunt huius capitis mēbra: nã in trib⁹ prioribus textibus facit Ph. rõnes tres aduerſus vacuũ in ſe cõſideratũ: nēpe vt ponebat, eſſe ſpatiũ ſeparatũ a corporib⁹ et dimēſiones inſenſibiles: quod mēte eſt ſemper retinēdũ. Et in tex.79. procedit ad impugnationē vacui intra corpora: & in tex.83. & infra reſpõdet argumētis contrarie opinionis. Ait ergo, q̃ videt, id qđ vacuũ dicit, vere eſſe vacuũ, vt nomen ſonat.i. vt opinio vacui vacua ipſa eſſe et inanis. Idq; probat rõne huiuſ. Si in aliqđ corpus, corp⁹ aliud immittat. v.g. cubũ.i. vndiq; quadratũ vt teſſera tãta pars prioris inde depellit, quãtus eſt immerſus cub⁹ hoc aũt fieri nõ poſſet poſito vacuo: ergo vana eſt opinio vacui. Maiorē manifeſtat exēplo lapidis aut ligni immiſſi in aquã: ſi eñ in magno lebete aqua pleno pedalē lapidē quadratũ mergas, tñ aque exundabit ac effundet quantus eſt lapis. Idē q; etiã ꝯtingit i aere: niſi ꝙ nõ eſt nobis ſenſu cõpertum. Idq; ait ſemp cõtingere in corpore habenti tranſlationē.i. in corpore phyſico: ad differentiã mathematici. Vel forte intelligit, dũ corpus habet exitũ liberũ: nēpe ſi terra eſt, i quã aliqđ mittit, exibit pars terre p partē inferiorē iuxta naturã grauis: ſi vero ignis, per ſuperiorē iuxta naturã leuis: ſi vero nõ põt aqua exire per partē inferiorē, exibit per ſuperiorē, vt cedat graui. Si vero exire nõ põt, cõdenſabit, & tandē rũpet vas: vt ſi in vas vitreũ aqua plenũ coneris ſubmergere lapidē obſtruēs vas ne aqua exũdet, franget vitreum. In vacuo autē nõ ita fit ſcđm illos: ſ3 corpus aduenies penetrabit ſpaciũ vacuũ, ac ſi corpus ligneũ nõ depelleret aquã, ſed ſe penetraret cũ illa. Quod aũt hoc ſit impoſſibile, patet. Nam cubus ligneus aduenies tantũ habet quantitatē & dimēſiones, quãtas dimēſiones inſenſibiles habet illud ſpaciũ, qđ ipſi vocãt vacuum, duo autem corpora de genere quãtitatis non poſſunt ſe penetrare: ergo. ¶ Rñdebãt autē illi, ꝙ q̃uis duo corpora ſenſibilia vt duo lapides aut ligna in eodē ſe ſimul loco penetrare nõ ſit poſſibile, tũ cum dimenſionib⁹ illis in ſenſibilib⁹, q̃ abſtracte ſunt a corpore phyſico, põt ſe qđcũq; corpus phyſicũ penetrare. Quam reſponſionē refellit ſic Ariſt. Quãuis corpus phyſicũ calidũ ſit aut frigidũ, et graue aut leue, aut aliã habēs ſenſibilē qualitatē, nec paſſio ſenſibilis ſit ſeparabilis a quantitate.i. nec detur corpus quãtũ, quin ſit ſenſibile, tñ non ea rõne qua ſenſibile, ſed ea potius, qua eſt quantũ nõ ſecũ eodē loco corpus aliud cõpatit. Quare ſi per impoſſibile ſepararetur oĩs paſſibilis qualitas a corporib⁹ quãtis, nõ poterũt ſe cõpati in eodē ſubiecto. Et tũc (inquit) illiuſmodi corpora nihil differrent a dimēſionibus illis, & ſpacio, qđ illi ponebant vacuũ. Quocirca ſi illa corpora tũc nõ poſſent eſſe ſimul, nec poterit corpus phyſicũ ſimul eſſe cum ſuo illo vacuo: & ſic ſequit, vacuũ nõ poſſe eſſe illas dimēſiones, quas illi ponebant. Quod ſi dicant, vacuum nihil prorſus eſſe, hoc eſt, quod Ariſto. venari pretendit.

Textus. lxxvij. Amplius autem manifeſtum eſt: quod hoc, cubus habebit etiam cum transfertur, quod & alia corpora omnia habent. quare ſi à loco nihil differat: quid oportet facere locum corporibus præter vniuſcuiuſq; molem, ſi impaſſibilis moles eſt. nihil enim confert. ſi alterum circa ipſum ęquale ſpacium huiuſmodi ſit.

¶ Scđa ratio ad idē eſt in tex.77. nēpe qua pbat ſupuacaneas eſſe dimēſiones illas inſenſibiles abſtractas a corpore phyſico. Et rõ eſt hec. Cubus.i. corpus quadratũ phyſicũ, qđ loco mouet, habet hoc, qđ quecũq; alia corpora.i. dimēſiões quãtitatis terminatas iuxta materiã ſue forme: que quidē dimēſiones a loco illo ſuo nihil differunt, quia eiuſdē rõnis ſunt dimenſiones corporis phyſici, & ille ſeparate quantũ ad mutandũ & replendũ locũ, licet ille ſint impaſſibiles & immobiles: ergo ſuperflue ponuntur, cum nihil conferat, vt vnum corpus dimenſionatũ habeat equales dimenſiones prope ſe.i. ſecum penetrantes.

Textus. lxxviij. Amplius manifeſtũ eſſe oportet quale vacuũ ſit in his quæ mouētur. Nunc autē. nuſquã infra mundũ. Aer enim aliquid eſt non videtur autem. Neq; aqua ſi eſſent piſces ferrei. Tactũ eñ eſt diſcretio illius quod tangitur. Quod igitur non ſit ſeparatum vacuum, ex his manifeſtum eſt.

¶ Tex. hic.78 nec i vetuſtis codicib⁹ grecis ē, nec eſt Ari. id ꝙ phraſis ipa teſtat. Quare & ab Argyropilo & Vatablo & alijs traductorib⁹ merito pretermittit: ſ3 addit⁹ ab Auerroe: & ſõ ex trãſlatione Boecij eũ hic inſertũ duxim⁹. Ceſuit.n. Cõmē. ꝙ Ari. ptermiſerit rñdere illis, q̃s tex.51. ſubnotauim⁹: q̃ cēſebãt, hoc mediũ inter nos & celũ eē vacuũ idcirco, ꝙ aer nõ pcipit ſenſu: ꝯ quos facit hic tertiã rõnē. Si vacuũ eſt, oportebat maĩfeſtari, quõ illđ eēt i his q̃ mouēt.i. i hac regiõe mobiliũ q eſt ſub luna: nã de eo ꝙ extra vniuerſũ eſt, nihil ad phyſicũ: at vo intra mũdũ nullibi eſt vacuũ: nã aer licet nõ videat, eſt tñ aliquid. Subdit exēplũ. Si piſcēs ferrei eſſent.i. cerulei et aquei coloris, quale eſt politũ ferrũ, eſſent q; immobiles vt ferrũ, tũc viſu p colorē & motũ nõ poſſem⁹ eos diſtinguere ab aqua: tactu tñ p duricię eos diiudicarem⁹: ita l3 viſu nõ poſſim⁹ pcipere aerē, tñ tactu, nullo etiã vēto flãte, cognoſcim⁹ i ſtate, aerē eſſe calidũ: & in hieme, frigidũ. Cõcludit Phi. ex his manifeſtũ eſſe, nõ eē vacuũ a corporib⁹ ſeparatũ.

Textus. lxxix ✠ Sunt autem quidã: qui per rarum: & denſum putant manifeſtũ eſſe ꝙ eſt vacuũ. Si enim nõ eſt rarum & denſum: neq; coire & denſari poſsibile eſt. ſi vero hoc non ſit: aut omnino motus nõ erit, aut totũ fluctuabit, vt dixit Xuthus, aut in ęquale ſemꝑ mutari aerẽ, & aquã oportebit. dico aũt, vt ſi ex aquę cyatho factus eſt aer: ſimul ex ęquali aere, tantã aquã fieri, aut vacuum eſſe ex neceſsitate. coartari eñ ac dilatari: nõ aliter contingit.

¶ In ſcða parte huius capitis que in hoc tex. 79. incipit, progrediẽ Phi. ad exterminandã opinionẽ vacui cõmixti corporib⁹. Proponit aũt prius in hoc textu rationẽ eorũ: que erat hec. Si nõ ſit vacuũ in corporibus, nec poterunt eſſe rara aut denſa, nec rare fieri nec cõdenſari. Putabant eñ ꝙ ſcðm qð vacui plus minuſue eſſet in corpore, rari⁹ eſſet aut denſius: vt ſpõgia aut pumex eſſet rarior q2 plus h3 vacui, lignũ vero aut lapis, minus, q2 minus habet vacui. Sublata aũt raritate ⁊ dẽſitate, rerũ duo merito inferebãt inconueniẽtia. Primũ inferebat Xuth⁹ philoſoph⁹ ex motu locali: nẽpe ꝙ ad motũ vnius muſce deberet moueri, ac fluctuare totũ vniuerſum: nã ſi aer a loco quẽ muſca intrat depulſus nõ condenſaẽ cũ circũſtanti, neceſſe eſt vt ille moueat aliũ aerẽ: ⁊ ille aliũ vſq3 ad celũ: quod proinde motu illo fluctuabit: vt terra cõmoueẽ aere intus moto. Alterũ incõmodum inferebãt ex gñatione, vl3 ꝙ quoties ex aqua. v. g. generaẽ aer neceſſariũ eſſet ex alio tãto aere quãtus hic ginnitur tantũdẽ aque alibi gñrari quãtũ hic corrũpiẽ: nã cũ ex vno pugillo aque fiant decẽ aeris, niſi tãtus aer cõuerteretur in aquã nõ poſſet ille aer capi intra orbẽ lune ⁊ eadem ratione ſi ex aere fieret aqua, neceſſe eſſet vt alibi ex tanta aqua fieret tantus aer. Ad euitandum ergo huiuſmodi inconuenientia neceſſe eſt ponere condenſationẽ ⁊ rarefactionem circunſtantium locorum atq3 adeo vacuum. Xuthus.

Textus. lxxx. ✠ Si igitur rarum dicunt multa vacua ſeparata habens, manifeſtum eſt quod ſi neq; vacuum eſſe poteſt ſeparabile, ſicut neq; locus habens ſpaciũ ſuiipſius, neq; rarum ſic.

¶ In tex. 80. aggreditur iſtorũ rõnem impugnare: diſtinguẽs prius ſenſum duplicẽ quo iſti poſſent vacuũ intra corpora cõminiſci. Vnomõ ſicut extra corpora hactenus dictũ eſt: nempe ꝙ inter ſingulas particulas corporis (quas Democritus appellabat atomos) interciperenẽ ſpacia ſitu ſeparata ab ipſis particulis, puta dimenſiões inſenſibiles vacuas corpore phyſico. Et hic ſenſ⁹ vt ex dicendis colligitur erat intẽtus a Democrito. Qui tamen ſatis impugnatus eſt. Nã quibus rationibus non ſunt extra corpora ſenſibilia huiuſmodi ſpacia ⁊ dimẽſiones ſeparate, neq3 ſunt intra corpora. Alius ſenſus eſſe poſſet vt non darentur huiuſmodi ſpacia ⁊ dimenſiones ſitu ⁊ loco ſeparate a particulis corporis. Quem ſenſum impugnat quatuor rationibus.

Textus. lxxxj. ✠ Si vero nõ ſeparabile, ſed tamẽ ineſſe quid vacuũ: minus quidẽ impoſsibile eſt. Accidit autem primũ quidem: non omnis motus cauſam eſſe vacuũ, ſed eius qui ſurſum eſt. rarũ enim: leue. quapropter ignem. rarum eſſe dicũt. Deinde cauſam motus non ſic eſſe vacuum: vt in quo. ſed vt vtres ex eo quia feruntur ſurſum, ferunt quod ipſis cõtinuũ eſt ſicut vacuũ ſurſum fert. At qui qualiter poſsibile eſt: eſſe lationẽ vacui, aut locũ vacui? vacui eñ eſt vacuum ad quod fertur.

¶ Secũdus iſte ſenſus Democriti varie exponiẽ. Philoponus enim ait ꝙ intelligeret vacuitates iſtas vt in cumulo. v. g. granorum milij orbicula riũ, que ſunt quidẽ ſibi cõtigua tãgentia ſe in pũctis: vt ſphera tangit ſpherã: ſed ſunt nihilomin⁹ vacuitates in alijs partibus quibus non ſe tangũt. Et iſte ſenſus differt ſic a primo, ꝙ ſecũdum primum eſſent talia ſpacia que poſſent recipere alias atomos ſimiles: ſed ſecundũ iſtũ non poſſunt huiuſmodi ſpacia ſimiles atomos recipere, vt ſi tres aut quatuor globos ſe tãgentes diſponas non poſſet in vacuitate intercepta eſſe alius globus. Sed re vera nõ videẽ eſſe iſta mens Ari. Nam iſte ſenſus coincidit cũ ſuperiori: ſiquidem admittit vacuũ ſeparatũ. i. dimenſiones vacuas corpore phyſico. Cum quibus licet nõ ſe poſſent penetrare alie ſiles poſſent tñ alie diſſimiles. vt inter globos. Et iõ ſenſum ẽm forte ita opportet intelligere, ꝙ ille dimenſiones eſſent ſimul conſperſe cum atomis, et penetratiue ſe habẽtes cũ illis, ſ3 dicerent vacue reſpectiue, vt vbi plus eſſet illaꝝ ⁊ minus atomoꝝ corpus eſſet rarius: vbi vero minus illarũ ⁊ plures atomi, eſſet denſius. Neq3 impugnat hunc ſenſum quaſi ſit alicuius: ſed ne quis eũ poſſet fingere. Et ideo ait Ariſ. minus incõueniẽs eſſe ponere in illo ſenſu vacuum q3 in primo ſenſu. Cui⁹ rõnem aſignat Paulus venetus: q2 in primo ſenſu admittebaẽ accidẽs per ſe ſine ſubiecto: in ſcðo vero nõ. Hoc tamẽ neſcio quõ dixerit Paul⁹: nã ẽt in ſcðo ſenſu daẽ accidẽs ſine ſubiecto q2 q̃uis dimẽſiones ſe penetrẽt cũ corporib⁹, nõ tñ ẽm illos erãt in corpe vt in ſubiecto. Sed Phi. ait min⁹ eſſe incõueniẽs: q2 in ſcðo ſenſu nullus admittiẽ locus vacuus corpore phyſico: ſicut in primo. ¶ Primũ nihilomin⁹ incõueniẽs qð ſequiẽ ex hoc ſenſu eſt, ꝙ vacuũ non eſſet cauſa oĩs motus localis (cui⁹ cõtrariũ erat in eorũ opiniõe) ſed ſolũ motus ſurſum: quippe cũ dimenſiones ille ſolum eſſent cauſa raritatis: nam copia dimenſionum cum paucitate atomorum faciebat raritatem: raritas vero eſt cauſa leuitatis: atq3 adeo leuitas eſt cauſa ſolius motus ſurſum motus. ¶ Scðm incõueniens eſt ꝙ vacuum nõ eſſet cauſa motus tanq3 locus, ſed tanq3 vas. Locus eñ in rei veritate eſt cauſa quodãmõ finalis motus naturalis, tanq3 quid immobile fixũ in aliquo puncto vbi cõſeruaẽ res naturalis. At dimenſiones iſte nõ eſſent locus immobilis, ſed que mouerenẽ ſimul cũ corpore quaſi corpus ipſum deferentes: ſicuti vtres ſurſum ſublati deferunt ſecũ vinũ. Qð eſt abſurdũ: qm̃ tunc ſequeret ꝙ loci deberet eſſe locus: ⁊ vacui, vacuum in quo ſe reciperet: nã ſi vacuũ ponitur ratione motus, et vacuum ipſum mouetur, neceſſe eſt dare alium locum vacui ad quẽ moueatur ipſum vacuũ: ⁊ ſcði vacui, aliud vacuũ: et ſic in infinitum.

Textus. lxxxij. ✠ Amplius autẽ: quomodo in graui aſsignabũt ferri deorſum? Et manifeſtum eſt ꝙ ſi quanto rarius & magis vacuum fuerit, ſurſum feretur: ſi omnino ſit vacuum, velociſsime vtiquę feretur. Fortaſſe autem: & hoc impoſsibile eſt moueri. ratio autem eadem, quoniam vt & in vacuo immobilia ſunt oĩa: ſic & vacuũ quod eſt immobile. incomparabiles enim ſunt velocitates.

¶ In text. 82. ſubdit duo alia incõuenientia. Tertiũ ergo eſt ꝙ tunc nõ poterũt aſſignare cauſam mot⁹ grauis deorſum: nã cũ vacuũ ſolũ ſit cauſa motus ſurſum leuiũ, ⁊ nullã aliã cauſam motus inueniunt, niſi vacuum, nullã grauib⁹ relinquũt cauſam ſui motus. ¶ Quartũ argm̃ eſt ꝙ ſi vacuũ eſt cauſa raritatis atq3 motus leuiũ ſurſum, quãto quidpiã magis fuerit vacuũ, velocius ferreẽ ſurſum: ⁊ per ꝯñs qð oĩno fuerit vacuũ velociſſime aſcendet. Cõſequẽs autẽ eſt impoſſibile: nam qua rõne dictum eſt ſuperius nihil poſſe moueri per vacuũ (alias dareẽ motus in inſtanti) probaẽ itidẽ nec vacuũ poſſe per ſe moueri: puta dimenſiones illas ſeparatas: quia nulla erit proportio velocitatis earũ ad velocitatẽ corporis phyſici.

Textus. lxxxiij. ✠ Quoniam autem vacuum quidem non dicimus eſſe, alia verò dubitata ſunt verè: aut motus non erit, ſi non erit denſitas & raritas, aut fluctuabit cœlum, aut ſemper æqualis aqua ex aere erit, & aer ex aqua. manifeſtum enim eſt, quòd plus aeris, ex aqua fit. Neceſſe eſt igitur, ſi non eſt conſtrictio: aut expulſum attiguum vt vltimum fluctuet facere, aut alicubi alibi ęquale mutari ex aere in aquam, vt tota moles totius ęqualis ſit, aut nihil moueri. ſemper enim re trãſmutata, hoc accidet, niſi circulariter moueatur. Non autem ſemper fit in circulum loci motatio: ſed & in rectum. hi igitur: propter hæc, vacuũ aliquid eſſe dicerẽt.

¶ In tertia parte huius capitis rñdet antiquorũ obiectionibus. Atqui in tex. 83. reſumit argumenta ſupra facta. cap. 6. ⁊ poſtea prime text. 79. quibus arguebãt motũ localẽ nõ eſſe poſſibilẽ, niſi ſit raritas ⁊ dẽſitas: alias fluctuaret celum: ⁊ rurſus ſi alicubi ex aqua generatur aer, oporteret, vt alibi ex tanto aere genereẽ aqua, vt cõmento. 79. expoſuimus. Et hoc (inquit) neceſſarium eueniet, niſi ſit cõſtrictio vel cõdẽſatio, alias [Expulſum attiguũ]. i. expulſa illa pars quam id qð mouetur tangit, ⁊ expellit loco, faciet vltimum. i. celũ fluctuare: ⁊ pariter aer hic genitus faciet tantum alibi corrũpi [vt tota moles totius equalis ſit]. i. ne cum ex parua aqua generatur magnus aer, deẽ penetratio dimẽſionũ ⁊ ſic ꝯtinget vt celũ ampli⁹ dilateẽ a cẽtro: ⁊ cũ ex ꝑuo aere generaẽ magna aqua, fiet, vt cõſtringaẽ ad centrũ ad modũ fluctuãtis aq̃ ne deẽ vacuũ. Excludit cauillationẽ, qua quis poſſet rñdere dicens, ꝙ motus fit ſemper per circulũ: vt a loco quem intrat. A. mobile, pellaẽ. B. ⁊ a loco quẽ intrat. B. pellatur. C. ⁊. C. rurſus intret locum, vñ. A. diſceſſerat. Arguit autẽ Ph. ꝙ non ſemp res mouenẽ ſic circulr: ſed aliquando mouentur recte. Obidq3 neceſſe eſt dari modum, quo fiat raritas ⁊ dẽſitas ad euitandum huiuſmodi inconuenientia.

Textus. lxxxiiij. ✠ Nos autem dicimus ex ſuppoſitis, ꝙ eſt materia vna contrariorum, calidi & frigidi, & aliarum phyſicarum contrarietatum: & ex eo quod potentia eſt, id quod eſt actu, fit. & non ſeparabilis quidem eſt materia: ipſo autem eſſe diuerſa eſt. & vna eſt numero ſi forte fuerit: coloris, & caliditatis, & frigiditatis. ¶ Eſt autem & corporis materia, & magni & parui: eadem. manifeſtum autem eſt: cùm enim ex aqua factus eſt aer: eadem materia non inſuper accipiens aliquid aliud facta eſt, ſed quod erat potentia actu facta eſt. Atque rurſus aqua ex aere: ſimiliter. Aliquando quidem in magnitudinem, ex paruitate: aliquando verò in paruitatem, ex magnitudine. ſimiliter igitur ſi & aer multus exiſtens, in minori fiat mole, & ex minori maior: potentia exiſtens fit materia vtraq;. Vt enim ex frigido fit calidum, & ex calido frigidum eadem, quia erat potentia: ſic & ex calido, magis calidũ nullo facto in materia calido, quod non erat calidum, quando minus erat calidum. ¶ Sicut neq; maioris circuli circunferentia & curuitas, ſi fiat minoris circuli, eadẽ cum ſit, aut alia: in nullo facta eſt curuitas, quod erat non curuũ, ſed rectum. non enim ex eo quia intermittitur: ipſum minus aut magis eſt. neq; eſt accipere flãmæ magnitudinem aliquam: in qua & albedo & caliditas non inſit. Sic igitur & prior & calor poſteriori, quare & magnitudo & paruitas ſenſibilis molis, non inſuper accipiente aliquid materia, extenditur: ſed quia potẽtia eſt materia vtriuſq;. Quare eſt idem, denſum & rarum: & vna materia ipſorum eſt.

¶ In tex. 84. verã edocet cauſam raritatis ⁊ denſitatis: quatuor preiacens fundamenta. Primũ ex lib. 1. text. 67, ⁊ text. 70. Vna eademq3 materia eſt duoꝝ cõtrarioꝝ: puta calidi ⁊ frigidi: rari ⁊ denſi: ⁊c. idem enim numero, quod modo eſt calidum, poſtea eſt frigidum: ⁊c. Scðm ex eodem lib. text. 78. Quicquid fit actu tale, fit ex eo, qð eſt potẽtia tale: vt ex frigido, qð eſt potẽtia calidum, fit actu calidũ, nã forma q̃cunq3 educiẽ de potẽtia materie: vt libro eodẽ, q̃ſtiõe. 7. diſſerebam⁹. Tertium. Materia nõ eſt ſeparabilis a cõtrarijs. i. non põt dari materia ſine aliqua forma, aut eius ꝯtraria: omne enim corpus aut calidum eſt, aut frigidũ: aut ſub media qualitate, que quodãmodo contrariaẽ extremis: differt tñ ſubiectum rõne a ſe vt eſt ſub forma: nam alia rõne materia eſt ſub hac forma, ⁊ alia rõne eſt in potẽtia ad aliã. Quartũ. Vna eadẽq3 materia eſt ſub cõtrarijs accidentibus: puta vnũ ⁊ idẽ corpus eſt nunc ſub calore, ⁊ poſtea ſub frigiditate. ¶ Tunc ad propoſitum ſic arguit. Eadẽ numero materia eſt cõtrariorũ: magnum ⁊ paruum ſunt ꝯtraria: ergo eadẽ eſt materia magni ⁊ parui: ⁊ per ꝯñs rari ⁊ denſi. Subdit exẽplũ in gñatione ſubſtãtiali: vt cum ex aqua fit aer, nihil ei materie accreſcit nouum: ſed eadem numero que ſub forma aquę erat ſub minoribus dimenſionib⁹, ſub forma aeris extenditur ad maiores: ⁊ econuerſo cum ex aere fit aqua. ¶ Hoc eſt punctum reſponſionis. Cenſebant. n. antiqui, vt hic inſinuat Ariſt. ꝙ rarefactio fieret, per hoc ꝙ rei que rarefit, aliquid ab extrinſeco adueniret, quo fit maior: ⁊ condẽſatio per hoc ꝙ aliquid ei adimiẽ quo fit minor. Qð dupliciter exponiẽ: nã

Cauſa raritatis ac dẽſitatis.

Raritas et denſitas.

S. Tho. ⁊ Paul. ⁊ alij iuniores intelligunt, denſitatē fieri ſm antiquos, per hoc ꝙ aliquę partes corporis ab extrinſeco aduenirent ad replendū vacua, quę erant in corpore: ⁊ raritatē, per hoc ꝙ illa corpa expellerent. Sed forte nō itelligebāt, vt ait Philoponus, niſi ꝙ raritas fieret per hoc, ꝙ corpus quod rare fit imbiberet ab extrinſeco plures vacuitates. Appellabant enim vacuū dimēſiones illas mathematicas abſtractas a corpore: ⁊ quāto plus illarū erat in corpore, minuſq; de corporeitate, erat rarius: ecōuerſo in dēſitate pellebātur ille dimēſiones, ⁊ cōſtringebant partes corporis: veluti cū ſpongia bibit aquā, tumeſcit: q̄ pulſa cōſtringit: ⁊ pariter vter dū inflatur. Et hoc deſignat hic Ariſt. dicens, ꝙ aqua rare facta nō fit aer, per hoc aliquid inſuper accipiat. i. aliquid vacui. ¶ Ait ergo Ariſt. ꝙ raritas non fit per aduentū illarū dimēſionū, ſed per hoc ꝙ eadem materia que erat ſub minori quātitate, fit in actu ſub maiori, ad quā erat in potētia: atq; adeo educitur de tali potētia: ⁊ denſitas fit per hoc, ꝙ eadē materia que prius erat ſub maiori quantitate, fit ſub minori ad quā erat in potentia, veluti cū frigidū fit calidū, nihil addit ſubſtantie, aut materie ſubiecti: ſed idē ſubiectū qđ prius erat ſub vna forma, fit ſub alia, ad quā erat in potentia. Et eadē rōne ſicut calidū fit magis calidum per ſolā intenſionē forme in eodem ſubiecto, ita rarū fit magis rarū per hoc ꝙ idē ſubiectū acquirit maiorē quātitatē: non que venit ab extrinſeco, ſed que educitur de potētia ſui ſubiecti: quod .1. de genera. exacte tractandum eſt. ¶ Subdit exēplum alterū de circulo. Ubi ꝯſiderandū ꝙ dicentes rarefactionē fieri per multiplicationē vacui nō videbantur rarefactionē ponere vniformiter per oēs partes corporis: ſed ꝙ illa pars ſolum rarefieret vbi eſt vacuū. Probat ergo Ariſt. ꝙ cum ex aqua fit aer, ſm oēs partes fit rarefactio. Et id ꝓbat exēplo circūferētie cōuexe circuli, qñ cōſtringit. Qđ pōt fieri duob⁹ modis. Primo ſi ſphera ſolida lignea magna arte tornatili fiat minor, tunc tenēdo quātitatem diſtingui a re quāta noua ſupficies ꝓducit in actu que educitur de potētia materie, vt lib. 2. q. 2. dicebamus. Alio mō ſi virga curua faciēs magnū circulū cōtrahatur in minorē circulū, tūc nulla ſupficies ꝓducitur noua: ſed ſolū fit, minor figura. Et hoc eſt qđ ait [eadē cum ſit aut alia]. i. ſiue noua quātitas producatur ſiue nō. Utrouis mō fiat nulla pars circuli incurtiatur que antea nō erat curua: neq; aliqua pars incuruat alia vero nō: ſed cū oēs eſſent curue efficiuntur magis curue [nō ex eo q: interimittitur]. i. nō ex eo ꝙ plures partes ſunt curue q̄ recte fit magis curuū, aut ex eo ꝙ plures ſunt recte q̄ curue eſt min⁹ curuū: ſed cū oēs partes eſſent curue recipiūt maiorē curuitatem ad quā erant in potētia. Ita cū aliquid fit magis, aut minus rarū. Nuſq; vidi hāc expoſitionē: exiſtimo tñ hūc eſſe ſenſum germanum: quippe quo eleganter cōdēnantur ponētes raritatē fieri per illas dimenſiones abſtractas. Quorū opinio (vt eam ſemel intelligas) erat, ꝙ interpolatim in corpore vna pars dimenſionum ſeparatarū erat ſimul cum corpore, ⁊ alia per ſe vacua: non per hoc ꝙ ſingule partes rarefierent: ſed per hoc ꝙ plura eſſent vacua q̄ plena: ⁊ dēſitatē ecōuerſo. ¶ Qđ adhuc cōfirmat exēplo flāme: cuius nullā eſt accipere partē in qua non fit albedo. i. lux ⁊ caliditas [ſic igitur prior calor poſteriori]. i. ita ſe habet remiſſior calor reſpectu intenſioris: nēpe ꝙ qui per ſingulas partes extenſus eſt intenditur. Et ita contingit in raro ⁊ denſo.

Textus. lxxxv. Eſt autem ipſum quidem denſum, graue: rarū autem leue: duo enim ſunt in vtroq;, & denſo & raro. graue enim & durum: denſa videntur eſſe. & contraria, leue inquā & mole: rara. Diſſonant autem graue & durum: in plumbo & ferro.

¶ In tex. 85. poſtq̄ oſtēdit vnde raritas dēſitaſq; proueniant, rñdet ad aliud qđ illi dicebāt, vꝫ vacuum eſſe cauſam motus localis. Ait ergo ꝙ cauſa eadē eſt raritatis ⁊ leuitatis: eadēq; eſt cauſa dēſitatis ⁊ grauitatis. Duo. n. effect⁹ proueniūt ex dēſitate, puta duricies ⁊ grauitas: duoq; item ꝯtrarij ex leuitate, puta raritas ⁊ mollicies: quo fit vt eadē cauſa ſit ⁊ raritatis ⁊ motus ſurſum: ſicuti eadem etiā eſt ⁊ dēſitatis ⁊ motus deorſum.

¶ In hoc textu inſerit Boetius repetitionē illi⁹ ſimilitudinis de circulo. Eſt tamen inutilis repetitio: q̄ ab Auerroe creditur adiecta. Et ideo Uatablus ⁊ Argy. ⁊ alij merito eam pretermittunt.

Textus. lxxxvj. Nullatenꝰ poſsibile eſt vacuū. EX dictis igitur manifeſtum eſt: quòd neque diſgregatum eſt vacuum, neq; ſimpliciter, neque in raro, neq; potentia, niſi quis velit omnino vocare vacuum, cauſam lationis: ſic autē ipſius grauis, aut leuis materia quatenus huiuſmodi: erit vacuum. Denſum enim & rarum: ſecundum hanc contrarietatem, motus factiua ſunt. ſecundum autem ipſum durum & molle: paſsionis & impaſsibilitatis, & non loco mutationis: ſed alterationis magis. Et de vacuo quidē, quomodo eſt, & quomodo non eſt: determinatum ſit hoc modo.

Nullo mō eſt vacuū. ¶ In tex. deniq; 86. ⁊ poſtremo de vacuo ſub forma epilogi cōcludit, nullatenus eſſe poſſibile vacuū: neq; diſgregatū. i. ſeparatum, puta dimēſiones: neq; ſimplr ſine aliquo prorſus corpore, aut dimēſione, vt eſt vacuū extra celū: neq; in raro. i. in corporib⁹ vt efficiat raritatē: neq; in potentia, niſi id quod eſt cauſa mot⁹ ſurſum, aut deorſum velis appellare vacuum in potentia: nā iſto mō nihil vetat, quominus materia. i. ſubiectū ipſum qđ eſt graue, aut leue dicat vacuū. Rarū. n. ⁊ denſum ſunt in potentia ad duas ꝯtrarietates: nam rarum eſt cauſa leuitatis, denſum vero grauitatis: ⁊ hac rōne rarū ⁊ denſum ſunt cauſa motus ſurſum ⁊ deorſum. Eſt item rarū cauſa, vt ſit mole: ⁊ denſum cauſa, vt ſit durum: ⁊ ſm hoc rarum ⁊ denſum non ſunt cauſa motus localis, ſed motus alterationis: puta paſſionis, aut impaſſibilitatis: nam mole facile patitur ⁊ corrumpitur: durum autem, difficile. Sequitur. q. 3.

## DE TEMPORE. CAPUT. X.

Textus. lxxxviij. Conſequens autem eſt ad ea quæ dicta ſunt: aggredi de tempore. primum autem bene ſe habet, dubitaſſe de ſeipſo, & per exteras rationes: vtrum ſit eorum quæ ſunt an eorū quæ nō ſunt, deinde quæ ſit natura ipſius.

¶ Tertiū mēbrū principale hui⁹ libri eſt de tempore:



vt enim locus eſt mēſura mobilis, ita ⁊ tempus eſt mēſura motus: atq; adeo poſt ꝯſiderationē loci, ⁊ (qđ eius contrarium eſt) vacui proxime ſubſequit tractatus de tēpore. Qui capitula continet quinq;: textus autē ſm Cōmenta. quadraginta octo. In cap. hoc. 10. qđ in textus decem diſtinguitur, proponit opiniones extraneas cum ſuis qualibuſcūq; rationibus. Ait ergo ꝯñs eſſe poſt ea que dicta ſunt de tempore diſſerere: primū quidē proponēdo dubitationes, afferēdoq; exteras rōnes. i. dialecticas vt ait Cōmēta. q̄ non ſunt phyſice: ſed probabiliter contra veritatem dubitationem faciunt.

Textus. lxxxviij. Quod igitur omnino non ſit, aut vix & obſcurè: ex hiſce aliquis ſuſpicabitur. Aliud enim ipſius factum eſt, & non eſt: aliud verò futurum eſt, & nondum eſt. Ex his autem, & infinitum & quod ſemper accipitur, tēpus: cōponitur. Quod autem ex iis quę non ſunt cōponitur: fieri nō poſſe videtur vt poſsideat aliquando eſſentiam.

¶ Due ſunt de tēpore precipue dubitationes: altera de tēpore ipſo, qđ eſt ens ſucceſſiuū: altera de inſtāti, quo partes eius copulant. Facit ergo duas apparētes rōnes, ꝙ tēpus non ſit: ⁊ deinde progreditur ad inſtans: ⁊ tertio diſputat quid ſit tempus. Prima ergo ratio in hoc tex. 88. eſt hec. Id cuius partes nō ſunt, nō eſt: nam totū ex partibus pēdet, ex quibus cōſtat: partes autē temporis nō ſunt: ergo nec tēpus eſt. Minorē probat: q: pars preterita tēporis, iam nō eſt: pars vero futura nōdum eſt: tēpus autem ex his tantū duabus partibus cōſtat: nā nunc non eſt pars tēporis, vt ſtatim dicturus eſt: ergo tēpus ipſum nō eſt: aut ſaltim obſcure eſt. i. vix intelligi pōt, quomō ſit. Ly, infinitū, adiectiuū eſt de ly, tēp⁹, vt patet Grece: vbi vtrūq; eſt maſculini generis. Appellat autem tēpus infinitū ⁊ quod ſemper accipitur, propterea ꝙ (in eius opinione) eſt perpetuum.

Textus. lxxxix. Ad hæc autem: omnis rei partibilis ſi quidem ſit, neceſſe eſt quando eſt, aut quaſdā, aut omnes partes eſſe. temporis autem: aliæ fuerunt, aliæ verò, futuræ ſunt. nulla autem eſt: cùm ſit diuiſibile. ipſum autem nunc: non eſt pars. nam & mēſurat pars: & componi oportet totū, ex partibus. tempus autem: non videtur componi ex ipſis nunc.

¶ Secūda rō in tex. 89. eadē ꝓpemodū eſt. Cuiuſcūq; (inqt) rei partibilis. i. habētis partes neceſſe eſt, qñ talis res eſt: aut oēs ei⁹ ptes ſimul eſſe, aut ſaltē aliquas. Ait, oēs (vt inqt Themiſtius,) ꝓpter res ſimplr ꝑmanētes vt corpus ⁊ linea: aliquā vero ꝓpter res que habēt aliquam ſucceſſionem: vt in comedia qñ repreſentat vnus actus, alius tranſiuit. Tēporis autē nec oēs, nec aliqua pars vnq; eſt: ergo tēp⁹ nō eſt. Probat minorē. Si aliqua pars tēporis eſſet, maxime illud inſtans preſens, qđ vocam⁹, nunc, nā ꝑteritas partes et futuras oſtēſum eſt iam modo nō eſſe: hoc autē, nunc, nō eſt pars tēporis: ergo nulla pars temporis eſt. Minor vero ꝓbat: nā pars habet duas cōditiones. ſ. ꝙ eſt mēſura toti⁹ (vt binari⁹ eſt mēſura. i. pars aliquota ſenarij,) vel pars conſtans ex aliquotis (vt quaternarius eſt pars ſenarij) ⁊ itē cōponit totū. Inſtans autē non eſt menſura temporis: nō. n. tempus eſt magnum vel paruum, q: habet plura vel pauciora inſtantia: cum quodlibet habeat infinita: nec tēp⁹, cū ſit diuiſibile, cōponitur ex inſtantibus, que ſunt indiuiſibilia.

Tex xc. Amplius autem & ipſum nunc, quod videtur diſtinguere preteritum & futurum, vtrum vnum & idem ſemper permaneat, an aliud ſit & aliud: non facile eſt videre. Si enim ſemper alterum & alterum eſt, nulla autem eſt earum quę ſunt in tempore alia & alia pars ſimul quæ non contineat, alia verò contineatur vt minus tempus ſub maiore, ipſum autem nunc quod non eſt, prius autem fuit, neceſſe corruptū eſſe aliquando: & ipſa nunc ſimul quidem inter ſe non erunt. corruptum autem eſſe: neceſſe eſt ſemper prius. in ſeipſo igitur corruptum eſſe, impoſsibile eſt: ex eo quia tunc eſt. In alio autem nunc, corrūpi ipſum prius nūc: non contingit. Sit enim impoſsibile: contigua eſſe ad inuicem ipſa nunc, vt punctum cum pūcto. Si igitur in eo quod eſt conſequenter, non corruptum eſt, ſed in alio: in mediis nunc quæ ſunt infinita, ſimul erit. hoc autem: impoſsibile eſt.

¶ In text. 9. arguit itē ꝓbabilr, ꝙ nullū ſit inſtās, ſeu nūc. Et q̄uis inſtās vr̄ eſſe quid ſuperius ad nūc, (qđ ſolū vr̄ deſignare nūc preſens) nihilominus accipit, nūc, generalr pro inſtanti ea rōne q̄ eſt, vel fuit pſens. Rō eſt hec. Si eſſet nunc temporis, vel illud eſſet idem numero per omne tēpus, aut eſſent diuerſa: neutrū iſtorū: g nullū eſt nūc. Probat minor. Si ſunt diſtincta, tunc neceſſe eſt, vt duo, nunc, nō poſſint eſſe ſimul: nā due ptes tēporis eſſe nequeūt ſimul, niſi cū vna ꝯtinet ⁊ alia cōtinet, ſicut pars in toto: quēadmodū mō eſt hora tertia, ⁊ dies Iouis, ⁊ mēſis ſeptēbris. Unum autē, nūc, nō pōt eſſe pars alteri⁹, cū oīa ſint īdiuiſibilia. Tūc rurſus. Si duo, nunc, nō poſſunt eſſe ſimul, neceſſarium eſt, vt qñ hoc eſt, aliud prius fuerit corruptū: impoſſibile autē eſt inſtās corrūpi: g nō ſunt diſtincta inſtātia. Minor ſuadet ſic. Inſtās aut corrūpit qñ eſt, aut poſtq̄ fuit: nō qñ eſt: q: qđ ſm ſe totū eſt nō corrūpit: nec corrūpit qñ nō eſt, q: maxime. A. inſtans corrūperet in. B. inſtāti ſequēti: qđ eſt impoſſibile: nam cum inter quecūq; inſtātia medient infinita, nō pōt. B. eſſe cōtiguū: ⁊ immediatū ipſi. A. ⁊ per ꝯñs. B. nō pōt eſſe primū inſtās nō eſſe ipſi⁹. A. qđ erat neceſſariū, vt. A. corrūperet in. B. Cōcludit g ꝙ ſi inſtās preteritū nō corrūpit in eo qđ ꝯſequeret. i. immediate ſequit (q: nullū eſt tale) ſequit, vt nullo mō corrūpat, ⁊ per ꝯñs duo inſtantia manent ſimul: qđ eſt impoſſibile. Rō hec ſolū adducitur probabiliter, ⁊ nō demōſtratiue: nā inſtans corrumpitur. i. deſinit eſſe, quādo eſt per vltimum ſui eſſe.

Tex xcvij At verò, neque ſemper idem permanere: poſſibile eſt. nullius enim diuiſibilis finiti: vnus terminus eſt. neque enim ſi ad vnum ſit continuum: neque ſi ad plura: ipſum autem nunc, terminus eſt: & tempus eſt accipere finitum.

¶ Alterā partē videlicet ꝙ ſit idē, nunc, ꝑmanēs per omne tēp⁹ reprobat duab⁹ rōnib⁹. Prima in hoc tex. 91. eſt hmōi. Nullius cōtinui finiti eſſe poteſt vnus tantū terminus (neq; ſi ad vnū ſit cōtinuū neq; ſi ad plura]. i. neq; ſi ſit continuum ſm vnam

vnã tm̃ dimẽſionẽ, vt linea: nec̃ ſm̃ plures, vt ſuperficies & corpus: linea.n. finita duo habet extrema pũcta: & ſuperficies ad minus tres lineas: & corpus plures ſuꝑficies: intelligitur.n. de quãtitate cõtinua recta: nam ſuperficies circularis vnica linea terminatur: tẽpus autẽ eſt quid continuum & finitum: hora.n. dies, menſis, & annus tẽpora ſunt finita: ergo ad minus neceſſe habẽt, vt duobus, nunc, terminetur, videlicet in preteritum & in futurum.

Textus. xcij. ❧ Amplius ſi ſimul eſſe ſecundũ tempus, & neq; prius neque poſterius, in eodem eſſe & ipſo hoc nunc ſit, & ſi qua prius, aut poſterius in ipſo nũc ſunt: ſimul erunt quæ ante decies millenos facta fuerunt annos, cum iis quæ fiunt hodie, & neque prius neque poſterius vllum aliud alio. De iis igitur quæ inſunt ipſi: tot ſint dubitata.

¶ Secũda ratio eſt in tex.92. talis. Idẽ eſt aliqua eſſe ſimul, & eſſe in eodẽ, nunc, nec prius, nec poſterius: ergo ſi idem, nunc, erat ante centum annos, & ante decies millenos, quod modo eſt: ſequitur, vt res q̃ tunc erant, & q̃ nũc ſunt dicantur eſſe ſimul, nec prius ille fuiſſe q̃ he: nam eſſe pri⁹ eſt eſſe in alio, nunc, precedẽti hoc, quod modo eſt. Conſequens tamen abſurdiſſimum eſt dictu.

Textus. xciij. ❧ Quid autem eſt tempus, & quæ ipſius natura: ſimiliter & ex traditis immanifeſtum eſt, & ex iis quæ fuimus percurrentes prius. Nam quidam: vniuerſi eſſe motum dicunt. Alij, ſpheram ipſam. Atqui circulationis etiam pars: tempus quoddã eſt. circulatio verò nõ. pars enim circulationis eſt: quod acceptum eſt, ſed non circulatio. Amplius aũt, ſi plures eſſent cœli: ſimilr̃ eſſe & tẽp⁹, cuiuſlibet ipſorũ motus. Quare multa tempora: ſimul.

Tres opiniones de tẽpore. ¶ Poſt argumentationẽ q̃ non ſit tẽpus, neq; inſtans, diſputat tertio inquirẽdo, quidnã ſit tẽp⁹. De qua re tres enarrat, ac refutat opiniões. Ait ergo, q̃ difficilẽ eſſe cognitionẽ tẽporis, cõſtat ex his, que modo obijciebãtur. Quidã.n. dixerunt tempus eſſe motum vniuerſi. Alij vero ſpheram ipſam.ſ. ſubſtãtiã vniuerſi. Alij autẽ idẽ eſſe tempus, qđ mot⁹ in gñe. Primã opinionẽ redarguit duabus rationib⁹: dicebãt.n. iſti q̃ tẽpus eſt circulatio motus. Cõtra qđ arguitur. Si circulatio integra eſt tẽpus, fit, vt quecunq; pars circulationis ſit proinde tẽpus: nam quecũq; pars temporis eſt tẽpus. Si autem pars circulationis eſt tẽpus, & tempus eſt circulatio, quelibet pars circulationis eſt circulatio: qđ eſt falſum: nã circulatio eſt motus ab aliquo puncto in idẽ. Rõnem hãc q.4. examinabimus: que certe nõ eſt demõſtratio. Reſpõderi.n. poſſet ſatis eſſe ad rõnẽ temporis, q̃ ſit pars circulationis. Secũda ratio eſt. Si tẽpus idẽ eſt, quod motus circularis celi, fit, vt ſi eſſent plures celi, plura eſſent tẽpora: quod tñ eſt falſum, imo, vt bene ait Philoponus, quãuis per impoſſibile plures eſſent celi eiuſdẽ magnitudinis & velocitatis, & plures mũdi, qui mouerentur eodẽ motu, quo iſte noſter, non eſſent plura tẽpora, ſed idem dies menſis & annus eſſet in oĩbus: vt queſtione quarta vberi⁹ explicam⁹.

Textus. xciiij. ❧ Vniuerſi autem ſphera: viſa eſt quidem, dicentibus eſſe tempus. quia & in tẽpore omnia ſunt: & in ipſa vniuerſi ſphera. Eſt autẽ ſtultius quod dictum eſt: q̃ vt de eo impoſſibilia conſideremus.

¶ Secũdã opinionẽ dicentiũ ſpherã vniuerſi eſſe tẽpus: ſiue intelligas vniuerſum ipſum, ſiue primũ mobile, dicit adeo eſſe ſtultam, vt ſuperuacaneũ ſit incõueniẽtia eius recẽſere. Perſuadebãt enim ſibi ſpherã primã eſſe tempus hoc paralogiſmo. Omnia corporalia ſunt in tẽpore: oĩa ſunt itẽ in prima ſphera: ergo prima ſphera eſt tempus. Qui quidẽ ꝑalogiſm⁹ primo peccat in equiuoco: equiuoce enim ſunt corporalia in ſphera & in tẽpore: in illa enim ſunt tanq̃ in loco: in hoc vero, tanq̃ in menſura durationis. Secũdo quia concludebat in ſecũda figura ex puris affirmatiuis: vbi medium non diſtribuitur. Et q̃ illa opinio eſſet manifeſte ſtulta, patet, vt ait Themiſtius, q: ſphera vniuerſi eſt ens permanens: tempus vero, ens ſucceſſiuum.

Textus. xcv. ❧ Poſtquã autem videtur maximè motus eſſe ac mutatio quædam, tempus. hoc conſiderandũ erit. Vniuſcuiuſque igitur mutatio, & motus: in ipſo quod trãſmutatur eſt ſolũ, vbi fuerit ipſum quod mouetur & tranſmutatur. tempus autem, ſimiliter & vbiq;, & apud omnia eſt.

¶ In tex.95. refellit tertiã opinionẽ, ſi modo tñ cuiuſpiã fuerit.ſ. tempus idẽ eſſe qđ motus. Differt opinio hec a prima q̃ illa ponebat tẽpus ſolũ eſſe motũ primi mobilis: hec vero motũ in genere: vt vniuſcuiuſq; rei motus eſſet ſuũ tempus. Qđ autẽ tẽpus ſit motus, q̃uis ſit falſum: eſt tñ vero ſimile: & ideo prius duab⁹ rõnibus ꝓbat q̃ nõ eſt mot⁹, ac deinde tertia q̃ nõ eſt ſine motu. Prima eſt. Motus vniuſcuiuſq; eſt ſubiectiue in ipſo qđ mouet̃, aut in eodẽ loco. S. Tho. interꝑtatur primã particulã alludere ad motum alterationis & augmẽtationis: ſecundã vero ad motũ localem in loco: nõ q̃ motus localis non ſit ſubiectiue in mobili perinde vt alij motus: ſed q̃ motus localis dicitur motus in loco. vel forte vt Themiſti. & Philopo. aiunt particula diſiũctiua accipit pro copulatiua, vt ſepe fit Grece. Ut ſit ſenſus q̃ mot⁹ eſt in eo qđ mouet̃ & nõ alibi. Tẽpus vero non eſt in rebus que mouẽtur: q: vnũ & idem vniformiter eſt in omnibus: eoſdem enim numero annos ego habeo & quicũq; natus eſt qñ ego: & eandem numero horã legimus qui hora tertia legimus: ergo tempus non eſt idem quod motus.

Textus. xcvj. ❧ Amplius autem, mutatio quidem omnis, velocior aut tardior eſt. tempus autem non eſt. tardũ enim & velox: tempore diffiniũtur. Velox enim eſt: quod in pauco, multum mouetur. Tardum autẽ, quod in multo, parũ. Tempus autẽ nõ definitur tẽpore: neq; quo quantum quid eſt. neque quo quale. Quod igitur non eſt motus: manifeſtum eſt. Nihil autem referat nobis dicere in preſentia: motum aut mutationem.

¶ In tex. deniq; 96. & poſtremo addit ſcđam rõnẽ. Oĩs motus eſt velox, aut tardus: atq; adeo magis, aut minus tardus: nõ ſolũ in his inferiorib⁹, ſed etiã celorum aliud alio veloci⁹ mouet̃: tẽpus autẽ nec tardũ dicit̃, nec velox: ergo motus non eſt tẽpus. Probat minorẽ q: tardũ inquit, & velox tẽpore diffiniũtur. velociter enim id mouet̃, quod paruo tẽpore lõgũ ſpaciũ percurrit: tarde vero, quod longo tẽpore trãſit paruũ: ergo tẽpus vniforme eſt & idẽ vbiq;: alias nõ eſſet mẽſura velocitatis & tarditatis. Et hoc eſt qđ ſubdit [.ſ. q̃ tẽpus quantũ ſit, aut quale nõ diffinitur tẽpore;] nõ.n. dicimus dies vernos longiores eſſe hyemalib⁹, quia maiori tempore durant: quinimo idem eſt prorſus eſſe maiores dies, & eſſe maiora tẽpora. Nec diffinim⁹ Mayũ eſſe mẽſem meliorẽ Februario, quia eſt melius tẽpus: eſſet enĩ idẽ per idẽ diffinire. Si ergo quantitas & velocitas motus diffinitur tẽpore, non autem quantitas tẽporis recte cõcluditur, tẽpus non eſſe idem quod motus. Et ibi (vt ſolet) ſecat Cõmentator textum.97. Ait vero Ariſto. q̃ ea ratione qua tempus non eſt motus, neq; eſt mutatio: qualis eſt generatio.

## ❧ QVO DEFINITVR QVID ſit tempus.

## CAPVT. XI.

Textus. xcvij. AT verò, neque ſine mutatione. cùm enim ipſi nihil mutamur ſecundum intelligentiam, aut latet nos mutari: non videtur nobis fuiſſe tempus. ſicuti neque iis qui in Sardo fabuloſè dicũtur dormire apud Heroas: cùm fuerint experrecti. Copulant enim primum nunc poſteriori nunc, & faciunt vnum: remouentes propter inſenſibilitatẽ, medium. Vt igitur, ſi non eſſet alterum nunc ſed vnum & idem, non eſſet tempus: ſic & quando latet alterum eſſe, non videtur quod medium eſt, eſſe tempus. Si igitur vt non putemus eſſe tempus, tunc accidit nobis, cùm nõ diffinimus vllam mutationem, ſed in vno & indiuiſibili videtur anima manere, cùm autem ſenſerimus, ac diffiniuerim⁹, tunc dicimus fuiſſe tempus: manifeſtũ eſt quòd non eſt ſine motu ac mutatione, tempus.

¶ In capite.n. tertiò vndecim diſtributo, ꝑmiſſa iam recitatiõe cõtrariarum opinionũ, diffinire primũ intẽdit, qđnã ſit tp̃us: ac deinde qđ ſit nũc tẽporis. Et ideo in has duas partes capitulũ ſecatur. At q: mot⁹ & tp̃s res ſunt affinitate cõiũcte, & ꝓbauerat motũ nõ eſſe tp̃s, ꝑmittit ſubinde q̃ſi prohemiũ dicẽdorum: nec tẽpus eſſe ſine motu, nec mot⁹ rurſus ſine tẽpore: idq; oſtẽdit hac rõne. Tẽp⁹ nõ cognoſcim⁹, niſi per cognitionẽ motus: ergo tp̃s nõ eſt ſine motu: nã ſicut res ſe habent ad cognitionẽ, ita ſe habẽt ad eſſe. 2. meta. text. 4. Añs manifeſtat exẽplo dormientiũ: cũ.n. quiſpiã in tenebris profundo prolixoq; ſomno captus nullũ ꝑcipit motũ, fit, vt poſtmodũ excitatus cõiungat inſtãs, quo expergiſcit̃, inſtãti, quo dormire ceperat: & ideo nullũ cognoſcit trãſiſſe tẽpus: aut non quantũ trãſiuit. Et hoc eſt qđ ait [cũ ipſi nihil mutamur ſm̃ intelligentiã] .i. q̃uis nos ſemꝑ in rei veritate mutemur, ſi tamen nõ intelligimus mutari motu aliquo, non percipimus tempus: ſed tñ q̃ primũ ſentimus motũ, ſtatim cognoſcim⁹ tẽpus.

Dormientium fabule. ¶ Adducit exẽplũ fabule apud Sardos. Refert Simpli. cũ capta fuit a Grecis Sard⁹ inſula inuẽta illic fuiſſe cadauera nouẽ filiorum Herculis, balſamo alijſq; aromatibus ſic cõdita, vt non mortuorum, ſed dormientiũ prorſus imaginẽ exhiberẽt, hos incole heroes dormiẽtes appellabãt, colebãtq; vt deos. Horumq; meminiſſe hic (ait) Ph. Philop. vero cõmemorat ad hmõi heroes in more fuiſſe deferri infirmos ſanitatis cauſa: qui cũ demonũ incãtationib⁹ tres, aut q̃tuor dies ſopore velut dormiẽtes attoniti eſſent, poſtea excitati putabãt nullũ prorſus tẽpus trãſiſſe: ſed eadẽ hora cepiſſe & finiſſe ſomnũ. Alij neſcio quos hoĩes fabulabant̃ tredecim milia annorum dormiſſe. Eſt bonũ argm̃. Nã ſi propterea qđ nõ ꝑcipim⁹ motũ, non percipimus tẽpus, ſignum eſt q̃ ſi in rei veritate non eſſet motus, non eſſet tempus.

Textus. xcviij. ❧ Quod igitur neq; motus, neq; ſine motu tempus eſt: manifeſtum eſt. Accipiendum eſt autem, quoniam quærimus quid eſt tempus, hinc incipientibus: quidnam ipſius motus ſit, ſimul enim motum ſentimus, & tempus. Etenim ſi ſint tenebræ, & nihil per corpus patiamur, motus autem quidam in anima inſit: confeſtim ſimul videtur quoddam fuiſſe & tempus. At verò & cùm tempus videtur fuiſſe aliquod: ſimul & motus quidã fuiſſe videtur. Quare aut motus, aut motus aliqd: eſt tempus. Cùm igitur non ſit motus: neceſſe eſt motus aliquid eſſe, ipſum.

¶ Poſtq̃ conſtitutum eſt tẽpus & motũ ſubiecto eſſe coniũcta, vt neutrum ſine altero eſſe valeat, proſequitur inueſtigare: quidnam tẽpus ſit ipſi⁹ motus. Et intentio eius eſt, q̃ tempus ſit numerus motus ſm̃ prius & poſterius: & intelligitur de regulariſſimo motu primi mobilis. Repetit autem in hoc text. 98. amplius explicare affinitatem tẽporis & motus. Cũ.n. dixerat tp̃s non cognoſci, niſi per motũ, ſubdit, q̃ non eſt neceſſaria cognitio mot⁹ corporei ad cognoſcẽdũ tp̃s: ſꝫ ſatis eſt ſi cognoſcamus noſtrarum ſucceſſionẽ mentaliũ cogitationũ. Si enim q̃s in tenebris corpore quietiſſim⁹ nullũ in ſe, aut extra ſe corporeum motũ experiẽs aliqđ meditet̃ ſucceſſiõe meditatiõis ꝑcipit tp̃s trãſiſſe. ¶ Nec ſolũ tp̃s ꝑ motũ cognoſcim⁹, verũ & ecõuerſo ꝑ tp̃s venim⁹ in cognitionẽ mot⁹. Queadmodũ.n. q̃ aliq̃ dulci cõtẽplatione, aut ſtudio delectat̃, eo q̃ non ſentit laborẽ motus, nõ cognoſcit quantũ tempus ſtuduit, ita econtrario infirmi qui grauiter ferunt motũ febris, putant maius tẽpus trãſiſſe, q̃ tranſiuit: et ideo neutri bene iudicant tempus per motũ: ſed vtriq; ecõtrario ꝑ temp⁹ cognoſcũt, quantũ motum paſſi ſunt: vt cum hora ſonat qui dulciter ſtudet intelligit plus ſtuduiſſe, q̃ putarat: & febricitans minorẽ motũ febris trãſiſſe, q̃ crediderat. Cõcludit ergo, q̃ ſi adeo ſunt cõiuncta tempus & motus, fit, vt tẽpus vel ſit motus, vel aliquid eius: & cum non ſit motus, ſequit̃ vt ſit eius aliqđ: puta aut pars eius, aut accidens, aut quiduis aliud.

Textus. xcix. ❧ Cùm autẽ quod mouetur, moueatur ex quodam in quoddam, & omnis magnitudo cõtinua ſit: ſequitur magnitudinẽ, motus. Quia enim magnitudo cõtinua eſt: & motus eſt cõtinuus: Quia verò motus, & tempus: quantus enim motus eſt: tantũ & tempus ſemper videtur fuiſſe. ¶ Prius autem & poſterius: in loco primum ſunt. hic quidẽ; poſitione. Quoniam autem in magnitudine eſt prius & poſteri⁹: neceſſe eſt & in motu eſſe prius & poſterius proportionaliter iis quæ ſunt ibi. At verò

verò & in tēpore eſt prius & poſterius: propterea ꝙ alterum ſequitur ſemper alterum ipſorũ. ¶ Eſt autem prius & poſterius ipſorũ: in motu. Id quidem quod eſt, motus eſt: eſſe tamen ipſi, alterum eſt, & non eſt motus.

¶ Poſtq̄ȝ conſtitutũ eſt, tēpus eſſe aliquid ipſius motus ad rem ꝓprius accedēs Ph. oſtēſur⁹ tempus eſſe numer⁊ motus ſm̄ prius ⁊ poſterius, prenotat, qua rōne in tēpore ſit prius ⁊ poſterius. Et q̄ꝛ tempus non haberet prius ⁊ poſterius, niſi eſſet quātitas cōtinua (numerus. n. decē hominũ, aut lapidũ nō dicit aliũ alio eſſe priorē, aut poſteriorē) manifeſtat, q̄uo tēp⁹ ſit quantitas ꝯtinua. Tria. n. ſunt cōtinuo⁊ genera. ſ. magnitudo, motus, ⁊ tēpus. Atqui vt cōtinuitas magnitudinis cauſa eſt ꝯtinuitatis motus, ita cōtinuitas mot⁹ cauſa eſt cōtinuitatis tēporis. Exēpli gr̄a. Mot⁹ nō eſt niſi trāſit⁹ ab vno termino in aliũ: (q̄ð quāuis verũ hēat in motu etiā alteratiōis ⁊ augmentatiōis, oculati⁹ tñ̄ inſpicit in motu locali) ⁊ ideo mot⁹ ſequit̄ magnitudinē: nēpe vt ex eo ꝙ mobile pri⁹ attingit priorē partē ſpacij (.ſ. ſibi ꝓpinquorē) q̄ȝ poſteriorē illi ꝯtinuā, mot⁹ ipſe habet ptes cōtinuas [q̄ꝛ vero motus]. ſ. eſt cōtinu⁹ [⁊ temp⁹] ſ. eſt continuũ. Nam quāt⁹ eſt motus, tm̄ eſt tēpus. Loquit̄ enim ſemper de motu regulari primi mobilis, vbi quāta eſt portio mot⁹, tm̄ eſt tempus. Nā de his inferiorib⁹ iam dixerat text. 96. ꝙ mot⁹ velocior breuiori tēpore ptrāſit, tm̄ ſpaciũ, q̄tũ mot⁹ tardus in maiori tēpore. Eſt certe deductio pulchra vt nō aliũde ſit actio ꝯtinua, niſi q̄ꝛ magnitudo eſt cōtinua: ⁊ q̄ꝛ actio eſt cōtinua, aggregatũ ex priori ⁊ poſteriori, in quo ratio tēporis cōſiſtit, ſit etiā ꝯtinuũ. ¶ Poſt hec cōfeſtim explicat dr̄iam inter rationes prioris ⁊ poſterioris horũ trium. Ait enim ꝙ prius ⁊ poſterius in loco per quē mobile mouet̄, eſt ſm̄ poſitionem ⁊ ſitum partiũ. In magnitudine enim quā habes ante pedes iacētem, prius ⁊ poſterius accipitur reſpectu tui, vt q̄ð eſt tibi ꝓpinquius, ſit pri⁹: q̄ð vero magis diſtat ſit poſterius: ſicut dextrũ eſt, q̄ð habes ad dexterā: ⁊ ſiniſtrũ, q̄ð habes ad ſiniſtram. In motu vero, q̄ꝛ non eſt ens permanens, non eſt per ſe prius ⁊ poſterius poſitione: ſed proportionabiliter. i. per reſpectũ ad magnitudinē: vt illa pars motus ſit prior, qua trāſit prima pars magnitudinis: illaq̄ȝ poſterior, qua trāſit poſterior. At vero in tēpore erit prius ⁊ poſteri⁹, ppterea q̄ꝛ alte⁊ ſequit̄ alterũ. i. q̄ꝛ tēp⁹ inſequit̄ motũ: ⁊ ecōuerſo. ¶ Subiūgit tandē verbũ attētione dignũ ad intelligētiā tēporis dicēs, ꝙ prius ⁊ poſterius ipſorũ. ſ. mot⁹ ⁊ tēporis eſt q̄dē in motu. [Nā id quidē q̄ð eſt, motus eſt]. i. prius ⁊ poſteri⁹ ipſi⁹ motus nō eſt res diſtincta a motu, ſed eadē res, que eſt motus [eſſe autē ipſi, alterum eſt.] Diffinitio autē alia eſt motus, ⁊ alia prioris ⁊ poſterioris: etenim quēadmodũ pri⁹ ⁊ poſteri⁹ in magnitudine, nō eſt res diſtincta a magnitudine, ſȝ ſit⁹ partiũ magnitudinis, nihilominus alia eſt diffinitio magnitudinis, ⁊ alia ſit⁹, q̄ ſunt diſtincta p̄dicamēta, ita p̄us ⁊ poſteri⁹ in motu: idē eſt realiter cũ motu: nā ſunt ptes eius: differunt tñ̄ diffinitione: q̄ꝛ motus eſt actus entis in potentia: in qua diffinitione non fit mentio prioris, aut poſterioris preteritive, aut futuri: tempus autē eſſentialiter eſt duratio illa ⁊ mora motus.

Tp̄s nō ē alia numero res a motu.

At verò & tempus quidem cognoſcimus: cum diffiniuerimus motum, prius ac poſterius diffinientes. atque tunc dicimus fuiſſe tempus: quando prioris & poſterioris in motu, ſenſum cęperimus. Determinamus autem aliud & aliud exiſtimando ipſa, & medium quippiam inter ipſa alterum. cùm enim extrema altera à medio intellexerimus, duoq́; dixerit anima, ipſa nunc, hoc quidē prius, illud verò poſterius: tunc & hoc dicimus eſſe tempus. Quod enim determinatur ipſo nunc: tempus eſſe videtur, & ſupponatur. Tex. c.

¶ Subſequēter in hoc tex. 100. dr̄iam aperit inter tēp⁹ ⁊ motũ: dicēs, ꝙ tēpus ſequit̄ motũ, non inquātũ motus eſt actus entis in potentia (. i. actio quedā incepta que nondũ venit ad terminũ) ſed inquātũ in motu ſunt ſignabilia duo, nunc, aliud prius ⁊ aliud poſterius. ſ. preteritum ⁊ preſens. Quod demonſtrat hoc ſigno, q̄ꝛ tunc cognoſcimus eſſe tēpus, q̄ñ rationē prioris ⁊ poſterioris percipimus in motu, alias minime. vt ſuperiori dormientiũ exēplo oſtēſum eſt. At vero q̄ꝛ paulo antea determinauerat tēpus eſſe quantitatem continuam, partes vero quantitatis cōtinue nō ſunt duo in actu (q̄ꝛ nō ſunt actu ſeparate) ſubdit ꝙ prius ⁊ poſterius in tēpore, quāuis ſint continua: tamen anima per operationem intellectus facit illa eſſe duo. Non ꝙ tempus ſit ens rationis ſolũ habens eſſe per operationē intellectus (eſt eñ̄ ens reale) ſed numerat vt duo illa q̄ ſunt partes eiuſdē ꝯtinui. Tũc igit̄ cũ numerat illa duo, ⁊ mediũ ſentit inter illa, cognoſcit tempus. Id. n. (inq̄t) q̄ð determinat̄ ⁊ intercipit̄ inter duo, nunc, eſt tempus, vt confeſtim vberius patebit.

Quando igitur tanquam vnum, ipſum nunc ſentimus, & non aut prius & poſterius in motu, aut vt idem quidem, non autem prioris & poſterioris cuiuſdam: nō videtur tempus fuiſſe vllum, quoniam neque motus. Cùm autem prius & poſterius eſt: tunc dicimus tēpus. Hoc enim eſt tempus: numerus motus ſecundũ prius & poſterius. Nunc ergo motus, tempus eſt: ſed quatenus numerum habet motus. Tex. cj.

¶ In tex. deniq̄ȝ. 101. ꝯcludit diffinitionē tēporis: ea q̄ dicta ſunt explicati⁹ declarād o. Q̄ð. n. affirmatiue dixerat, tũc nos cognoſcere tēp⁹, q̄ñ duo, nũc, terminātia aliquā ſucceſſionē ꝑcipim⁹, ſubdit negatiue q̄ñ ⁊ q̄uo tēpus nō ſentimus. Eſt tñ̄ textus hic amphibologicus. S. Tho. exponit ſic, ꝙ nō niſi vno modo cognoſcimus tēpus. ſ. cognoſcendo duo, nunc, terminātia aliquā ſucceſſionē. Et ideo exiſtimat ꝙ excludantur duo modi a ratione tēporis. ſ. quando percepimus duo nunc tanq̄ȝ vnũ nō percipiendo medium motum inter illa, vt eſt in exemplo dormientiũ: aut q̄ñ cognoſcimus vnũ, nunc, preſens tanq̄ȝ finē prioris temporis ⁊ initiũ futuri: tunc (inquit) nō cognoſcim⁹ tēp⁹. Et hec expoſitio cōſona eſt textui ſupra primo. Nihilomin⁹ cōtextui huius litere, neſcio an magis cōgruat alius ſenſus Themiſtij ⁊ Philoponi: nēpe ꝙ dupl'r cognoſcimus tēpus. ſ. aut cognoſcēdo duo, nunc, tanq̄ȝ extrema vnius ſucceſſionis: aut cognoſcēdo vnũ nunc tanq̄ȝ terminũ prioris, ⁊ initium poſterioris. Nā etiā iſto mō cognoſcimus



tēpus, vtpote preteritũ ⁊ futurũ. Et ita intelligēda eſſet tũc litera. ſ. ꝙ ſi nō cognoſcamus, vel medium inter duo, nunc, vel vnũ, nunc, tanq̄ȝ cōtinuatiuum prioris ⁊ poſterioris, non cognoſcimus tēpus: ſi tñ̄ cognoſcamus, vel mediũ inter duo, nunc, vel duo extrema eiuſdem, nunc, cognoſcim⁹ tēpus. Sed ſi ſentiamus ſolũ nunc p̄ſens abſolute, nō cōſiderādo ꝙ eſt t'mus preteriti ⁊ initium futuri, non cognoſcimus tēpus. Eſt g̊ tēpus numerus motus ſcđm prius ⁊ poſterius. Diffinitio hec amplius explicatur. q. 4. Interim autē ſatis eſt ſi exēplo intelligatur. Numerus. n. dierum, aut horarum, aut morarum quarũcũq̄ȝ (quibus pro indiuiſibili mēſura vtimur) per q̄s durat ſucceſſio motus, eſt tempus.

Diffinitio tēporis.

Signum autem eſt. plus enim & minus diſcernimus numero: motum autem plurem & minorem, tempore. Numerus itaque quidam: tempus eſt. ¶ Quoniam autem numerus eſt duplex (etenim quod numeramus ac numerabile, numerum dicimus: & quo numeramus) tēpus eſt quod numeratur. & non quo numeramus. eſt autem alterum quo numeramus: & quod numeratur. Textus. cij.

¶ Due ſunt particule hui⁹ tex. 102. in prima, ſigno quodā a poſteriori probat tēpus eſſe numerũ: nā cum numerus ſit quantitas diſcreta: tēpus vero ſit cōtinua, dubiũ eſſe poterat. Ratio eſt hec. Id quo certificamur de quātitate alicui⁹ rei eſt numerus (metimur. n. quantũ ſit ſtadium numero paſſuum, aut pedũ: ⁊ panũ metimur vlnis) tempus autē eſt id quo metimur motũ (dicim⁹. n. tot horas oraſſe quēpiā, aut ſcripſiſſe: aut tot vixiſſe annos) ergo tēpus eſt numerus. In ſecũda particula explicat quiſnā numerus ſit tēpus. Eſt. n. duplex numerus. ſ. materialis ⁊ numeratus, vt decē hoīes, aut decē lapides q̄ ſunt de p̄dicamēto ſubſtātie: numer⁹ vero formalis quo numeramus eſt aggregatũ ex vnitatib⁹, vt intellectu abſtrahitur ab hoc ⁊ illo ſubiecto. Et hoc mō eſt de p̄dicamēto quātitatis: hoc. n. mō eiuſdem rōnis eſt denarius lapidũ ⁊ hominũ. Vñ numerus numerans ⁊ numerat⁹ ſola rōne differunt: ſunt eñ̄ eedē vnitates. i. quātitates re⁊: ꝯſiderate, aut cōcrete in ſubiecto, aut abſtracte ꝑ intellectum ab hoc ⁊ illo ſubiecto. Dicit g̊ ꝙ tēpus nō eſt numerus formalis quo nũeram⁹: alias ſeq̄ret̄, ꝙ nũerus quarũcũq̄ȝ re⁊ etiā ꝑmanētiũ vt lapidũ eſſet tēpus: q̄ꝛ numerus formalis, quo, eiuſdem rōnis eſt in oīb⁹ reb⁹. Eſt g̊ tēpus numerus numerat⁹, puta partes ille prior ⁊ poſterior in ſucceſſione motus. Vñ quēadmodũ decem vlne panni ſunt vna res continua, ſed ſunt decem vnitates quibus menſuratur, ita numerus prioris ⁊ poſterioris eſt tempus quatenus horis, aut diebus metimur motũ. An vero tēpus ſit res diſtincta a motu necne, queſtione id quinta diſputamus.

Numerus duplex.

Et vt motus ſemper alius eſt & alius, ſic & tempus. Tempus autem ſimul omne, idem eſt. nam ipſum nunc, idem eſt, ſecundum id quod eſt: eſſe autem ipſi, alterum eſt. Textus. ciij.

¶ Poſtq̄ȝ diffinitũ eſt: quid ſit tēpus: procedit in hac ſecũda pte textus, vt oſtendat, quenā res ſit nũc, tēporis, ſeu inſtās tēporis. Q̄ð pro eodē ſemper accipito. Utrũ vꝫ vnum idēq̄ȝ numero fluat per omne tēpus, an diuerſa ſibi ſuccedāt hoc. n. in dubium reuocauerat ſupra text. 90. Proponit ergo in hoc tex. 103. cōcluſionē hāc. Nunc tēporis eſt idē ſm̄ rem fluēs per omne tēpus, rōne tñ̄ differt ⁊ eſt plura, ſcđm ꝙ idē cōſiderat̄ ſm̄ ſucceſſionē motus tanq̄ȝ alterũ ⁊ alte⁊: puta vt preteritũ, p̄ſens, aut futurũ. Ait ergo, ꝙ vt motus eſt ſemp alius ⁊ alius (eſt. n. ſucceſſio mobilis aliter ⁊ aliter ſe habētis reſpectu loci) ita ⁊ tēpus, q̄ꝛ real'r idē eſt ꝙ motus, ſemp eſt aliud ⁊ aliud. Attamen tēpus omne ſimul. i. ſm̄ omnes ſuas partes eſt eadē res, q̄ꝛ eſt real'r idē nunc. ſ. eadē exiſtentia mobilis. [Eſſe autem ipſi alterum]. i. ipſum autē nunc ratione ⁊ diffinitione differt a ſucceſſione temporis: hoc autem nō immoramur explicare: quandoquidē Ariſtot. ſeipſe continuo explicat.

Ipſum autem nunc, tēpus metitur, quatenus prius eſt atq; poſterius. Ipſum autē nunc, eſt quidem vt idē: eſt verò vt non idem. Quatenus enim in alio & alio eſt: diuerſum eſt. hoc autem: eſt eſſe ipſi nunc. quatenus verò eſt id quod eſt, ipſum nunc: idem eſt. ſequitur enim (vt dictum eſt) magnitudinem motus. hunc autem: tempus, vt diximus. & ſimiliter igitur punctum: id quod fertur, quo motum cognoſcimus, & prius in ipſo & poſterius. hoc autem ſecundum id quidē quod eſt: idem eſt. punctũ enim, aut lapis, aut aliquid eiuſmodi: eſt. ratione autem aliud eſt. ſicut Sophiſtæ accipiunt eſſe diuerſum: Coriſcum in Lycio eſſe, & Coriſcum in foro. & hoc igitur., ex eo quia alibi & alibi eſt: diuerſum eſt. ¶ Ipſum autem nunc, ſequitur id quod fertur: vt tempus, motum. eo. n. quod fertur: cognoſcimus prius & poſterius in motu. Quatenus autē numerabile eſt prius & poſterius: ipſum nunc eſt. Quare in his, id quidem quod eſt nunc: eſt idē. prius enim aut poſterius eſt: quod in motu eſt. ipſum autem eſſe alterum. Quatenus enim numerabile eſt prius & poſterius: ipſum nunc eſt. & notum maximè: hoc eſt. etenim motus eſt: per id quod mouetur, & latio per id quod fertur. Hoc aliq̄d enim eſt id quod fertur: motus autem, non. Eſt igitur vt idē ipſum nunc dictum ſemper: eſt autem, vt non idem. etenim ſimiliter: & quod fertur. Textus. ciiij.

¶ Subſequēter tex. 104. manifeſtā facit cōcluſionē. Ad euidētiā tñ̄ huius textus qui lubricus ac difficilis eſt, notādũ eſt: ꝙ ſiue quātitas, ⁊ pũctũ diſtinguant̄ a re quāta, ſiue nō, imaginandũ eſt, ꝙ ſi punctũ trahatur per aliquā planiciem, veſtigiũ illius eſt linea: ⁊ ideo ad imaginationem ex pũcto eodē numero indiuiſibili fit magnitudo. Et q̄ꝛ cōtinuitas motus reſultat ex continuitate magnitudinis, per quā res mouet̄, ex priori ⁊ poſteriori in magnitudine cognoſcimus prius ⁊ poſterius in motu. Demus ergo, vt id quod mouetur ⁊ fingitur eſſe pũctum, ſit lapis. Cognoſcim⁹ tunc prius ⁊ poſteri⁹ in motu propterea ꝙ eadē res aliter ⁊ aliter ſe habet in diuerſis partibus ſpacij: vt exiſtentia mobilis in priori parte ſpacij ſit prius in motu, exiſtētia vero in poſteriori parte ſit poſteri⁹. Illud aũt prius ⁊ poſterius in ſucceſſione motus eſt tēpus. Et ideo naturā ipſius, nunc, explicat Ariſto. per ſimilitudinē ad pũctũ: ꝙ ſicut

ꝙ ſicut punctū vnum fluēs facit magnitudinem, ita ad imaginationem vnum nunc, puta vna eademq; exiſtentia mobilis quatenus fluēs ſecūdum prius ⁊ poſterius, facit tempus. Quo circa quemadmodū motus ſola ratione predicamētali differt a mobili, vt lib.3.q.2. dicebamus, ita tempus ſola ratione differt a motu primi mobilis, vt hic.q.4. opinamur. ¶ Litera vero fere ſyllabatim eſt enarranda. [ipſum autem nunc, tempus metitur: quatenus prius eſt atq; poſterius] hoc videtur contradicere ei quod dixerat text. 89. ſcilicet nunc non eſſe partem temporis, qm̄ non eſt eius menſura. Nulla eſt tamen contradictio: vt enī punctum, q; eſt indiuiſibile, in ſe cōſideratū non eſt pars linee, nihilominus ex fluxu ipſius reſultaret linea, ita inſtans indiuiſibile non eſt pars tēporis: nihilominus ex fluxu illius imaginatū relinqui tēpus. Et ideo licet ſimpliciter conſideratum nō ſit mēſura tēporis, tn̄ cōſideratū vt fluens ſecundū prius ⁊ poſterius eſt mēſura temporis. Et quāto per maius ſpacium decucurrit primū mobile, maius fuerit tēpus. Obidq; ſubdit ꝙ [ipſum nunc eſt quodāmō idē in toto tēpore, quodā modo diuerſum. Quatenus. n. in alio ⁊ alio eſt]. i. q̄tenus exiſtentia mobilis eſt in alio ⁊ alio loco ſunt plura nunc diuerſa rōne. Et [hoc eſt eſſe ipſi nunc]. i. ratio ⁊ quiditas ipſius nunc in hoc cōſiſtit, ꝙ aliter ⁊ aliter ſe habeat mobile: nam ſi nullus eſſet motus, ſed eſſet ſolus deus, qui eſt immobilis, nullum eſſet tempus, nec nūc temporis: ſed eternitas [quatenus vero ⁊c.]. i. ſi ipſum inſtās cōſideretur quatenus eſt res quedā, eſt vnum ⁊ idē in toto tēpore: nā eſt vna exiſtētia eiuſdē primi mobilis. Ad cuius intelligentiā ſubdit ꝙ motus ſequitur magnitudinē: motū autē ſequit̄ tēp⁹. i. tēpus eſt prius ⁊ poſterius in motu: prius autē ⁊ poſterius in motu conſequitur ex hoc ꝙ mobile aliter ⁊ aliter ſe habet in priori ⁊ poſteriori parte magnitudinis: nam [ſimiliter (inquit) vt punctum (aut lapis) qđ fertur per magnitudinē eſt id per quod cognoſcimus motum, ita idē eſt per qđ cognoſcimus tēpus.] Nempe vt ſicut vnū ⁊ idē mobile realiter manēs cōſiderat̄ vt diuerſa ſm ꝙ aliter ⁊ aliter ſe hʒ in magnitudine, ita inſtantia ipſa ſunt realiter idem. ſ. eadem exiſtentia conſiderata vt prius eſt in vna parte durationis poſtea in alia. ¶ Subdit exemplum de Coriſco. Arguūt. n. ſophiſte, eſſe in foro aliud eſt, q̄ eſſe in Lycio. (gimnaſium erat Ariſt.) ſʒ Coriſcus eſt nunc in foro, nunc in Lycio: ergo Coriſcus in foro alius eſt a coriſco qui eſt in Lycio. Si enim cōcludunt ꝙ eſt alius in re, male cōcludunt: bene tn̄ inferunt ꝙ ſit alius ratione. ¶ Subiungit [ipſum autē nūc, ſequit̄ ⁊c. Arguit a cōmutata proportione. (Sicut mobile ſe habet ad motū, ita, nunc, ſe habet ad tempus (nam ſicut mobile aliter ⁊ aliter ſe habens ſm priorem ⁊ poſteriorē partē in ſpacio facit motum, ita ⁊ nunc aliter ⁊ aliter ſe habēs ſm prius ⁊ poſteri⁹ durationis facit tēpus) ergo ſicut ſe habet tēpus ad motū, ita ſe habet nūc ad mobile: perinde ac ſi diceres, ſicut ſex ad tria, ita q̄tuor ad duo: ergo ſicut ſex ad quatuor, ita tria ad duo, ſed mobile vnum, idem ſm rem aliter ⁊ aliter ſe habens eſt motus: ergo ⁊ nunc vnum ⁊ idem ſm rem. ſ. vna exiſtentia mobilis rōne differens vt numerat̄ tanq; ratione plura ſm prius ⁊ poſterius eſt tēpus. Concludit ergo ꝙ in his. ſ. in motu ⁊ in tēpore, id quidē qđ eſt nunc ⁊ mobile vna res eſt: eſſe autē eſt alterum. i. differūt ratione nunc preteritū ⁊ nūc preſens: ſicut mobile in priori parte ſpacij ⁊ idē in poſteriori. ¶ Illic autem [quatenus enim] q; dixerat per mobile nos cognoſcere motum, ſicut per nunc cognoſcimus tempus: et menſura notior eſſe debeat menſurato, ait ꝙ mobile cum ſit hoc aliquid. ſ. quedā ſubſtantia, notior eſt, q̄ motus qui eſt quoddā eius accidens minime entitatis, vtpote qđ non eſt niſi in fieri: et ideo per mobile aliter ſe habēs in partibus ſpacij cognoſcimus motum. Et pariter per nunc quod noti⁹ eſt q̄ tēpus. ſ. per exiſtētiā mobilis prius in vna parte q̄ in alia cognoſcimus tēpus. Et ita tandē cōcludit ꝙ quēadmodū mobile eſt quodā modo idem. ſ. re, diuerſum tamen ratione, ita ⁊ nunc.

Manifeſtum eſt autem, quòd & ſi tempus nō ſit, ipſum nunc non erit: & ſi ipſum nunc non ſit, tēpus nō erit. Vt enim ſimul ſunt, id quod fertur, & latio: ſic & numerus eius quod fertur, & mutationis. ¶ Tempus enim eſt, loci mutationis numerus. ipſum autem nunc, eſt vt quod fertur. vt vnitas, numeri. & continuum tempus eſt, ipſo nunc: & diuiditur ſecundum ipſum nunc. ſequitur autem hoc: loci mutationem, & id quod fertur. Etenim motus & loci mutatio vna eſt, ipſo quod fertur, quia vnum: & non ſecundum id quod eſt. (etem deficeret) ſed ratione. Et diſterminat priorē & poſteriorem motum hoc. Sequitur autem & hoc quodāmodo: punctum. etenim punctum: & cōtinuat quodāmodo lōgitudinē, & diſterminat. eſt enim huius quidē, principiū: illius verò, finis. Textus. cv.

¶ Ex his que mō dicta ſunt, infert proprietates quinq; ipſius, nunc. Prima eſt, ꝙ quotieſcūq; eſt aliqđ inſtās, tunc verū eſt dicere, ꝙ eſt tēpus: et ratio eſt, q; nunc ⁊ tēpus dicunt̄ ad cōuertentiā, ſicut mobile ⁊ motus. Ut enim ſequitur, motus eſt: ergo mobile mouetur: ⁊ ecōuerſo, mobile inquātum mobile eſt: ergo motus eſt (nā ratio mobilis exercet̄ in motu) ita ſequit̄, tēp⁹ eſt: ḡ nūc tēporis eſt cōiungēs p̄teritū cū futuro: ⁊ ecōuerſo ſequit̄, inſtās eſt: ḡ tēpus eſt: nā nunc cōnotat cōtinuationē durationis p̄teriti cum futuro: ⁊ ideo exiſtētia Dei vbi nō eſt p̄teritū ⁊ futurum, nō eſt nunc tēporis, ſed eternitas: vt. q. 4. latius explicamus. Deinde cōparat tēp⁹ motui locali: eo ꝙ oīum ſit motuū manifeſtiſſim⁹. ¶ Tūn in q̄tuor cōparant̄ nūc tēporis ⁊ mobile. Primū eſt: ꝙ nūc ſe habet in tēpore, ſicut mobile in motu: vt iam ſupra dictū eſt: nā ſicut fluxus mobilis eſt mot⁹, ita fluxus inſtātis eſt tēpus. Secundū eſt: ꝙ nunc ſe hʒ vt vnitas numeri: nam licet prius ⁊ poſteri⁹ in motu (q̄ ſunt tēp⁹) ſint cōtinua, numerant̄ autem per modum plurium: qm̄ vnum, nunc, puta exiſtentia in hac parte ſpacij habet ſe ſicut vna vnitas: ⁊ exiſtētia in alia parte, ſicut alia vnitas. Tertium eſt: ꝙ partes tēporis cōtinuant̄ ipſo nunc: ⁊ p̄terea quarto diuidunt̄ etiā ipſo nunc: quemadmodum ⁊ partes motus cōtinuant̄ ⁊ diuiduntur quodā mō rōne mobilis. Si enim nō eſſet vnum numero mobile, qđ mouetur, non eſſet idē mot⁹: vt ſi vſq; ad certum punctum moueret̄. a. ⁊ inde moueret̄. b. nō eſſet idem motus in. a. ⁊ in. b. ⁊ pariter Comparatio ipſius, nunc ad mobile.



riter ſi idē inſtans nō cōiungeret p̄teritū cum futuro, nō eſſet vnū tēpus. Et rurſus quēadmodū idē mobile exiſtēs in hoc pūcto ſpacij diſterminat ⁊ ſeiungit preteritā ⁊ futurā partes motus, ita ⁊ idē, nunc, diſcernit elapſum tēpus a futuro. Quatenus ergo eſt finis vnius, ⁊ principiū alterius, habet vtrūq;. ſ. ꝙ diſtingat inter p̄teritum ⁊ futurū: ⁊ rurſus ex ambob⁹ faciat vnū tēpus cōtinuū. Quēadmodū pūctū mediū magnitudinis vtrūq; facit. ſ. diſtinguit inter medietatē priorē ⁊ poſteriorē, ⁊ copulat ambas. Ait autē, ꝙ loci mutatio eſt vna ab vnitate mobilis: q;. ſ. mobile eſt vnū. Non (inquit) eo ꝙ eſt vnum ſm rem, ſed ſm rationem. i. in quātum vnum ea ratione qua mouetur. Etenī ſi qđ mouetur, deficeret. i. ceſſaret, ⁊ poſtea inciperet moueri, non eſſet idem motus, quia non maneret idem. i. ſub eadē ratione mobilis, licet maneret eadem ſubſtātia. Alludit ad graue proiectū ſurſum, qđ in puncto reflexionis q̄eſcit: ⁊ ideo aſcēſus ⁊ deſcēſus nō ſunt idē mot⁹.

Textus. cvj. Sed cùm ſic quidē accipiat aliquis, tanq̄ duobus vtens vno: neceſſe eſt ſtare, ſi erit principiū & finis, idem punctus. ipſum autē nunc: ex eo quia mouetur id quod fertur, ſemper alterum eſt. ¶ Quare tempus numerus eſt, non vt ipſius puncti, quia & principiū & finis eſt: ſed vt vltima ipſi⁹ lineæ magis, & non vt partes, & propter id quod dictum eſt. medio enim puncto, tanquam duobus vtimur. Quare: vt quieſcat, accidit.

¶ Cum hacten⁹ perſeuerauerit in cōparatione, nunc, tēporis ad punctū magnitudinis, manifeſtat iam modo quomodo teneat cōparatio, quomodoq; nō teneat. Punctum enim conſideratur vt principiū ⁊ finis quatenus continuat partes eiuſdē linee: ⁊ in hoc aſſimilatur ei. nunc. Poteſt etiam conſiderari tanq; finis vnius motus ⁊ initium alterius diſcontinui tanq; actu interſecās duos motus per quietem: vt ſi graue proijciatur ſurſum, aſcendet vſq; ad certū punctum, ⁊ inde recidet. In quo puncto reflexionis (ait) neceſſe eſt mobile ſtare, id eſt, quieſcere: nam in illo puncto eſt primum non eſſe aſcenſus, ⁊ vltimum non eſſe deſcēſus. Et neq; in hoc eſt diſſimilitudo inter punctum, nunc: quia pariter in eodem, nunc temporis intercidit̄ motus. Sed vult dicere Ariſtoteles ꝙ quando dicimus tēpus eſſe numerum motus, intelligitur numer⁹ eiuſdem motus cōtinui, quia tēpus eſt adeo cōtinuū, vt naturaliter intercidi nō poſſit: vt. ſ. imaginetur idem nūc fluēs quod prius fuit initiū diei, aut hore ⁊ poſtea eſt finis eiuſdē. Et hac (inquit) ratione ipſum nunc, quatenus facit tēpus, nō eſt cōparandum ad punctū, quatenus eſt principiū ⁊ finis diuerſorum motuum diſcontinuorum, ſed ad duo puncta diſtincta que ſunt extrema eiuſdē linee: nempe vt ex ductu talis puncti reſultat vna continua linea. ¶ Subijcit autem obiter ꝙ puncta extrema eiuſdem linee nō ſunt partes linee, ſicut nec nunc ſunt partes temporis.

Textus. cvij. Et inſuper manifeſtum eſt ꝙ neque pars eſt ipſum nunc, temporis, neque diuiſio, motus: ſicut neque puncta ipſius, lineæ. lineæ enim duæ: partes vnius ſunt. Quatenus igitur terminus eſt ipſum nūc: nō eſt tēpus, ſed accidit. Quatenus verò numerat: numerus. termini enim illius ſolùm ſunt: cuius ſunt termini. Numerus autem horum equorū, denarius ſcilicet: & alibi eſt. Quod igitur tēpus numerus motus eſt ſecūdū prius & poſterius, & cōtinuū (nam cōtinui eſt) manifeſtum eſt.

¶ In text. deniq;. 107. ⁊ poſtremo huius capitis, explicatius manifeſtat quod dixerat: videlicet, nunc tēporis non eſſe partem temporis. Ut enim (inquit) punctū nō eſt pars linee, nec diuiſio motus. i. illud quod ſecernit precedentem partem actionis cum ſequente (quod appellant, mutatum eſſe) eſt pars motus: ita neq; inſtās eſt pars temporis: ſed continuat partes temporis, tanq; finis vnius, et initium alterius. At vero quia numerus eſt menſura omnium que numerantur ab illo) ſicut vna vlna lignea eſt menſura omniū que illa menſurantur) inſtans autem temporis, cum ſit terminus temporis, eſt ſubiectiue in ipſo tempore, quod eſt in primo mobili, videtur ꝙ nō poſſit eſſe menſura horum motuum inferiorum. Ad hanc dubitationem reſpondet hic: ꝙ quatenus inſtans eſt terminus durationis, aut continuatiuum partium eius, non eſt tempus, ſed eſt accidens temporis: ſicuti punctum eſt accidens linee. Quatenus autem numerat (id eſt quatenus duratione ⁊ ſucceſſione motus illius primi mobilis metimur durationem motuum inferiorum) illa duratio ⁊ ſucceſſio eſt numerus. Et ratio eſt: quia termini eſſe non poſſunt, niſi in illo ſubiecto cuius ſunt termini, numerus autem in ratione menſure, eſt in rebus menſuratis: quib⁹ anima applicat talem numerum, ad ſumendum iudicium quantitatis earum. Denarius (inquit) horum equorum hic ⁊ alibi eſt. Idē enim numerus formaliter de genere quantitatis eſt quo numeramus equos ⁊ lapides ⁊ corpora vniuerſa. ¶ Quod ſi quis dubitet ꝙ nunc indiuiſibile nullatenus ſit numerus ⁊ menſura, ſed duratio ipſa motus. Reſpondetur ꝙ illam durationem cauſaliter appellat nunc fluens ⁊ numerans: quia fingitur reſultare ex eodem nunc fluente, ſicut linea ex ductu puncti. Ex dictis ergo concludit diffinitionē temporis, quam tex. 101. deſignauerat. Sequitur conſequenter caput. 12.

## DE TEMPORE QVOMODO quorunq; ſit menſura.

## CAPVT. XII.

MINIMVS autem numerus: quidē ſimpliciter quidem eſt vt dualitas. quidam autem numerus: eſt quidē, vt eſt, eſt autem vt non eſt. Vt lineæ minimus numerus, multitudine quidem: eſt due, aut vna. magnitudine autem, non eſt minimus. ſemper enim diuiditur: omnis linea. Quare ſimiliter & tempus. minimum enim ſecundum numerum: eſt vnum, aut duo. ſecundum autem magnitudinem: non eſt. Textus. cviij.

¶ Poſt conſtitutas temporis, inſtantiſq; diffinitiones, in hoc. 12. capite, quod tredecim textus habet, proſequitur docere duo. ſ. quomodo tempus ſit menſura, ⁊ quorum ſit menſura. Et hac ratione duo ſunt huius capitis membra. In priori explio

ri explicat quinq; aſſerta de tempore. Primū in hoc tex.108. Quia menſura, vt habetur.10. meta. text.2. eſt, aut indiuiſibile, aut quo vtimur tanquā indiuiſibili (vnus enim. v.g. modus eſt prima ratio menſure, aut vna vlna ⁊c.) proponit ꝙ minimus numerus (ſi accipiamus numerū ſimpliciter pro quantitate diſcreta, vt abſtrahit ab hoc ⁊ illo ſubiecto) eſt dualitas, aut vnitas: q̄ nō eſt numerus, ſed principium numeri. [Quidam autem numerus.] id eſt. Si vero accipiatur numerus materialiter pro rebꝰ numeratis, ſiue ſint res actu diuiſe, ſiue partes continui, tunc quodā modo datur minimus numerꝰ, quodā modo vero non. Datur enim minimus multitudine: non autem magnitudine. Ut in numero partiū linee minimus numerus multitudine eſt binariꝰ duarū medietatū, aut vna pars in genere q̄ eſt principium numeri, vt vna medietas, vna tertia ⁊c. At tn̄ magnitudine nulla eſt minima: nā oīs pars linee eſt diuiſibilis. Minimā intellige nō dari ſimpliciter. quātū eſt ex parte q̄titatis. Nā minimū phyſicū per ſe ſubſiſtens bene eſt dabile. Eodem mō in numero partiū tēporis, qđ eſt quātitas cōtinua, multitudine quidē dabitur minimus numerus. Nam diuiſio temporis eſt ſm̄ rationem, prout cogitatione diuidit in dies, vel horas, vel mēſes ⁊c. Ideoq; minimus numerꝰ erit binariꝰ, vel vnitas menſium, dierū, aut horarum. Sed tn̄ magnitudine nulla dabitur tam parua pars tēporis, quin poſſit ſignari minor.

Textus. cix. Manifeſtum autem eſt: & propter quid velox quidem & tardum non dicitur, multum autē & paucum & lōgum & breue. Quatenus enim continuum eſt: longum & breue dicitur. Quatenus autem numerus: multum & paucum: velox autē & tardum: non eſt. non enim numerus quo numeramus: velox & tardus vllus.

¶Secūdo in text.109. explicat de tēpore cur non dicatur velox, aut tardū: dicatur tn̄ lōgum ⁊ breue, multum ⁊ paucū. Ait. n. ꝙ cū tēpus ⁊ ſit in rei veritate quantitas cōtinua, ⁊ preterea diſtinguatur per operationē intellectus, vt numerus dierum, vel horarum ⁊c. ratione prioris dicitur lōngum ⁊ breue, que ſunt accidentia quantitatis cōtinue: atq; ratione poſterioris dicitur multum ⁊ paucū, que ſunt accidentia quantitatis diſcrete. Velox autē, aut tardū nō dicitur. Nā velox ⁊ tardum nō cenſetur: niſi illud qđ numeratur aliqua menſura. Dicitur enim velox motus quo in paruo tempore percurritur magnum ſpaciū. Tempus autē non menſuratur, ſed eſt aliorum mēſura. Et ideo non eſt velox, vel tardum. Alias ſi vt motus, ita tempus eſſet velox ⁊ tardum, non eſſet idem tempus quo motu veloci ⁊ motu tardo tranſirentur inequalia ſpacia: atq; adeo, nec iudicare poſſemus velocitatem, aut tarditatē motus per tēpus. Quā ob cauſam tēpus nō eſt ſubiectiue, niſi in regulariſſimo motu p̄mi mobilis.

Textus. cx. Et idem etiam vbiq; ſimul eſt. Prius autem & poſterius: non idē. quia & mutatio præſens quidem: vna eſt. facta verò & futura: altera. Tempus autē, numerus eſt, non quo numeramus, ſed qui numeratur. Hoc autem accidit ſecundum prius & poſterius: ſemper alterum. ipſa enim nunc altera ſunt. Eſt autem numerus vnus quidē & idem: centum equorū & centum hominū. quorū autē numerꝰ eſt, altera ſunt: equi ſcilicet ab hominibꝰ.

¶Tertio explicat hoc text.110. quonā modo tempus decurrens ſit idem, ⁊ quomodo ſint diuerſa tempora. Ait enim ꝙ mutatio preſens (id eſt tempus cuius nunc eſt inſtās continuatiuū, vt dies preſens, mēſis preſens ⁊c.) eſt vnum cōtinuum, ſicut vnum lignum, aut vnus homo. Hoc tamen quod dicimus: prius ⁊ poſterius, ſeu preteritum ⁊ futurum, ſunt altera: id eſt ſunt due partes diſtincte. Sed quia poſſet quis obijcere ꝙ quēadmodum numerus denarius in genere quantitatis eſt idem quo numeramus decem equos, aut decem lapides, ideoq;, cum tēpus ſit numerus, idem tempus eſt preteritum ⁊ futurum: reſpondet ꝙ tempus non eſt vt numerus formalis abſtractus per intellectū quo numeramus, ſed eſt numerus numeratus qui accipitur ſecundum prius ⁊ poſterius. Que quidem partes ſunt diuerſe: quia inſtantia initiatiuum ⁊ terminatiuū preterite partis alia ſunt ab inſtantibus future. Et quia quāuis numerus formalis quo numeramus eſt idem centum equorum ⁊ centum hominum: nihilominus numeri numerati ſunt diuerſi, puta equi ⁊ homines: fit, vt prius et poſterius etiam ſint diuerſa. Nomine numeri formalis nō intelligas animam numerantem, ſed obiectiua illam rationem numeri per intellectum abſtractam ab his ⁊ illis rebus numeratis.

Amplius autem, vt contingit motum eſſe eundem & vnum iterum & iterum, ſic & tempus cōtingit, vt annum aut autūnum. Textus. cxj.

¶Quarto in textu. 111. explicat quomodo tēpus quodāmodo idē redeat, quodāmodo vero non idē. Etenim vt motus, ita ⁊ tempus redit idem in ſpecie, non tamen idem numero. Quēadmodū enim anno elapſo ſol motus ſub zodiaco ab vno certo ſigno (v.g. ab initio arietis) quoadusq; rediret ad idem punctum fecit vnum annum, ita modo incipiēs ab eodē puncto rediensq; in idē, ſicut facit eundē motum in ſpecie, facit ⁊ annū ſpecie eundem, numero vero diuerſum. Et pari modo vt anno preterito fecit quatuor tempora, Quatuo anni tp ver, eſtatem, autūnum, ⁊ hyemem: facturus eſt iſto anno eadē tēpora, portionibus motus, per eadē ſigna zodiaci diſtinctis: nēpe ab initio arietis vſq; ad initium cancri deſcribitur ver: ⁊ inde vſq; ad initium libre, eſtas: indeq; vſq; ad initiū capricorni autumnus: ⁊ indeq; vſq; ad arietem hyems. vt in tractatu ſphere eſt videre.

Nō ſolùm autem motum tempore metimur: Textus. cxij. ſed & motu tempus, propterea quòd à ſe inuicē definiuntur. tempus enim, definit motū: cùm ſit numerus ipſius. motus autem, tēpus. Et dicimus multum, aut paucum tempus, motu metientes: ſicuti numerabili numerum. vt equo vno: equorum numerum, numero enim: equorum multitudinem cognoſcimus. Rurſus autem in vno equo: ipſorum equorum numerum. ſimiliter autem: & in tempore, & motu. tempore enim, motum: motu autem: tempus menſuramus.

¶Quintam



Tēpꝰ menſurat motu.

¶Quintā deniq; demonſtrat in hoc text.112. proprietatē temporis, per comparationē ad motū. Ait enim ꝙ non ſolum tēpore metimur motum, ſed viciſſim motu metimur tempus. Cum enim dum ab aliquo loco proficiſcimur audimus horologiū, ⁊ dum venimus ad aliū locū audimus aliud, tunc tēpore horarū metimur ⁊ iudicamus motū: nēpe quot milliaria ambulando dimenſi ſumus. Et viceuerſa, ſi neutro loco audimus horologiū, ſcimus autem quot milliaribus diſtent, peracto itinere per quantitatē motus iudicamꝰ quātū temporis itinerando tranſegimus. Et ratio (inquit) eſt, ꝙ cum tempus ⁊ motus ſe habeāt vt accidens et ſubiectum, alterum per alterum mutuo diffiniuntur. Diffinitur enim tēpus ꝙ ſit menſura motus, velocitas autē ⁊ tarditas motꝰ diffinitur tēpore. Subiūgit exemplū ꝙ licet tempus ſit menſura motus, nihilominus tēpus motu metiri poſſumus [ſicuti numerabili (inquit) numerum ⁊c.] vt enim quot ſunt equi quos videmus numero cognoſcimus computando illos: ⁊ vice verſa ſi quis ignoraret numerum denarium, oſtenſis decem equis per equos ipſos cognoſceret numerū denariū: ita cōtingit in tēpore ⁊ motu. Accipe lucidius exēplū. Uas, vt puta amphora, aut modius, eſt mēſura vini, aut tritici quibꝰ metimur quantum vinum ſit in magno dolio, quantūue ſit in horreo tritici. Nihilominus ecōuerſo videntes vas cuius capacitatem ignoramus replentes illud vino per vinum metimur iudicamuſq; quantum ſit vas.

Textus. cxiij. Et hoc rationabiliter accidit. Sequitur enim magnitudinē, motus: motū autē tēpus. ex eo quia quanta & cōtinua & diſcreta ſunt. propterea em̄ ꝙ magnitudo eſt huiuſmodi: motus hæc patitur. propter autem motum: tempus. Atq; mēſuramus & magnitudinem, motu: & motum, magnitudine. multā enim dicimus eſſe viā: ſi ambulatio multa eſt. & hanc; multam: ſi via multa ſit. & tempus, ſi motus: & motum ſi tempus.

¶Adiungit in hoc tex.113. rōnē ſecūdā cur contingat tēpus per motū cognoſcere, ſicuti ecōuerſo. Nā vt motus (inquit) ſequit̄ magnitudinē, ita et tēpus ſequit̄ motum. Magnitudinē autē, quanta ſit, metimur motu: ⁊ quantus rurſum motus ſit, iudicamus per magnitudinē. Ut viā eſſe longam cognoſcimus: q2 multū ambulauimus: ⁊ ambulationē econuerſo cognoſcimus eſſe longā per viam quam tranſiuimus longam. Eadē ergo ratione ⁊ tēpore motum, ⁊ motu metimur tempus.

Textus. cxiiij. Quoniam autem tempus eſt menſura motus ipſiuſque moueri, metimur autem hoc, motum determinando quendam motum qui menſurabit totum, ſicut longitudinem cubitus determinando aliquam magnitudinem quæ remetietur totam, & eſt motum in tempore eſſe menſurari tempore & ipſum & eſſe ipſius, ſimul enim motū & eſſe motus menſurat, & hoc eſt ipſum in tempore eſſe menſurari ipſius eſſe.

Duplr̄ aliqua mēſurant tpe.

¶In hoc tex.114. diuiditur ſm̄ mēbrū huius capitis, quo cōparat Ph. tēpus ad ea que tēpore mēſurātur. ¶Ubi adnotandum eſt ꝙ dupliciter aliqua menſurant̄ tempore. Quedā enim ſunt que tēpore mēſurant̄, nō ſolū quātū ad ſuā exiſtentiā ⁊ durationē, ſed etiā quātū ad id qđ ſunt ſm̄ ſuā eſſentiā ⁊ quiditatē. Quedā vero que menſurantur nō quo ad q̄ditatē, ſ3 ſolū quo ad durationē. Nam alia ſunt que neutro modo mēſurant̄ tēpore, vt deus ⁊ intelligētie: vt. q.4. oſtendimus. Primi generis eſt motus. De quo inquit hic ꝙ tempus eſt mēſura motꝰ ipſiuſq; moueri. i. ⁊ quiditatis motus ⁊ durationis eius. Cuius ratio eſt ꝙ quiditas ⁊ eſſentia motus eſt eſſe ens ſucceſſiuū: eſt enim actus entis in potētia. Subiungit autē quomō tēpus metit̄ motū: nā determinando (inquit) vnā particulā motus que aliquoties ſumpta reddat totū. Menſura. n. (vt habet. 10. meta. tex.12.) debet eſſe eiuſdē rationis cum mēſurato. Et idcirco vna hora tēporis metitur vigeſimam quartā partē motus vnius diei, que vicies quater multiplicata facit motū totius circuli diurni. Et ita triginta dies faciunt menſem ⁊c. Sicuti cubitus. v.g. eſt mēſura pāni, vel ſtadij: q2 metit̄ vnam partem aliquotā que aliquoties ſumpta facit totū. Uñ ſubinfert ꝙ motū eſſe in tēpore nihil aliud eſt q̄3 mēſurari tēpore: nō ſolū quātū ad exiſtentiā ⁊ durationē, ſed quantū ad quiditatē, cum ſit ens ſucceſſiuū. Cōſiderandū eſt hic, ꝙ cū tēpus ſit in motu tanq; accidens in ſubiecto; poſſet quis cenſere motum nullo mō eſſe in tēpore: ⁊ hac de cauſa operepreciū fuit exponere quomō etiam motus ſit in tempore: ſiquidē concedimꝰ lectionem eſſe in tali die ⁊ tali hora: et edificari baſilicam in decem annis.

Manifeſtū eſt, ꝙ & aliis hoc eſt ipſum in tempore eſſe, menſurari ipſorum eſſe à tempore. In tempore enim eſſe: duorum eſt alterum. vnū quidem: eſſe tunc, quando tempus eſt. alterum autē: vt quædam dicimus, ꝙ in numero ſunt. hoc autē ſignificat, aut vt partem numeri & paſsionem & omnino quod numeri aliquid eſt: aut quod eſt ipſius numerus. Quoniam autem numerus tempus eſt: ipſum quidem nunc, & prius & quæcunque ſunt huiuſmodi ſic in tempore ſunt, vt in numero vnitas, & impar & par. hæc enim, numeri aliquid: illa verò, temporis aliquid ſunt. Res autem, vt in numero: ita in tempore ſunt. ſi autem hoc eſt: continentur à numero, ſicut & ea quæ ſunt in loco à loco. Textus. cxv.

¶Alia ſunt entia que nō mēſurant̄ tēpore quātū ad id qđ ſunt ſm̄ ſuā quiditatē: nēpe cum ſm̄ ſuā eſſentiā nō ſint entia ſucceſſiua, ſed permanētia: vt hō, lapis, ⁊ ſimilia. Nihil. n. menſurat̄ niſi quātitas: quātus autē ſit hō non mēſuratur tēpore, ſicut quātus eſt motus: ſed palmo, aut cubito. Et hec (inquit) eſſe in tēpore eſt ꝙ eorum eſſe. ſ. exiſtentie, ⁊ duratio, mēſuret̄ tēpore. Animaduertendū eſt hic ingenium Ariſ. Intēdit. n. ꝙ tēpus primo ⁊ per ſe eſt mēſura motus: aliorum autem, rōne motus. i. in quantū ſunt mobilia. Uñ q2 quiditas hominis, aut lapidis nō eſt ſucceſſio, exiſtentia aūt ⁊ duratio illorum cōſiſtit in ſucceſſione ⁊ motu, ratione illius ſunt in tēpore. ¶Ad cuius euidentiā diſtinguit ꝙ duplr̄ aliquid dr̄ eſſe in tempore. Uno mō q2 eſt ſimul cū tpe: alio mō ſicut pars in toto, aut accidens in ſubiecto, aut menſuratum in mēſura. Primum membrū relinquit pro textu Duplr̄, eſſe in tpe.


ſequēti,

ſequēti, ⁊ de ſcđo, ponit tria exēpla in numero: eo ꝙ tēpus eſt quidā numerꝰ. In numero enim eſt aliquid: aut ſicut pars in toto, vt vnitas eſt in binario, ⁊ binarius in quaternario: aut ſicut paſſio in ſubiecto, vt par ⁊ impar: aut ſicut id qđ non eſt aliquid numeri, ſed numerus eſt aliquid eius, vt elementa ſunt in numero quaternario: q2 numerus ille eſt eorū menſura. Unde q2 tēpus (inquit) eſt numerus, his tribus modis cōtingit aliquid eſſe in tempore. Ut nunc, ⁊ prius ⁊ poſterius, et preteritū ⁊ futurū ſunt in tempore ſicut vnitas ⁊ impar ⁊ par ſunt in numero. Boetius vertit: ſuperfluū ⁊ par: ſ3 nō eſt ita Grece. Res aūt (inquit) vt hoīes, equi ⁊c. ſunt in tempore ſicut in numero: vi3, q2 non ſunt aliquid temporis, ſed tempus eſt eorū menſura. Ex quibus colligit concluſionē ꝙ eſſe iſto vltimo mō proprie in tēpore eſt ꝯtineri tēpore: ſicuti eſſe in loco eſt ꝯtineri loco. Nō eñ mēſure eſt cōtinere ⁊ cōprehēdere mēſuratū. Ideoq3 vt locus (quia eſt menſura locati) continet locatum, tēpus itidem, quia menſura eſt temporalium rerum, continet eas comprehenditq3.

Textus. cxvj. ❧ Manifeſtum autem eſt & ꝙ non eſt, in tempore eſſe, eſſe quando tempus eſt: ſicut neq; in motu eſſe neq; in loco, quādo motus eſt & locus eſt. Si enim erit id quod eſt in aliquo ſic: omnes res in quolibet erunt, & cœlum in milio. quando enim milium eſt: & cœlum eſt. ſed hoc quidem accidit: illud autem neceſſe eſt conſequi, & id quod eſt in tempore, eſſe quoddam tempus quando & illud eſt. & id quod eſt in motu: eſſe tunc motum.

¶ Reuertitur in hoc tex. 116. ad primū mēbrū ſuperioris diuiſionis: dicēs, ꝙ ea ſunt ſimul cū tēpore que ſunt quidē qñ eſt tēpus, nō tñ ſunt in tēpore. i. nō menſurant tēpore. Nō. n. (inquit) ſufficit aliqua ſimul eſſe qñ eſt tēpus, vt ſint in tempore. Sicuti nec ſufficit aliquid eſſe ſimul qñ eſt motꝰ, aut qñ eſt locus, vt vere ſit in motu, aut in loco. Nam ſpiritualia ſunt ſimul cū motu ⁊ loco corporali, ⁊ tñ non ſunt in illis tanq̃ in mēſuris. Alias ſequeret (inquit) ꝙ oēs res eſſent in quolibet: vt cēlū eſſet in grano milij, ſiquidē qñ eſt vnum eſt alterū. Requirit. ergo: vt aliquid ſit in tempore ꝙ ſit ſimul cum tēpore, nō per accidēs: ſed per ſe et neceſſario ex natura rei: accidit. n. deum eſſe qñ eſt tēpus, quippe cum eius natura tempore non dependeat. Generabilia vero cuncta ⁊ corruptibilia ſunt in tempore, eo ꝙ ex neceſſitate ſunt ſimul cum illo: ſane cum ab illo pendeant ratione motus in quo eorum eſſe conſiſtit.

Textus. cxvij. ❧ Quoniam autem eſt vt in numero, eſſe in tempore: accipietur aliquod maius tempus omni eo quod eſt in tempore. Quapropter neceſſe eſt omnia ea que in tempore ſunt: contineri à tempore, ſicut & alia, quæcunque in aliquo ſunt. vt ea quæ in loco ſunt: à loco. Et pati itaq; aliquid à tēpore, ſicut & dicere conſueuimus, quòd tabefacit tempus, & ſeneſcunt omnia tēpore, & obliuiſcuntur propter tempus: ſed non didicit, nec nouum factum eſt. nec pulchrum. corruptionis enim cauſa per ſe magis eſt: tēpus numerus eñ ipſiꝰ motus eſt. motus autem: expellit id quod ineſt. Quare manifeſtum eſt, ꝙ ea quæ ſemper ſunt, quatenus ſemper ſunt: nō ſunt in tēpore. nō enim cōtinentur à tempore: neq; menſuratur eſſe ipſorū à tempore. Signū autē huius eſt: ꝙ neq; patiūtur quicq̃ à tempore, tanq̃ non exiſtentia in tempore.

Entia quæ ſūt in tpe. ¶ Cōſtituto quidnā ſit eſſe in tēpore, ꝯfeſtim tex. hoc. 117. monſtrare aggredit quenā entia ſunt in tēpore, que vero minime. Et primo oſtēdit ꝙ ſempiterna, vt ſunt celi, nō ſunt in tempore. Utiturq3 hac rōne. Ea que ſunt in tēpore neceſſe eſt quodam mō minora eſſe ⁊ ſuperari ab illo, veluti his que ſunt in numero ſemper eſt dari maiorem numerū: ⁊ his q̃ ſunt in loco eſt dabile maius corpꝰ: atq3 adeo ea que ſunt in tēpore neceſſe eſt a tēpore cōtineri ⁊ aliquid a tēpore pati: entia autē ſempiterna, quatenus ſemper ſunt, nec minora ſunt tempore, nec ab illo continentur, aut patiunt: ergo non ſunt in tēpore. Maiorē mēbratim per ſingulas particulas ꝓbat. In rebus que numerātur, quibuſcūq3 rebꝰ numeratis adhuc eſt maiorē numerū mēte cōcipere: ⁊ locato neceſſe eſt eſſe corpus maius cōtinēs: ergo ſimilr durationē cuiuſcūq3 rei tēporarie ſuperare debet tēpus. Et hinc fit vt quēadmodum res locate a loco, ⁊ nūerate a numero, ita ⁊ tēporales a tempore cōtinuant. Qđ autem tēporalia a tēpore patiātur exemplo indicat triū paſſionū. Tēpore. n. res tabeſiunt (. i. putreſiūt, aut marceſcūt) ⁊ ſeneſcunt: ⁊ hoīes rerū obliuiſcunt. Primo affectu deſignat res inanimatas, ſcđo res oēs animatas, ⁊ tertio hoīes. Et ne quis obijciat tres alias eregione ꝑfectiones que rebus a tempore obuenire vident: puta ſcientiā, cōtra obliuionē (que maior eſt in ſene q̃3 in iuuene) ⁊ nouitatē contra ſenectutē: nā tēpus vernū vr eſſe cauſa germinatiōis, ac floriditatis arborū: ⁊ pulchritudinē cōtra trabē: cum. n. pulchriores ſint adoleſcētes q̃3 infantes ⁊ pueri, vr tēpꝰ eſſe in cauſa. Huic dubitationi occurrit Ph. dicēs ꝙ tempꝰ eſt quidē per ſe cauſa corruptionis, q2 ſe ſolo ex natura ſua eſt directe illius cauſa nō aūt ꝑfectionis eſt per ſe cauſa directe, ſ3 cōcomitāter. At cauſa ſciētie nō eſt certe tempꝰ, ſ3 magiſter ⁊ ingeniū ⁊ experiētia q̃ ſunt in tpe. Et in hoc ſenſu vulgo fert, tempꝰ multa docere. Et pariter gñationis ⁊ augmēti rerū ⁊ pulchritudinis, non tempus, ſed ſol cū cauſis ſecundis, que ſunt in tēpore, ſunt directe in cauſa. At vero tempus eo ipſo ꝙ eſt mēſura motus facit res elongari a ſuis ꝑncipijs, ⁊ per hunc modū eſt per ſe cauſa corruptionis: nō obſtate ꝙ ſint etiā alie corruptionis cauſe, quas Ariſ. nō negat. Qđ autē celi ⁊ intelligētie nō cōtineantur a tpe, patet q2 ſunt ꝑpetui: ⁊ eadē rōne qua ſunt incorruptibiles nihil alterant patiuntve a tēpore. ¶ Cōtra hanc tñ ſententiā Ariſtotelis offert ſe argm̄ ꝙ motus celi, quāuis ſit ꝑpetuꝰ, nihilominus eſt in tpe, vtpote cum ſit eius menſura: imo tempus proprie eſt accidens illius regulatiſſimi motus. Rñdetur ꝙ Ariſto. ipſe rñdet: dicens ſempiterna non eſſe in tēpore quatenus ſemper ſunt. i. quantum ad eorꝫ eſſe ⁊ durationem. Cui nō obſtat eorū accidēs. ſ. motum celorū eſſe in tempore: nā quāuis ex natura ſua ſit perpetuus, vt tempus, nihilominus quia ſua eſſentia conſiſtit in ſucceſſione prioris et poſterioris, poteſt numerari per horas et dies ⁊c. Qua de cauſa deus nullatenꝰ eſt in tempore neq3 intelligentie, vt. q. 4. videre eſt.



Textus. cxviij. ❧ Quoniam autem tempus, menſura motus eſt: erit & quietis menſura ſecundum accidens. omnis enim quies: in tempore eſt. non enim vt quod eſt in motu, neceſſe eſt moueri: ſic & quod in tempore, non enim tempus, motus eſt: ſed numerus motus. in numero autē motus: poteſt eſſe & quieſcens. non enim omne immobile, quieſcit: ſed priuatum motu, aptum autem natura moueri, ſicut dictum eſt in prioribus. Eſſe autem in numero, eſt eſſe quendam numerum rei: & menſurari eſſe ipſius, numero in quo eſt. Quare ſi eſt in tempore: à tempore. Mēſurabit autem tempus id quod mouetur, & quod quieſcit: quatenus hoc quidē mouetur, illud verò quieſcit. motum enim ipſorū menſurabit: & quietem quanta quędam ſit.

Tempꝰ eſt menſura quietis. ¶ Cū hactenus ſemꝑ dixerit tēpus eſſe mēſuram motꝰ, nulla quietis mētione facta, eadē tñ videatur eſſe menſura oppoſitorꝫ (veluti eadē potentia qua percipimꝰ lucē, ſentimus ⁊ tenebras) ſubiūgit in hoc text. 118. ꝙ tēpus menſura eſt, non ſolū motus, ſed etiā quietis: motus quidē per ſe, quietis autē per accidēs rōne motus. At q2 menſurari tēpore eſt eſſe in tēpore, ⁊ quies cū nō ſit in motu appareat nō eſſe in tempore: rñdet huic obiectioni: dicēs ꝙ quāuis quies non ſit in motu (q2 qđ quieſcit non mouet) nihilominꝰ eſt in tēpore: q2 tēpus nō eſt motus, ſed mēſura ⁊ numerꝰ motus. In numero autē ⁊ mēſura motus nō ſolū eſt id quod mouetur, ſed per accidēs id quod quieſcit. Eodem enim tempore quo metimur vigiliā, metimur ſomnū, ⁊ quo metimur motū febris metimur et eius ceſſationē. ¶ Claritatis autē maioris gratia exponit quidnā proprie dicatur quieſcens. Quies enim (inquit) non ſolam dicit negationē motus, ſed priuationē. Quare ſolū illud dr quieſcere qđ cū nō mouet, eſt tñ aptum natū moueri: vt in prioribus (inquit) dictū eſt: nēpe lib. 3. tex. 16. vbi dixerat illud eſſe mobile, cuius immobilitas dr qēs. Quocirca intelligētie, vt nō ſunt phyſice mobiles, ita nec ꝓprie dicunt quieſcere, ſed ſunt immobiles negatiue. Ad ꝓpoſitū ergo. Quēadmodū aliqua eſſe in numero eſt ꝙ ſit aliquis eorū numerus ⁊ mēſura, ita eſſe in tempore eſt tēpore mēſurari. Igitur cum quies ſit in tempore (dicimus. n. hominem dormiſſe, ⁊ egrotum quieuiſſe in tanto tempore) fit vt et quies menſuretur tēpore. ¶ Concludit ex dictis ꝙ tam ea que quieſcunt q̃3 ea que mouentur, menſurant tēpore: illa quidē, quātum moueant: hec vero, quātū quieſcāt. Quare tēpus eſt per ſe mēſura motus, ratione cuius eſt mēſura quietis. Ut tempus nocturnum cum per ſe ſit menſura motus quem ſol facit ſub terra, ratione illius eſt menſura ſomni quietiſq3 hominum a laboribus ſuis.

Textus. cxix. ❧ Quare, quod mouetur, nō ſimpliciter erit mēſurabile à tempore; quatenus quantum quoddā: ſed quatenus motꝰ ipſius quātus eſt. Quare quęcunq; neq; mouentur, neq; quieſcunt: non ſunt in tēpore. Eſſe enim in tēpore: eſt mēſurari tempore. Tempus autem, motus & quietis menſura eſt.

¶ Tex. hic. 119. velut repetitio eſt, aut cōcluſio ſuperiorū. Infert nāq3 duo corollaria. Primū eſt ꝙ mobile nō menſurat ſimplr tēpore ſm quātitatē mobilis, ſed ſm quātitatem ⁊ durationē motus. Non enim tēpore menſuratur quiditas, aut quātitas, aut qualitas hominis, ſed mēſuratur quātus ſit eorū motus, aut quies, aut exiſtentia ⁊ duratio. ¶ Secūdū corollariū eſt ꝙ ea que neq3 mouent phyſice neq3 proinde quieſcūt (quales ſunt intelligētie) nō ſunt in tēpore: quia tēpus nō eſt menſura, niſi motus duntaxat, aut quietis.

❧ Manifeſtū igitur eſt, ꝙ neq; omne quod non eſt, erit in tēpore: vt quæcūq; non poſſunt aliter eſſe, vt diametrū eſſe lateri cōmenſurabilē. omnino enim ſi menſura quidē eſt motus, tēpus per ſe, aliorū autē ſecūdū accidēs: manifeſtū eſt, ꝙ quorū eſſe mēſurat, his omnibꝰ erit eſſe in quiete, aut motu. Quæcunq; igitur corruptibilia & generabilia ſunt, & omnino quæ aliquādo quidem ſunt aliqñ verò non: neceſſe eſt in tempore eſſe. eſt eñ tēpus quoddā maius: quod excedet eſſe ipſorū, & id quod mēſurat ſubſtantiā. Eorū autem quæ non ſunt, quæcūq; quidē cōtinet tēpus: alia quidem erant, vt Homerus aliqñ erat. alia verò erūt: vt futurorum aliquid. quæ: ad vtrauis continet. & ſi ad ambo: vtraq; & erant & erunt. Quæ autem haud quaquā continet: neque erant, neque ſunt, neque erunt. Sunt autem huiuſmodi eorum quæ non ſunt: quorum oppoſita ſunt ſemper. vt incōmenſurabilem eſſe diamentrum: ſemper eſt. & non erit hoc: in tempore neq; ergo: commenſurabilem eſſe. Quapropter ſemper nō eſt: quoniam contrarium eſt ei quod ſemper eſt. Quorum autē contrarium non ſemper eſt: poſſunt & eſſe & nō eſſe, & eſt generatio & corruptio ipſorum. Textus. cxx.

¶ In tex. deniq3. 120. qui poſtremus eſt huius capitis, poſtq̃3 mōſtratū eſt ſempiterna ⁊ neceſſaria non eſſe in tēpore, cōcludit per alterum extremū ꝙ neq3 impoſſibilia ſunt in tēpore: vt diametrū eſſe cōmenſurabilē coſte. i. aliquā eſſe partē aliquotā vtriuſq3 cōmunē, vt. 1. poſte. cap. 2. expoſitum eſt. Probatio. Tempus per ſe eſt menſura motus. aliorum autē ratione motus: ergo quecunq3 ſunt in tempore tanq̃3 in menſura debent eſſe mobilia: etſi menſurantur quantum ad ſuū eſſe ⁊ durationem, debet tempus eorum eſſe ⁊ durationem excedere, vt retro ſuper tex. 117. dicebamus: ⁊ per ꝯñs debent eſſe generabilia ⁊ corruptibilia: impoſſibilia autē nec generabilia ſunt nec corruptibilia nec vtiq3 mobilia, aut quieſcētia: ergo illa non ſunt in tēpore. ¶ Concluſio ergo principalis ſecūde partis huius capituli eſt ꝙ ſolum generabilia ⁊ corruptibilia quātū ad ſuum eſſe ſunt in tēpore. Quorū aliqua fuerūt que nec ſunt, nec erunt, vt Homerus: aliqua erunt q̃ nec ſunt, nec fuerūt, vt antichriſtus: alia deniq3 que et fuerunt ⁊ futura ſunt, vt illa que modo extant. Cōcluſio. Quē autē impoſſibilia ſunt eo (inquit) nō ſunt in tēpore, quia neq3 eorū cōtraria ſunt in tempore. Animaduertēdū eſt hic id qđ lib. 2. ſummularū de ſuppoſitione naturali dicebamus, expreſſam eſſe Ariſt. ſentētiā: nēpe veritates ꝓpoſitionum vbi ꝑdicatū eſt de eſſentia ſubiecti nō incipere, aut deſinere in tēpore, ſ3 eſſe ꝑpetuas: vt, hoīem

 eſſe

eſſe animal rationale, diametrũ eſſe incõmẽſurabilẽ coſte, re vera q̃uis nullus iuiſſet mũdus ita eſſet in re. Ait ꝙ Ariſt. ꝙ vt iſta nõ ſunt in tẽpore: ſed ſemp ex neceſſitate, ita neq̨ eoꝝ cõtraria ſunt in tẽpore, q2 non ſunt factu poſſibilia. Alia vero quorũ cõtraria nõ ſunt, ſemper ſunt in tempore ſicut ſua contraria: vt antichriſtum non eſſe, lunam non eclipſari, hominẽ dormire, contingunt in tempore: quia eorũ cõtraria non ſunt ſemper.

Textus. cxxj.

## DE SIGNIFICATV TEMporalium aduerbiorum. CAPVT. XIII.

IPSVM autem nunc, eſt continuatio tẽporis, ſicut dictum eſt. Continuat enim tempus præteritum, & futurum: & omnino terminus temporis eſt. eſt enim, huius quidem principium. illius autem, finis. ſed hoc: non vt in puncto manẽte manifeſtũ eſt. diuidit autẽ: potẽtia. & quatenus quidem huiuſmodi: ſemper alterum eſt ipſum nũc. quatenus autẽ copulat: ſemper idem eſt, vt in mathematicis lineis. non enim idem ſemper, vnũq; punctũ eſt: intellectu: diuidentiũ enim, aliud eſt. Quatenus autem eſt vna: idem penitus eſt. Sic & ipſum nunc. aliud quidẽ temporis diuiſio ſecundum potentiam eſt: aliud autem, terminus vtroruq;. & vnio. eſt autem idem & ſecundũ idem diuiſio & vnio, eſſe autem, non eſt idem.

Nunc primo modo.

¶ Poſt conſiderationẽ temporis caput hoc. 13. in textus octo diſtinctũ in ſignificationibus tẽporaliũ aduerbiorũ explicandis fere expendit. Ac primũ huius aduerbij, nunc, duas diſtinguit ſignificationes. Prima eſt qua hactenus ſemper vſi ſumus: nẽpe vt ſignificat quid indiuiſibile re, aut rõne, vt. q. 4. exponimus: cõtinuans partes tẽporis preteritã atq̨ futurã, ſane quod eſt finis vnius, principiũq̨ alterius. Differt tñ a puncto quod cõtinuat partes linee, q2 punctum eſt ens permanẽs vt linea ipſa: inſtans vero eſt ſemper fluẽs, nõ niſi indiuiſibilr durãs. Subiungit Ph. ꝙ idẽ inſtãs copulatiuũ partiũ eſt etiã diuiſiuũ in potentia. In quo differt ſcdo a pũcto: nã punctũ nõ ſolũ in potẽtia diuidit partes q̃s actu copulat, ſ3 cũ actu diuidunt eſt etiam finis in actu, tanq̨ extremũ linee. At q2 tẽpus eſt ita continuũ vt naturalr nõ ſit actu diuiſibile, nec (ĩ via Ariſ.) poſſit incipere, aut [...] nunc tẽporis nõ põt eſſe finis tẽporis ac[...], ſ3 diuidit in potẽtia, per hoc qđ cõſidera[...] finis vnius ⁊ vt principium alterius. Et ideo ſubiũgit ꝙ licet idẽ nũc ſit cõtinuatiuũ ⁊ diuiſiuum, hoc tñ eſt ſub diuerſis rõnibus: nã quatenus diuidit [alterũ eſt ipſum nũc]. i. cõſiderat vt duo, puta vt finis vnius ⁊ initium alterius. Sed quatenus copulat, cõſiderat vt vnum. ſ. vt vnus tñus cõis vtriq̨. Nã vt lib. 5. videbimus, cõtinua ſunt quoꝝ vltima ſunt vnũ. Subdit exẽplũ in lineis mathematicis, vt cõſiderant indiuiſibiles ſm latitudinẽ ⁊ ꝓfunditatem. Etenim quãuis mathematicus fingat diuiſionẽ linee in certo pũcto, tamen cum actu fit diuiſio, duo ſunt actu pũcta terminãtia partes diuiſas: cũ autẽ partes ſunt cõtinue, vnũ eſt punctũ commune vtriq̨. Sic nũc (inquit) aliud quidẽ eſt temporis diuiſio ſm potentiam. ſ. alia ratione diuidit, puta in quantũ exercet vicem duorum [aliud autẽ tñus vtroruq̨ ⁊ vnio]. i. alia ratione vnit: puta inquãtum eſt tñus cois vtriuſq; partis. Unde concludit ꝙ idem eſt realiter vnio ⁊ diuiſio. ſ. idẽ nunc [eſſe autem] id eſt ratio, non eſt eadem.

quot modis nũs distingat a puncto

Textus. cxxij.

Ipſorum igitur nunc: hoc quidem ſic dicitur, aliud autem, cùm tempus quod eſt huius prope ſit. vt veniet nunc: quia hodie veniet. venit nunc. quia hodie venit. Quæ verò in Ilio geſta ſunt, fuerunt non nunc. neq; diluuium: fuit nunc: & tamẽ cõtinuum tempus eſt ad ipſa: ſed quia nõ prope.

Nũc ſcdo modo.

¶ Altera ſignificatio de ly, nũc, eſt qñ non accipit pro indiuiſibili vt dictũ eſt, ſed pro eo tẽpore qđ huic nunc primũ eſt, ſiue preterito, ſiue futuro. De eo. n. qui hodie venit, aut venturus eſt dicim⁹ nunc venit. At de his que Troie geſta ſunt, aut de diluuio non dicimus nũc cõtigiſſe. Alludit ad diluuiũ Theſſalicũ quod magnã partem Grecie inundauit. Greci ad deſignandũ id quod paulo poſt futurum eſt ſpeciali tẽpore futuro vtuntur.

Textus. cxxiij.

Ipſum autem olim, tempus eſt determinatum ad pri⁹ & poſterius nũc. vt olim capta eſt Troia: & olim erit diluuium. oportet enim terminari ad ipſum nunc: erit ergo quantum aliquod ab hoc, tempus: & ad illud. & erat ad præteritum.

Olim.

¶ Scdm aduerbiũ tẽporale eſt, olim, ſeu aliqñ vt Themiſti⁹ legit. Qđ quidẽ (inquit) ſignificat tẽpus aliqđ determinatũ ad prius, aut poſterius nũc. i. tẽpus qđ intercipitur inter inſtãs pſens ⁊ aliud nũc: ſiue pteritũ, ſiue futurũ. Quare qđ ab eterno eſſet, aut in eternũ duraret non diceret olim fuiſſe factũ aut fore. Olim etiã Latine accipit tã ꝓ futuro q̃ pro preterito: vt olim capta eſt Troia, olim erit diluuiũ. Alteꝝ deſignat diluuiũ qđ tunc ariolabant futuꝝ. Itaq̨ vnica eſt drĩa inter nunc in ſecũda ſignificatione ⁊ olim, vt nũc ſit illud qđ eſt preſenti proximũ, olim vero qđ eſt remotũ. Et ly, aliqñ, etiã pfecto Latine vr ſignare aliquã diſtãtiã a pſenti. Eſt. n. Grece aduerbiũ, pote, accẽtu in vltĩa: qđ ſignificat ⁊ olim ⁊ aliqñ. Pro quo Boetius legit, tote, qđ eſt tũc: ⁊ ita puertit totũ textũ: credẽs. n. ꝙ ſolũ accipiat pro pterito, vbi eſt Grece, ad prius ⁊ poſterius, omiſit ly, poſterius, ⁊ vbi eſt, erit diluuium, de futuro, tranſtulit: erat diluuiũ. At vero, tunc, aliquo mõ differt ab, olim: nam tũc ſemper exigit aliã particulã: vt tũc facta eſt redẽptio qñ Chriſt⁹ paſſus eſt. Sed nihilomin⁹ accipit tã ꝓ futuro q̃ ꝓ pterito.

Textus. cxxiiij.

Si verò nullũ tẽpus eſt quod nõ ſit olim: omne erit tẽpus finitum. Deficiet ne igitur, an non: ſi quidem ſemper eſt motus? aliud igitur, aut idem ſæpe eſt. manifeſtum eſt, ꝙ vt motus: ſic & tempus eſt. ſi enim & vnus idem ſit aliquãdo: erit tempus vnum & idem. ſin verò non: non erit.

Dubitatio.

¶ Ex ſignificatione proxima ipſius olim qua dictũ eſt ſignificare tẽpus, qđ hinc vſq̨ ad certum inſtãs determinatur ⁊ finit, oritur dubitatio hec. Si nullũ eſt tẽpus qđ non ſit olim (ſiquidẽ olim dr de quocũq̨ tẽpore preterito ⁊ quocũq̨ tempore futuro) ⁊ olim ſignificat tẽpus finitum, tẽpus finitur: qđ in opinione Ariſto. falſum eſt, quippe qui cẽſet eſſe perpetuũ. Obidq̨ interrogat: deficiet ne tẽpus (. i. ceſſabit) an non? [ſi quidẽ motus ſemper eſt] acſi dicat. Nã cum motus primi mobilis ſit perpetuus, vr ⁊ tempus, qđ eius mẽſura eſt, eſſe perpetuũ. Qđ ſi tẽp⁹ eſt perpetuũ, neceſſe eſt aut ꝙ aliud poſt aliud ſemp ſuccedat, aut ꝙ ſemper idem fluat. Huic dubitationi vt reſpondeat, preſupponit manifeſtum eſſe ꝙ vt motus, ita ſe habet in hac re tempus. Nempe ꝙ ſi vnus idemq̨ motus eſt quo ſemper primũ mobile mouetur, vnum eſt ⁊ tempus: ſin vero alius ⁊ alius, pariter eſt ⁊ tempus.

Textus. cxxv.

Quoniã autem ipſum nunc, finis & principiũ tẽporis eſt, ſed non eiuſdẽ, ſed præteriti quidem finis principiũ autem, futuri: vt habebit circulus in eodẽ quodãmodo curuũ & concauum, ſic & tempus ſemper in principio erit & fine. & ob hoc: videtur ſemper alterum. non enim eiuſdem principium & finis: ipſum nunc. ſimul enim, & ſecundũ idem: oppoſita eſſent. & non deficiet itaque tempus. ſemper enim in principio eſt.

¶ Suppoſito ꝙ eandẽ eſſe rõnẽ motus ⁊ tẽporis, ꝓbat in hoc text. 125. ꝙ vt mot⁹ primi mobilis, ita ⁊ tẽpus eſt quidẽ ſemp idem ſpecie, aliud autẽ et aliud numero, vt text. 111. predixerat. Cum enim vt in principio huius capitis iam dictum eſt, qđcũq̨ nunc eſt finis preteriti tẽporis ⁊ initiũ futuri, vt in circulo eadẽ linea eſt cõuexa ⁊ concaua (reſpectu. n. exterioris termini eſt ꝯuexa, ⁊ reſpectu interioris, cõcaua) ꝯñs eſt, vt preteritũ tempus ⁊ futurũ ſit alterũ ⁊ alterũ, nã idẽ nunc non põt eſſe finis ⁊ principiũ eiuſdẽ numero temporis: alias idẽ ſm idem haberet rõnes oppoſitas. Ex diuerſis ergo rõnib⁹ eiuſdẽ nũc arguit, pri⁹ et poſterius tempora eſſe numero diſtincta. Et hec terminatio tẽporis ſufficit ad rõnẽ ſignificationis aduerbij olim. Attñ q2 motus primi mobilis ſemp eſt cõtinuus (nam eodẽ puncto quo finitur vna circulatio incipit alia) fit vt pteritum ⁊ futurũ idẽ ſit ſpẽ tẽpus atq̨ adeo partes eiuſdẽ cõtinui. Rõ hec Ariſt. fundat in eternitate mũdi: qm in rei veritate tẽpus ⁊ incepit cũ motu celi ⁊ finietur: ⁊ per ꝯñs nec primum inſtans fuit finis preteriti tẽporis, neq̨ vltimum, initium erit futuri.

Textus. cxxvj.

Ipſum autem iam, propinquum preſenti nũc atomo: pars eſt futuri temporis. quando ambulabis? iam. quia prope eſt tempus: in quo futurum eſt. & præteriti temporis, id quod nõ procul eſt ab ipſo nunc. quãdo ambulabis? iam ambulaui. Ilion autem iam captum eſt, nõ dicimus: quia procul valde eſt ab ipſo nunc.

Iam.

¶ Tertiũ aduerbiũ eſt, iam. Cuius ſignificatio eadẽ ferme eſt que ipſius nũc in ſecunda acceptione. Significat. n. illud momẽtũ quod preſenti eſt fere indiuiſibiliter proximũ. At quando proficiſceris? Iam proficiſcar. Quãdo hoc facies? Iam feci. Sed Ilium non dicimus iam captum, ſed olim, quia procul eſt quando fuit captum.

Textus. cxxvij.

Ipſum autẽ nuper: propinquũ præſenti nunc, & pars præteriti eſt. quãdo veniſti? nuper: ſi ſit tẽpus propinquum præſenti nunc. Quondã autẽ: quod procul eſt. Repẽte autẽ: quod in inſenſibili tempore propter paruitatem remotum eſt.

Nuper.

¶ Quartum aduerbiũ tẽporale eſt, nuper: quintũq̨, repente, aut ſubito. Quorũ ſignificationes exponit in textu hoc. 127. Ait enim ꝙ nuper idem eſt quod paulo ante ſeu propinque, vt ſit mediũ inter, olim, ⁊ iam nunc. Nõ aũt dicit de futuro, ſ3 de preterito. Huius cõtrariũ eſt, quõdam, quod ſignificat id qđ procul hinc fuit. Repente autem ſeu ſubito ſignificat tempus imperceptibiliter hinc remotum, ſeu dimotum. Illud enim dicitur fieri repente, aut ſubito, quod tempore imperceptibili fit, vt repẽtinum fulgur, aut nutus oculi.

Repẽte.

Textus. cxxviij.

Mutatio autem omnis: natura remotiua eſt. in tempore autem, omnia fiunt & corrumpuntur. Quapropter & alij quidem: ſapientiſsimum dicebant. Pythagoreus autem Paro indoctiſsimũ: quia obliuiſcuntur & in hoc, dicens rectius. Manifeſtum itaq; eſt, ꝙ corruptionis magis erit per ſe cauſa q̃ generationis: ſicut dictum eſt & prius. remotiuum enim: mutatio per ſe eſt. Generationis autem & ipſius eſſe: ſecundum accidẽs. Signũ autem ſufficiẽs eſt: quia fit quidem nihil, niſi moueatur quodãmodo ipſum & agat. Corrumpitur autem: etiam cùm nihil mouetur. & hanc: dicere maxime conſueuimus à tempore corruptionem. At verò neq; hanc, tẽpus facit: ſed accidit in tempore fieri, & hanc mutationem. Quod igitur tempus eſt, & quid eſt, & quot modis dicimus ipſum nunc, & quid ipſum olim, & nuper, & iam, & quondam, & repente: dictum eſt.

¶ Textu hoc. 128. poſt interpretationẽ aduerbioꝝ tẽporaliũ ad id regredit: vnde fuerat digreſſus. Dicebat. n. tex. 120. nec ſempiterna, nec impoſſibilia eſſe in tẽpore, ſed gñabilia ⁊ corruptibilia ⁊ ea que ſunt motui ſubiecta. Dilucidat ergo nũc quomõ ſint in tempore. Non enim ſunt in illo tanquã in per ſe cauſa, ſed tanq̨ in menſura. Arguit aũt ꝙ ſint in illo tanq̨ in cauſa. Omnis enim mutatio remotiua eſt: omnia autẽ mutant fiuntq̨ et corrũpunt in tẽpore, ergo tẽpus eſt omnium cauſa. Loquitur hic de mutatione generaliter, vt cõprehẽdat ⁊ ſucceſſiuũ motum ⁊ generationẽ que fit in inſtãti: nã ⁊ gñatio rõne alterationis precedentis eſt in tẽpore, vt. 1. de gñatione eſt videre. Hac ergo (inqt) de cauſa nõnulli philoſophi appellabãt tẽpus ſapientiſſimũ vtpote ꝙ oium eſſet cauſa. Sed Pythagoricus quidã Paro nomine dicebat cõtra eſſe indoctiſſimũ. Et is (inquit) rectius dicebat. Nã vt text. 117. dictum eſt temp⁹ magis eſt cauſa corruptionis q̃ generationis: nam tẽpus de per ſe remouet ⁊ elõgat res a ſuis principijs. Et hoc eſt qđ dixerat [omnis mutatio remotiua eſt.] Gñationis autem tẽpus eſt cauſa per accidens, eo ꝙ agẽs quod eſt cauſa per ſe nõ agit niſi per motum cuius tempus eſt menſura.

Tẽp⁹ indoctiſſimũ.

¶ Subijcit ſignum quo id confirmatur. Nã quantũ ad ſenſum apparet nihil experimur de nouo generari, niſi per applicationẽ alicuius agentis a quo materia moueatur ⁊ diſponatur. Nunq̨. n. naſcuntur arbores, aut ſegetes, aut animalia, niſi iacto ſemine, neq̨ accenditur lignum, niſi applicatio igne. Multa tamen videmus corrumpi cuius cauſam non videt vulgus. Videmus enim multa ſenio cõfici ⁊ corrũpi: ⁊ hec quorum cauſ

nos latet dicimus a ſolo tēpore corrūpi. Quanq̄ (inquit) neq̄ huiuſmodi corruptionū tēpus eſt per ſe cauſa. Intendit ergo Ariſ. hāc cōcluſionē, ꝙ licet tēpus magis appareat corruptionis eſſe cauſa q̄ generationis, neutrius tamen eſt per ſe cauſa, ſed per accidens, quatenus eſt menſura motus. ¶ In calce demū concludit dictum eſſe ꝙ tempus ſit ⁊ quid ſit ⁊c. Sequitur ſtatim capi. 14.

## DE QVIBVSDAM CIRCA tempus dubitationibus.

## CAPVT. XIIII.

Textus. cxxix. HIS autem nobis ſic determinatis: manifeſtum eſt quòd omnem mutationem, & omne quod mouetur, neceſſe eſt moueri in tempore. velocius enim & tardius: ſecundū omnem eſt mutationē. in omnibus enim: ſic videtur, Dico autem velociꝰ moueri: quod prius dum tranſmutatur ad ſubiectum ſecundū idem ſpacium & regularem motū mouetur, vt in loci mutatione: ſi vtraq; ſecundū circunferentiam mouentur, aut vtraq; ſecundum rectam. ſimiliter autem eſt: & in aliis. ❡ At verò prius: in tempore eſt, prius enim & poſterius dicimus: ſecundum eam quæ ad ipſum nunc eſt diſtantiam, ipſum autem nunc: terminus præteriti & futuri eſt. Quare, quoniam ipſa nunc in tēpore ſunt: & prius & poſterius in tempore erunt. in quo enim eſt ipſum nunc: & ipſius nunc diſtātia: è contrario autem dicitur prius & ſecundū præteritum tempus, & futurū. in præterito enim prius dicimus: quod lōgius eſt ab ipſo nunc. poſterius autem: quod proprius eſt. In futuro autem prius quidem: quod propinquius eſt. poſterius autem: quod longius eſt. Quare, quoniam prius in tempore eſt, omnem autem motum ſequitur ipſum prius: manifeſtum eſt, quòd omnis mutatio & omnis motus, in tempore eſt.

¶ Capituli huius. 14. q̄d textibus ſex ꝯcludit tres ſunt particule. Textus. n. hic. 129. ſuperiori proximo adnectit. Probat nāq̄ hic phus omnē motū eſſe in tēpore duabꝰ (preter ſupra dictas) rōnibꝰ. Prima eſt. Quicquid mouetur, velocius aut tardius mouet (aut ſaltem moueri poteſt) q̄ aliud: velociꝰ autē, aut tardius moueri regulat ac iudicat tēpore: ḡ oīs motus eſt in tēpore. Probat minorē: q̄ velocius mouetur illud q̄d minori tēpore mouetur ab eodem puncto in idem punctum: dūmodo cōparemus motū rectū, recto: ⁊ circularem, circulari: ⁊ motus fiat per eandem lineam: nā ſi vnū mobile moueat per chordam ab. A. ad B. ⁊ alterū per arcū ſemicirculi, licet q̄d mouet p




chordā citius veniat ad idem pūctum, nō tñ velocius mouet q̄ q̄d mouet per arcū: imo ſi in eodē tēpore quo vnū trāſit chordā, aliud tranſiret arcū, velocius moueret per arcū. Quēadmodū ſuprema ſphera velociꝰ mouet q̄ infima, licet ambe quolibet die faciūt circulū ab oriēte in oriēs, q̄ ſuprema maiorē circulū deſcribit. ¶ Scđa rō. Motus quicunq̄ habet prius ⁊ poſterius: prius autē ⁊ poſteriꝰ nō eſt, niſi in tēpore, imo ſunt tempus ipſum: ergo motus eſt in tēpore. Probatur minor. Prius ⁊ poſterius nihil aliud ſunt q̄ diſtantie a nunc preſenti, nunc autem nō eſt niſi in tēpore, vt ſatis probatū eſt: ergo ⁊ prius ⁊ poſterius ſunt in tēpore: nā vbicūq̄ eſt terminus diſtātie eſt ipſa diſtantia: ſicut in linea in eadē quantitate ſunt partes diſtantes per puncta ⁊ puncta ipſa. At quia dixerat prius ⁊ poſterius non eſſe, niſi diſtantias a nunc p̄ſenti, manifeſtat quomodo aliter ſe habeant in preterito ⁊ aliter in futuro. Quoniam in preterito illud eſt prius quod plus diſtat a preſenti, illudq̄ poſterius quod diſtat minus: in futuro vero e contrario, illud eſt prius quod preſenti vicinius eſt, illudq̄ poſterius quod magis eſt remotum.

Textus. cxxx. Dignum autē cōſideratione eſt: & quomodo tādem ſe habet tēpus ad animā. & propter quid: in omnibus videtur eſſe tempus, & in terra, & in mari, & in cœlo, An quia, ipſius motꝰ paſſio quędam eſt, vel habitus: cùm numerus quidem tempus ſit, hæc autem, mobilia omnia: in loco enim: omnia ſunt. tempus autem & motus: ſimul ſunt, & ſecundum potentiam, & ſecundum actum.

¶ Secunda particula huius capitis in hoc text. 130. ⁊ ſequēti ſita eſt. In qua ſoluit duas queſtiunculas de tēpore. Prima eſt: quomodo tēpꝰ ſe habet ad animam: ⁊ hanc ſoluit textu ſequēti. Altera eſt: cur tempus ſit in omnibus rebus, vt terra, aqua, ⁊ celo. Nomine terre intellige omnia terreſtria ⁊ cuncta que nos experimur moueri: aeris autē ⁊ ſphere ignis, quorum motus non experimur, non fecit mentionē: quia nondū tractauit de eorū motu. Huic ſecunde queſtioni reſpōdet hic per modū interrogationis, vt moris eius eſt, dicens: ꝙ quia tēpus paſſio quedam eſt, aut habitus ipſius motus, quippe cuius ſit numerus ⁊ menſura: ⁊ hec omnia mobilia ſunt, omnia ſunt in tempore. Neq̄ obſtat quod ſupra dixerat text. 117. ſempiterna, ⁊ per ꝯñs celum non eſſe in tempore: quia intelligit illic quantū ad ſuum eſſe et duratione: hic vero quantū ad ſuum motū. Neq̄ locus eſt hic diſputandi an terra moueatur ſm ſe totam: ſatis enim pro nunc eſt ꝙ omnia terreſtria deorſum mouentur. Quod autem ſubiungit, tempus ⁊ motum ſimul eſſe ſm potentiam ⁊ actum, ſunt qui exiſtimēt dictum eſſe propter primum mobile, quod vt dictum eſt text. 45. non eſt ſm ſe totum in loco, ſed ſm partes que ſunt in loco in potentia: puta vna in alia ſibi continua. Attamē ſenſus hic falſus eſt. Nam vt illic diximus quāuis partes celi non ſint in loco, niſi in potētia, actu tamen ⁊ propriſſime mouentur in loco tam partes, q̄ totum ſm partes: atq̄ adeo actu eſt illic tempus. Dixit ergo hoc propterea, quia ſunt aliqua actu quieſcentia, vt terra ſm ſe totam, aut lapis, aut animalia dum dormiunt: et ideo ne quis putaret illa non eſſe in tempore q̄ non actu mouentur, dicit ꝙ eo modo ſunt in tempore, quo mouentur: vt ſi ſunt in potentia vt moueātur localiter, ſunt in potētia vt ſm talem motum menſurentur tempore: ⁊ ſi ſunt actu in motu quantum ad ſuum eſſe ⁊ durationem aut viuere, eadem ratione actu ſunt in tempore.

Vtrum



Textus. cxxxj. Vtrum autē cum non ſit anima, erit tēpus, an non: dubitauerit aliquis. Cū enim impoſſibile ſit numerantem eſſe aliquē: impoſſibile eſt numerabile aliquod eſſe. Quare eſt manifeſtum: ꝙ neq; numerus eſt. numerus enim eſt: aut quod numeratur, aut ipſum numerabile. Si autem nihil aliud aptum natura eſt quā anima numerare, & animę intellectus: impoſſibile eſt tempus eſſe, cum non ſit anima. niſi hoc, quod aliquando exiſtens tempus eſt, vt ſi contingit motū eſſe, ſine anima, prius autem & poſterius, in motu eſt: tempus autem, hæc ſunt, quatenus numerabilia ſunt.

¶ In textu hoc. 131. ſoluit primam queſtionē que eſt hec: vtrum tēpus ita quantū ad ſuā exiſtentiam dependeat ab anima intellectiua, vt ſi nullus eſſet intellectus, nullum eſſet tempus. (Vtrū tps depēdeat ab anima.) Et arguit ad partē affirmatiuā: eſtq̄ notandum argumentū, quod procedit a poſſe ad eſſe. Si nulla eſſet poſſibilis potentia numerans, nullus eſſet poſſibilis numerꝰ: quia numerus dicit reſpectū ad numerantē (eſt eñ numerus id quod vel actu numeratur, vel in potētia eſt numerabile) ergo ſi de facto nulla eſſet potētia numerans, nullus eſſet numerus. Potentia aūt numerans eſſe nequit, niſi intellectus, cuius eſt cōparare mēſurā ad menſuratū ⁊ cōgerere vnitates numeri: ⁊ tps eſt numerus numeratus: ergo ſi nullus eſſet intellectus, nullū eſſet tēpus. Solutio Ariſtotelis videtur in hoc conſiſtere ꝙ tempus (accipiendo formaliter vt dicit numerū) nō eſſet, niſi intellectus eſſet: accipiendo autem materialiter pro re que eſt tempus, poteſt eſſe ſine anima: nam motus, qui eſt res que eſt tēpus, eſt ſine anima. Et hoc eſt quod ait.] Niſi hoc quod aliquando exiſtens tempus eſt, vt ſi contingit motum eſſe ⁊c.] Ideſt conceditur tempus formaliter non eſſe ſine anima: niſi materialiter hoc: ideſt illa res que aliquando exiſtit tempus: puta motus, qui ſubiecto eſt idem quod tēpus. (Tēpus et motꝰ idē realiter.) Quod nos. q. 4. notauimus ad probandum tempus ⁊ motum idem eſſe realiter. Quod tandem eſt dicere. Illa que ſunt prius ⁊ poſterius in motu ſunt ſine intellectu: ꝙ tñ ſint numerabilia vt due hore, due dies; habet ab aīa. Hoc autē. q. 4. numeroſius examinamus.

Textus. cxxxij. Dubitauerit autem aliquis: & qualis motus, numerus tempus ſit, an qualiſcunq;. Etenim generatur in tempore, & corrumpitur: & augmentatur, & alteratur in tempore, & fertur. Quatenus igitur motus eſt: eatenus eſt vniuſcuiuſq; motus, numerus. Qua propter ipſius motus ſimpliciter eſt numerus continui, ſed non cuiuſdam: ſed eſt nunc motum eſſe & aliud, quorum vtriuſq; motus erit numerus. ❡ Alterum igitur tempus erit: & ſimul duo æqualia tempora erunt, an non? omne nanq; tempus: vnum ſimiliter & ſimul eſt. ſpecie autem: & quæ non ſimul. ❡ Si enim ſint hi canes, illi vero equi, vtriq; autem ſeptem: idem numerus eſt. ſic & motuū ſimul terminatorum: idem tempus eſt. ſed hic quidem, velox fortaſſis: alius vero, non. & hic quidem, loci mutatio eſt: alius autem alteratio. tempus tamen idem eſt ſiquidem & numerus æqualis ſit, & alterationis & loci mutationis, & ſimul ſint. Atq; propter hoc, motus quidē alteri, & ſeorſum ſunt. tempus autem, vbiq; eſt idem quia numerus vnus & idem vbiq; eſt, qui eſt æqualium & ſimul,

¶ Particula tertia huius capitis in hoc tex. 132. iacet ⁊ in duobus ſequentibus. Ubi philoſophus, vt extremam huic rei manū imponat, inueſtigat ſubiectū in quo ſit tēpus. Nā cū ſit numerus motus: motus autē ſint ſpēs multe (vt alteratio, augmētatio ⁊c.) dubitatio eſt ſit ne in quocūq̄ motu ſuū propriū tēpus, an ſit potius motuū vniuerſorum vnū tēpus. Et arguit ꝙ in ſingulis motibꝰ ſint tempora ſingula. Omnis generatio ⁊ omnis deniq̄ motus eſt in tēpore (verba. n. illa, generat ⁊c. accipiuntur imperſonaliter) in quantū enim vnuſquiſq̄ motus eſt motus, in tantū habet numerum prioris ⁊ poſterioris (q̄d eſt habere annexum tēpus) ergo tēpus eſt numerus motus ſimpliciter. i. in genere: vt cōprehendat omnē motū ſingularē, ⁊ non ſolū eſt particulariter numerus cuiuſdā motus, puta primi mobilis. Cū ergo ſit vnus motus ⁊ alius motus. i. cū ſint plures motus, ſequitur vt ſint quoq̄ plura tempora. ¶ Illic autē. [Alterū igitur ⁊c.] arguit ad oppoſitum interrogāter vt ſolet. Si eñ (inquit) tempora multiplicentur ſecundū multiplicationē motuū, fit vt ſimul ſint duo tēpora equalia, puta due hore, vna qua ego lego: et altera qua alter ſimul legit in alio gymnaſio, ⁊ ſimul duo dies martis et duo mēſes octobris: q̄d eſt impoſſibile. Ait, equalia, quia multa tēpora quorum vnum eſt pars alterius ſunt ſimul, vt puta dies menſis ⁊c. Q̄d autē ſit impoſſibile, probat: q̄ omne tempus q̄d ſimul ⁊ ſimiliter eſt, vnū eſt numero, vt hec hora tertia qua ego ſcribo eſt eadem numero qua quecunq̄ res mundi modo operatur aut eſt: ⁊ hec dies eſt vnum numero tempus in toto orbe. Licet antipodis ſit nox. Et illa tēpora equalia que non ſunt ſimul nō ſunt idē numero, ſed tñ ſunt idē ſpecie: vt annus p̄ſens ⁊ annus p̄teritus: ſi autē ſint inequalia, vt mēſis ⁊ annus, ſunt quodāmō diuerſe ſpēs, ſicut bicubitū ⁊ tricubitū in genere quātitatis, vt in. q. 4. explanamus. ¶ Affert exemplū ſimile in numero. Septē (inquit) canes in eodē penitus numero ſeptenario ſunt quo ſeptē equi, tametſi res ipſe numerate ſpecie differant: eundē eñ numerū dicimus eſſe elementorū q̄ eſt et primarum qualitatū, puta quaternariū. Licet illa ſubſtantia ſint, he vero qualitates. Eodē igitur (inquit) modo vniuerſorum motuum qui hodie fiunt in orbe ab eodem nunc in idem nunc (. ſ. ab ortu ſolis vſq̄ ad occaſum) idem eſt tempus. Licet alius ſit motus alterationis, alius localis, alius velox, alius tardus. Et ita licet motus ſint alteri. i. diuerſi, numerus tēporis vnus eſt equalium durationum que ſunt ſimul.

Quoniam autem eſt loci mutatio, & huius circularis, numeratur autē vnūquodq; vno quodā congeneo, vnitates vnitate, equi vero equo: ſic & tempus tempore quodam finito (menſuratur autem, ſicut diximus: & tēpus motu, & motus tempore. hoc autē eſt quia à determinato motu tēpore, mēſuratur & ipſius motus quantitas & tp̄is) ſi Textus. cxxxiii.

igitur

Igitur primum menſura omnium congeneorum eſt: circulatio regularis, menſura maxime erit. numerus huius: notiſsimus eſt. Neq; igitur alteratio neq; augmentatio neq; generatio: regulares ſunt, loci autem mutatio: eſt. ¶Quapropter & videtur tempus eſſe ſphere motus: quia hoc menſurantur alij motus, & tempus hoc motu. ¶Propter hoc autem: & quod conſuetum eſt dici, accidit. dicunt enim circulum eſſe, humanas res: & aliorum motum habentium naturalem, & generationem, & corruptionem. hoc autem eſt: quia hæc omnia tempore dijudicantur, & accipiunt finem & principium, ac ſi ſecundum quandam circulationem ſit. etenim tẽpus ipſum: eſſe videtur circulus quidam. hoc autem rurſus videtur: quia huiuſmodi loci mutationis menſura eſt, & mẽſuratur ipſum ab huiuſmodi. Quare dicere rerum eas quę fiũt, eſſe circulum. eſt dicere temporis eſſe quendam circulum. hoc autem eſt: quia menſuratur circulatione. Pręter enim menſuram nihil aliud videtur eſſe menſuratum: quam multæ menſuræ, totum.

.2. probatio.

¶Poſtq̃ ad vtrãq; partẽ dubitatiõis diſputauit, in hoc ſequenter tex. 133. concludit tẽpus vnicum eſſe omniũ motuũ, quod ſubiectiue eſt in primo mobili. Quã cõcluſionẽ tribus teſtimonijs corroborat. Primũ hoc ſylogiſmo. Vnũquodq; menſuratur mẽſura cõgenea. i. eiuſdẽ ſecũ rationis, et que ſit primũ ſimpliciſſimũq; ac notiſſimũ ſui generis: motus primi mobilis eſt eiuſdem generis (puta eiuſdẽ predicamenti) cũ alijs omnibus motibus, eſtq; omniũ primus, ſimpliciſſimus atq; notiſſimus: ergo ille eſt mẽſura aliorũ omniũ: rurſus iam dictũ eſt textu. 112. ⁊ motũ tẽpore mẽſurari ⁊ viciſſim tempus motu (⁊ ratio, inquit, eſt quia quantitas tã motus q̃ tẽporis menſuratur et cognoſcitur a motu, determinato tẽpore. i. per motũ cuius menſura eſt tẽpus) ergo prima omniũ motũ menſura: atq; adeo omniũ tẽpus eſt numerus ⁊ menſura illius primi motus. Maiorẽ primi ſyllogiſmi ex profeſſo probat. Phi. 10. meta. tex. 3. exẽplis plurimis: vt numerũ vnitate tanq̃ indiuiſibili ⁊ ſimpliciſſima mẽſura metimur vt equorũ numerũ vno equo multiplicato, ⁊ ſtadiũ pede: et inter alia ſubdit illic: ⁊ motus oẽs velociſſimo motu primi mobilis. Quod eñ ille motus ſit omnium primus, manifeſtũ eſt, cũ ſit omniũ cauſa. Quod aũt ſit ſimpliciſſimus, patet q: numeri irregulares ⁊ difformes ſunt veluti cõpoſiti ex diſſimilibus partibus, motus vero celi propter ſuã vniformitatẽ eſt ſimpliciſſimus. Et ideo habet ſe inter motus: ſicut vnitas in numero. Et ꝙ ſit notiſſimus, patet ex motu ſolis per quẽ iudicamus de duratione noſtrarũ operationũ. Et ita cõcludit ꝙ neq; alteratio neq; augmẽtatio neq; generatio erit: tẽpus: quia nullus iſtorũ motuũ (eo ꝙ ſunt rerũ corruptibiliũ) eſſe põt ita cõtinuus aut ita vniformis ⁊ regularis. Pretermiſſit (arbitror) nominare motũ localẽ rectũ tanq̃ manifeſte irregularẽ: ſi enim ſit naturalis, velocior eſt in fine q̃ in principio: ſi vero violentus, ecõuerſo. Ille ergo ſolus motus celi, quia eſt corporis incorruptibilis ⁊ ab intelligentia fatigari neſcia, vniformiſſimus eſt. ¶Secũdo cõfirmat concluſionẽ teſtimonio eorũ ipſorũ qui in hac parte errabãt, dicẽtes tẽpus eſſe motũ ſphere. Hac enim ratione id opinabantur, quia per illũ motũ certi efficimur ac iudicamus de duratione noſtrarũ mutationũ. Non tamẽ rẽ prorſus attingebant, vt intelligerent, non motũ illũ, ſed numerũ prioris ⁊ poſterioris illius, eſſe tẽpus. ¶Tertio eandẽ concluſionem manifeſtat ſentẽtia illa que vulgo circũfertur: ſcilicet res oẽs humanas ⁊ in vniuerſum generationes corruptioneſq; rerũ omniũ naturalium in circulo perpetuo eſſe: verbũ enim hoc inde dimanauit ꝙ oĩa dijudicant tempore, quod menſura eſt circularis motus: ⁊ ideo idẽ eſt dicere eas eſſe circulũ, ac ſi diceretur tẽpus earũ eſſe circulum. Etenim preter illam (inquit) primam menſuram, nihil aliud videtur eſſe menſuratũ, q̃ vnum totum reſultans ex pluribus menſuris. Etenim vt vnus paſſus nihil aliud eſt q̃ pes quinquies multiplicatus, et vnum ſtadiũ nihil aliud q̃. 125. paſſus, ita vita decẽ annorũ nihil aliud eſt q̃ decẽ circulationes cõtinue ſolis ſub zodiaco.

Vnicũ eſt tempus.

Humana omnia in circulo.

Dicitur autem rectæ, & ꝙ numerus quidem eſt idem ouium & canum: ſi æqualis vterq; ſit. denarius autem. non idem: neq; decem eadem. ſicut neq; trianguli ijdem? æquilaterus inquam & ſcalenus. & tamẽ figura eadem eſt: quia ambo trianguli ſunt. idem enim dicitur: cuius non differt differentia, ſed non cuius differt. vt triangulus: trianguli differentia differt (diuerſi enim. trianguli ſunt) figuræ autem, non: ſed in vna & eadem diuiſione. figura enim, talis quidem circulus eſt: talis vero, triangulus. Huius autem talis quidem eſt æquilaterus: talis vero ſcalenus. figura igitur eadem & hæc. triangulus enim eſt. triangulus autem: non idem eſt. Et numerus igitur eodem modo. non enim differt numeri differentia: numerus horum. denarius autem: non idem eſt. in quibus enim dicitur: differunt. hæc enim, canes: alia vero, æqui ſunt. Et de tempore quidem & ipſo & de ijs quæ circa ipſum, conſiderationi ſunt propria: dictum eſt.

Textus. cxxxiiij.

¶In textu hoc demum. 134. poſtremo huius libri, quo apertius exponat id quod paulo ante dixerat, nempe eundem eſſe numerũ decem ouiũ aut equorum, qui eſt decem canum, licet non ſit idem denarius, ponit documentum attentione certe et memoria dignum, vt appoſite de identitate et diuerſitate rerum congrueq; loquamur. Ait enim ꝙ decem oues ſunt idem numerus qui decem canes, non tamen idem denarius. Et ita ſane loquimur dicentes longe alium eſſe hunc binarium, probis ac ſapientibus duobus hominibus indicatis, q̃ illum, videlicet quo improbos aut ignaros deſignamus. Et ratio eſt, quia genus remotum cum nota vnitatis vel identitatis predicatur de ſpeciebus remotis que ſunt ſub genere inferiori: attamen genus proximum non predicatur cum tali ſigno vnitatis, aut identitatis de ſuis proximis ſpeciebus. Subdit exemplũ in mathematicis. De duobus triangulis quorũ alter eſt equilaterus alter vero ſcalenus, ideſt inequalium omnium laterũ, affirmamus ꝙ ſunt eadem figura. Et ratio huius eſt quia figura non diuiditur



diuiditur immediate per has differentias, equilaterus, ⁊ ſcalenos, ⁊ ideo ratio figure manet eadem in ambabus ſpeciebus. Negamus tamẽ ꝙ ſint idem triangulus, propterea ꝙ triangulus immediate diuiditur in equilaterum et ſcalenũ: atq; adeo ratio trianguli non manet eadem in illis, vt contracta per illas differentias. Et hoc eſt quod hic ait Ariſtoteles [idem enim dicitur cuius non differt differentia, ſed non cuius differt ⁊c.] trianguli enim illi duo, trianguli differentijs differunt: non autem differentijs figure, que ſunt circularis, aut triangularis et cetera. ¶Hinc ſequitur, ad maiorem explicationem ꝙ genus quodcunq; predicabitur de indiuiduis eiuſdem ſpeciei que ſub illo continentur. Nam duo equilateri non ſolum ſunt eadem figura, ſed idem etiam triangulus: non tamen ſunt idem equilaterus, quia ſpecies materialiter diuiditur per diuerſa indiuidua, ſicut genus formaliter per ſuas differentias. Eodem modo poſſumus dicere ꝙ Petrus ⁊ Paulus ſunt idẽ animal, non tamẽ ſunt idem homo. Petrus tamen ⁊ Brunellus nõ ſunt idem animal, tametſi dici poſſint idem corpus. Sermones iſti fateor non ſunt vſitati apud iuniores, ſunt tamen vere philoſophici, et apud antiquos celebrari, et merito ad vſus plurimos obſeruãdi. Eodem ergo modo motus omnes. ſ. alteratio, generatio, ⁊ augmentatio, et motus localis eodem tempore cõueniunt quod eſt omnium mẽſura: tametſi nõ ſint idẽ motus.

Finis quarti libri phyſicorum.

F. I. S.

# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper quintum Phyſicorum Ariſtotelis Commentaria.

## DE DIVISIONE MOTVS in ſuas ſpecies. CAPVT. I.

Textus .j. TRANSMVTATVR autem quod tranſmutatur omne: hoc quidem ſecundū accidēs, vt cum dicimus muſicum ambulare quoniam cui accidit muſicū eſſe, hoc ambulat. hoc autem ex eo quia huius aliquid mutatur: ſimpliciter dicitur mutari: vt quæcunq; dicuntur ſecundum partes. ſanatur enim corpus: quia oculus, aut thorax. hec autem: partes ſunt totius corporis. Eſt autem aliquid quod neq; ſecūdum accidens mouetur, neq; ex eo quia aliqua partiū ipſius: ſed ex eo quia ipſum mouetur primum: & hoc eſt ſecundum ſe ipſum mobile. Secundum alium autem motum, alterum eſt: vt alterabile. & alterationis, ſanabile & calefactibile: alterum.

¶ In quatuor ſuperioribus libris tractatū eſt de motu abſolute & de his que ad eū pertinēt, puta de principijs eius et cauſis, de eiuſqꝫ quiditate, atqꝫ adeo de loco qui eſt menſura mobilis, et de tempore qđ eſt menſura motus. In reliquis vero quatuor agitur de motu cōparatiue: nēpe in hoc quinto cōparatur ad ſuas partes ſubiectiuas, diuiditur eñ per ſuas ſpecies: in ſexto cōparatur ad ſuas partes quātitatiuas: in reliquis vero duobus cōparatur ad motorem. Liber autem iſte: qui in ſex capita diuiditur, & ſecundū Cōmētato. in text⁹. 63. (licet in calce adijciant alij duo qui non ſunt in greco) diuiditur in tria precipua membra. In duobus eñ priorib⁹ capitulis vſqꝫ ad textum. 20. enarrantur ſpecies motus, explicaturqꝫ ad que predicamenta ſit per ſe motus: in duobus ſequētibus vſqꝫ ad textus. 45. agitur de vnitate & diuerſitate motus: in duobus reliquis capitulis de contrarietate motus. In capitu. 1. quod. 10. textus cōtinet duo facit Phi. In ſex eñ textibus prioribus diſtinguit diuerſas acceptiones & mutatiōis & motus, in quatuor vero ſequētibus diſtinguit ſpecies mutatiōis in genere antequā in ſequenti cap. diſtinguat ꝓprias ſpēs motus. Proponit ergo in hoc. 1. textu. diſtinctionem motus trimembrē ex parte mobilis. Ait eñ ꝙ eorum que trāſmutant, aliqua trāſmutant per accidens: vt cū dicimus muſicū ambulare: qꝛ nō eſt de ratione ambulātis vt ſit muſicus, ſed accidit ei: animal vero eſt neceſſariū ſubiectum ambulationis. Eorū autē que per ſe mouent, alia mouentur non per ſe primo, ſed rōne partis: vt cū homo ſanatur ſecundū oculū, aut ſcđm thoracem. i. pectus, ſimpliciter dr ſanari: licet ſanet ſolū ſecundum partē. Alia ſunt que mouent neqꝫ ſecundū accidens neqꝫ ſcđm partē, ſed per ſe primo vt cū equus ambulat vel auget vel calefit. Et iſte motus eſt qui variatur ſcđm ſpecies. ſ. alterationis, augmentationis, aut motus localis. Subiungit autem [Secundū aliū autē motū, alterū eſt: vt alterabile]. i. ſecundū ꝙ motus eſt alius, ita & ſubiectū eſt alterū: nā ſubiectū ſortit nomen & ſpeciē a motu. Si eñ motus differunt genere ſubalterno, ita et mobilia, vt qꝛ alteratio eſt alia ſpecies ſubalterna, quā augmentatio & motus localis, alterabile eſt altera ſpecies quā augmētabile: & mobile localr, altera. Unde & celū eſt mobile localr, licet nō ſit mobile alia ſpecie motus. Et [Alteratiōis (inqt) ſanabile: & calefactibile alterū]. i. qꝛ alteratio rurſus diuidit in alias ſpēs, puta ſanationē et calefactionē, ita & ſanabile eſt aliud a calefactibili. Hoc eſt dicere ꝙ alterabile idē eſt qđ mobile motu alterationis, & ſanabile eſt mobile motu ſanationis: et augmentabile eſt mobile motu augmentationis &c.

Text.ij. Eſt autem & in mouente: ſimiliter. aliud enim ſecundum accidens mouet: aliud vero ſecundum partem, ex eo quia partium huius aliqua. aliud vero: per ſe ipſum primum. vt medicus quidem ſanat: manus vero percutit.

¶ Eadem rōne quā diuiſit mobilia, diuidit in tex. hoc. 2. mouentia. Eorum enim que mouēt, aliud eſt mouens per accidēs: vt muſicus edificat aut ſanat: aliud vero per ſe nō primo: ſed ſcđm partē: vt cū quis manu percutit: aliud vero quod ſimpliciter per ſe primo mouet: vt cum medicus ſanat: quod enim homo facit ſecundū intellectū, non ſecundū partem, ſed ſecundū ſe totum facit.

Text.iij. Quoniam autem eſt quidem aliquid mouens primum, eſt autē aliquid quod mouetur, ad hæc in quo tempus, & præter hæc ex quo, & in quod (omnis enim motus: ex quodam, & in quiddam. alterum enim eſt quod primum mouetur, & in quod mouetur, & ex quo. vt lignum: & calidum, & frigidum. horum autem, aliud quidem quod: aliud vero in quod, aliud autem ex quo) manifeſtum eſt igitur ꝙ motus in ligno eſt, non in ſpecie. neq; enim mouet, neq; mouetur ſpecies, aut locus aut ipſum tantum.

¶ Similem diuiſionē quā mobilia mouētiaqꝫ diuiſit, intēdit facere ex parte trōꝝ ad quos eſt motus. Premittit autem in hoc tex. 3. explicare quid eſt id cui per ſe conuenit ratio motus, et proprie moueri. Quinqꝫ eñ ſunt (inquit) que in motu eſt cōſiderare: que ſunt, mouēs, & ſubiectū qđ mouetur, & tempus in quo fit motus, & preterea trūs a quo, et terminus ad quem. Inter que duas facit compa



cōparationes. Primo cōparat ſubiectū ad vtrunqꝫ terminū, dicēs id, qđ mouetur alterū eſſe, & a termino ad quē, & a termino a quo. Ut in calefactione ligni tria conſideramus. ſ. frigidū, & calidum, & lignum, quod ſucceſſiue ſubijcitur vtriqꝫ qualitati, dum lignum ex frigido fit calidū. Non ſolū ergo intelligit, ꝙ lignū diſtinguit realiter a frigiditate, & caliditate (qꝛ hoc nihil eſſet dicere) ſed loquit in cōcreto, ꝙ lignū inquantū lignū alterū eſt, quā lignū inquantū frigidū, aut inquantū calidum. Et hoc eſt, qđ ſubdit [Manifeſtū eſt, ꝙ motus in ligno eſt, nō in ſpecie]. i. id, qđ proprie calefit, neqꝫ eſt frigidū, neqꝫ calidū ſub tali ratione, ſed lignū. Speciem. n. appellat formā, & eam que corrūpitur, & eam, que acquirit: vel ſubiectū ſub tali forma. Docuit nāqꝫ lib. 1. huius tex. 61. ꝙ ſubiectum proprie enuntiatur in recto: vt hō fit niger, ſed terminus a quo propri⁹ explicat in ablatiuo, vt dicamus, ex albo fit nigrū, potius quā albū fit nigrū. Et ratio eſt, qꝛ ſubiectū manet ſub termino ad quē: priuatio aūt (q̄ eſt terminus a quo) nō manet. Cōcludit ergo, ꝙ neqꝫ ſpēs (. ſ. nec trūs a quo. nec trūs ad quem ſub hac ratione) mouet. Neqꝫ locus in quo, vel ad quē fit motus: vt lib. 4. huius tex. 41. determinatū eſt. Adde, ꝙ nec tempus mouet (vt patet ex dictis in tract. De tempore) neqꝫ mouens ipſum inquantum mouens: vt lib. 3. tex. 16. & 17. conſtat. Ex quibus colligitur, ꝙ ex omnibus, que requiruntur ad motum, ſolum ſubiectum mouetur: atqꝫ adeo illud ſolum, quatenus ſucceſſiue eſt ſub vtroqꝫ termino, mouet.

Text.iiij. Sed eſt mouens, & quod mouetur, atque in quod mouetur. Magis autem ab eo, in quod, quàm ex quo mouetur: denominatur mutatio. Quapropter & corruptio: in id, quod non eſt, mutatio eſt: quanuis & ex eo, quod eſt mutetur, quod corrumpitur. Et generatio in id, quod eſt: quanuis ex eo, quod non eſt.

¶ In tex. 4. cū duos trōs ſtatuiſſet motus, docet a quo illorū motus ſortiat denominationē, & ſpeciē: dicēs, ꝙ illā ſortit, nō a trō a quo, ſed a trō ad quē. Cū. n. ex frigido fit calidū: licet trūs a quo ſit frigiditas, nō tñ ille mot⁹ dr frigefactio, ſed calefacio: et econuerſo cum ex calido fit frigidū, non dicit calefacio, ſed frigefacio: et cum ex ſemine fit animal, lꝫ corrūpat illic ſemē, nō tñ dr ſimplr corruptio, ſed gñatio. Corruptio autē (inquit) denominat a trō a quo. Et illa dicet corruptio cum addito. ſ. corruptio ſeminis: & cū ex frigido fit calidū dr corruptio accidētalis. ſ. frigidi aut frigoris: & cū ex ligno gñatur ignis, dr corruptio ligni et gñatio ignis: qꝛ corruptio vnius eſt gñatio alterius. At vero qñ corrūpitur viuens, & vel miſtū aliud ꝑ defectū, licet generet forma cadaueris, aut alia imperfectior, tamen ſimpliciter denominabitur corruptio: vt cū animal morit, aut arbor areſcit: qꝛ forma nō gñatur, niſi via corruptionis.

Textus .v. Quid igitur motus ſit: dictum eſt prius. Species autem, & paſſiones, & locus, ad quæ mouentur ea quæ mouentur: immobilia ſunt. vt ſcientia & calor. Attamen dubitabit aliquis: ſi paſſiones motus ſunt albedo autem: paſſio eſt. erit enim ad motum: mutatio. ſed fortaſſis non eſt albedo, motus: ſed de albatio. Eſt autem & in illis & quod eſt ſecundum accidens: & quod eſt ſecundum partem atq; ſecundum aliud. & quod primo eſt & non ſecundū aliud. vt quod fit album: in id quod intelligitur, mutatur ſecundum accidens. colori enim accidit: intelligi. in colorem autem: quia album, pars eſt coloris. & in Europam: quia pars Europæ, Athenæ ſunt. In album autem colorem: per ſe. Quomodo igitur per ſe mouetur, & quomodo ſecundum accidens, & quomodo ſecundum aliud aliquid, & quomodo idem primum & in mouente eſt, & in eo quod mouetur: manifeſtum eſt: & ꝙ motus non eſt in ſpecie: ſed in eo quod mouetur & mobili ſecundum actum.

¶ Duas particulas habet tex. hic. 5. In pma inſinuat quandā dubitationē q̄ ex prime dictis ſuboritur. Ait igit ꝙ qđ ſit mot⁹ dictū eſt ꝑus. Eſt eñ via et acqſitio tri, vt li. 3. dictū eſt. Spēs aūt & paſſiones: puta forme & qualitates: & loc⁹ (vt mō dicebat) ſunt res immobiles: ad quas mobilia mouent. Dubitatio ergo eſt. Cū mot⁹ (vt nomē preſefert) idē ſit qđ paſſio q̄dā: & albedo itidē videat eſſe paſſio (eſt eñ accidēs quo res patit) ſequit ꝙ & albedo erit motus: & cū ad albedinē ſit mot⁹ (nā dealbatio eſt mot⁹ ad albedinē) ſequit ꝙ ad motū ſit mot⁹: qđ infra tex. 12. ꝓbabit eſſe impoſſibile: alias idē eſſet via & trūs. Rñdet ꝙ fortaſſe albedo nō motus, ſed dealbatio. Fortaſſe (inquit) nō quia dubitet, ſed qꝛ ille eſt mod⁹ eius ꝓpter grauitatē rñdendi: aut qꝛ nondū de hoc diſputauit. Quo fit vt aliter mot⁹, quā forma, ſit dicēd⁹ paſſio. Nā forma (vt albedo) de ſe non dicit ꝙ ſit in fieri: dealbatio vero ſignificat albedinē vt eſt in fieri, & iō alia eſt rō forme et alia mot⁹, vt li. 2. q. 2. dictū eſt. ¶ In ſcđa parte textus. [Eſt aūt &c.] explicat ſimilē diuiſionē cōuenire trīs mot⁹, illis que aſſignate ſunt mobilib⁹ & mouētib⁹. Dicit eñ mobile moueri in aliquid tanquā in trūm: & ſm accidēs, ſcđm partē, & ꝑ ſe primo. Exēplū primi, vt ſi nigrū qđ forte nō intelligebat, mutet in albū qđ tūc intelligit, ꝑ ſe mutat in albū, ꝑ accidēs vero mutat in id qđ intelligit: qꝛ accidit (inquit) albo intelligi. Ponit, vt conijcio, hoc exēplū: qꝛ color eſt quidē ꝑ ſe obiectū ſenſus, nō tñ ſub illa rōne eſt obiectū intellect⁹, ſed in quantū ens, cui accidit eſſe albū. Exēplū ſecundi. Si qs a Thebis proficiſcat Athenas, ꝑ ſe quidē mouet Athenas: mouet aūt in Europā rōne partis. Nā Athene partes ſunt Europe. Nō ſubdit tertiū exēplū de per ſe primo: quia in his duob⁹ eſt expreſſum. Eadē exēpla fūt de trō a quo. Sicut qđ mouet a nigro mouet ab eo qđ nō intelligit ad id qđ mouet. Athebis mouetur quodāmō ab Europa rōne partis. Sed poſuit ea in trō ad quē: qꝛ inde motus ſortit ſpeciē. ¶ Concludit ergo ſatis dictū eſſe quomodo mobilia, mouentia, & termini diuidantur per ſe et per accides: & preterea quomodo ex oibus q̄ cōcurrunt ad motū, ſolū ſubiectū eſt id in quo eſt motus: atqꝫ adeo id dūtaxat cēſetur ꝓprie moueri.

Tex.vj. Quæ igitur ſecundum accidens eſt, mutatio: dimittatur. eſt enim & in omnibus, & ſemper, & omnium. Quæ vero non ſecundū accidens: non eſt in omnibus, ſed in contrarijs, & medijs & in con

in cõtradictione. Huius autem fides: ex inductione eſt. Ex medio autem: mutatur. vtitur enim ipſo vt contrario: ad vtrunq;. Eſt enim quodammodo medium ipſum: extrema. Quapropter & hoc ad illa, & illa ad hoc: quodammodo dicuntur contraria: vt meſe: grauis ad netem, & acuta ad hypaten: Atque fuſcum: album ad nigrum, & nigrum ad album.

¶ Ex his differentijs mobiliũ ait in hoc tex. 6. trãſiliẽda eſſe ac pretereunda mouẽtia mobiliaq; ac terminos per accidẽs motus. Nã ſcientia habet finitos preſcriptoſq; terminos quib⁹ clauditur: ea vero que ſunt per accidẽs non ſunt terminata: ſed infinitis poſſunt modis contingere. Et hoc eſt qd ait. [Eſt em̃ ⁊ in oĩbus (.ſ. terminis) et ſemper (.i. quotieſcũq; fit motus) ⁊ omniũ (puta mobiliũ.] Exẽpli gratia. Ex muſico per accidens poteſt fieri albũ, ⁊ ſapiens, ⁊ magnũ, et quicunq; alij termini: ⁊ iſti termini poſſunt fieri p accidẽs ex quibuſcũq; alijs. Per ſe autem nihil fit, niſi ex ſuo cõtrario: quod lib. 1. hui⁹ tex. 43. docuit. Phi. vt albũ p ſe fit ex nigro, ⁊ calidũ ex frigido. Subiungit autẽ ꝙ medie qualitates, cõtrarietatẽ habent quandã ad extrema. Album em̃ fit per ſe ex non albo: puta ex nigro, aut medio colore colorato. Et hoc eſt qd ſubdit. [Ut meſe grauis eſt ad netem, ⁊ acuta ad hypaten.] Seruauit interpres voces grecas. Meſe em̃ idem eſt qd media: ⁊ cũ abſolute ponitur, accipitur pro media chorda lyre. Nete eſt acutiſſimus ſonus prime chorde: hypate vero eſt ſonus grauis vltime chorde. Ait ergo ꝙ media quodammodo contrariatur vtriq; extremo: nam eſt grauis reſpectu prime, ⁊ acuta reſpectu vltime. Sicuti fuſcum eſt album reſpectu nigri, ⁊ nigrum reſpectu albi.

Text.vij. Quoniam autem omnis tranſmutatio eſt ex quodam in quiddam (manifeſtat autem & nomen. poſt aliud enim aliquid: & aliud quidem prius ſignificat, aliud autem poſterius) mutabitur quod mutatur, quadrifariam. Aut enim ex ſubiecto in ſubiectum, aut ex nõ ſubiecto in non ſubiectum, aut ex non ſubiecto in ſubiectum, aut ex ſubiecto in non ſubiectum. Dico autem ſubiectum: quod affirmatione monſtratur. ¶ Quare neceſſe eſt ex ijs quę dicta ſunt: tres eſſe mutationes, eã quę eſt ex ſubiecto in ſubiectũ, & eã quæ ex ſubiecto in nõ ſubiectũ, & eamq; ex nõ ſubiecto in ſubiectũ quę em̃ ex nõ ſubiecto in nõ ſubiectũ: nõ eſt mutatio, propterea ꝙ nõ eſt ſcd'm oppoſitionẽ. neq; em̃ contraria: neq; cõtradictio eſt. ¶ Quæ igitur ex non ſubiecto eſt in ſubiectũ mutatio ſecũdũ cõtradictionẽ: generatio eſt. alia quidem ſimpliciter, ſimplex: alia vero quædam, cuiuſdam. vt ea quæ ex non albo in album: generatio huius eſt. Ea vęro quæ ex eo qd' nõ eſt ſimpliciter in ſubſtantiam: generatio ſimpliciter eſt, ſecundum quam ſimpliciter fieri, & non aliquid fieri dicimus. Quæ vero ex ſubiecto in non ſubiectum: corruptio eſt, ſimpliciter quidem, quæ ex ſubſtantia ad ipſum non eſſe eſt. quædam autem, ea quæ eſt in oppoſitam negationẽ: ſicut dictum eſt & in generatione.

¶ His preiactis fundamẽtis adornat in hoc text. 7. (vbi incipit. 2. pars huius capitis) diſtinguere ſpecies motus. At quia mutatio ſuperius qd eſt q; motus (generatio em̃ ⁊ corruptio, vt text. proximo videbimus, nõ eſt motus, ſed mutatio) diſtinguit prius mutationẽ in quatuor ſpecies que ſumuntur ex cõbinatione terminorũ. Ait ergo ꝙ cum omnis trãſmutatio ſit ex quodã in quiddam (nomen em̃ ipſum deſignat ordinẽ prioris a quo et poſterioris in quod eſt mutatio) fit vt quatuor modis cõtingat tranſmutatio. ¶ Ubi adnotandũ eſt, ꝙ quatuor iſti modi nõ diſtinguuntur ex parte rei: eadẽ em̃ mutatio cum ex albo fit nigrum eſt etiã ex nõ nigro in nõ albũ, ⁊ ex nõ nigro in nigrũ et ex albo in nõ albũ: ſed eſt diſtinctio ex modo ſignificandi terminorũ a quo et ad quẽ. Et hoc eſt qd ait [dico autẽ ſubiectũ ⁊c.] .i. non appello ſubiectũ proprie id qd ſubiicit vtriq; t'mĩo (nã illud, idẽ manet in omni trãſmutatione) ſed ſubiectũ dico terminũ affirmatiue mõſtratũ. Et per oppoſitũ non ſubiectũ appellat t'mĩus negatus, quem. 1. periar. appellauerat nomẽ infinitum. ¶ Ex his (inquit) quatuor modis tres priores ſunt tantũ per ſe ſpecies mutationis. Nã illa (inquit) que fit ex nõ ſubiecto in non ſubiectũ, non eſt per ſe mutatio: quia omnis per ſe mutatio, aut eſt ex contrarijs, vt cũ ex albo fit nigrũ: aut ex cõtradictorijs, vt cũ ex non albo fit albũ: aut ecõuerſo. Cõtradictionẽ appellat oppoſitionẽ que per negationẽ exprimitur. At vero inter duo extrema infinita non eſt contrarietas: poſſunt em̃ ambo eidẽ ſimul cõuenire: lapis nãq; eſt ſimul nõ ſanus et nõ eger: quia cũ non habeat aptitudinẽ ad tales qualitates, nec eſt ſanus nec eger: ſicut et angelus et eſt nõ albus ⁊ ſimul nõ niger, ⁊ nõ medio colore coloratus. Et eadẽ rõne nõ opponunt cõtradictorie, quia ex duobus cõtradictorijs ſemp vnũ eſt verum, ⁊ alterũ falſum. Põt tamẽ per accidẽs ex nõ albo fieri nõ nigrũ, cũ ex nigro fit albũ. ¶ Sed contra hoc videt ꝙ ſicut per ſe albũ fit ex nigro, ita ⁊ non albũ per ſe fiat ex nõ nigro: q; albo per ſe cõuenit vt ſit nõ nigrũ. Rñdetur ꝙ ad hoc ꝙ ex hoc t'mĩo a quo per ſe fiat terminus ad quẽ, requirit ꝙ ſimul repugnẽt in eſſe ſimul eidẽ, et iã dictũ eſt ꝙ non albũ ⁊ nõ nigrũ aut nõ medio colore coloratũ, ſimul cõueniunt angelo. ¶ Subſequẽter inquit ꝙ illa trãſmutatio q̃ nõ ex eſt ſubiecto in ſubm̃ eſt mutatio ſecundũ cõtradictionẽ: ⁊ dicit generatio. Nõ appellat nõ ſubiectũ propterea ꝙ nihil ſubijciat tali forme (alias eſſet creatio) ſed appellat non ſubm̃, illud qd ſignificat ſub negatiõe forme. Et hec inquit gñatio aut ſimplicit' eſt gñatio: aut [quedã, cuiuſdã] .i. ſecundũ q̃d. Generationẽ ſecundũ quid appellat, mutationẽ accidentis in accidens. vt cũ ex nõ albo fit albũ: q; illic nõ producitur ens ſimpliciter .i. ſubſtantia, que eſt ens actu: immo ſubſtãtia, perfecta erat ſub t'mĩo a quo que manet ſub t'mĩo ad quẽ. Generatio vero ſimpl'r eſt illa q̃ fit ex nõ ente ſimpl'r, puta ex nõ ſubſtantia in actu. vt cũ ex aere gñatur aqua, aut ex ſemine animal: vbi id quod manet ſub vtroq; t'mĩo eſt ſola materia prima: q̃ non eſt ens actu, ſed ens in potentia. Et ecõtrario illa q̃ fit ex ſubiecto in non ſubm̃, dicit corruptio: aut ſimpl'r vt cũ id qd manet ſub vtroq; t'mĩo eſt ſola materia pñma. vt quãdo

Tranſmutatio quatuor modis.



aqua corrũpitur in aerẽ: q; generatio vnius eſt corruptio alterius: aut ſcdm quid. vt cũ ex albo fit non albũ manente eadẽ ſubſtãtia. ¶ Meminiſſe hic opus eſt illius qd lib. 1. huius ſup textũ. 75. adnotauimus: nẽpe ꝙ aliud eſt dicere in gñatione ſubſtãtie, ꝙ aqua fiat ex nõ ente ſimpl'r (vt negatio ſerat in totũ) ⁊ aliud ꝙ fiat ex ſimpl'r nõ ente. Nã pmus ſenſ⁹ eſt ver⁹: q; aqua fit ex materia q̃ nõ eſt ens ſimpl'r, ſed ens in potẽtia: puta aqua in potentia, ſed tñ falſum eſt ꝙ materia ſit ſimpl'r nõ ens, q; nõ eſt purũ nihil. In ſumma. creatio fit ſimpl'r ex nõ ente, gñatio vero, ex nõ ente ſimpl'r.

Tex.viij. Si igitur id quod nõ eſt dicitur multipliciter, & neq; id quod eſt ſecundum compoſitionem aut diuiſionem contingit moueri, neq; quod eſt ſecundum potentiam, quod ei quod eſt ſimpliciter ſecundum actum, oppoſitum eſt (quod enim eſt non album, aut nõ bonum: fieri poteſt vt moueatur ſecundum accidens. fuerit enim homo: nõ album. quod autem ſimpliciter non hoc eſt: nullo modo. impoſſibile enim eſt: quod non eſt, moueri) ſi autem hoc: & generationem, motum eſſe impoſſibile erit. ¶ Generatur enim: quod nõ eſt. nam & ſi quam maxime ſecundum accidens generatur: attamen eſt verum dicere ꝙ eſt id quod non eſt, de eo quod generatur ſimpliciter. ſimiliter autem: & quieſcere. Hæc igitur omnia accidunt difficilia: moueri ad id quod non eſt. & ſi omne quod mouetur in loco eſt, quod autẽ non eſt, nõ eſt in loco (eſſet em̃: alicubi). ¶ Neq; ergo corruptio motus eſt, contrariæ enim motui: motus eſt, aut quies. corruptio autem: generationi contrarium eſt.

¶ Ex quatuor illis cõbinationibus t'minorũ in exclu ſerat a rõne mutatiõis qñ ambo pferunt negatiue: ſubſequẽter in hoc tex. 8. ex alijs tribus, quas dixit eſſe ſpecies mutationis, intendit excipere duas a ppria rõne motus: puta qñ alterũ extremorũ eſt negatiuũ. Et eſt loc⁹ iſte quãuis abdit⁹, ſubtilis tñ ac phyſic⁹. Ubi pri⁹ cõſiderandũ eſt ꝙ quãuis ex nõ albo fiat p ſe albũ ⁊ ex non aere per ſe aer, tanq; ex ppria priuatiõe ⁊ pprio t'mĩo a quo (vt lib. 1. ſup tex. 43. expoſitũ eſt) tñ in rõne ſubiecti, nõ albũ nõ fit albũ: q; non albũ nõ manet album. Et ad hoc propoſitũ pbauerat tex. 3. ꝙ ſolũ ſubm̃ eſt qd pprie mouet. Intẽdit ergo hic pbare ꝙ mutatio ex t'mĩo negato in t'mĩum affirmatum, aut econuerſo, nõ eſt motus, ſed mutatio: qd eſt dicere: gñatio ⁊ corruptio ſimpl'r dicte .ſ. ſubſtantie nõ eſt motus. Et pbatio eſt hec, certe pulchra ſi bene intelligat. Demus. v. g. ꝙ ex aere fit aqua (illic em̃ ex non aqua fit aqua) probat ꝙ nihil ibi moueat motu gñationis. Id qd mouetur debet eſſe ens actu qd maneat ſub vtroq; t'mĩo (nam ſolũ ſubm̃ pprie mouet) ſed illic nullũ eſt ens actu qd maneat ſub vtroq; t'mĩo: ergo nihil mouetur motu gñationis. Probat minor: q; non aqua, puta aer, que eſt priuatio ⁊ t'mĩus a quo, nõ manet: aqua vero non erat ſub t'mĩo a quo: materia autẽ (que manet ſub vtroq; t'mĩo) non eſt ens in actu: ſed ſolũ in potẽtia, vt lib. 1. expoſitũ eſt: ergo nihil illic mouet. ¶ Sed queris. Quid opus eſt vt ſubm̃ qd mouet ſit ens actu? Rñ eſt ꝙ moueri eſt accidẽs entiũ naturaliũ: accidẽs aũt nõ habet pprie p ſubiecto: niſi primã ſubſtantiã. Ũn materia ſicut nõ eſt ens naturale, vt lib. 2. q. 1. adnotauimus ita nec pprie mouet. Eadẽ proportione probat corruptionẽ nõ eſſe motũ. ¶ At vero vt hec Ari. lucidiora faciat, inſinuat diuiſionem nõ entis. Ait em̃ ꝙ ens ⁊ nõ ens vno mõ accipiunt, vt. 6. meta. tex. 4. ſ. pro eo qd eſt verũ vel falſum: ſicut chimerã eſſe eſt nõ ens .i. falſum: ⁊ chimerã nõ eſſe eſt ens: q; eſt verum) ⁊ iſto mõ nec ens nec nõ ens mouent: q; nõ dicũt aliquã exiſtentiã, ſed ſunt entia rõnis q ſolũ habent eſſe obiectiue in intellectu. Et hec vocat hic ens ⁊ nõ ens ſ'm cõpoſitionẽ ⁊ diuiſionẽ. Scdo mõ accipit nõ ens pro eo qd eſt nõ ens ſimpl'r: puta pro materia que neq; ſimpl'r eſt non ens .ſ. nihil: nec ſimpl'r eſt ens, ſed ens in potentia: cui opponit (inquit) ens in actu. Et neq; hoc pprie mouet, rõne iã dicta. Tertio mõ accipitur non ens pro eo quod eſt non ens ſcdm quid .ſ. accidẽtale: vt nõ albũ: nõ calidũ ⁊c. Et hoc (inquit) mouet quidẽ, nõ tñ ſ'm ſe, ſʒ ſcdm accidens, rõne ſubiecti. Lignũ em̃ cui accidit nõ albũ, mouet cũ fit albũ: ⁊ hõ cui accidit nõ bonũ, mouet cũ fit bonus. [Qd aũt ſimpl'r non eſt hoc eſt, nullo mõ] .i. materia prima, q̃ ſimpl'r nõ eſt prima ſubſtantia, nullo mõ mouet: ⁊ p cõſequens nõ aqua, aut nõ aer, aut nõ hõ ⁊c. q̃ ſunt priuationes accidentes materie, nec mouent per ſe nec per accidẽs. Cõcludit ergo generationẽ ſimpliciter dictã nõ eſſe motũ. ¶ At q; poſſet quis ſtatim obijcere ꝙ eadẽ rõne generatio neq; eſt mutatio: ſiquidẽ mutatio videt etiã eſſe accidens ſubiecti. ¶ Reſpondet huic tacite obiectioni, ꝙ generatio dicitur mutatio eo ꝙ id quod generatur incipit eſſe ſimpliciter quod non erat ſimpliciter: ſed tantum erat in potentia. Et hoc eſt q̃ maxime per accidens moueri .ſ. ratione partis: puta ratione materie: que neq; ipſa ſimpl'r mouet, vt dictũ eſt. Et q; nõ eſt aliud nomẽ quo hãc inceptionem explicaremus, dr mutatio. Itaq; ad rationẽ motus requirit ꝙ id qd mouet antea ſimpliciter fuerit: vt cũ ex nõ albo fit albũ: ad mutationẽ autẽ ſatis eſt ꝙ fuerit in potentia. Rõ ergo prima quare materia mouet qñ de nouo acquirit formã, eſt q; materia ipſa de ſe nõ eſt, ſed per formam quã acquirit. Et eadẽ (inquit) rõne qñ iam eſt ſub forma nõ quieſcit ſimpliciter; nã quies nõ cõuenit, niſi cui cõuenit motus: q; cõtraria ſunt circa idẽ. Addit ratio nẽ ſcdam ꝙ materia nõ mouet. Omnẽ qd mouet motu phyſico eſt in loco (q; neceſſe eſt vt ſit quãtũ) materia aũt (q; ſimpl'r nõ eſt (nõ eſt in loco, niſi rõne toti⁹: ergo nõ mouet. ¶ Pari rõne infert ꝙ nec corruptio ſimpl'r dicta .ſ. ſubſtãtie, ſit motus. Nã cõtrariorũ eadẽ eſt rõ: corruptio autẽ cõtrariatur gñationi: ergo ſi gñatio nõ eſt motus, neq; corruptio. Animaduertẽda eſt hic ratio cur gñatio ⁊ corruptio nõ ſit motus. Non em̃ ratio eſt (vt multi putãt) eo ꝙ introductio forme eſt in inſtanti: ſed eo ꝙ nullũ ens actu ſubijcit vtriq; forme. Unde qñ lignũ incipit calefieri per vltimũ nõ eſſe: itaq; nũc nõ eſt calidũ ſʒ immediate poſt hoc erit calidũ: verus motus eſt. Et pariter quando aer illuminat per primũ ſui eſſe licet hic nõ ſit tã proprie mot⁹: q; nõ fit per expulſionẽ contrarij.

Gñatio ⁊ corruptio nõ eſt motus.

Ens ⁊ non ens dupl'r

Quoniã autẽ omnis motus mutatio quædam eſt, mutationes aũt tres quę dictę ſunt, harũ autẽ Tex.ix.

ex que

ea quæ ſunt ſecundum generationem & corruptionẽ nõ ſunt motus, hæ autem ſunt quæ ſecundũ contradictionẽ fiũt: neceſſe eſt eã quæ ex ſubiecto eſt in ſubiectũ mutationẽ, motũ eſſe ſolum. Subiecta autẽ: aut contraria ſunt, aut media. etẽ priuatio: ponatur contrariũ. & monſtrantur affirmatione: nudum, & album, & nigrum.

¶ Colligit ergo in tex. 9. Ari. ꝙ tm̃ eſt mot⁹, vbi eſt mutatio de ſubiecto in ſubm̃. i. qñ ambo trĩ mot⁹ explicant affirmatiue. Nam ſubm̃ hic appellat ſubm̃ ipſum ea rõne qua prius eſt ſub vno trõ et poſtea ſub alio: vt cũ ex albo fit nigrũ. Collectio eſt hec. Tres ſunt tm̃ mutationis ſpecies (vt tex. 7. probatũ eſt) ⁊ ex his ille due que dant ꝑ cõtradictionẽ (puta qñ vnũ extremũ exprimit affirmatiue ⁊ alterũ negatiue (nõ ſunt motus: nã ſi ſit generatio ſimplr (vt cũ ex nõ aqua fit aqua) aut corruptio ſimplr (vt cũ ex aere fit nõ aer) ſimplr non eſt motus: ſi aũt ſit gñatio ſcd̃m qd: vt cũ ex nõ albo fit albũ, aut ex albo fit nõ albũ, nõ eſt mot⁹, niſi per accidẽs, rõne ſubiecti, puta ligni aut hominis que ꝓprie mouent fit: ergo vt ꝓprie tm̃ mõ ſit motus inter duo ſubiecta. i. inter trõs poſitiuos. Subiecta autẽ (inquit) inter que ꝓprie eſt mot⁹, aut ſunt cõtraria aut media, mediũ vero quatenus ꝓuatio eſt vtriuſq; extremi, accipit vt vtriuſq; cõtrariũ. Queadmodũ em̃ nudũ (que eſt ꝓuatio veſtiti) quodãmõ eſt cõtrariũ illi, ita fuſcũ et rubeum contrariũ eſt tã albi, q̃ nigri. vt tex. 6. dictum eſt. Motus ergo ꝓprie eſt cum ſubſtantia que eſt ens in actu mouetur ex vno termino poſitiuo in aliud poſitiuũ. vt cũ ex albo aut medio colore colorato mouetur in nigrum.

Textus. x. Si igitur prædicamenta diuiſa ſunt ſubſtantia, & qualitate, & vbi, & quãdo, & ad aliquid, & quantitate, & ipſo agere, & pati. Neceſſe eſt tres eſſe motus: eum qui quantitatis, & eum qui qualitatis, & eum qui ſecundum locum eſt.

¶ Concludit demum in hac particula, vbi cõmẽtator ſignat textum decimum, concluſionem totius huius capitis, puta tãtum eſſe tres ſpecies motus. ſ. ad quãtitatem ad qualitatem ⁊ ad vbi. Et facit huius ſyllogiſmũ. Motus vt textus. 4. dictum eſt ſpeciem ſortitur a termino: ergo quot ſunt ſpecies terminorũ ad quos eſt per ſe motus tot ſunt ſpecies motus: ſed tantum hec tria ſunt predicamenta ad que eſt per ſe motus: ergo tantum ſunt tres ſpecies motus. ſ. augmentatio qua acquiritur quantitas, ⁊ alteratio qua acquiritur qualitas, ⁊ motus localis quo acquiritur locus.

¶ In memoriã hic reuocandũ eſt ꝙ Ariſto. lib. 3. tex. 4. et nos queſtione prima expoſuimus. ſ. ꝙ ſi motus accipiatur materialiter ꝓ forma que nõ dum peruenit ad perfectum, reductiue ponitur in eodẽ predicamento cũ ſuo termino, vt motus alterationis reductiue in predicamento qualitatis, licet non directe: quia non eſt qualitas: ⁊ motus augmentationis in predicamento quantitatis: ⁊ motus localis in predicamento vbi. Si autem accipiatur formaliter vt dicit ſolum productionem vel acquiſitionẽ que eſt via ad terminũ (qui conſideratur vel tanq̃ procedens ab agente vel tanq̃ receptus in paſſo) ponitur in predicamento actionis vel paſſionis. Et propterea ex predicamentis ad que eſt per ſe motus venatur ſpecies motus. Secũdo notandũ eſt hic ꝙ in numeratione predicamentorũ miſſa fecit duo, puta ſitus ⁊ habere: nam cum iſta quodãmodo includant relationem, ea ratione qua ad relationẽ nõ eſt per ſe motus, intelligit nec eſſe per ſe motum ad iſta predicamenta. Quod nos queſtione ſecũda adnotamus, aduerſus eos qui putant ad relationem extrinſecus aduenientẽ eſſe per ſe motũ.

¶ Sequitur conſequenter caput ſecundum.

## AD QVE PREDICAMENTA ſit per ſe motus.

## CAPVT. II.

SECVNDVM ſubſtantiã autem non eſt motus: propterea ꝙ nullum eſt entium ſubſtantia contrarium.

Neq; ei quod ad aliquid. Contingit enim: altero mutationem patiente, vere dici alterum nihil mutationis ſubire. quare: ſecũdum accidens motus horum eſt. Neq; agentis aut patientis: neq; omnis mouentis & eius qui mouetur. quia non eſt ipſius motus: nec generationis, generatio, neq; omnino mutatio mutationis.

¶ In capite ſecundo, quod, preter hoc fragmentum ſuperioris textus, decẽ alios comprehẽdit, intendit ꝙ ad hec tria tantum prefata predicamenta eſt per ſe motus. Unde duo ſunt membra huius capitis. In hoc enim fragmento ⁊ ſeptem textibus ſequẽtibus probat negatiuã exponentem. ſ. ꝙ ad quinq; alia predicamẽta nõ eſt per ſe motus: nã ſitus et habere iam dictũ eſt ſimiliter excludi, vt predicamentũ relationis. In textu vero. 8. ⁊ duobus ſequentibus probat affirmatiuã. ſ. ꝙ ad tria predicamẽta ſit per ſe motus. Incipit ergo a ſubſtãtia, dicẽs ꝙ ad ſubſtantiam non eſt per ſe motus: quia nihil eſt contrariũ ſubſtãtie. Ubi cõſiderandũ eſt ꝙ cũ potuiſſet adducere rationem nuper factã tex. 8. q; videlicet, generatio per quẽ producitur ſubſtantia nõ eſt motus (eo ꝙ non ſubiiciatur ei aliquod ens ſimpliciter, manens ſub vtroq; termino) maluit tamen rationẽ alterã adiungere: nẽpe ꝙ omnis motus eſt a cõtrario in contrariũ, vt tex. 9. dicebamus: ſubſtantie autẽ nihil eſt contrarium, vt in predicamento ſubſtantie dictum eſt. Explicandum hic fuiſſet quomodo ſubſtantie nihil eſt contrariũ, niſi in predicamento ſubſtãtie id tetigiſſemus, ⁊ lib. 1. huius. q. 5. copioſe diſſertũ a nobis eſſet. ¶ Subdit ſecundo ꝙ neq; ad relationẽ eſt per ſe motus. Cuius ꝓbatio eſt hec. Ad illud non eſt per ſe motus, quod poteſt in ſubiecto aliquo de nouo reperiri abſq; eo ꝙ ſubiectũ ipſum moueatur: relatio autem poteſt de nouo incipere eſſe in ſubiecto abſq; eo ꝙ ſubiectum moueatur. i. aliquid noui acquirat: ergo ad relationẽ nõ eſt per ſe motus. Locus eſt hic manifeſtus vbi Ariſto. docet relationem non eſſe numero diſtinctã a fundamẽto que eſt etiã hic. S. Tho. expreſſa ſententia, vt. q. 1. copioſius reperimus. ¶ Tertio ſubiungit ꝙ nec ad actionem, aut paſſionem eſt per ſe motus: et per conſequens nec ad agentem aut patientem. Quod eſt dicere. Sicut per motum non per ſe acquiritur actio aut paſſio: neq; acquiritur tanquã terminus motus vt res ſit agens aut patiens.

Relatio non diſtinguit nũero a ſubiecto.



Quia id motum (inquit) nõ eſt per ſe motus: neq; ad generationem eſt generatio: nec omnino ad aliquam mutationẽ, mutatio. Iam deinceps ſemper diſtinguit inter generationem ⁊ motum, eo ꝙ iam monſtrauit eorum differentiam.

Primum enim dupliciter cõtingit motũs eſſe motum: aut vt ſubiecti, vt homo mouetur, quia ex albo in nigrum mutatur. An ne ſic & ipſe motus: aut calefit, aut frigeſit, aut locum mutat, aut augetur, aut diminuitur? hoc aũt: impoſsibile eſt. Non enim ſubiectorum aliquid: eſt mutatio.

Text. xj. ¶ Proſequitur ergo probare motus ipſius non eſſe motum. Et primũ in hoc textũ. 11. diſtinguit duplicem ſenſum. Dupliciter enim vnus motus eſt alterius motus: aut tanq̃ ſubiecti, ſicut denigratio eſt hominis qui nigreſcit: aut tanq̃ termini. veluti denigratio eſt nigredinis productio. Primo inquit modo motus ipſius nõ eſt motus: alias motus moueretur: vt calefactio. v. g. calefieret ⁊ frigefieret et augeretur et moueretur: localiter: quod eſt impoſſibile: nã iam textu. 3. probatũ eſt ꝙ nõ mouetur, niſi ſubiectũ qđ eſt prima ſubſtantia: motus autem nõ eſt ſubiectum cum ſit res alterius predicamenti q̃ ſubſtantia.

Tex. xij. Aut ex eo: quia aliquod aliud ſubiectum, ex mutatione mutatur in alteram ſpeciem. vt homo: ex egritudine in ſanitatem. Sed neq; hoc poſsibile eſt: niſi ſecundum accidens. hic enim motus: ex alia ſpecie in aliã mutatio eſt. & generatio etiam atque corruptio: ſimiliter. verum hæc quidem in oppoſita ſic: motus autem nõ ſimiliter. Simul igitur mutatur ex ſanitate in egritudinem: & ex hac ipſa mutatione, in aliam. Manifeſtum autem ꝙ cum eger fuerit: mutatus erit in quamlibet. contingit enim: quieſcere. Et amplius: non ad quãuis ſemper. & illa: ex quodam in quoddam alterum erit. Quare & oppoſita erit ſanatio: ſed ex eo quia accidit, vt ſi ex recordatione in obliuionem mutaretur: quoniam cui ineſt, illud mutatur, aliquando quidem in ſcientiam, aliquando vero in ſanitatem.

¶ Subſequenter textu. 12. aggreditur impugnare ſecũdum ſenſum. ſ. ꝙ vnus motus ſit alterius tanq̃ termini: idq; ſeptem rationibus. Prima eſt hec. Si vnus motus ſit ad aliũ, neceſſe eſt ꝙ ſicut dealbatio eſt motus a nigredine in albedinem, ita id quod mouetur tali motu moueatur ab vna mutatione in aliã tanq̃ a termino a quo ad terminũ ad quẽ. Hoc autẽ eſt impoſſibile per ſe (licet ſecundũ accidens contingere poſſit) ergo et et antecedens. Ad probationẽ minoris ſupponit prius ꝙ omnis motus ⁊ mutatio habet certos et preſcriptos terminos: licet aliter ſit in gñatione aut corruptione (que ſunt mutationes) q̃ in motu. In illis enim termini opponuntur cõtradictorie in motu aũt opponuntur cõtrarie. Et hoc eſt quod ait [hæc quidẽ] . ſ. generatio et corruptio) in oppoſita ſic (. i. contradictorie) motus autẽ non ſimiliter] ſed contrarie. Exempli gratia: generatio aeris nõ eſt mutatio per ſe a quocũq; in quodcunq; ſed ex non aere in aerem: ⁊ pariter corruptio eſt mutatio ex aere in non aerẽ: ſiue corrumpatur in aquã, ſiue in terrã. Et pariter motus (in quo ambo extrema debent eſſe poſitiua) vt dealbatio non eſt per ſe motus ex muſico in calidum, ſed determinate ex nigro aut medio colore colorato in albũ. ¶ Hoc ſuppoſito probat minorẽ dupliciter. Prima ratio eſt illic [ſimul igitur.] Si aliquid mouetur per ſe ab vna mutatione in aliam. v. g. ab egrotatione ad dealbationẽ, neceſſe eſt vt ambe ſint ſimul. ſ. illa in via corruptiõis ⁊ hec in via generationis, ⁊ ꝙ ceſante egrotatione reſtet motus dealbationis (ſicut dũ res mutat ex frigida in calidam neceſſe eſt vt ſimul cũ aliquo gradu frigiditatis ſit aliquis gradus caloris, et ceſante frigiditate maneat calor.) Hoc tamẽ non eſt neceſſariũ, quia manifeſtũ eſt (inquit) ꝙ dum eger fuerit. i. cum terminatus fuerit motus egrotationis [mutatus erit in quãlibet]. i. ille homo iam acquiſierit omnẽ formã: nec tunc mutetur, ſed quieſcat. Poterat Ariſto. dupliciter probare falſitatem minoris. Primo quia non eſt neceſſe dum eſt egrotatio, ſimul eſſe dealbationem aut aliam mutationẽ: ſed efficatius oſtendit hũc motum nõ terminari ad alium per hoc ꝙ ſtat in fine vnius motus nullũ ſubſequi cõtinuo alium motum. ¶ Secunda probatio eiuſdem minoris eſt illic. [Et amplius ⁊c.] que eſt hec. Si aliqđ moueatur per ſe ex vna mutatione in aliam, non erit in quãuis, ſed illa erit a quodam in quidã. i. ex certo termino in aliũ certum terminũ: puta ex contrario in contrariũ. vt in principio ſuppoſitũ eſt: ergo ſi eſt aliquis motus per ſe ab egrotatiõe in aliam mutationẽ, neceſſe eſt ꝙ ſit ab egrotatione in ſanationem: quod eſt impoſſibile: nã cũ ſimul debent eſſe terminus a quo et terminus ad quem, ſimul eſſent tũc egrotatio ⁊ ſanatio: quod repugnantiã inuoluit, cum ſint motus ad terminos contrarios. ¶ Id autem quod ſubiungit [ſed ex eo quia accidit] non ordines cum verbis proxime precedentibus: ſunt enim verba quibus Ariſto. reuertitur ad id quod prius propoſuerat ſ. ꝙ motus non poteſt eſſe per ſe ab vna mutatione ad aliam, ſed per accidens. Probata enim prima parte concludit ꝙ vnus motus poteſt terminari ad alium, non ad certum, ſed per accidens ad quencunq;: vt cum quis ex vehementi attentione ad recordationem vnius labitur in obliuionem alterius, aut in calefactionem aut frigefactionem ⁊c. ſicuti ex eodem motu, puta ex ambulatione aliquando acquiritur ſcientia (quam deambulans meditatur) aliquãdo ſanitas ⁊c.

Text. xiij. Amplius autem in infinitum fiet abitio: ſi erit mutationis mutatio, & generationis generatio. Neceſſe igitur eſt eſſe primam: ſi vltima erit: vt ſi ſimplex generatio fiebat aliquando: & quod fit fiebat. Quare nondum erat quod fit ſimpliciter: ſed aliquid quod fit & quod fit iam, & rurſus fiebat hoc aliquando. quare nondum erat tunc: id quod fit. Quoniam autem infinitorum non eſt quicquam primum: non erit primum. quare: neque contiguum. neque fieri igitur: neque moueri poſsibile eſt: neq; mutari quicquam.

¶ Secũda ratio principalis in textu. 13. eſt huiuſmodi. Si mutationis eſſet mutatio. v. g. ſi generationis eſſet generatio, ſequeretur proceſſus in infinitum in generationibus: conſequens eſt impoſſibile: ergo et antecedens. Maior exemplo

K patet.

patet. Detur. v.g. generatio qua generatur. A. ignis. Si huius generationis fuit altera generatio qua iſta generabatur, eadem ratiõe fuit alia tertia prior qua generabatur, ſecũda, ⁊ alia prior qua generabatur tertia, et ſic in infinitum. Quod autem hoc ſit impoſſibile: probat hoc modo. Si datur vltima generatio qua. v.g. generatur iſte ignis, neceſſe eſt vt detur etiã prima vnde iſta habet ortum. Probatur hec conditionalis. Si hec generatio ſimplex hui⁹ ignis actu modo fit per aliã generationẽ, iſta generatio nõdum eſt; quia quod fit nõdum eſt: ſi autem hec generatio nondum eſt, ſequitur ꝙ neq; ipſe ignis eſt, et hoc eſt quod ait ꝙ ſi generatio fiebat, et quod fit (puta ignis) fiebat. i. nondum eſt. Rurſum ſi ſecunda generatio fiebat per aliam generationem, illa ſecunda nondum eſt. Et ita cõſequenter arguitur de omnibus: cum ergo infinitorum a parte ante non detur aliqua prima generatio (que vere ſit completa) nunq̃ dabitur hec vltima generatio ignis completa: et per conſequens (inquit) nihil contingit perfecte fieri aut perfecte moueri vſq; ad quietem. Notandum eſt hic ꝙ Ariſto. non negat proceſſum in infinitũ in generationibus per accidens: puta ꝙ pater meus fuerit genitus ab auo, ⁊ auus a proauo, ⁊ ſic in infinitum ponendo mundum ab eterno vt ipſe poſuit: nam generatio qua me pater genuit non requirebat tunc per ſe ſimul concurſum aui: quippe qui iam ceſſauerat quando genuit patrem. Quod autem actu hec generatio dependeat de per ſe ab infinitis generationibus, que ſimul fiant, hoc eſt impoſſibile quemadmodum eſt impoſſibile ꝙ vnius effectus dependeat ex infinitis cauſis eſſentialiter ſubordinatis.

Tex. xiiij. Amplius: eiuſdem eſt, motus contrarius & inſuper quies, & generatio & corruptio. Quare id quod fit cum fit, id quod fit, tunc corrumpitur. neq; enim quod mox fit: neque poſterius, eſſe enim opportet: quod corrumpitur.

¶ Tertiam rationem ſubiungit in textu. 14. Ubi ſupponit ꝙ quicunq; motus habet duo contraria (vt in poſtpredicamentis dictũ eſt) puta quietem tanq; terminum, ⁊ preterea motum contrarium, vt calefactioni contrariatur quodammodo frigefactum eſſe (quia non ſtant ſimul calefieri ⁊ frigefactum eſſe) et preterea contrariatur ei frigefactio. Et pariter generationi contrariatur quodammodo terminus a quo: et corruptio vt tex. 54. patebit. Tunc arguit. Si generationis eſt generatio, erit et corruptio. i. ſi generatio generatur, etiam ⁊ corrumpitur: quia contraria ſunt circa idem: nihil autem corrumpitur, niſi quãdo eſt: ⁊ generatio non eſt, niſi quãdo fit: ergo ſimul dum fit corrumpitur: quod eſt inconueniens. Hoc argumento vtitur Gregorius et alij ad probandum ꝙ entia ſucceſſiua (vt motus et tempus) nõ ſint res diſtincte a ſubiecto: nam alias ſimul dum fierent corrumperentur. Nihilominus Ariſt. id non habet pro inconuenienti, niſi quando aliquid generatur aut corrũpitur tanq̃ terminus generationis ⁊ corruptionis; quemadmodũ contraria opinio dicebat generationẽ generari: nã tunc ſequeretur ꝙ generatio alicuius eſſet eiuſdẽ corruptio. Quod autem motus et tempus ſecundum ſuas proprias rationes habeant eſſe tantummodo in tranſitu, ſiue diſtinguantur illo modo realiter ſiue non, non reputat Ariſtoteles inconueniens.

Amplius, opportet materiam ſubeſſe: & ei quod fit, & ei quod mutatur. quæ igitur erit? vt alterabile aut corpus, aut anima eſt: ſic id quod fit, motus aut generatio. Tex. xv.

¶ In textu, 15. ſubijcitur quarta ratio. Si generatio generatur, ita vt vna generatio ſit terminus alterius, neceſſe eſt aliquam ſubeſſe materiam diſtinctam a materia ipſius geniti, vt ſi generatio ipſa ignis generatur (cum generatio formaliter diſtinguatur ab igne) neceſſe eſt dare materiã gñationis diſtintã a materia ignis: illa vo nulla põt ſignari: ergo gñationis non eſt generatio.

Et rurſus: aliquid in quod mouentur. oppor- tet enim ꝙ aliquid ſit, huius ex hoc in hoc motus: & non motus aut generatio. Simul autem: & quo modo erit? nõ enim erit diſciplinatio: diſciplinationis generatio. Quare neq; generationis, generatio: neq; quædam, cuiuſdam. Tex. xvj.

¶ In textu. 16. ſubnectit duas alias ratiunculas. Eſt ergo quinta. Omnis motus aut mutatio eſt ab hoc in hoc, tanq̃ a termino a quo ad terminũ ad quem: huiuſmodi autem termini debent eſſe hoc aliquid (id eſt res aliqua aut forme alicuius predicamenti: vt ſubſtantie in generatione ſimpliciter, aut qualitates, aut quantitates, aut loca) generatio autem aut motus non eſt res, ſed via, puta acquiſitio et deperditio rei: ergo generatio vel mutatio non poteſt eſſe terminus alterius generationis aut motus. ¶ Sexta ratio eſt. Sicut ſe habet genus ad genus, ita ſpecies ad ſpeciem: vt ſi mutationis in genere eſt mutatio, et generationis generatio, eadem ratione in ſpecie diſciplinationis erit diſciplinatio. Quod eſt dicere. Similis denominationis erunt mutatio ipſa ad quam eſt motus, ⁊ motus ipſe qui ad illã terminatur; vt ſi ad calefactionem eſt per ſe motus, ille erit calefactio: et ſi ad dealbationem eſt motus, ille erit dealbatio. At vero non eſt ita, quia diſciplinatio non eſt generatio diſciplinationis, ſed ſcĩetie: nec calefactio eſt gñatio calefactiõis ſed caloris: ergo mutationis non eſt mutatio.

Amplius ſi tres ſpecies motus ſunt harum aliquam neceſſe eſt eſſe ſubiectam naturam, & ea in quæ mouetur: vt neceſſe eſt: loci mutationẽ alterari aut ferri. Omnino autem quoniam mouetur omne quod mouetur, tripliciter, aut quia ſecundum accidens, aut quia pars aliqua, aut quia per ſe ſecundum accidens ſolũ continget mutari mutationẽ. vt ſi is qui ſanatur: currat, aut diſcat. Eam autem quæ ſecundum accidens: dimiſimus olim. Text. xvij.

¶ Septima denique ac poſtrema ratio in text. 17. eſt hec. Si mutationis eſt mutatio, cum tres ſunt ſpecies motus, fit vt illarũ quelibet ſit aliarum ſubiectum: vt loci mutatio alteretur et augeatur, et alteratio augeatur et mutetur localiter, et augmentatio mutetur localiter ⁊ alteretur: quod abſurdũ eſt. ¶ Ex dictis ergo cõcludit, motus ipſius non eſſe per ſe motum: id eſt vnum motum



motũ non terminari ad aliũ tanq̃ ad terminum: ſed per accidẽs, ratione ſubiecti, aut ratione partis nihil vetat: vt cũ ille qui hactenus cucurrit, mõ incipit na ri, aut diſcere: aut q̃ hactenus mouit linguam, modo incipit mouere manũ ⁊c. Attamen motus ille qui eſt ſecundum accidens ab huiuſmodi cõſideratione eſt relinquendus, vt tex. 6. dixerat.

Textus. xviij. Quoniam autem neq; ſubſtantiæ, neq; ipſius ad aliquid, neq; ipſius facere & pati: relinquitur ſecundum qualitatem, & quantitatem, & vbi, motum eſſe ſolum. in vnoquoq; enim horũ: eſt contrarietas. Motus igitur ſecundũ qualitatẽ: alteratio ſit. hoc enim inditum eſt, cõmune nomen. Dico autem qualitatem: non quæ in ſubſtantia (et enim differentia: qualitas eſt) ſed quę paſsiua eſt, ſecũdum quam dicitur pati, aut impaſsibile eſſe. Qui vero ſecundum quantitatem eſt: ſecundum cõmune quidem innominatus eſt ſecundum autem vtrunq;: augmentatio & diminutio. Is quidẽ qui eſt in perfectam magnitudinem: augmentatio. qui vero ex hac. diminutio. Qui autem ſecundum locum: & ſecundum proprium & ſecũdum commune in nominatus eſt. vocetur autem latio: nomine communi. quamuis dicantur ferri hæc ſola proprie: cum non in ſeipſis ſit mutantibus locum, ſtare, & quæcunq; ipſa nõ ſe ipſa mouent ſecundum locum.

¶ Poſtq̃ hactenus in prima parte huius capitis probauit partem negatiuã. ſ. ꝙ in alijs predicamentis non eſt motus, in ſecunda nũc parte oſtẽdit affirmatiuam ꝙ in tribus eſt motus: puta in quãtitate, qualitate ⁊ vbi. Colligit ergo hoc modo. Cũ neq; ad ſubſtantiã neq; ad relationẽ neq; ad agere ⁊ pati ſit mot⁹, fit vt tm̃ ſit ad quãtitatẽ, qualitatẽ et vbi, in q̃bus eſt contrarietas que requiritur ad motũ. De tempore nanq; nihil opus fuit ſpecialem conſiderationẽ habere: eo ꝙ, cum ſit menſura motus, ea ratione qua ad motum nõ eſt motus, fit vt neq; ad tempus ſit per ſe motus. Situs autẽ et, habere, nomine ipſius ad aliquid comprehendunt, licet non ſint relatiua ſecundũ eſſe, ſed ſolum ſecundum dici, vt queſtione prima explicamus. Hac de cauſa motus ponitur inter poſtpredicamenta; quia eſt communis pluribus predicamentis. ¶ Accõmodat ergo Phi. ſuũ cuiq; mutationi proprium nomen, dicens ꝙ motus ad qualitatem communi ac ſimplici nomine appellat alteratio: ſiue ſit acquiſitio, ſiue deperditio qualitatis: quia nulla deperditur ſine alterius acquiſitione. Addit vero ꝙ nõ accipitur hic nomen qualitatis vt in Predicabilibus capi. de differentia dictũ eſt: differentiã ſubſtantie predicare in quale: et in Predicamento ſubſtantie dictum eſt, ſecundas ſubſtantias ſignificare quale quid (.i. formam ſubſtantialem) ſed pro qualitate paſſiua que eſt de tertia ſpecie qualitatis: vt ſunt calor ⁊ color: atq; adeo prime qualitates, et ſecunde, que ex illis cõſtant. He enim potiſſimũ dicunt qualitates: quia diſponunt ad corruptionẽ ⁊ introductionẽ formarũ ſubſtantialiũ: et per cõſequens per has ſubiecta dicunt pati, ⁊ alteraria diſpoſitione naturali. Nam ſecundum qualitates aliarum ſpecierũ non ita proprie ſubiectũ dicitur pati aut alterari: quia pati, non ſolũ dicit recipere, ſed vinci et ſuperari ab agente ⁊ trahi via corruptionis. ¶ Motus vero ad quantitatem non habet vnũ cõmune nomen ſimplex, quo ſignificetur acquiſitio, aut deperditio, ſed ſub diſiunctione dicitur augmentatio, vel diminutio. ¶ Motus autem localis neq; habet (inquit) proprium nomen ſimplex: vt alteratio: neq; commune, adequate omni motui locali: ſed appellabit (inquit) latio. Quod nomen ſecundũ propriã ſignificationẽ nõ eſt cõmune ad omne genus motus localis, ſed ſolum ſignificat motũ violentum de loco ad locum. Ferri enim idem pollet quod ab extrinſeco traduci in alium locũ. ¶ Adnotanda eſt hic egregia ratio. S. Tho. cur motus iſti non habeant ſimiliter nomina. Ait enim ꝙ, quia qualitates contrariantur poſitiue ſecundũ propriam rationem ſui generis et nunq̃ vna deperditur, niſi per acquiſitionem alterius contrarie, potuit quicũq; motus vel a qualitate, vel ad qualitatem appellari alteratio. In quantitate vero non eſt contrarietas ſpecifica ſecũdum propriã rationem quantitatis (quãtitas enim maior que acquiritur per augmentũ, ⁊ minor que acquiritur per decrementum, eiuſdem ſpeciei quantitatis ſunt. ſed differunt quodammodo priuatiue penes abundantiã ⁊ defectũ) et ideo non potuit hec differentia vnico nomine explicari, ſʒ vnus motus dicit augmentum ⁊ alius decrementum. At vero in motu locali non eſt cõtrarietas inter terminos: puta inter locum a quo ⁊ locum ad quem ſecundum genus quantitatis in qua ſpecie ponitur locus, aut ſecũdum genus vbi, ſed per reſpectum ad motum: quia ſcilicet ſunt duo termini maxime diſtantes in tali motu, atque adeo terminantes motum: et ideo non eſt inuentum nomen ſimplex ad ſignificandum aſcenſum, vel deſcenſum, vel circularem motum: niſi vel complexe dicas, motus localis ſeu motus ad locum, aut incomplexe, latio. Dĩa inter tres ſpẽs motus.

Quæ autem eſt in eadem ſpecie, mutatio in magis & minus: alteratio eſt. Quæ enim ex contrario eſt in contrarium: motus eſt, aut ſimpliciter, aut aliquo modo. in minus enim cum ierit. in contrarium dicetur mutari. in magis autem: vt ex contrario in ſe ipſum. differt enim nihil: ſecundum quid mutari, aut ſimpliciter. verum: aliquo modo oportebit contraria eſſe. Magis autem & minus eſt: ex eo quia plus aut minus contrarij ineſt, & non. Textus. xix.

¶ Conſtitutis nominibus ſpecierum motus in textu hoc. 19. docet quomodo nullus illorum recipit magis ⁊ minus, niſi motus alteratiõis. Rẽ aliquam recipere magis ⁊ minus (vt in p̃dicamẽtis capi. de ſubſtantia ⁊ capite de qualitate expoſuimus, cognoſcitur a poſteriori per hoc ꝙ nomen eius predicetur cuʒ his aduerbijs. Petrus autem non eſt magis aut minus animal, aut homo, q̃ Paulus, ſed perfectior: nec magis quantus, ſed maior: nec magis motus localiter, ſed velocius: eſt autẽ magis aut minus calidus vel albus ⁊c. Sed tamen a priori, rationem cur qualitas, potius q̃ res alterius predicamenti, ſuſcipiat magis et minus, ſatis arbitror nos expo- Recipere magis et minus.

 ſuiſſe

fuiſſe lib. 1. huius queſtione quinta: nempe quia in hoc ſolo predicamento proprie reperitur ratio contrarietatis: cõtrarietas autẽ eſt habitudo duorum extremorum per oppoſitum maxime diſtantium, inter que eſt latitudo quedam diuiſibilis ſecundum gradus. Exempli gratia: calor ſummus contrariatur ſumme frigiditati: et ideo vtraqꝫ qualitas habet gradus intenſionis: atqꝫ adeo ambe ſe cõpatiuntur in gradibus remiſſis in eodem ſubiecto, vnde viciſſim ſe expellunt, eo ꝙ per intenſionẽ vnius remittitur alia. At non eſt hic locus hec tractandi. Ait vero Ariſtote. ꝙ alteratio aliquando fit ſimpliciter: puta quando ex vno extremo in aliud ſimpliciter mutatur: vt ex ſumme frigido in ſumme calidũ, aut ex albo in nigrum. Et hec non dicitur mutatio ſecundum magis ⁊ minus, ſed ſimpliciter mutatio in aliam ſpeciem. Alia eſt mutatio a contrario in contrarium aliquo modo: ideſt ſecundum quid: puta cum ex ſumme albo fit minus album. (Nam minus (inquit) album in contrarium tendit: puta in nigrum) et cum minus album mutatur in magis albũ, quodãmodo mutatur a ſuo contrario, ſcilicet nigro in ſeipſum, ſcilicet albũ. Et harum alterationum prima dicitur remiſſio, ſecunda dicitur intenſio.

Tex.xx. Quod igitur hi tres ſoli motus ſint: ex his manifeſtum eſt. immobile autem eſt: & quod omnino non poteſt moueri: ſicut ſonus eſt inuiſibilis. Et quod in multo tẽpore vix mouetur: aut quod tarde incipit, quod dicitur egre mobile. Et quod aptum natura eſt, poteſt quę moueri: non mouetur autem tunc cum aptum natura eſt, & vbi, & quomodo quod quidem immobilium ſolum: quieſcere voco. contraria enim: quies motui eſt. Quare priuatio erit: ſuſceptiui. Quid igitur eſt motus: & quid quies, & quot mutationes, & quales motus: manifeſtum eſt ex dictis.

¶ In textu hoc. 20. ac poſtremo hui⁹ capitis Phi. poſtqꝫ concludit tres eſſe ſpecies motus, adijcit oſtendere que res proprie dicatur quieſcere. Et quia quieſcere idẽ prima fronte videtur, qđ rem immobilẽ eſſe, diſtinguit tripliciter cõtingere vt res aliqua dicatur immobilis. Uno modo negatiue: ideſt, que nullã habet aptitudinẽ vt quouis motu moueatur, vt deus. Intelligentie vero dicuntur etiã immobiles phyſice, licet ſpiritualiter moueantur. Et huiuſmodi immobilia non dicunt quieſcere: qꝛ quies opponitur ꝓuatiue motui: ⁊ ideo nõ quieſcunt, niſi que ſunt apta moueri: ſicut nõ ſunt ceca, niſi q̃ ſunt apta videre. Alio modo aliquid dicitur immobile quia cũ difficultate mouet: aut tunc quãdo mouetur (vt leuiſſima ſtupa cũ cadit) aut qꝛ difficile eſt vt a loco dimoueat, vt immane ſaxũ. Tertio mõ aliquid dicitur immobile, qꝛ eſt aptũ natũ moueri, ⁊ eo tempore quo aptum eſt moueri nõ mouet. Et hoc dicit quieſcere. Ut trabes q̃ a ſuppoſita colũna detinetur ſurſum. Adde ꝙ quies eſt duplex: alia naturalis: vt qñ res eſt in ſuo loco naturali: alia violenta vt quies trabis in tecto. ¶ Concludit igitur Ariſt. ſatis dictũ eſſe quidnã ſit motus, q̃d quies, quot mutationes ⁊c. que eſt prima pars huius libri. Sequitur ergo hic queſtio prima ⁊ ſecunda.

Immobi.

## DE VNITATE ET DIuerſitate & motus.

## CAPVT. III.

POST hæc autem dicamus: quid eſt ſimul, & ſeparatim, & quid eſt tangere, & quid eſt inter, & quid cõſequenter, & quid contiguum & quid continuum, & quibus vnumquodq; horum ineſſe aptum natura ſit. Text.xxj.

¶ Scđa pars hui⁹ libri (vt diximus in principio) eſt de vnitate et diuerſitate motus: que duobus ſubſequentibus capitulis cõtinetur. In hoc em. 3. cap. per. 10. textus diſtributo, ꝓmittit nonnullas diffinitiões ad ꝓpoſitũ neceſſarias: et in ſequẽti rẽ ꝓſequit intentã. Proponit ergo in hoc text. 21. ſeptem t̃mos exponere. ſ. q̃d ſit aliqua eſſe ſimul ⁊ q̃d eſſe ſeparata, q̃d etiã ſe tãgere, q̃d eſſe inter. i. eſſe mediũ, quidqꝫ conſequẽter ſe habere: q̃d deniqꝫ ſit aliqua eſſe contigua, q̃d etiã eſſe cõtinua.

Simul igitur dicuntur hæc eſſe ſecundum locum: quæcunq; in vno loco ſunt primo. Separatim autem: quæcunq; ſunt in altero. ¶ Tangere autem: quorum extrema ſunt ſimul. Inter vero: in quod prius aptũ natura eſt peruenire id quod mutatur, quàm in quod vltimum mutatur, ſecũdum naturam continue mutationem patiens. In paucíſsimis autem eſt inter: tribus. vltimum enim eſt mutationis: contrarium. Tex.xxij.

¶ In textu. 22. exponit quatuor eoꝛ t̃mos qui ꝓpoſiti ſunt. Ait em̃ ꝙ ea dicunt ſimul eſſe ſcđm locũ, quecũqꝫ ſunt in eodẽ loco ꝓprio. Ait, ſimul ſcđm locũ, ad differentiã eoꝛũ q̃ ſunt ſimul tẽpore. Et enim. Ut ea ſunt ſimul tẽpore, que ſunt in eodem tẽpore, ita illa ſunt ſimul loco que ſunt in eodẽ loco. Nõ tñ ſatis eſt eſſe in eodẽ loco cõmuni: alias Roma Pariſij ⁊ Salmantica eſſent ſimul, cũ ſint in eodẽ orbe, ſed requirit ꝙ ſint in eodẽ loco, quẽ dicũt adequatũ. Quo fit vt duo corpora ſimul eſſe nequeãt naturaliter. Per cõtrariũ extremũ ea ſunt ſeparata, que ſunt in diuerſis locis. ¶ Hinc collegit ea ſe tangere quorum vltima ſunt ſimul. Ultima vero eſſe ſiml' eſt ꝙ extrema ſint ſub eodẽ puncto eiuſdem loci. Ut meminiſſe opus eſt ꝙ extremũ linee eſt punctum: extremũ vero ſuperficiei eſt linea: ⁊ extremũ corporis eſt ſuperficies. Si ergo in area duas deducas lineas quarũ altera incipiat vbi altera deſinit, poſtrema puncta ſunt ſimul: eo ꝙ ambobus idẽ rñdet punctum in area: nã cũ punctũ additũ pũcto nõ reddat maius, poſſunt duo eidẽ rñdere pũcto. Proportionabilr' due ſuperficies ſe tangunt, qñ linee extreme coꝛrñdent eidẽ linee loci. vt ſi in eadẽ area extẽdas duas papiros vnã cõtiguã alteri. Ac duo deniqꝫ corpora ſe tangunt, qñ extreme ſuperficies rñdent eidẽ linee circunſtantis loci. vt ſi manus iungas videbis in ternas ſupꝰficies eidẽ linee circunſtãtis aeris in circulũ rñdere. ¶ Subſequenter exponit quart⁹ t̃mus, eſſe inter. i. eſſe mediũ, dicens, illud eſſe mediũ, in qđ id qđ cõtinue mouet aptũ eſt prius peruenire, qꝫ in vltimũ. Exẽpli gratia. Ignis eſt mediũ inter lunã ⁊ aerem, qꝛ qđ cõtinue deſcẽderet a cõcauo lune ꝓus trãſiret per ignẽ qꝫ per aerem. Diffinitio eſt a poſteriori. Ait vero

Simul eſſe

Tangẽtia.

Medium.



[patiẽs ſcđm naturã cõtinue mutationẽ]. i. mobile quod ſuapte natura mouetur continuo motu: quia ſi eſſet angelus qui nõ dependet a loco, poſſet ab extremo ad extremum mutari ſine medio: ſicut cogitationem ego poſſum de celo ad terrã mutare nõ cogitãdo de medio. Ait aptũ natum, ⁊ nõ ait, mouetur, qꝛ omni motu ceſſante ignis nihilomin⁹ mediat inter celũ ⁊ aerẽ. Subiungit ꝙ mediũ in pauciſſimis eſt: nã licet inter duo extrema multa eſſe poſſint media (vt inter celũ ⁊ terrã ſunt tria elementa) tñ ad rationẽ medij ſatis eſt ꝙ ſint duo extrema ⁊ vnũ mediũ. Ad cuius expoſitionẽ ſubdit ꝙ extrema ſunt duo cõtraria, vt albũ et nigrũ, amarũ ⁊ dulce, inter que inter ſunt media plurima. Tria ſunt pauciſſima, non ſimpliciter (quia duo ſunt pauciora, vt habetur. 10. meta. tex. 20. ſed ſunt eorum pauciſſima, in quibus poteſt eſſe medium.

Textus. xxiij. Continue autem mouetur: quod nihil, aut paucíſsimum intermittit rei, non temporis. nihil enim prohibet intermiſiſse, & ſtatim etiam poſt hypaten ſonuiſſe netẽ. ſed rei in qua mouetur. hoc autem: & in ijs quæ ſunt ſecundum locum, & in alijs mutationibus manifeſtum eſt.

¶ Quoniã in diffinitione medij poſitũ eſt. continue moueri, exponit in hoc tex. 23. quidnã ſit continue moueri: dicens, illud mobile cõtinue moueri, quod nihil aut pauciſſimũ intermitit rei. i. ſpacij per qđ mouet [non tẽporis]. i. tẽporis vero nihil prorſus intermittit: qꝛ vt mot⁹ ſit cõtinuus nihil penitus lꝫ tẽporis intermiti: nã ſi momentum intermitat intercidit motus, vt capi. ſequẽti palã fiet. Nihil tñ obſtat ꝯtinuitati motus ſi pauciſſimũ rei. i. ſpacij intermitat. Probat exemplo muſice. Cũ enim citharedus poſt hypaten. i. infimã ⁊ grauiſſimã cordã cõtinuo tãgit neten. i. primã acutiſſimã, ſonus fit cõtinuus: tametſi medie corde nõ tangant: qꝛ tẽpus inter vnũ et alterum tactũ nullũ intercipit. Et idẽ (inquit) cõtingit in motu locali ⁊ alijs mutationibus. vt enim tãgẽs primã et vltimã cordã facit continuũ ſonnũ, ita qui per lapides qui in tranſitu torrẽtis ꝓpinque erigunt trãſit, facit cõtinuũ motũ, lꝫ pedẽ non figat in medio ſpacio inter lapidẽ ⁊ lapidẽ. Huc tẽdit doctrina hec Ariſt. vt admoneat ad continuitatem motuũ non eſſe neceſſariã vnitatẽ ſpacij, dum tamen ſit vnitas ⁊ mobilis ⁊ tẽporis. vt cap. ſequenti per amplius patebit.

Textus. xxiiij. Contrarium autem ſecundũ locum: eſt quod ſecundum rectam diſtat plurimum. minima em̃, finita eſt: menſura autem, finitum eſt.

¶ Dixerat extrema cuiuſcunqꝫ motus contraria eſſe: in motu autẽ locali maxime progreſſiuo, nõ per ſe notũ eſt quomõ loci a quo ⁊ ad quẽ ſint cõtrarij. Et ideo hoc explicat in tex. hoc. 24. dicens ꝙ ille locus dicitur cõtrarius termino a quo, qui plurimũ diſtat ſecundũ rectam lineã. Ultimum quidem, non ſimpliciter, ſed per reſpectũ ad talẽ motum. vt ſi ſit motus animalis, tunc ſumitur vltimũ, reſpectu intentiõis qua dirigit motum. vt cum ego a domo vado in ſcholas, ſchole ſunt extremũ huius motus: eccleſia vero cathedralis que eſt in itinere eſt medium. Subnectit vero ꝙ huiuſmodi maxima diſtantia ſumenda eſt ſecundum lineam rectã: eo ꝙ menſura debet eſſe finitum quid. i. certum ⁊ determinatũ ⁊ inuariabile: minima vero linea (qualis eſt recta) finita eſt. i. certa ⁊ inuariabilis. Exẽpli gratia. Diſtantia inter duo puncta. a. et. b. iudicanda eſt ſecundũ lineam rectam ab vno in aliud: que quidẽ eſſe nõ poteſt, niſi vna, circulares vero que protrahuntur per modum arcus non ſunt certa mẽſura: qꝛ ille poſſunt maiores ⁊ maiores eſſe in infinitum. Secũdum ꝙ alius ſemper circulus poteſt ſuper aliũ deſcribi.

A  B

Tex.xxv. Conſequenter autẽ eſt: inter quod poſt principium ſolum exiſtens aut poſitione, aut natura; aut alio aliquo ſic determinatum: nihil eſt eorum quæ ſunt in eodem genere, & id ad quod conſequenter eſt. dico autem: vt ad lineam linea vel lineæ, aut ad vnitatem vnitas vel vnitates, aut ad domum domus. Aliud autem nihil prohibet eſſe inter. Conſequenter enim: ad aliquid eſt cõſequenter, & poſterius aliquid eſt. non enim vnum conſequenter eſt ad duo, neq; noua luna ad ſecundã conſequenter eſt: ſed hæc ad illa.

¶ In tex. 25. proſequit exponere quintum t̃mum. ſ. quid ſit aliqua conſequenter ſe habere: dicens ꝙ ea ſe conſequenter habent, inter que nihil mediat eiuſdem generis. vt in phalange militum illi ſe conſequenter habent, inter quos nõ mediat alius miles: nihil tamen obſtat ſi mediet aliquis lapis. Sed tamen tertius miles non conſequenter ſe habet ad primũ, eo ꝙ intercedit ſecundus. Et iſta cõſequenter ſe habentia, aut ſumunt ſecũdum prius ⁊ poſterius poſitione ſcđm locũ vt in exẽplo poſito: et ſi domus plurime in eadẽ linea conſequenter ſint extructe. Aut natura. vt binarius cõſequenter ſe hꝫ ad vnitatẽ ⁊ ternarius ad binarium ⁊c. Aut alio (inquit) quouis modo. vt in oratione poſt exordiũ cõſequẽter ſe habet narratio, inter que nihil mediat in genere oratiõis: et poſt narrationẽ conſequitur diuiſio ⁊c. vt eſt apud Cicero lib. 1. ad Here. Ordinetur ergo ſic litera. Conſequenter eſt illud, inter qđ, cũ exiſtat poſt aliqđ principiũ (quod eſt principiũ aliquoꝛ poſitione aut natura ⁊c.) ⁊ id ad qđ conſequẽter eſt, nihil mediat eiuſdẽ generis. Et ſubdit exempla, vt ſi plures lineas deſcribas, aut plures vnitates ⁊c. Ait vero ꝙ nihil prohibet aliud mediũ intercedere. vt ſi inter quaſlibet duas lineas deſignes punctũ, nihilominus linee cõſequẽter ſe habebunt. At ſi vis impares numeros cõſequenter recenſere, tunc vnitas, ternarius, quinarius ⁊c. conſequẽter ſe habent: quia inter ternarium et quinarium nullus mediat impar. Subnectit expoſitionem illius quod dixerat [exiſtens poſt principium ſolum] nam primus homo non conſequenter ſe habet ad ſecundum, nec vnitas ad dualitatem, ſed ſecundus homo ad primum et dualitas ad vnitatem. Id enim quod conſequenter ſe habet poſterius eſt ad illud cui conſequenter ſe habet. Neqꝫ noua luna. i. Kalende (que prima dies eſt lune) conſequenter ſe habet ad ſecũdam: ſed ſecunda ad primam ſe habet conſequẽter: ſicut domus ad domum ſecundum locum. Conſequenter ſe habens latine etiam dicitur, deinceps, iuxta illud Liuij lib. primo. Duo deinceps reges ciuitatẽ auxerũt. i. alter poſt alterũ.

Tex.xxvj. ☙ Contiguum autem eſt:quod cum conſequenter eſt,tangit.Quoniam autem omnis mutatio in oppoſitis eſt , oppoſita autem ſunt,& contraria, & quæ ſecundum contradictionem ſunt, contradictionis autem nihil eſt medium: manifeſtum eſt ꝙ in contrarijs erit id quod eſt inter. ℭContinuum autem eſt quidem : quod contiguum quidem eſt.dico autem eſſe continuum : cum idẽ fiat & vnus,vtriuſq; terminus quibus tangunt , & vt ſignificat nomen, contineantur. Hoc autem eſſe non poteſt:ſi duo ſint vltima.

¶ In tex.26. exponit duos alios tẽrios puta contiguũ ꝛ cõtinuũ. Boetius pro, contiguũ, vertit habitũ. Nõ tñ attingit intentionẽ Phi. Græce nanq; eſt,exomenõ,qđ ſignificat,ꝛ id qđ habet, ꝛ id qđ alteri haberet: qđ eſt eſſe contiguũ. In qua ſignificatione accipit hic. Vertiſſet aũt ſignificatius, adhibitũ,vt Themiſt. qđ idẽ pollet qđ contiguũ. Contiguũ ergo eſt alteri id qđ cõſequenter ſe habet illi,tãgitq; illud. Quid aũt ſit tãgere, iam ſupra expoſuerat . vt vna ſphera celeſtis ſe habet ad aliã. ¶ Reuerti deinceps videt ad explicandũ quare extrema inter que eſt mediũ debeant eſſe quodãmodo cõtraria: quod tex.22. inſinuauerat. Ait enim ꝙ cũ oĩs motus ſit inter duo oppoſita, oppoſitio vo extremoꝝ mutatiõis (vt ſ. dictũ eſt) aut eſt cõtradictiõis, aut ꝯrietatis, ꝯtraditiõis autem nullũ eſt mediũ: inter albũ em̃ ꝛ non albũ nõ eſt dare mediũ (ſicut neq; inter eſſe albũ et nõ eſſe albũ) colligit vt nullũ ſit mediũ, niſi inter ea que quodãmodo ſunt contraria. Quodãmodo inq;, quia nõ ſolũ inter albũ ꝛ nigrũ, ſ; inter duo etiam loca, ꝛ inter maiorẽ ꝛ minorẽ quantitatem eſt mediũ. In numeris vero et in ſpeciebus ſubſtantie, quia perfectio horũ cõſiſtit in indiuiſibili, ſicut nõ eſt cõtrarietas ſufficiens ad motũ, ita neq; mediũ qđ poſſit pertrãſiri per motũ. vt .q.1. dictũ eſt. Intereſt tñ media ſpecies vt ternarius inter binariũ ꝛ quaternariũ, et equus inter canẽ et hominẽ. ¶ Continuũ deniq; inquit eſt qđ cõtiguũ qđdã eſt. i. contiguo rõne proximũ. Ea enim ſunt ꝯtinua quorũ tẽrus vnus ꝛ idẽ eſt in quo illa cõtineantur. vt nomẽ inquit ſonat. Contineri em̃ idem ſignificat qđ a ſe inuicẽ ſimul teneri. Qđ eſſe inquit nõ põt ſi ſint duo tẽri in actu. Exẽpli grã. Duo ligna in actu ſunt que actu ſunt terminata et diuiſa: ꝛ per ꝯñs habent duos tẽros, puta duas ſuperficies diſtinctas: atq; adeo tunc ſunt contigua, cum ſuperficies ille extreme ſunt ſimul. vt tex.22. exponebamus. Due autẽ medietates eiuſdẽ ligni ſunt cõtinue, qꝛ, vbi, ſe tangũt nõ habẽt duas ſuperficies in actu, ſed vna eſt vtriq; cõis.

Textus. xxvij. ☙ Hoc autem determinato , manifeſtum eſt ꝙ in ijs eſt cõtinuum, ex quibus vnum quid aptum natura eſt fieri ſecundũ contactum. & vt demum fit continuum, vnum, ſic & totum , vnum erit . vt aut clauo, aut glutine, aut tactu, aut inſertu.

¶ Infert in hoc tex.27. corolariũ quo res lucidior ſit. Sequit enim inquit nõ ex quibuſcũq; poſſe fieri cõtinuũ, ſed ex illis tm̃ que ſuapte natura apta ſunt fieri ſcđm cõtactũ. i. cõiungi. vt celũ ꝛ ignis, licet ſint cõtigua, fieri tñ cõtinua nõ ſunt apta: ſicuti neq; ignis ꝛ aer. Et eo inquit mõ quo ex duobus fit vnũ continuũ, fit ꝛ vnũ totũ. Vbi adnotandũ eſt vt ait hic Cõmen. triplicẽ eſſe cõtinuationẽ. Alia em̃ eſt artificialis vt duo ligna clauo aut glutine, ꝛ duo lapides in pariete cemento calcis et arene continentur. i. ſimul tenent. Et hec vt inquit Them. nõ eſt ꝓpria continuatio . Niſi forſan tempore longo cementum vertatur in lapidem: tunc em̃ ex duobus lapidibus fit vere vnus. vt in ponte apud Alcantarã ego vidi: ꝛ ferrũ ignitum arena cõſperſum forte vere cõtinuat alteri. Alia eſt cõtinuatio naturalis, vt qñ arbor arbori inſeritur. De quo eſt hic duplex (vt conijcio) exẽplũ Ariſt. Fit enim inſertio aut tactu et appoſitione: que latine dr, occultatio: aut inſitione. Ex his autem dubiũ eſt an fiat vera continuatio, veluti caro oſſi per neruũ continuat. Tertia eſt continuatio mathematica: vt parte, linee continuantur puncto: partes vero ſuperficiei, linea: et partes vtriq; corporis, ſuperficie.

Continuatio triplex.

☙ Manifeſtum autem eſt: & quod primum eſt id quod conſequenter eſt. quod enim tangit: neceſſe eſt cõſequenter eſſe. quod autem cõſequenter eſt: nõ omne, tãgere. ℭQuapropter & in prioribus ratione: conſequenter eſt, vt in numeris. tactus aũt, nõ eſt. ℭEt ſi qdẽ cõtinuũ eſt : neceſſe eſt tãgere. Si vero tãgit: nõdũ cõtinuũ eſt. nõ em̃ neceſſe eſt vnũ eſſe ipſorũ extrema: ſi ſimul ſint. ſed ſi vnũ ſunt, neceſſe eſt ſimul eſſe. Quare vltima cõſitio: ſecundũ gñationẽ eſt . neceſſe eſt em̃ tãgere: ſi conſita erunt extrema. Ea vero quę tangũt: nõ omnia conſita ſunt . In quibus autem non eſt tactus: manifeſtum eſt, ꝙ neq; eſt conſitio in his. Textus xxviij.

¶ Conſequenter in tex.28. cõparat prefatos inuicem tẽros. Primo, cõſequenter (inquit) ſe habere prius natura eſt q̃ ſe tãgere: conſequenter em̃ ſe habere ſolũ dicit ordinẽ, licet inter ſit ſpatiũ ꝛ diſtantia: tangere, vero ſupra, cõſequenter ſe habere, addit, vt vltima ſine medio ſint ſimul. Quocirca omnia cõtigua conſequẽter ſe habẽt: nõ tamẽ quecũq; cõſequenter ſe habẽt, cõtigua ſunt. ¶ Ex hoc infert ꝙ cõſequenter ſe habere, qꝛ vl'ius eſt ꝛ prius q̃ ſe tãgere, inuenitur in iis que ſunt priora ſcđm rationẽ, vt puta in numeris. Numeri em̃ cõſequenter ſe habẽt, ſed nõ ſe tangunt. Tactus nãq; ꝓprie cõuenit quãtitati cõtinue. Ratio aũt numeri eſt prior q̃ ratio quãtitatis cõtinue, quia eſt ſimplitior vt .1. poſt. ſup tex.41. expoſuimus: qꝛ numerus abſtrahit a cõtinuitate. Que quodãmodo ſe habet vt materia intelligibilis, vt habetur .7. meta. tex.35. Qm̃ cõtinuatio eſt cõdictio rerum materialiũ, ꝛ ideo in angelis reperit numerus, nõ autẽ cõtinuitas. ¶ Secũdo cõparat contiguũ ad continuũ, dicẽs ꝙ queadmodũ conſequẽter ſe habere, ſuperius eſt q̃, ſe tãgere, ita ꝛ ſe tangere, q̃ cõtinuũ eſſe. Quecũq; em̃ cõtinua neceſſe eſt vt ſe tangant: non tamen quecunq; ſe tangunt continua eſſe poſſunt. Non enim quorumcunq; ſe tangentium neceſſe eſt extranea eſſe vnum, ſed ſatis eſt extrema eſſe ſimul. vt patet in celo et igne et in equo et ſella. Atquorumcunque extrema ſunt vnum neceſſe eſt a fortiori vt ſint ſimul. Probat exemplo rami qui arbori inſeritur. Vt enim coaleſcat et continuetur arbori neceſſe eſt vt tangat arborem. Non tñ ſi tãgat, ſtatim ſequit vt recipiat humorẽ ꝛ coaleſcat,





quia non quecũq; arbor apta eſt cuiuis conſeri.

Textus. xxix. ☙ Quare ſi eſt punctum & vnitas, qualia dicunt ſeparata: non poſsibile eſt vnitatem & punctum, eſſe idem. his enim ineſt tangere: vnitatibus autẽ, eſſe conſequenter. & inter hæc quidem: contingit eſſe aliquid. omnis enim linea: inter puncta eſt. inter illas autem: non eſt neceſſe. nihil enim : eſt inter dualitatem & vnitatem. Tex.xxx. ℭ Quid igitur eſt ſimul : & ſeparatim , & quid tangere , & quid inter, & quid conſequenter, & quid contiguum, & quid continuum , & quibus vnũquodq; horum ineſt: dictum eſt.

¶ In textu.29. ellucidationis maioris gratia infert corrolariũ, quod ſi pũctũ ꝛ vnitas res eſſent a corporibus ſeparate (vt erat in opinione Pitagoricorũ,) punctũ ꝛ vnitas non eſſet res eadem. Quod duplici ratione ex precedentibus probat. Primo, qꝛ his. ſ. pũctis, cõtingit ſe tangere. Vt patet in duobus pũctis extremis duarũ linearum que ſibi eſſent cõtigue: vnitatibus vero, licet cõtingat conſequẽter ſe habere, nõ tamen ſe tãgere. Ternarius enim in rõne numeri, vt abſtrahit ab hoc ꝛ ab illo corpore non tãgit binariũ. ¶ Secunda ratio eſt ꝙ inter duo puncta (immo inter queuis cõtinuatiua) intercedit medium puta linea. Inter vnitates autem non eſt neceſſe aliqđ eſſe mediũ. vt patet inter vnitatẽ ꝛ binarium. In textu demum.30. nihil aliud fit q̃ dictorum epilogus. Sequitur ſtatim caput quartum.

## ☙ DE VNITATE ET DIuerſitate motus.

## CAPVT. IIII.

Textus. xxxj. VNVS autem motus: dicitur multipliciter. vnum enim multipliciter dicimus. Genere igitur vnus eſt: ſecundum figuras prædicamenti. Loci em̃ mutatio: omni loci mutationi, genere vnus eſt. alteratio autem : à loci mutatione diuerſus genere eſt. Specie autem vnus eſt: cũ genere ſit vnus, & in indiuidua ſpecie, ſit. vt coloris quidem ſunt differentiæ . Igitur alius ſpecie: denigratio & dealbatio . omnis igitur dealbatio . omni dealbationi idem ſecũdum ſpeciem erit. & omnis denigratio: denigrationi. albedini autem: non amplius. Quapropter ſpecie vnus eſt . dealbatio , dealbationi omni. Si autẽ ſunt quædã, quę & genera ſimul & ſpecies ſunt manifeſtum eſt , ꝙ ſpecie quodãmodo vnus erit , ſimpliciter autem vnus ſpecie nõ. vt diſciplinatio: ſi ſcientia ſpecies quidem eſt exiſtimationis, genus autem ſcientiarum.

¶ Poſt diffinitiones tẽrorum ſeptẽ que erant precognitu neceſſarie, in cap. hoc 4 (qđ quindecim tex. habet) pergit exponere vnitatẽ ac diuerſitatem motus. Vnde in hoc text.31. diſtinguit motũ tripliciter eſſe vnũ velut tres alias vniuerſas: nẽpe genere, ſpecie, ꝛ numero, vt .5. meta. tex.12. per amplius docet. Genere vnꝰ eſt motus, q eſt eiuſdem p̃dicamenti. vt motus oĩs localis eſt vnus genere qꝛ ſpectat ad predicamentũ vbi: ꝛ motus oĩs alterationis eſt itidẽ vnus: ad p̃dicamentum pertinẽs qualitatis: ꝛ motus oĩs augmẽtationis itidẽ vnus: qꝛ ꝑtinet ad p̃dicamentũ quãtitatis. Ac deniq; gñatio vnũ eſt mutationis genus: qꝛ omnis attinet ad predicamentũ ſubſtãtie. Dictũ em̃ eſt .3. huius text.4. ꝙ oĩs motus, materialiter ſumptus, in eo eſt predicamẽto, in quo eius tẽrus. ¶ Specie aũt ſimpliciter vnus ſunt motus, quicunq; ſunt in eadẽ ſpecie indiuidua. i. quorũ termini ſunt eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime; nã motus a termino ſortitur ſpeciẽ. vt qꝛ coloris multe ſunt ſpecies, oẽs dealbationes ſunt eiuſdẽ ſpeciei: dealbatio vero alterius ſpeciei eſt q̃ denigratio. ¶ Subiungit aũt ꝙ ſicut inter ſummũ genus ꝛ infimam ſpeciẽ ſunt media quedã, que ſunt genera et ſpecies ſubalterne, ita et motus contingit aliquando eſſe eiuſdẽ ſpecie ſubalterne, licet nõ ſpecialiſſime. vt oĩs diſciplinatio qua acquiritur aliqua ſciẽtia eſt eiuſdẽ ſpecie ſubalterne: q̃uis alterꝰ ſpecie ſpecialiſſime ſit diſciplinatio theologie, q̃ medicine, aut dialectice, aut grammatice.

Motus vnꝰ tripl'r.

Textus. xxxij. ☙ Dubitabit autẽ aliquis , ſi vnus ſpecie motus ſit: cũ ex eodem, idẽ in idem mutetur. vt vnũ punctum: ex hoc loco, in hunc locum iterum atq; iterum. Si autem hoc eſt : erit circulatio, rectæ lationi eadem, & volutio ambulationi. Textus. xxxiij. ℭAn determinatum eſt, ſi id in quo eſt, alterum eſt ſpecie: ꝙ diuerſus motus eſt? circulare autẽ: a recto alterũ ſpecie eſt. Genere igitur & ſpecie motus vnus: ſic eſt.

¶ Mouet in tex.32. dubitationẽ que ex dictis ſuboriri videtur: an videlicet oẽs motus qui ſunt ab eodem in eũdẽq; tẽrum ſint eiuſdẽ ſpeciei. Et arguitur pro parte affirmatiua. Motus ſortitur ſpeciẽ a tẽro ad quem: ſi ergo termini ſunt eiuſdẽ ſpeciei, motus ſunt eiuſdem ſpeciei. Pro parte vero negatiua eſt argumẽtum, ꝙ tunc ſequeretur motum rectũ ac circularem eſſe eiuſdẽ ſpeciei: nam ab.a.ad.b. põt eſſe motus rectus per chordam ꝛ circularis per arcum. ¶ Reſpondet in tex.33. negatiue. Scl'z ꝙ qñ id in quo fit motus. i. ſpacium non eſt idem, non ſunt eiuſdem ſpeciei.

Textus. xxxiiij. ☙ Simpliciter autem vnus motus eſt : qui ſubſtantia vnus & numero, eſt. Quis autem huiuſmodi ſit ; manifeſtum erit diuidentibus . tria enim ſunt numero , circa quæ dicimus motum vnum: quod , & in quo , & quando . dico autem quod: quoniam neceſſe eſt eſſe aliquid quod mouetur, vt hominem , aut aurum. & in aliquo hoc moueri: vt in loco, aut in paſsione . & quando . in tempore enim omne mouetur.

¶ In tex.34. exponere agreditur conditiones requiſitas, vt motus ſit vnus numero: qui ſolus dicitur ſimpliciter vnus: quoniam eſt vnus ſecundum ſubſtantiam. i. ſubſiſtentiam: que proprie eſt in indiuiduo. Ad cuius euidentiam conſiderat tria eſſe in motu , puta ſubiectum quod mouetur, et id in quo mouetur: quod eſt ꝛ terminus ad quem (quem appellat paſſionem) et preterea (ſi ſit motus localis) ſpatium ſeu linea per quam mouetur: nam ex vtroq; vt modo dicebamus ſortitur ſpeciem: et tertio conſideratur, quando, ſcilicet tempus, quod eſt menſura motus. Tria in motu.

Textus. xxxv. ☙ Horum autem , genere quidem aut ſpecie eſſe vnũ: eſt in re in qua mouetur . Contiguũ autem:

uerat in tempore. Simpliciter autem vnum eſſe: in omnibus his eſt. etenim in quo eſt: vnum oportet eſſe, & indiuiſibile. vt ſpeciem. Et rurſus ipſum quando: vt tempus vnum, & non intermittere. Et quod mouetur. vnum eſſe non ſecundum accidens. vt album nigreſcere: & Coriſcum ambulare. vnum autem eſt: & Coriſcus & album, ſed ſecundum accidēs. neq; commune. erit enim ſimul duos homines ſanari ſecundum eandem ſanationem, vt ophthalmie. ſed non vnus hic eſt: ſed ſpecie vnus eſt.

¶ Conſequēter in hoc tex. 35. edocet opus eſſe ad vnitatem motus, vt horū vnūquodq; ſit vnū atq; idem numero. Adnotat veruntamen prius ꝙ tā id in quo fit motus. ſ. t̄ſus ⁊ ſpatium, ꝙ ſubm̄, recipit diſtinctionē, ꝙ poteſt eſſe vnū, aut gn̄e aut ſpē: tēpus vero nō eſt huiuſmōi diſtinctiōis capax: qꝛ tps toti⁹ mūdi eſt vnū nūero. Et ideo ad vnitatem motus nō requirit, niſi ꝙ tēpus ſit cōtiguū ⁊ nō interpoletur. Et forſan, contiguū, accipit pro cōtinuo. Subdit ergo ꝙ vnitas motus cōſiſtit in vnitate horū triū. ſ. ⁊ eius in quo fit motus, et tēporis, ⁊ ſubiecti. Et p̄mo ſubiectū debet (inquit) eſſe omnino vnū: nō ſecundū accidens, neq; vnū cōmune, ſed vnū per ſe ⁊ ſingulare. vt ſi Coriſcus albus eodē ſimul tēpore ambulet ⁊ nigre fiat, nō erunt illi vnus motus: nō ſolum qꝛ locus ⁊ nigredo non ſunt idē t̄ſus, ſed quia neq; eſt idē per ſe ſubm̄. Nam ꝗuis Coriſcus et albū eadē res ſint: tamen de per ſe Coriſcus non nigre fit, ſed albū: neq; de per ſe album ambulat, ſed Coriſcus. Rurſus ſi eodem ſimul tēpore Socrates ⁊ Callias ab eadem egritudine (puta ophthalmia) ſanentur, licet tēpus ſit idem numero, nō t̄n eſt idē numero, motus, propter defectū vnitatis ſubiecti: nā Socrates et Callias ꝗq; ſint quodāmodo idem ſubiectum cōmune (eo modo quo plures hoīes ſunt in ſpē vnus homo) non t̄n ſunt vnū numero. Et inde ꝓuenit vt neq; termini ſint vnū numero.

Textus. xxxvj. Socratem autē ſecundū eandē quidē alterationem alterari ſpecie, in alio autē tempore & iterū in alio, ſi quidem contingit corruptum iterum vnum fieri numero: erit, & hic motus vnus, ſi vero non: idem quidem erit, vnus autem non.

¶ In tex. 36. mouet dubitationē vnā ex parte ſubiecti. Nēpe cū Socrates hodie ſanat ab ophthalmia: qua perdita iterato cras eandē in ſpem ſanitatem recuperat, vtrum idē eſt numero ſubiectū vtriuſq;. Mox explicat rationē dubitandi. Si (inquit) contingit corruptū iterū vnū fieri numero, erit vnus ſimpl'r motus: ſi vero non idē numero, redit, erit quidem idē motus. ſ. in ſpecie, vnus autem ſimpl'r. ſ. numero non erit. Sunt qui hoc qđ eſt corruptū redire, referant ad terminū. ſ. ſanitatem: inter quos eſt. S. Tho. At vero. Themiſti. refert ad ſubiectū. Qđ veriſimilius eſt: nā de termino ſtatim mouet ſimilē dubitationē. Et quātum exiſtimo, qꝛ dixerat ad vnitatē mot⁹ reꝗri vnitatē ſubiecti pſe et ſingulariter: ſubijcit dubitationē ex opiniōe antiquoꝝ, puta Heracliti ⁊ Cratyli, quos. 4. met. tex. 22. opinatos eē (inq̄t) oīa eſſe in cōtinuo motu: ⁊ per ↄn̄s Socratē qui mō ſanat, ⁊ qui hinc ad horā ſanatur non eſſe eundē, ſed iam priorem eſſe corruptum, ⁊ alterum ſuccedere.

Habet autem dubitationem huic ſimilem: & vtrum vna ſanitas & omnino habitus & paſsiones ſubſtantia ſint in corporibus? moueri nanq; videntur habentia: & fluere. Si igitur eandem & vna ſit mane & nunc ſanitas: cur non etiam cum intermiſſam acceperit iterum ſanitatem, & hæc & illa vna numero erit? Textus. xxxvij.

¶ Subijcit in textu. 37. dubitationē ſuperiori ſimilē ex parte t̄ri. an videlicet vna eadēq; nūero ſanitas duret per tēpus in hoīe ſano. ſimiliter em̄ arguerēt illi philoſophi non eſſe eandē ſanitatē ſero, que erat mane: qꝛ omnia ſunt in ↄtinuo fluxu. Qđ ſiquis dixerit cōtra eandē eſſe ſanitatē (vt eſt in rei veritate) tunc ſequit. Videtur ꝙ ſi meridie interrūpatur ſanitas ⁊ ſero rurſus recuperat, eadem erit ſanitas numero: ⁊ per ↄn̄s idem erit numero motus, quo quis mane ſanatur, et quo, interciſa ſanitate, iterum ſero ſanatur.

Eadem enim ratio eſt. verum tantum intereſt, ꝙ ſi duo idē hoc ſunt: ſicut numero vnus, & habitus eſſe neceſſe eſt: vnus em̄ nūero actus: vnius numero eſt. Si vero habitus vnus eſt: fortaſsis alicui non videbitur vnus & actus eſſe. cum enim ceſſauerit ambulans: non amplius eſt. ambulatio rurſus autem ambulante: erit. Si igitur vnus & idem eſt: continget vnum & idem & corrumpi & eſſe ſepe. Hæc igitur dubitationes: extra præſentem ſunt conſiderationem. Textus. xxxviij.

¶ Ex duabus propoſitis dubitationibus, primā que eſt ex parte ſubiecti non curat hic ſoluere. Non enim eſt hic locus diſputādi an omnia ſint in continuo fluxu: ſed hac reiecta opinione ſupponit eundem eſſe Socratem ſero qui fuit mane, et eundem fore cras, qui fuit heri. vt. 4. meta. decernit. ¶ Ad ſecundam vero dubitationem quando terminus interciditur, reſpondet ꝙ quāuis eadem ſit aliquo modo ratio de vnitate motus, et de vnitate habitus (. ſ. forme vel loci qui eſt t̄ſus ad quem) intereſt tamen inter motū ⁊ talem terminum, ꝙ ab vnitate motus ad vnitatem termini valet conſequentia: non tamen conuertitur vt valeat ab vnitate termini ad vnitatem motus. Et hoc eſt quod ait, ꝙ ſi duo (. ſ. motus illi quo quis ſanat mane ⁊ ſanat ſero) idem hoc ſunt, ſicut numero vnus. i. ſi ſunt idē numero motus, conſequitur, vt et habitus. ſ. forma acquiſita ſit etiam vna: qꝛ vnitas motus vnitatem infert termini. Quocirca ſit eadē ſi cōtinua ſanatio non interrupta per totum diem, ſicut erit vna numero ſanatio, ita erit vna numero ſanitas: ſi vero interrumpatur, ſicut erunt due ſanitates, ita et duo ſanationis motus. Subdit autem ꝙ non conuertitur, vt vnitas habitus. ſ. termini inferat vnitatē termini. Quod ꝓbat in motu locali. Si em̄ quis moueatur ad locum, a. et ceſſante motu alia hora rurſus moueat ad eundē locū, idē erit nūero ſubiectū ⁊ t̄ſus, non t̄n erit idē nūero motus: qꝛ deficit vnitas tēporis. Ait vero [fortaſſis nō videbit ⁊c.] non qꝛ dubitet, ſed qꝛ ille eſt ſibi peculiaris modus loquēdi. Probat ergo ꝙ ſecūdus nō erit idē motus numero cū primo: alias (inquit) idem corruptū numero rediret: nā mot⁹ prior, vbi ceſſauerat, corrupt⁹ eſt. Pōt aliter exēplū deſignari. vt ſi cū quis moueat ad. a. locū, tantiſper pauſetur in via, ⁊ iterum progrediatur, licet tunc idem ſit terminus principaliter intentus, tamen non eſt idē motus ꝓpter interruptionē. Ob idq; ſunt duo t̄ri. ſ. ille vbi fit pauſa, ⁊ deinde poſtremus.



Textus. xxxix. Quoniam autem continuus omnis motus eſt: & ſimpliciter quidem vnum & continuum eſſe neceſſe eſt, ſi omnis quidē diuiſibilis eſt. & ſi continuus: vnus. nō enim fiet omnis, cōtinuus omni: ſicut neq; aliud vllum cuiuis quoduis, ſed quorū vnum ſunt vltima. vltima autem: aliquorum quidem non ſunt, aliquorum autem ſunt, ſed ſpecie differentia & equiuoca. quomodo nanque tāget, aut vnum fiet: vltimum lineæ & ambulationis?

¶ In reliquis his ſeptē textibus perſeuerat dilucidius explicare quēadmodū ad vnitatē motus exigit vt triū vnūquodq; predictorum ſit ſimpl'r vnum. Atq; is ſyllogiſm⁹ in virtute eſt hic. Idem eſt motū eſſe vnum, ⁊ eſſe continuū: ſed ad continuitatē motus neceſſaria eſt ⁊ ſubiecti ⁊ tēporis ⁊ termini vnitas: ergo eadē eſt neceſſaria ad motus vnitatē. Maiorē probat annuendo ad multiplicē acceptionē vni⁹. Dupl'r. n. aliquid eſt vnū; aut qꝛ non eſt diuiſibile in plura. vt angelus: aut qꝛ eſt vnū continuū: motus autē nō eſt vnus primo modo, cum ſit diuiſibilis: eſt ergo vnus ſcđo mō. Et hoc eſt qđ cōcludit, dicens [ſi continuus, vn⁹] qđ eſt dicere. Idē eſt motum vnum eſſe, qđ cōtinuū eſſe. Hoc ſuppoſito ſubdit quid requiratur, vt motus ſit cōtinuus. Ait ergo ꝙ cū cōtinua ſint quorum vltima ſunt vnū, duplici de cauſa due res cōtinue eſſe non poſſunt: nēpe aut qꝛ nō habent vltima, vt duo angeli: aut quia licet habeāt vltima, ſunt tamen ſpecie differētia ⁊ diuerſarū rationū. Ut linea ⁊ ambulatio non poſſunt eſſe continua, quia ſunt diuerſorū generū: ſicut neq; qualitas ⁊ relatio, aut relatio ⁊ quantitas.

Textus. xl. Contigui igitur erunt: & qui neque idem ſpecie, neque idem genere ſunt. Poſtq̄ enim cucurrit aliquis: ſtatim febricitare poteſt. & veluti lampas ex ſucceſsione: loci mutatio eſt contigua, cōtinua autem, non. Ponitur enim continuum: quorum vltima vnum ſunt. Quare contigui & conſequenter ſunt: quia tempus continuum eſt. Continuū autem eſt: quia motus continui ſunt. hoc autem eſt: cùm vnum vltimum fuerit amborum.

¶ Subijcit in tex. 40. exēpla: dicens, ꝙ motus ſpecie differētes cōtigui eſſe poſſunt, ſeu coherētes ⁊ adhibiti alter alteri: continui vero, minime. vt cū quis velociter cucurrit pōt cōſequēter febricitari: nunq; t̄n erunt motus continui: qꝛ nō poteſt idem t̄ſus vtriq; eſſe cōis. Et pariter cum lāpas ex ſucceſſione mouet. Exēplum hoc Themiſt. ait alludere ad cerealia: que erāt Cereris ſacra. vbi lāpadē accenſam vnuſquiſq; proximo tradebat in circulū. Et qꝛ in illo pūcto quo quis ab alio accipiebat fieri nequibat quominus tātiſper ceſſaret motus lāpadis, ait ꝙ lationes ille non faciebant vnū continuum motū. Alij referunt ad illā impreſſionē metheorologicā que dicitur lancea cadēs. vbi flāma nō cadit cōtinua, ſed interpolatim inflāmando groſſiores partes exalationis. At re vera neuter iſtoꝝ vr̄ eſſe ſenſus exēpli. Tūc qꝛ Ariſt. intēdit exemplū ponere in motibus diuerſarū ſpecieꝝ: t̄n etiā qꝛ iſti motus, nec cōtinui ſunt nec cōtigui: ſiquidē interpolantur. S. Tho. intelligit de motu olei ſurſum per lychnum quo nutritur flāma lapidis. Qui eſt contiguus flāme lāpadis. Forſan (niſi fallor) ſignificantius intelligeret exēplū de motu locali cōfricationis duoꝝ lapidum, quo accenditur flāma: aut de percuſſione ſilicis qua accendit ignis: tunc. n. motus localis eſt cōtiguus inflāmationi, nō t̄n cōtinuus. Dicuntur autem cōtigui (vt ſubdit Ph.) qꝛ tempus quo alter ſuccedit alteri non interpolatur, ſed eſt ↄtinuum: quippe cum in eodem inſtanti, quo vnus deſinit eſſe, alter incipit. Non tamen ſunt continui: quia cum differant ſpecie, non continuantur per vnum terminum communem.

Quapropter neceſſe eſt: eundem ſpecie eſſe, & vnius, & in vno tempore, ſimpliciter continuum motum & vnum. Tempore quidem: vt non immobilitas interſit. in intermittente enim, quieſcere neceſſe eſt. Multi igitur, & nō vnus motus eſt; inter quos quies eſt. Quare ſi aliquis motus ſtatu intercipitur: neque vnus eſt, neque continuus, intercipitur autem: ſi in medio tempus eſt. Eius vero qui ſpecie non vnus eſt: non. & ſi non intermittitur tempus: tempus enim: vnum eſt. ſpecie autem: motus alius eſt. Motum enim vnum: neceſſe eſt & ſpecie vnum eſſe. hunc autem ſimpliciter vnum eſſe: nō eſt neceſſe. Quis igitur motus ſimpliciter vnus eſt: dictum eſt. Textus. xlj.

¶ Concludit ergo tex. 41. triū vnitates requiſitas eſſe ad ↄtinuitatē, atq; adeo ad vnitatem motus: Primo. n. reꝗrit vnitas t̄ri ⁊ ſpatij ſpecifica: alias motus nō erūt eiuſdē ſpeciei: ⁊ per ↄn̄s nec poterūt eſſe ↄtinui. Secūdo vnitas ſubiecti. Et tertio vnitas tēporis. Tēporis, vt nō īmobilitas. i. ꝗes interſit. Dum motus enim quiete interrumpit, non eſt cōtinuus: ⁊ per ↄn̄s neq; vnus. Qđ autē requiratur vnitas ſpeciei in terminis ⁊ partib⁹ motus, patet: qꝛ ſi mot⁹ differāt ſpecie, licet vno tēpore cōtinuo fiant, ita vt eodē inſtāti quo vnus deſinit alter incipiat, non erit motus vnus. ¶ Et inde cōcludit ꝙ ſi motus eſt vnus numero neceſſe eſt vt ſint oēs partes eiuſdē ſpeciei, non tamen ecōtrario ſi mot⁹ eſt eiuſdē ſpeciei alteri, erit ꝓinde idē numero. ¶ Qđ ſi interroges cur non dixit requiſitā eſſe vnitatē termini numero, ſꝫ ſpecie: poſtq; requiritur vt terminus ſit vnus numero. Reſpōdetur ꝙ ſi t̄ri ſeu partes motus (qđ idē eſt) ſunt eiuſdē ſpēi, erūt etiā idē numero ſi mot⁹ nō interrūpat. Et ideo ſi vnitas tēporis ⁊ vnitas ſpecifica termini concurrāt, terminus erit vnus numero. De vnitate ſubiecti iam ſupra dixerat.

Amplius autem dicitur vnus & perfectus ſiue ſecundum genus, ſiue ſecundum ſpeciem, ſiue ſecūdum ſubſtantiam ſit: ſicut & in aliis perfectū & totum ipſius vnius eſt. eſt autem quādo, & ſi imperfectus ſit vnus dicitur: ſi ſolum ſit continuus. Textus. xlij.

¶ Conſtituto iam in quo conſiſtat ratio vnitatis motus vt ſimpl'r ⁊ abſolute dicatur vnus, ſubijcit duos alios modos quibus motus dr̄ vnus. Unū multipliciter. Qui vt probe adnotat S. Tho. potius exprimūt quādā formam vnitatis, q̄ vnitatē. Ait ergo qđ vnū alio mō idē eſt qđ perfectū: eo qđ vnū idem

eſt qđ totū (idē.n. eſt plures partes facere vnū, ꝙ facere totum) totum autē idē eſt qđ perfectū cui nihil deeſt. Ac proinde, vt perfectum recipit magis ⁊ minus, ita ⁊ vnū. Siue ſecūdū (inquit) genꝰ ſiue ſm ſpeciē, ſiue ſm ſubſtātiā.i. numerū. Exēpla Cōmentatoris ſunt. Ut inter motus, localis eſt genus perfectiꝰ, atqꝫ adeo ille eſt magis vnꝰ, ꝙ alij motus. In hoc vero genere, circularis eſt perfectior ſpecies ꝙ motus rectus. Sed in hac ſpecie, motus celi eſt precipuū indiuiduum. Et hoc dicit contingit in motibus, ſicut in rebus ceteris. Homo.n. vno modo dicit vnus, quia perfectus eſt omnibꝰ ſuis mēbris: ⁊ pariter domus eſt vna, qꝛ eſt abſoluta ⁊ ꝯſumata: nihilominꝰ dicit vnꝰ hō, licet ſit mācus, aut oculis orbꝰ, ppter cōtinuitatē partiū. Eodē mō in motu vnitas q̄ prouenit ex cōtinuitate motus ſufficit vt dicat ſimpliciter vnus: nihilominus tñ qui perfectior eſt magis vnus eſt. Huius ratione affert Themiſt. quia ppius accedit ad finē: ⁊ vnitas motus ſumitur a fine. Imperfectū autē vr̃ habere rationem partis: partes vero ad pluralitatem vergunt.

Textus. xliij. ❧ Amplius autem, aliter præter dictos. dicitur motus vnus, regularis: irregularis enim: eſt quidem vt non videatur vnus, ſed magis regularis vt rectus. irregularis enim: diuiſibilis eſt. Videtur autem differre: ſicut magis & minus. eſt autem in omni motu: quod regulariter eſt, aut nō. Etenim alterabitur regulariter: & feretur ſuper regulare, vt circulum, aut rectam. & circa augmentationē ſimiliter, & diminutionem.

¶ In tex. 43. ſubſequit ſecundus modus, quo primus amplius dilucidat. Ait.n. tertio mō dici motū vnū, eo ꝙ eſt regularis. Irregularis.n. etſi ſit vnus rōne cōtinuitatis, nō tñ eſt vnus tanqꝫ indiuiſibilis. Etenim vt inter ſubſtātias vno mō dicitur ſubſtātia vna, qꝛ eſt vnū continuū ⁊ alio mō, quia eſt indiuiſibilis. vt angelus (⁊ hec eſt maior vnitas) ita motus irregularis non eſt tam vnus, eo ꝙ eſt diuiſibilis in partes difformes diuerſarꝫ velocitatū: regularis aūt eſt magis vnus ppter equalitatē ⁊ vniformitatē partiū. Unde regularis ⁊ irregularis dicit vnus ſm magis ⁊ minus. Subijcit exempla motus regularis in omni ſpecie motus. Contingit.n. aliquid regulariter alterari: ⁊ item ferri localiter ſuper ſpatiū regulare ſm lineam, vel circularē, vel rectā. Et quādo ſpatiū eſt vniforme, ſi virtꝰ motiua perſeueret equalis, motus erit vniformis. Obidqꝫ motus primi mobilis, vt eſt omnium regulariſſimus, eſt ⁊ maxime vnus. Atqꝫ adeo vt indiuiſibilis vnitas eſt regula ⁊ menſura aliorum motum.

Textus. xliiij. ❧ Irregularitatis autem differentia eſt: aliquando quidē, in quo mouetur. impoſſibile eſt enim regularē eſſe motum: non ſuper regulari magnitudine. vt motus reflexe, aut ſpire, aut alius magnitudinis. quorum quæuis ad quāuis partē minime accommodatur: aliquando autem: neque in vbi, neque in quando, neq; in eo ad quod, ſed in ipſo modo. velocitate enim & tarditate, aliquando determinatur. cuius enim eadem eſt velocitas. regularis eſt. cuius autem non: irregularis. ℂ Quapropter neque ſpecies motus, neque differentiæ ſunt: velocitas & tarditas. quia omnes ſequuntur differentes ſecundum ſpeciem. ℂ Quare, neq; grauitas, neque leuitas quæ ad idem eſt. vt terræ, ad ſeipſam: aut ignis, ad ſeipſum.

¶ Subſequēter tex. 44. duas reddit cauſas difformitatis in motu, primā ex parte ſpatij ⁊ alteram ipſius mobilis. Ubi adnotandum eſt ꝙ difformitas ſpatij duplex eſt, que cauſa eſſe pōt difformitatis motus. Prima ex difformitate reſiſtētie. vt qꝛ eſt difformiter groſſum ⁊ ſubtile: p partes.n. ſubtiliores velocius mobile mouetur, ꝙ per eas que magis ſunt craſſe. De qua hic Ph. non meminit, ſed tanqꝫ per ſe notā pretermittit. Alia eſt difformitas figure. ¶ Ubi ſecūdo notandū eſt, ꝙ linea, aut perfecte circularis, aut perfecte recta eſt vniformis, propterea ꝙ ſingule partes ⁊ inter ſe ⁊ cum toto ſunt eiuſdem rationis. Linee vero aliter quomodocunqꝫ variate, ſcilicet aut reflexe cauſantes angulos, aut orbiculares admodum ſerpentis (que Latine dicuntur ſpire) ſunt difformes propterea ꝙ pars ad partem minime accōmodat: quia.ſ. nec partes prime figure procedunt oēs in rectū, vt incipiunt. nec partes ſecunde procedunt perfecte in circulū. Unde qđ moueretur per primā lineā nec perfecte aſcenderet nec perfecte deſcenderet, ſed eſſet motus cōpoſitus ex aſcenſu ⁊ deſcenſu, ⁊ qđ moueret per ſecundā nō moueretur perfecte circulariter. Secūdo mō (inquit) contingit irregularitas in motu, neqꝫ in vbi, neqꝫ in qñ, neqꝫ in eo ad qđ.i. neqꝫ ratione loci, ſi eſt localis, neqꝫ ratione temporis: qꝛ tēpus cū ſit vnū ⁊ inuariabile, non poteſt eſſe difforme: neqꝫ ratione termini, puta qualitatis, aut quātitatis que acquiritur. Boetius vertit [in quo] ⁊ ppterea S. Tho. dicit referri poſſe ad ſubiectū.i. neqꝫ ratione ſubiecti. Sed tamē Grece nō eſt, niſi, eis o.i. in qđ, quod dicit terminū. Et preſertim quia hic non intendit Ph. excludere irregularitatē q̄ eſt ex parte ſubiecti, vt ꝙ primū patebit. Sed (ait difformitatē cōtingere in ipſo modo.ſ. ipſius motus: qꝛ.ſ. nō eſt vniformis velocitate ⁊ tarditate ſm oēs partes. vt deſcenſus naturalis lapidis, licet per idē mediū deſcēdat, velocior eſt in fine, ꝙ in principio: motus vero violentus ecōtrario velocior eſt in principio, ꝙ in fine. Que quidē diuerſitas quodāmō eſt ex parte ſubiecti: idcirco ꝙ in naturali, impetus intenditur, ⁊ in violento, remittit. Obidqꝫ, vt Cōmentator hic admonet, quatuor de cauſis difformitas velocitatis tarditatiſqꝫ motus vſu venire pōt.ſ. ratione ſpacij difformiter reſiſtētis: aut ratiōe motoris, ſicut in motibus liberis: vt cum tonſor rotam vt vult circūmouet: aut ratione termini ad quē. vt qualitas ſpūalis velocius producit ꝙ corporalis, ⁊ calor, velocius, ꝙ frigus: aut rōne virtutis intriſice ipſius mobilis. vt grauius velociꝰ deſcēderet (etiam per vacuū) ꝙ leuius. Sed hic modꝰ ad ſecūdū reducit. ¶ Infert tandē ex dictis duo corollaria. Primū eſt ꝙ velocitas ⁊ tarditas non ſunt due drie.i. ſpēs eſſentiales motus. Probat. Drie eſſentiales nō poſſunt eidē ſpeciei ſimul cōuenire (vt hō non eſt ſimul rōnalis ⁊ irrōnalis) ſed velocitas ⁊ tarditas cuicunqꝫ ſpeciei motus conueniunt (.ſ. alterationi, motui locali, tam circulari, ꝙ recto) ergo nō ſunt ſpecies eſſentiales, ſed

Quatuor cauſe velocitatis.





ſed accidentia potius motibus omnibus cōmunia. ¶ Secundū corollariū. Neqꝫ grauitas ⁊ leuitas idē ſunt ꝙ tarditas ⁊ velocitas: ratio eſt hec. Grauitas nō cōuenit niſi motui deorſum, vt cum pars terre mouet ad ipſam.ſ. ad totū elementū: leuitas vero nō cōuenit, niſi motui ſurſum, vt cū pars ignis mouet ad ipſum.ſ. ad elemētū ignis: velocitas vero ⁊ tarditas ſunt accidentia vtriqꝫ communia. Etenim tam motus deorſum ꝙ motus ſurſum poteſt eſſe ⁊ velox ⁊ tardus.

Textus. xlv. ❧ Vnus igitur irregularis eſt: qua eſt cōtinuus. minus autem: quod reflexa accidit lationi. Id autē quod eſt minus: cōmiſtio ſemper contrarij eſt. ℂ Si autē omnē, vnum cōtingit & regularem eſſe & non: non erūt, & ipſi qui non ſecundū ſpeciem contigui ſunt, vnus & cōtinuus. Quomodo enim erit regularis: motus ex alteratione compoſitus, & loci mutatione? oporteret enim accōmodari.

¶ Colligit ergo ex ſuperioribꝰ duas cōcluſiones. Prima eſt, ꝙ motus vno mō dr̃ vnus, qꝛ eſt continuus, etiā ſi ſit irregularis: eſt tñ ille minus vnꝰ ꝙ ille qui eſt regularis. Queādmodū ille qui eſt per lineā reflexā. vt ſupra dictū eſt. Etenim vt linea, nō recta, ſed angulos conſtituens, quodam mō vr̃ ab vnitate declinare in pluralitatē, eo qđ vbi facit angulū vr̃ quodā mō frangi, ita ⁊ motꝰ, qui per illā ſit, minus eſt vnus. Et hoc eſt qđ ſubdit.ſ. ꝙ ſi minus eſt vnus, habet aliquid admiſtū contrarij: puta pluralitatis. Quāuis ſi in angulis non quieſcat mobile, ſimpliciter eſt vnus motus. vt. q. 3. adnotauimus. ¶ Secunda concluſio eſt, quam ſupra intenderat.ſ. ꝙ duo motus differentes ſpecie non poſſunt eſſe vnus ⁊ cōtinuus, cuius ratio eſt hec. Omnis motus qui eſt ſimplr̃ vnus poteſt eſſe ⁊ regularis ⁊ irregularis: ſed aggregatum ex motibus diuerſarum ſpecierum, nec regulare eſſe poteſt nec irregulare: ergo nec poteſt eſſe vnus.

## ❧ DE CONTRARIETATE motus. CAPVT. V.

Textus. xlvj. AMPLIVS autem determinandū eſt: qualis motus eſt contrarius motui. & de quiete autem eodem modo. Diuidendum eſt autem primò: vtrum contrarius motus ſit, qui eſt ex eodem, ei qui eſt in idem. vt qui eſt ex ſanitate: ei qui eſt in in ſanitatē. vt & generatio & corruptio videtur. Aut qui eſt ex contrariis. vt qui eſt ex ſanitate: ei qui eſt ex ægritudine. Aut qui eſt in contraria. vt qui eſt in ſanitatem: ei qui eſt in ægritudinem. Aut qui eſt ex contrario: ei qui eſt in contrariū. vt qui eſt ex ſanitate: ei qui eſt in ægritudinem. Aut qui eſt ex contrario in contrarium: eiꝰ qui eſt ex cōtrario in cōtrarium. vt qui eſt ex ſanitate in ægritudinem. ei qui eſt ex ægritudine in ſanitatem. neceſſe eſt.n. aut vnum aliquē horum eſſe modorū, aut plures. nō enim eſt aliter opponere.

¶ Unus modus diuerſitatis (vt habet. 10. meta. tex. 13.) eſt ꝯtrarietas. Et ideo poſt ſermonē de diuerſitate motuū cōgrue ſubſequitur de eorū cōtrarietate dicere. In hoc ergo capite quinto (qđ ſeptem cōtinet tex.) agit Ph. de cōtrarietate motuū, ⁊ in ſequēti de cōtrarietate quietū. Initium dicendi ſumit in hoc tex. 46. ex quinqꝫ modis ⁊ rationibus quibꝰ poteſt cōtrarietas motuū deſcribi: vt tribus eorꝫ relectis duos amplectatur. Etenim cū cōtrarietas motus definiri nequeat: niſi ex habitudine ꝉminorū, quinqꝫ poſſunt fieri eorum combinationes. Aut.n. cōtrarij motus diffiniuntur reſpectu eiuſdē termini, vt ꝉmus ex quo vnus procedit ſit ille in quē alter tēdit. vt motui qui eſt a ſanitate ꝯrius ſit ille qui eſt ad ſanitatē. Queādmodū generatio cōtraria eſſe vr̃ corruptioni, corruptio enim eſt ab eo qđ eſt eſſe, gñatio vero ad id qđ eſt eſſe. Aut diffiniuntur reſpectu contrariorꝫ terminorꝫ ex quibus. vt motus qui eſt ex ſanitate cōtrariꝰ ſit ei. qui eſt ex egritudine. Aut reſpectu contrariorū terminorꝫ ad quos. vt motui qui eſt in ſanitatē, is cōtrarius ſit, qui eſt in egritudinē. Aut per hoc ꝙ ꝉmus a quo vnius contrarius ſit termino ad quem alterius, vt ille qui eſt ex ſanitate ſit cōtrarius illi, qui eſt in egritudinē. Aut deniqꝫ quinto diffiniuntur reſpectu amborꝫ terminorū qui ſint vtriuſqꝫ contraria, vt ille qui eſt ex ſanitate in egritudinem illi ſit contrarius qui eſt ex egritudine in ſanitatem. Neceſſe enim eſt in quit aliquo iſtorum modorum diffiniri motus contrarios: quia eſſe non poteſt alia terminorum conſideratio.

Quinqꝫ modis cōtrarietas.

Textus. xlvij. ❧ Eſt autem, qui ex contrario: ei qui eſt in contrarium, non contrarius. vt qui eſt ex ſanitate: ei qui eſt in ægritudinem. idem enim, & vnus eſt. eſſe tñ: non idem eſt ipſis. ſicut non idem eſt: ex ſanitate mutari, & in ægritudinem.

¶ Excludit tres horū modos, veluti ad diffiniendum motuum cōtrarietatem ineptos. Atqꝫ primo quartū in quo nihil eſt penitus apparentie. Motus enim quorū ꝉmus a quo vnius ⁊ terminꝰ ad quē alterius ſunt contrarij, vnus idēqꝫ realiter motus ſunt: tm̄ abeſt vt ſint contrarij: ſed ſola ratione differunt. vt motus qui eſt ex ſanitate, idē eſt prorſus qui eſt in egritudinem: vt enim ſupra dictū eſt, motus omnis eſt a contrario in contrarium: ſed ſola ratione differunt, quia eſt corruptio vnius ⁊ generatio alterius.

Textus. xlviij. ❧ Neq; qui eſt ex contrario: ei qui eſt ex cōtrario. ſimul enim accidit: ex contrario, & in cōtrarium, aut in medium. verum de hoc quidē poſterius dicemus. ℂ Sed magis, in contrarium mutari, videbitur cauſa eſſe cōtrarietatis: quā ex contrario. hic enim, demutatio à contrarietate: ille verò, acceptio. ℂ Atq; dicitur vnuſquiſq;, eo in quod mutatur magis: quam eo ex quo. vt ſanatio. qui in ſanitatem. ægrotatio autem: qui in ægritudinem. ℂ Relinquitur igitur: qui eſt in contraria, & qui ad contraria ex contrariis. forſitan igitur accidit: eos qui in contraria, & ex contrariis, eſſe. ſed ipſum eſſe: fortè non idem: dico autem qui eſt in ſanitatem, ei qui eſt ex ægritudine: & qui ex ſanitate, ei qui eſt in ægritudinem.

¶ In tex. deinceps. 48. excludit ſcōm modum, tribus rationibus. Prima eſt. Motus qui a contrarijs ꝉmis proficiſcūtur tēdunt nonnunqꝫ in eundē ꝉmum ad quē: nā motus ex albo non ſemp terminat in nigrū: ſꝫ in medio colore coloratū, puta in rubeum;

rubeũ: ⁊ pariter motꝰ qui eſt ex nigro poteſt terminari in rubeũ. Motus autẽ qui ſunt ad eandẽ formã non videntur eſſe cõtrarij. Trãſmittit tñ exactã huius examinationẽ vſq; ad textũ. 52. ¶ Secũda ratio eſt hec. Cõtrarietas motus penes illos tꝰos potius qui acquiruntꝰ pẽſanda eſt, q̃ꝫ penes eos qui perduntur ⁊ deſeruntur (nam forma que non eſt non dat eſſe rei, ſed forma que eſt) termini vero a quibus deperdũtur ⁊ termini ad quos acquiruntur: ergo. ¶ Tertia fere eſt eadẽ. Penes eos tꝰos accipiẽda eſt cõtrarietas motuũ, a quibus motus ſumit ſpeciẽ ⁊ nomen: ſed (vt text. 4. Ph. prefatus eſt) a tꝰo ad quẽ motus denominaꝶ (eſt enim ſanatio motus ad ſanitatẽ) ergo a tꝰis ad quos ſumiꝶ contrarietas motuũ. ¶ His duobꝰ modis excluſis, relinquitur (inquit) aut ille modus qui eſt in cõtraria (puta tertius) aut ille qui eſt ex contrarijs in cõtraria, ſcilicet quintus. Primus nãq; qui ſumitur ſolũ per reſpectũ ad vnum terminũ, pꝛetermittitur mõ vſq; ad text. 51. Subdit autẽ ꝙ hi forſitã duo modi, puta tertius ⁊ quintus, idem re ſunt: nam oẽs motus qui ſunt inter terminos contrarios ſunt etiam ex contrarijs. Omnis enim motus in ſanitatem eſt ex egritudine. Secus eſt de mutatione, vt ſtatim videbitur. Et ideo dixit, forſitã, quia arguẽdo procedit. Differunt autem ratione, vt dictum eſt, quia ſanatio eſt gñatio ſanitatis, ⁊ corruptio egritudinis.

Textus. xlix. ❧ Quoniã autem differt mutatio, à motu (quæ enim eſt ex quodam ſubiecto in quoddam ſubiectum mutatio: eſt motus) qui eſt ex contrario in contrarium, ei qui ex contrario eſt in contrariũ, motus contrarius eſt. vt qui eſt ex ſanitate, in ęgritudinem: ei qui eſt ex ægritudine, in ſanitatem.

¶ His velut fundamẽtis pꝛeiactis ad rem in hoc tex. 49. deſcendẽs diſtinguit aliter eſſe cenſendã contrarietatem motuum, ⁊ aliter mutationum. Pulcherrimũ. n. oꝛdinem philoſophi ſpeculanti cõtinuo apparebit nihil ſuperflue dixiſſe. Cũ ergo diſtinxerit tex. 7. inter mutationem ⁊ motum, ꝙ illa ſit inter terminum affirmatum ⁊ negatum contradictoꝛios, hic vero inter duos poſitiuos contrarios, infert modo contrarietatem motuũ cenſendã eſſe ex parte vtriuſq; termini. vt motus qui eſt ex cõtrario in cõtrarium contrarius ſit ei qui e conuerſo habet terminos cõtrarios. vt motus ex ſanitate in egritudinem contrarius ſit ei qui eſt ex egritudine in ſanitatem.

Textus .l. ❧ Manifeſtum eſt autem, & ex inductione: qualia videntur contraria eſſe. ægrotare enim, ipſi ſanari: & diſcere: ipſi decipi non per ſe ipſum. in cõtraria enim: vt. n. ſciẽtiam, ſic & deceptionẽ: eſt & per ſe ipſum conſequi & per aliud. Et ea quæ ſurſum latio: ei quæ eſt deorſum. contraria enim hęc ſunt: in longitudine. Et quæ à dextra: ei quæ eſt ad ſiniſtra. contraria enim hęc ſunt: in latitudinẽ. Et quæ in ante: ei quæ in retro. cõtraria enim hæc ſunt: in profunditate.

¶ Pꝛobat in textu. 50. pꝛefatã ſententiã inductione. vt egrotatio eo eſt contrarius motus ſanationi, ꝙ tꝰus a quo vnius eſt contrarius tꝰo a quo alterius: ⁊ tꝰus ad quem, tꝰo ad quẽ. Conuertũtur enim tꝰi. Et pari rõne diſcere cõtrarium eſt huic qđ eſt decipi. Ubi notandũ eſt ꝙ ſcientia fit, aut per ſtudiũ ſine doctoꝛe: ⁊ hec dꝛ inuẽtio: aut accipitur a doctoꝛe: ⁊ hec dꝛ diſciplina. Et pariter error ſiue ignoꝛãtia, aut fit ab intrinſeco per amiſſionẽ ſcientie: ⁊ hec dꝛ obliuio: que contrariatur inuentioni: aut fit ab alio: ⁊ hec dꝛ deceptio: que contraria eſt diſcipline. Et hoc eſt qđ ait, diſcere, contrarium eſſe ipſi decipi, non per ſe ipſum, ſed per alium. Simili mõ aſcẽſus localis cõtrarꝰ eſt deſcẽſui, qꝛ hmõi termini ſunt contrarij ẜm dimẽſionẽ que eſt lõgitudo: ⁊ motus a dextra ad ſiniſtrã eſt contrarius motui a ſiniſtra ad dextrã ẜm latitudinẽ: et motus ab ante ad retro contrariaꝶ illi ẜm pꝛofunditatem qui eſt a retro ad ante. Accipiuntur namq; dimenſiones iſte ⁊ contrarietates reſpectu hominis: cuius longitudo ſumitur a capite ad pedes, latitudo vero a dextra ad ſiniſtram, ⁊ pꝛofunditas a pectoꝛe ad doꝛſum.

❧ Quæ autem eſt in contrarium ſolum: non eſt motus, ſed mutatio. vt fieri album: nõ ex aliquo. Quibus autem non eſt contrarium. mutatio, quę eſt ex ipſo, ei quæ eſt in ipſum, cõtraria eſt. Quapropter generatio corruptioni contraria eſt: & abiectio acceptioni. hæ autẽ, mutationes quidem ſunt: motus autem, non. Tex. lj.

¶ Subſequẽter in text. 51. ſubdit dꝛiam mutationis a motu dicẽs. Qđ in his q̃ ſimplꝛ ſunt cõtraria (vt ſunt q̃litates) gñatio ẜm quid cõtrariatur alteri gñationi ſolũ rõne terminoꝛum ad quos, iuxta tertiũ modũ ſupꝛa poſitũ: qꝛ termini a quibus nõ ſunt poſitiui, ſed negatiui, vt gñatio albi ex non albo ꝯtrariatur gñationi nigri ex non nigro, rõne albedinis ⁊ nigredinis: qꝛ non albũ et non nigrum nihil dicunt poſitiuum. In his autẽ (inquit) que pꝛopꝛie non habẽt cõtrarium (quales ſunt ſubſtãtie) cõtrarietas ſumitur iuxta pꝛimũ modũ reſpectu eiuſdẽ termini, qui eſt tꝰus a quo vnius mutationis, ⁊ tꝰus a quo alterius. vt coꝛruptio aeris contrariatur gñationi eiuſdẽ: qꝛ coꝛruptio eſt perditio ipſius eſſe, generatio vero, eiuſdem acquiſitio. Terminus enim ad quem coꝛruptionis non expꝛimitur poſitiue, ſicut nec terminus a quo generationis. He autem mutationes (inquit) ſunt: non autem motus.

❧ Qui autem ad medium motus ſunt, quibuſcunq; contrariorum aliquid eſt medium: tanq̃ in contraria quodammodo ponendi ſunt. Nam vt contrario vtitur medio ipſe motus: ad vtrauis fiat mutatio. vt ex fuſco quidem, in album: tanquam ex nigro. & ex albo, in fuſcum: tanquam in nigrum. ex nigro autem, in fuſcum: tanquam in album. fuſcum enim: medium ad vtrunque dicitur quodãmodo extremorum, ſicut dictum eſt prius. Motus igitur motui contrarius eſt ſic: qui ex contrario in contrarium eſt, ei qui ex contrario in contrarium. Tex. lij.

¶ Poſt contrarietatẽ motuũ, qui ſunt inter tꝰos extreme cõtrarios, determinaꝶ in hoc text. 52. de cõtrarietate motuũ qui ſunt ab vno cõtrario ad mediũ, aut e cõuerſo. Ait enim motus hmõi cõſiderandos eſſe ẜm eoꝛũ rationem qui ſunt ab vno cõtrario in aliud cõtrariũ extremum, vt ſicut motus ab albo in nigrum contrarius eſt ei qui eſt a nigro in albũ, ita ⁊ motus ab albo in rubeũ contrarius



trarius eſt ei q̃ eſt a rubeo in albũ: nam fuſcũ eſt quodã mõ nigrum, atq; adeo contrarium quodã mõ albo. Dixit [quibuſcũq; cõtrarioꝛum aliquid eſt mediũ] Nã ſunt aliqua extrema quoꝛũ nõ eſt medium. vt ſanitas ⁊ egritudo: ⁊ non aer, ⁊ aer.

¶ Hoc quidẽ exẽplũ de albo ⁊ rubeo manifeſtum eſt, ſed reſtat dubium. vtrũ motum ab albo in rubeũ ⁊ motum a nigro in rubeũ intelligat hic Ph. eſſe cõtrarios: nã poſſet quiſpiã credere partem negatiuã, pꝛopter pꝛimã rõnẽ quã ſupꝛa text. 48. facere. Ubi arguebat cõtrarietatẽ motuũ nõ attẽdi penes tꝰos a quibus, eo ꝙ nõnunq̃ꝫ tẽdũt in eundẽ tꝰum. ſ. mediũ. Rñdetur nihilominus non ſolũ hic intelligere. Ariſt. motum ab albo in rubeũ cõtrariũ eſſe illi qui eſt a rubeo in albũ, ſed illi etiã q̃ eſt a nigro in rubeũ. Et hoc eſt qđ ait, motũ qui eſt a cõtrario in mediũ accipiendũ eſſe ac ſi ſit a contrario in contrarium, nam medium eſt contrariũ vtriuſq; extremi. vult. n. dicere ꝙ ſicut totus motꝰ qui eſt ab albo in nigrũ trãſiens per rubeũ ꝯtrarius eſt toti qui eſt a nigro trãſiẽs per rubeũ in albũ, ita ⁊ quelibet pars vnius (vt ab albo ad rubeũ) cõtrariatur cuilibet alterꝰ. vt a nigro in rubeum. Sicut aſcenſus ignis a terra vſq; ad mediã regionẽ aeris cõtrarius eſt deſcẽſui a ꝯcauo lune vſq; eandẽ mediã regionẽ. ¶ Sed qđ reſpõdendũ tũc ad rationẽ factã tex. 48. Reſponſio certe quã Ph. hic pꝛetẽdit eſt, ꝙ licet motus ab albo in rubeũ, ⁊ a nigro in rubeũ ſint cõtrarij, nõ tñ pꝛopter cõtrarietatẽ ſolũ terminoꝛũ a quibus, ſed pꝑter contrarietatẽ terminoꝛũ ad quẽ. Rubeũ. n. eſt quodã modo nigrum contrarium albo, ⁊ quodã mõ album contrariũ nigro: ⁊ ideo vtimur eo vt duobus ꝯtrarijs. Atq; adeo motus ab albo in rubeũ eſt ab albo quodã mõ in nigrũ, ⁊ motus a nigro in rubeũ eſt nigro in quodã modo album: ⁊ pꝛopterea ſunt contrarij. Et eadem rõne motꝰ ex rubeo i albũ eſt quodã modo ex nigro, ⁊ motus ex rubeo in nigrum eſt quodã modo ex albo. Latius. q. 3. ⁊. 4.

## ❧ DE CONTRARIETATE inter quietes.

## CAPVT. VI.

Textus. liij. Q VONIAM autem motui non ſolũ videtur motus eſſe contrarius, ſed & quies: hoc determinandũ eſt. ſimpliciter enim: contrarium eſt motus: motui. Opponitur autẽ, & quies. priuatio enim eſt. eſt autem: vt & priuatio cõtraria dicatur. Qualis autem quali: vt ei qui eſt ſecundum locum, ea que eſt ſecundum locum? Sed hoc quidem: nunc dicitur ſimpliciter. Vtrum enim ei quæ eſt hic, quieti: is qui eſt ex hoc, aut qui eſt in hoc motus opponitur.

¶ Quoniã oppoſitoꝝ eadẽ eſt diſciplina, ⁊ priuatio opponiꝶ motui, operepꝛeciũ eſt poſt ꝯtrietatẽ motuũ de contrarietate quietum dicere, que eſt, vel ad motum, vel inter ſe. Unde in hoc capite decẽ textus habente duo agit. In tribus enim pꝛioꝛibus textibus agit de hmõi contrarietate, ⁊ in ſeptem ſequentibus diſſoluit dubia nonnulla. Pꝛoponit ergo in tex. hoc. 53. ꝙ cũ motui nõ ſolũ ſit contrarius aliꝰ motꝰ, ſed etiã quies (vt in poſt pꝛedi. cap. de motu etiã dixerat) determinãdum eſt de cõtrarietate quietis ad motũ, vel ad aliam q̃etẽ. At nõ eſt (inq̃t) tã ꝓpꝛie ꝯtrarietas inter motũ ⁊ q̃etẽ, q̃ꝫ inter motũ ⁊ motum. Cõtrarietas. n. ſimplꝛ nõ eſt, niſi inter duo poſitiua: ⁊ idcirco, vt tꝰi motuũ, ita ⁊ motꝰ ipſi ſimplꝛ ſunt ꝯtrarij: q̃es vero oppoNiꝶ pꝛiuatiue motui (Eſt. n. quies ceſſatio motus) pꝛiuatiue autẽ oppoſita ſunt quodã modo cõtraria, quinimo vt. 10. meta. tex. 15. habetur eſt pꝛima contrarietas diuidẽs vnũquoq; genus. vnde in omnibus contrarijs (vt. q. 2. diceba mus) imperfectius ſe habet tanq̃ꝫ pꝛiuatio perfectioꝛis. vt nigrũ eſt pꝛiuatio albi. ¶ Attamẽ licet ſimpliciter ⁊ vniuerſaliter aſſertum ſit motũ eſſe contrarium quieti, queſtio tñ inquit eſt, cui quieti quiſq; motus ꝯtrariatur: an videlicet illi q̃ erat ſub termino a quo an illi potius, q̃ eſt ſub termino ad quem. Utrum videlicet motus calefactionis contrarius ſit quieti: que eſt frigidum eſſe, an illi que eſt calidum eſſe. Hoc enim in poſt pꝛedicamentis non determinauerat. Queſtio.

❧ Manifeſtum eſt igitur, ꝙ quia in duobus motus ſubiectis eſt: huic quidem qui ex hoc eſt in contrarium, ea quæ eſt in hoc quies, huic autem qui eſt ex contrario in hoc, ea quæ in contrario. ſimul autem & inuicem: contrarię hæ ſunt. Etenim inconueniens eſt: ſi motus quidem contrarij ſunt, quietes autem oppoſitæ non ſunt. ſunt autem hæ: quæ in contrariis. vt quæ eſt in ſanitate: ei quæ eſt in ęgritudine, quieti. motui autem: qui ex ſanitate in ægritudinem. ℭ Ei enim, qui eſt ex ægritudine in ſanitatem: irrationabile eſt. Is enim motus qui ad ipſum eſt, in quo ſtat: quietatio magis eſt, qua accidit ſimul fieri cum motu. neceſſe autem eſt: aut hanc, aut illam eſſe. non enim ea quidem quæ eſt in albedine, quies: contraria eſt ei quæ eſt in ſanitate. Textus. liiij.

¶ Rñdet in tex. 54. ad pꝛopoſitã queſtionem. Pꝛimo de cõtrarietate motus ad quietẽ: dicẽs ꝙ cũ motus omnis in duobꝰ ſubiectis ſit. i. inter duos poſitiuos tꝰos (quos tex. 7. appellauit ſubiecta) huic motui qui eſt ex hoc in cõtrarium (vt ex albo in nigrũ) contrariaꝶ ea quies que eſt in hoc. i. in albo [huic autẽ qui eſt ex contrario in hoc]. ſ. ex nigro in albũ, contrariaꝶ illa quies que eſt in cõtrario, puta in nigro. Itaq; motus cõtrariatur quieti que eſt in tꝰo a quo, non autẽ illi que eſt in tꝰo ad quẽ. Moꝫ rñdet de cõtrarietate quietum: dicens, ꝙ ille due quietes ſub contrarijs tꝰis (vt albũ eſſe, ⁊ nigrum eſſe) ſunt inuicem contrarie. Motꝰ contrarꝰ q̃eti. Quod hoc ſyllogiſmo pꝛobat. Quietes cõtrarie motibus cõtrarijs ſunt inter ſe cõtrarie (vt patet a ꝯmutata ꝓpoꝛtione: nã ſi ſicut ſe habet hic motus ad hãc quietẽ ſe habet alter motus ad alterã quietẽ, ſicut ſe habet motꝰ ad motũ, ita ſe habet quies ad quietẽ (motus autẽ ab albo in nigrum contrariaꝶ quieti ſub albedine, ⁊ motꝰ a nigro ad albũ contrariaꝶ quieti ſub nigredine: ergo ſicut motꝰ ſunt cõtrarij: ita ⁊ quietes. Cõcludit ergo ꝙ q̃es que eſt in ſanitate habet duo contraria. Contrariatur. n. quieti que eſt in egritudine, ⁊ motui q̃ eſt ex ſanitate in egritudinẽ. ¶ Deinde illic [ei enim ⁊c.] pꝛobat ꝙ motus contrariatur quieti q̃ eſt in tꝰo a quo, ⁊ non ei que eſt in tꝰo ad quem.

Itra

Irrationabile.n. inquit eſt, vt quies in ſanitate contrarietur motui ex egritudine in ſanitatem. Ratio eſt hec. Mot⁹ qui eſt ad ipſum in quo ſtat.i. ad tr̃ium in quo mobile poſt motũ quieſcit, quietatio eſt.i. profectio, ſeu progreſſio ad quietem et acquiſitio quietis (ſimul.n. acquiritur motus et quies in tr̃o) ergo motus nõ opponit̃ tali quieti. Ut.n. mediũ nõ opponit̃ fini qui p mediũ acq̃rit̃, ita nec motus tr̃o: ſiquidẽ motũ fieri, idem eſt qđ tr̃um fieri. ¶ Cõſequẽter illic [aut hanc ꝛc.] infert ꝙ motus contrariatur quieti que in termino a quo, hoc ſyllogiſmo. Omni motui contrariatur aliqua quies: ꝛ nõ quies alterius ſpeciei (quies enim in albedine nõ cõtrariat̃ quieti in ſanitate: ꝛ per ꝯñs nec motui ad ſanitatẽ) ergo quies que cõtrariatur motui, vel eſt illa q̃ eſt ſub tr̃o a quo, vel illa que eſt ſub tr̃o ad quẽ eiuſdem motus: at non eſt illa que eſt ſub tr̃o ad quem: ergo eſt illa que eſt ſub tr̃o a quo. In poſtpredicamentis vbi Ariſto. non determinauit, niſi in genere ꝙ quies cõtrariatur motui, ſubiecimus exempla de quiete in termino ad quem: hec tamen quam hic determinat Ph. rei veritas eſt.

Textus. lv. Quibus autem non ſunt contraria: horum mutatio quidem eſt oppoſita, ea quæ eſt ex ipſo, ei quæ eſt in ipſum. motus autem: non eſt. vt ea quæ eſt ente: ei que eſt in ens. ¶ Et quies quidem, horum non eſt: immutabilitas autem eſt. & ſi quidem aliquid erit ſubiectum, non ens ea quæ in ente eſt mutabilitas, ei quæ eſt in non ente contraria erit. ¶ Si verò non eſt aliquid id quod non eſt: dubitabit aliquis cui contraria ſit ea quæ eſt in ente immutabilitas, & an quies ſit. ſi autẽ hoc eſt: aut non omnis quies motui eſt contraria, aut generatio & corruptio, motus ſunt. Manifeſtum eſt igitur, quòd quies quidem non dicenda eſt. ſi nõ & hæ, motus. ſimile autem aliquid eſt: & immutabilitas. contraria autẽ eſt: aut nulli, aut ei quæ eſt in non ente, corruptioni, hæc enim: ex ipſa eſt. generatio autem, in ipſam.

¶ Poſt cõtrarietatẽ quietũ, vbi eſt vera ratio motus inter duos poſitiuos tr̃os, pcedit ad contrarietatẽ quietum, vbi ſola eſt rõ mutationis inter tr̃os negatũ ꝛ affirmatũ. Reperẽs id qđ ſupra determinatũ eſt.ſ. ꝙ in tr̃is qui non ſunt cõtrarij, ſꝫ contradictorij, cõtrarietas mutationis ſumitur reſpectu eiuſdem termini, vt mutatio ex aere (.ſ. corruptio) cõtraria eſt mutationi q̃ eſt in aerẽ.ſ. generationi. Hmõi autẽ mutationes (inquit) nõ ſunt motus. Et inde ſubdit ꝙ nec proprie tr̃i earũ ſunt quietes, ſed immutabilitates.ſ. non mutationes: nam quies proprie dicit ceſſationẽ a motu in quo eſt ſucceſſio. ¶ Eſt verũtñ notandum ꝙ tr̃us negatiuus, aut ſupponit ſubm̃ qđ eſt ens actu (vt in mutationib⁹ accidẽtalibus) ꝛ tunc non mutatio in ente eſt cõtraria nõ mutationi in non ente. vt albũ cõtrariat̃ non albo. Et hoc eſt quod ait [ſiquidẽ aliquid erit ſubiectũ, nõ ens].i. ſi non ens ſupponit ſubm̃ in actu. Aut ſupponit ſolum ens tm̃ in potẽtia. Et hoc eſt qđ ait [ſi vero nõ eſt ſubm̃ id qđ non eſt].i. ſi vero nõ ens nõ ſupponit ens in actu, ſed ens in potẽtia (puta materiã) (vt in gñationi ſubſtãtiali) tunc erit dubiũ duplex.ſ. illa nõ mutatio in ente (puta aer) cui nã mutationi erit contraria: vtrum tr̃o negato.ſ. non aeri: ꝛ vtrũ illa non mutatio erit quies. Et ratio dubitãdi eſt, q: non albũ, cũ ſupponat ens in actu, illud poteſt intelligi quieſcere ſub aliquo accidente: priuatio vero aeris, cũ ſolũ ſit materia prima, ſicut illa non mouet̃ (vt ſupradictum eſt) fit vt nec quieſcat. Et ideo arguit, neq; illam, qua materia eſt ſub forma, neq; illam, quia eſt ſub priuatione, ꝓprie eſſe quietẽ: q: alias, aut nõ oĩs quies eſſet cõtraria motui, aut gñatio ꝛ corruptio eſſet motus. Cõcludit ergo circa ſcđm dubiũ, ꝙ illa nõ eſt quies, ſed aliquid quieti ſimile, puta immutabilitas, ſeu nõ mutatio. Mox rñdet ad primum dubium, ꝙ illa quies, ſeu non mutatio qua materia eſt ſub forma, aut nulli eſt cõtraria, aut cõtrariatur illi corruptioni que eſt ſub non ente, puta priuationi illius. Summa rei eſt hec, ꝙ in huiuſmodi mutationibus, nec proprie contrarietas eſt, nec quies. Eſt tamẽ eo modo, quo generatio aeris contrariatur corruptioni eiuſdem, vt quies, ſeu immutabilitas materie ſub forma aeris contrariatur quieti eiuſdem ſub priuatione aeris.

Textus. lvj. Dubitabit autem aliquis, quare in mutatione quidem ſecundũ locum, ſunt & ſecundũ naturã & præter naturam, & quietes & motus: in aliis autem, non. vt alteratio. hæc quidem ſecundũ naturam, illa verò præter naturam. nihil enim magis ſanatio quàm ægrotatio, ſecundũ naturam, aut præter naturam: aut dealbatio quàm denigratio. Similiter autem eſt: & in augmentatione & diminutione. neque enim hæ ſunt inuicem contrariæ: vt ſecundũ naturam & præter naturam. neq; augmentatio: augmentationi. & in generatione & corruptione: eadem ratio eſt. neq; enim generatio quidem ſecundũ naturam: corruptio autem præter naturam. ſeneſcere enim: ſecundũ naturã eſt. Neq; generationem videmus: aliam quidem ſecundũ naturam, aliam verò præter naturam.

¶ In reliqua parte hui⁹ capitis diſſoluit Ph. dubia tria que ex dictis ſuboriunt̃. Primũ proponit in hoc tex.56. ¶ Ubi hoc cõſiderandũ eſt ꝙ intentio eſt trãſferre ſermonẽ ad aliud genus contrarietatis motuũ, que eſt inter motũ naturalem et motum cõtra naturã. At q: hec cõtrarietas euidentius apparet in motu locali, proponit dubiũ. Cur vt in motu locali, nõ ita in alijs ſpecieb⁹ motus dat̃ motus naturalis ꝛ motus cõtra naturã? Sed intelligẽda eſt qđ ſub hac forma. Utrum ſicut in motu locali, ita in alijs ſpeciebus reperiat̃ hmõi cõtrarietas, tam inter motus, q̃ inter quietes? In motu.n. locali motus naturalis terre eſt ad centrũ, vbi etiam eſt quies naturalis: motus vero cõtra naturã eſt ſurſum, vbi cum terra violenter retinetur, eſt quies cõtra naturam. In alteratione vero arguit ad partem negatiuã ꝙ nullus ſit motus cõtra naturã: nam vt ſanatio eſt naturalis, ita ꝛ egrotatio: ꝛ vt dealbatio, ita ꝛ denigratio. Motus enim naturalis eſt qui eſt a principio intrinſeco, aut ab extrinſeco cõferente vim paſſo. Et vt ſanatio, ita ꝛ egrotatio eſt a principio intrinſeco. Et pariter vt frigefactio aque eſt naturalis, ita ꝛ calefactio: q: paſſum rõne materie confert

Contra motus naturalis ꝯ natu[ralem]



confert vim. vt lib.2. q.1. dicebamus. Et idem (inquit) eſt de augmentatione. vt enim augmentatio, ita ꝛ diminutio eſt naturalis a principio intrinſeco. Neq; vna augmentatio opponitur hoc modo alteri, vt vna ſit naturalis ꝛ alia contra naturã. Et vt gñatio, ita ꝛ corruptio eſt naturalis: nam ſicut adoleſcere, ita ꝛ ſeneſcere eſt ẽm naturam. Quod ſiquis arguat.2. de celo. text.37. oppoſitum haberi, ſcilicet ꝙ ſeneſcere eſt cõtra naturam, reſpõdetur ꝙ illic loquebatur Ph. de natura particulari, qua vnaqueq; res appetit ſe cõſeruare in eſſe: nihilominus ſenectus eſt ab intrinſeco ex actione vt repaſſiõe calidi ꝛ humidi.

Textus. lvij. At ſi eſt, quod violentia fit, præter naturam: & corruptio corruptioni cõtraria erit, ea quæ eſt violenta vt quæ præter naturam eſt, ei quæ ſecundũ naturam. Sunt igitur & generationes quędam violente, & non fato determinatæ: quibus contrariæ ſunt eæ quæ ſecundũ naturam. Et augmentationes ſunt violente, & diminutiones. vt augmẽtationes eorum: qui velociter propter alimẽtum pubeſcunt. & frumenta quæ cito adoleſcunt: & non ſunt conſtricta. In alteratione autem quo pacto: an ſimiliter.

¶ Poſt argumentationem a parte negatiua, reſpondet Ph. hoc genus cõtrarietatis inter motũ naturalem ꝛ contra naturã, ſeu violentum, reperiri in omnibus ſpeciebus motuum ꝛ mutationũ. Corruptio enim naturalis (vt cum homo ſenio moritur) contraria eſt corruptioni violente: vt qua homo ſuſpeditur. Eſt enim illa corruptio violẽta: quia eſt a principio extrinſeco, paſſo nõ conferente vim: ad hunc ſenſum ꝙ non procedit ſecundũ curſum nature a principio intrinſeco. Sunt etiam generationes alie naturales ꝛ alie violente: nempe que non fato, id eſt ordine a natura preſtituto determinate ſunt, videlicet, cum arte accelerantur generationes fructuũ, vt ante tempus precoquuntur. Imo ꝛ ranarum generationes arte nonnunq; fiunt, dum applicant actiua paſſiuis. Similiter ꝛ augmentationes ſunt indem violente, naturalibus contrarie. vt cum homines propter delicatiſſimum alimentum ꝛ delicias vite citius q̃ curſu naturali adoleſcunt: et frumenta propter exceſſiuum humorem plus nimio creſcunt [non conſtricta].i. non mittẽtia ſub terram ſolidas radices, ſeu fibras: atq; adeo nõ habentia ſolida grana.

Textus. lviij. In alteratione autem quo pacto: an ſimiliter? Erunt enim aliæ quidem violentæ: aliæ verò naturales, vt qui liberantur: alij non in criticis diebus, alij autem in criticis. Illi quidem, præter naturam alterantur; hi verò, ſecundum naturam. ¶ Erunt ergo corruptiones contrarię adinuicem: non generationi ſolum. Et quid prohibet? eſt enim: ſi hæc quidem ſuauis, illa verò triſtis fuerit: Quare non ſimpliciter corruptioni corruptio cõtraria eſt, ſed quatenus ipſarum hæc quidem huiuſmodi, alia verò talis eſt.

¶ In text.58. idem dicit accidere in alteratione. Alie enim ſunt naturales alterationes, alie vero violente. Ut ex his qui ab egritudine liberantur alij ſanantur in diebus creticis. Cretici dies idem ſunt qui iudiciales: puta quibus ſumitur iudicium infirmitatis. Et in illis ſolent naturaliter morbi terminari. Quando ergo in alijs diebus inſperato infirmi liberantur dicuntur ſanationes quodãmodo violente. ¶ Ex his infert corellarium, ꝙ corruptio non ſolum eſt generationi contraria, ſed etiam corruptioni: vt naturalis, violente. Ut quia poſſet quiſpiam obijcere, vnũ vni tantum contrarium eſſe, reſpondet nihil vetare, vnum pluribus eſſe contrarium, non ſolum vbi vnum eſt naturale ꝛ aliud violẽtum, ſed vbi ambo ſunt naturalia. Ut corruptio (inquit) ſuauis, corruptioni triſti contraria eſt. Corruptionem ſuauem exponit S Tho. eam eſſe qua imperfectum corrumpitur perfectumq; generatur. vt cum aer corrumpitur in ignẽ: ſed triſtis (inquit) eſt illa qua econuerſo ignis conuerteretur in aerem. Uel forſan Ariſto. loquitur de corruptionibus accidentalibus. vt corruptio egritudinis dicatur ſuauis: corruptio vero ſanationis, triſtis. Quinimo corruptio temperati caloris opponitur hoc modo corruptiõi caloris immodici. Colligit, ergo ꝙ corruptio ſimpliciter, id eſt ea ratione qua eſt corruptio, non opponitur alteri corruptioni, ſed generationi. Corruptio autem talis.i. q̃tenus habet talẽ qualitatẽ (puta ꝙ eſt naturalis, aut ſuauis) opponitur corruptioni habenti contrariam qualitatem, vt pote violente ꝛ triſti.

Textus. lix. Omnino igitur contrarij motus & quietes: dicto modo ſunt, vt quæ eſt ſurſum: ei qui eſt deorſum. loci enim: contrarietates hæ ſunt. fertur autẽ ea quidem quæ ſurſum eſt latione, natura: ignis: ea verò quæ deorſum: terra: & contrariæ: ipſorũ lationes ſunt. ignis autem, ſurſum quidem natura: deorſum autem præter naturam. Et cõtrarius quidem motus, qui eſt ſecundũ naturam ipſius: ei qui eſt præter naturam.

¶ Proſequitur in hoc text.59. eandem contrarietatem in motu locali cõmonſtrare: concludens, ꝙ omnino.i. vniuerſaliter in omni ſpecie motus dicta contrarietas inuenitur. De ceteris namq; iam dictũ eſt: de motu vero locali ocularius patet. Ea namq; latio, que ſurſum eſt, contraria eſt ei que eſt deorſum: propterea ꝙ locorum ipſorũ ſurſum ꝛ deorſum contrarietas eſt ex natura rei (vt lib.4. dictum eſt) propter contrarias cõſeruatiuas qualitates. Ignis autem naturali latione fert̃ ſurſum: terra vero deorſum. ecõuerſo ignis deorſum, fertur pt̃er naturã: terra vero, ſurſum. Quo fit vt inter motus ignis ſurſum et deorſum ſit contrarietas naturalis, et violenti motus. Et proportionabiliter inter ſimiles motus terre.

Textus. lx. Et quietes etiam: ſimiliter. Quæ namque ſurſum, quies: ei qui eſt de ſurſum in deorſum motui contraria eſt. Eſt autem terræ: illa quidẽ quies, præter naturam: motus autem hic: ſecundum naturam. Quare motui, quies contraria eſt, quæ eſt præter naturam, ei qui eſt ſecundum naturam eiuſdem. etenim motus eiuſdem: contrarius ſic eſt. Alter enim ſecundum naturam ipſorum erit: qui ſurſum, aut qui deorſum. alter autem, præter naturam.

¶ Quod

¶Quod monſtrauit in motibus, proſequitur hic & in quietibus oſtendere id dicẽs, ꝙ quies ſurſum contraria eſt quieti que eſt deorſum. Atq; adeo illa que eſt ſurſum, eſt terre preter naturã, & per conſequens eſt cõtraria motui deorſum: qui terre eſt naturalis. Iam enim tex.54. dictum eſt motum quẽcunq; contrarium eſſe quieti: que eſt in termino a quo. Et rationem ſubiungit, quia motus ſurſum contrarius eſt motui deorſum. Cum enim motus ſortiatur ſpeciem a termino ad quẽ, ſi motus ſurſum cõtrariatur motui deorſum quies ſurſum ꝯtrariatur motui deorſum: & cui vnus mot⁹ & termin⁹ eſt naturalis, alter erit preter naturã.

Textus. lxj. Habet autem dubitationem: ſi eſt omnis quietis quæ nõ ſemper eſt, generatio, & hæc eſt ipſum ſtare. Eius igitur quod præter naturam quieſcit, vt terræ ſurſum: erit generatio. cùm ergo ferebatur ſurſum violẽtia: ſtabat. ſed quod ſtat: ſemper videtur ferri velocius: quod autem violentia: contra. non factum ergo quieſcens: erit quieſcens. Ampli⁹ videtur ipſum ſtare proprie dici, aut omnino eſſe in eo quod eſt ſecundum naturam, in ſuum locum ferri: aut accidere ſimul.

¶In tex.61. mouet ſecundam dubitationem. Hic tamen textus in multis Grecis codicibus nõ eſt. Neq; Them. eum legit. Queſtio tamẽ eſt vtrum cuiuſcunq; quietis ſit generatio. Et eſt dubium propter quietem violentam. Et arguit ad partẽ affirmatiuam. Cuiuſcunq; rei, que eſt & non ſemper fuit, datur generatio: quies omnis nõ ſemper eſt (nam quies eſt rem ſtare. i. a motu ceſſare) ergo cuiuſlibet quietis eſt generatio. Ad partem vero negatiuam arguit. Si cuiuſcunq; quietis eſt generatio, cum quies violẽta terre ſurſum ſit quies, illius etiam erit generatio: cõſequens tamẽ eſſe falſum, duplici probat ratione. Et prima quidem obſcura eſt. Sed notandum eſt ꝙ cum motus ſit via ad quietem, motum eſſe, eſt quietẽ acquiri. Arguit igitur ꝙ ſi aliqua eſt generatio quietis terre ſurſum, maxime eſſet motus quo terra ſurſum violenter mouetur. Et hoc eſt qđ ait [cũ ergo ferebatur ſurſum violẽtia (. i. violenter) ſtabat) . i. generabatur ſtatus & quies: hoc autem videtur falſum: q2 qđ ſtat (. i. quietis gr̃a mouet) veloci⁹, mouetur in fine ꝙ̃ in principio (vt in motibus naturalibus eſt videre) quod autẽ violenter mouetur, tardius eſt in fine. Arbitror reſponſionem queſtionis eſſe negatiuam, videlicet ꝙ quietis violente non eſt per ſe generatio, ſed per accidens graue retinetur ſurſum ab aliquo prohibente deſcẽſum. Si vero quies accipiatur pro ceſſatione motus, cauſa quare motus violentus ceſſat nulla eſt per ſe poſitiua, ſed quia ceſſat cauſa motiua, ſcilicet quia finitur impetus. Quod autem motus violentus ſurſum nõ ſit per ſe cauſa illius quietis ſurſum, patet, quia ille mot⁹ per ſe non ordinatur ad illam quietem: nec illa proprie eſt quies illius mobilis: poſtq; quanto propius ad illam accedit, ſegnius mouetur. Cuius contrarium accidit motui naturali, qui eſt ad veram quietem. ¶Et hoc euidentius fit ſecunda ratione: que eſt hec. Stare ſeu quieſcere, tunc ſolũ contingit, quãdo res eſt in ſuo loco naturali, aut quando ad illum accedit: accedere enim ad locum eſt accedere ad quietẽ: ergo nec quies violenta eſt proprie quies: neq; ad illã eſt per ſe motus, ſeu generatio. Inſeruit ergo hanc dubitationem, eo ꝙ dixerat quietem violentam contrariã eſſe quieti naturali: nempe vt oſtenderet, nõ tam proprie illam, ꝙ̃ hanc, eſſe quietem.

Textus. lxij. Habet autem dubitationem: ſi contraria eſt quies quæ eſt hîc, ei qui hinc eſt motui. cùm enim mouetur ex hoc, aut etiam abiicit: adhuc videtur habere id quod abiicitur. Quare ſi hæc quies, contraria eſt ei qui hinc eſt in contrarium motui: ſimul erunt cõtraria. ¶ An aliquo modo quieſcit: ſi ad hunc manet? omnino autem eius quod mouetur: aliud quidem ibi, aliud autem eſt in quod mutatur. Quapropter & magis motus motui cõtrarius eſt: quàm quies. ¶ Et de motu quidem & quiete, quomodo vtrunq; vnum eſt, & quæ quibus contraria ſunt: dictum eſt.

¶Dubitationem deniq; tertiam diſſoluit in text. hoc.62. Dubitatio eſt circa id quod text.54. dictũ eſt: videlicet motum contrarium eſſe quieti que eſt ſub termino a quo. Si enim (inquit) quies. v. g. ſub frigiditate contraria eſt motui calefactionis, quo albedo abijcitur & corrumpitur, ſequit̃ contraria eſſe ſimul. Nam ſimul ſunt & motus calefactionis, & albedo ſub grado remiſſo. Reſpondet, nullum eſſe inconueniens vt ſimul dum eſt motus quo receditur a termino, ſit etiam quodã modo quies: dũ terminus a quo manet ſub gradu remiſſo: nam id quod mouetur [aliud quidem eſt ibi]. i. partim eſt in termino a quo [aliud autẽ in quod mutat̃]. i. partim eſt in termino ad quẽ. Hinc infert maiorem eſſe contrarietatem inter motus contrarios, ꝙ̃ inter motum & quietem: eo ꝙ motus contrarij ſub nullo gradu poſſunt eſſe ſimul: quia repugnat eandem formam, ſeu terminum ſimul acquiri & deperdi. Cõcludit ergo Ph. ſatis dictum eſſe de motu & quiete. vbi Commẽ. notat text.63.

Textus. lxiij. Dubitauerit autem fortaſſe quiſpiam, & de ipſo ſtare. Si & quies aliqua contraria his motibus, qui præter naturam ſunt, fit. Si igitur nõ fit, abſurdum erit: quieſcit enim quipiam violentia. Quare aliquod quieſcens non ſempiternum ſine generatione erit. Sed patet id fore. Nam quemadmodum aliquid præter naturam mouetur, ita etiam præter naturam aliquid quieſcit.

Duo iſti textus neceſſunt, niſi rariſſime in codicibus Grecis: neq; (vt Cõmen. fatetur) in omnibus Arabicis: nec ſunt qui credant eſſe Ariſt. ſed vel Eudemi vel Theophraſti: q2 certe nec materia, nec dictio grauitatem refert Ariſto. Neq; Argy. nec Vata. nec boni traductores transferũt. Nos vero aliunde fragmentum hoc deſumſimus: q2 apud Boetium deprauatum eſt. Text. ergo iſte 64. reperio ferme, atq; adeo inutilis, eſt ſuperioris text.61. qui forſan neq; eſt Ariſt. Dubitatio. n. inquit eſt. vtrum quies contraria motibus violentis fiat. Vocat quietem contrariam motibus violẽtis, illam preter naturam vbi ceſſat motus violentus. Quod certe verbum non eſt Ariſtotelicum. Docuit enim ſupra ꝙ quies contraria motui non eſt illa que eſt in termino ad quem, ſed illa que eſt in termino a quo. Vnde quies potius naturalis terre in centro contrariatur motui ei⁹ violento ſurſum, ꝙ̃ quies violẽta ſurſum. Atcũq; tamen ſit, de hac violenta querit an per ſe generetur. Et arguit ad partem affirmatiuam. vt ſupra. Cum enim detur aliqua quies violenta, & illa non fuit ſempiterna, ſequitur vt ſit facta: alias daretur aliquid quod eſt & non fuit ſemper, & tamen non eſt factum. Commen. putat ꝙ aliter hic reſpondet Ariſto. ꝙ̃ in tex.61. videlicet ꝙ illic negauerit quietem illam fieri, hic autem dicat aliquo modo fieri. ſ. a principio extrinſeco. At vero merito de hoc Cõmen. ab omnibus reprehenditur: nam eadem eſt vtrobiq; reſpõſio. Nempe ꝙ talis quies non fit per ſe, ſed per accidens, deficiente impetu quo res violenter mouebatur. Et hoc eſt quod ait [ſed patet id fore]. i. talem quietem fieri. [Nam quemadmodum eſt motus preter naturam, ita & quies]. i. quemadmodum motus talis fit a principio extrinſeco impellẽte, ita & ceſſante impetu fit per accidens illa quies.

Textus. lxv. Cùm autem aliquibus motus ſecundum naturam præter naturámve inſit. veluti igni is motus qui eſt ſurſum ſecundum naturam ineſt. is autem qui deorſum præter naturam: nunquid hic ſit illi cõtrarius, nam ille qui eſt terræ? Hæc enim ſecundum naturam deorſum fertur. an ambos illi contrarios eſſe patet. non tamen ſimili modo. Nam hic contrarius eſt illi vt ſecundum naturã. ille verò vt ſecundum naturã exiſtens ei qui præter naturam exiſtit. & in quietibus ſimiliter.

¶In text.65. mouet ſecundam dubitationem circa ea que ſupra dicta ſunt. Dictum enim eſt motus contrariari ratione terminorum ad quos, et cum aliquibus rebus (imo omnibus elementis, ratione elementorum mixtis) duplex inſit motus, ſcilicet naturalis & contra naturam. vt motus naturalis ignis, eſt ſurſum: preter naturam vero, deorſum. Terre contra, motus deorſum eſt naturalis, ſurſum vero violẽtus. Dubitatio eſt motus naturalis ignis ſurſum vtri ſit contrari⁹: motui ne violẽto ignis, an naturali terre? vterq; enim eſt deorſum. ¶Solutio eſt ꝙ vtriq; contrariatur: diſſimili tamen modo. Nam hic, ſcilicet motus naturalis terre contrariatur illi. ſ. motui naturali ignis, vt tanq̃ ambo ſecundum naturã contrariorum elementorum. Ille vero. ſ. motus violentus ignis contrariatur illi, ſcilicet naturali eiuſdem. vt id quod eſt preter naturam contrariatur illi quod eſt ſecũdum naturam. ¶ Adijciunt adhuc text. alium hic nonnulli qui repertio eſt ad literam textus.62. Et ideo nec Cõmen. eum legit. neq; eſt proinde cur nos legamus.

Finis quinti Phyſicorum.

# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper ſextum Phyſicorum Ariſtotelis Commentaria.

## DE MOTVS MAGNITVdinisq; continuatione & diuiſione.

## CAPVT. I.

Textus.j. SI autem eſt continuum, & tangens, & conſequenter, vt diffinitum eſt prius (continua quidem: quorum vltima ſunt vnum. tãgentia verò, quorum ſimul. conſequẽter autem: inter quæ nihil eſt eiuſdem generis) impoſsibile eſt ex indiuiſibilibus eſſe aliquid continuum. vt lineam, eſſe ex punctis: ſi linea quidem continuum eſt, punctũ autem indiuiſibile. neque enim vnum ſunt: vltima punctorum. non enim eſt, hoc quidem vltimum: illud verò alia quædam pars ipſius indiuiſibilis. neque ſimul ſunt vltima. non enim eſt vltimum vllum: eius quod impers eſt. alterum enim eſt: vltimum, & id cuius eſt vltimum.

¶ Poſtea ꝙ motus ſpecies (que ſunt velut eius partes ſubiectiue) ſuperiori lib. explicate ſunt atq; adeo expoſitũ ſit, vnitatem numeralem motus in eius continuatione conſiſtere, continuo ſubſequitur hoc lib. ſexto de motus cõtinuatione dicere, ſeu de motu in ordine ad eius partes quantitatiuas. Bene enim adnotauit. Adaſtrus, vt in prohemio dicebamus, quatuor priores libros Grece de principijs inſcribi: quatuor vero reliquos de motu. ¶ Secant hunc librum interpretes in capita decem Commenta. vero in textus nonaginta quatuor. Poſſumus eum tamẽ maioris claritatis gratia in ſex membra diſtribuere. (Partitio libri.) Duo nãq; priora capita in hoc verſant, ꝙ nullum continuũ ex indiuiſibilibus componit, ſed omne continuũ (atq; adeo omnis motus) eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Duo ſequẽter proxima tractant de diuiſione motus. Et duo ſubſequentia de ordine partium motus. Septimũ vero caput eſt de ratione finiti ⁊ infiniti in motu. Atq; octauum de diuiſione quietis. In duobus deniq; poſtremis diluit Ph. dubia quedam Zenonis aliorũq; id genus antiquorum. ¶ In primo ergo tex. huius capitis (quod vſq; ad decimũ textũ protẽditur) ſtatuitur precipua concluſio. (Continuũ nõ cõponit ex indiui.) Impoſſibile eſt cõtinuũ ex indiuiſibilibus eſſe compoſitum. Quam duabus rationibus, ex bina diffinitione continui ſumptis, facit manifeſtã. Prima autem rõne nõ ſolũ demõſtrat indiuiſibilia non poſſe eſſe cõtinua, ſed (ad maiorẽ cõfirmationẽ) neq; eſſe poſſe, aut cõtigua, aut cõſequẽter ſe habentia. Et ideo ꝓponit. [Si autẽ eſt cõtinuũ ⁊c. impoſſibile eſt ex indiuiſibilibus ⁊c. vt lineã eſſe ex punctis] ſuppoſito (vt res habet) ꝙ linea ſit de gñe continuorum, punctũ vero ſit res indiuiſibilis. Probatur ſequela quoad duas partes. ſ. ꝙ puncta neq; continua, neq; tangentia. i. cõtigua eſſe poſſint. Cõtinua ſunt quorũ vltima ſunt vnum: contigua vero quorum vltima ſunt ſimul: puncti autem nihil eſt vltimum: nam quod impers eſt. i. partibꝰ carens non habet vltimum (vltimum enim dicitur reſpectu partis que non eſt vltima) ergo puncta neq; continua eſſe poſſunt, neq; contigua.

Textus.ij. Amplius, neceſſe eſt, autem continua eſſe puncta, aut tangentia ſe inuicem, ex quibus eſt continuum. eadem autem ratio eſt: & in omnibus indiuiſibilibus. continua quidem non erunt: propter dictam rationem. tanget autem omne: aut totum totum, aut pars partem, aut totũ pars. Quoniam autem impers eſt ipſum indiuiſibile: neceſſe eſt totum tangere totum. totum autem totum tangens: non erit continuum. continuum enim: habet, hanc quidem aliam, illam verò aliam partem. & diuiditur: in ſic diuerſas, & loco ſeparatas. ¶ At verò neque conſequenter erit punctus ad punctum, aut ipſum nunc ad nunc ipſum: vt ex his ſit longitudo, aut tempus. conſequenter enim ſunt: inter quæ nihil eſt eiuſdem generis. inter autem pũcta, ſemper eſt linea: & inter ipſa nunc, tempus.

¶ Duas particulas habet hic tex. 2. In priori confirmat ſecunda ratione puncta non poſſe eſſe cõtigua. Et eadẽ (inquit) ratio eſt de omnibus indiuiſibilibus. Si continuũ (inquit) ſit ex punctis, neceſſe eſt vt puncta ſint cõtinua, aut contigua, ſeu tangẽtia. Imo ſequitur eſſe cõtinua. Sed forte particula diſiunctiua accipitur pro copulatiua. vt moris eſt apud Ariſto. vt ſit ſenſus neceſſe eſt eſſe continua, ⁊ a fortiori, tangentia. Quod autem non poſſint eſſe cõtinua iam oſtẽſum eſt: ſed ꝙ nec poſſint ſe tangere, confirmatur. Illa que ſe tangunt, aut tangunt ſe ſecundum ſe tota, aut ſecundũ partes: punctum quia eſt indiuiſibile, nõ poteſt aliud tangere ſecundum partem. Si vero ſe tangant ſecundum tota, non poſſunt continuũ conficere: nam cuiuſuis continui monſtrare eſt partes loco ſemotas q̃ nõ ſe tangũt. vt due extreme tertie. Duo ĝ ſm ſe tota, tãgere ſe nequeunt, niſi penetratiue ſe haberet q̃cũq; pars vniꝰ cum q̃cunq; alterius. Magnũ argm̃ ſumit ex his duabus rõnibus ꝙ punctum ſm Ph. diſtinguatur a linea, ⁊ linea a ſuꝑficie. Quod ⁊ in ſubſequẽtibꝰ apparet. ¶ In ſcd̃a particula oſtendit, ꝙ neq; pũcta poſſunt ſe cõſequẽter habere: queadmodum neq; duo inſtãtia in tp̃e. Etenim ea ſunt cõſequẽter ſe habẽtia, inter que nihil mediat eiuſdem generis: ſed inter quecunq; duo puncta mediat linea, ⁊ inter quecũq; duo, nunc, mediat tẽpus: ergo illa non ſunt cõſequẽter ſe habentia. Quod ſi quis arguat, lineã nõ eſſe eiuſdem generis cum pũcto, q2 linea eſt quãtitas, punctũ vero non niſi principiũ quãtitatis: ⁊ ideo nihil prohibet quominus puncta cõſequẽter ſe habeant: veluti homines, inter quos mediat lapis. Rñdetur ꝙ punctum ⁊ linea ſunt eiuſdem generis: q2 punctum eſt principium de genere quantitatis. Sed preterea reſpõdetur ꝙ cum inter quecunq; duo pũcta intercedat linea habens infinita puncta, inter quecũq; duo mediat punctum: ⁊ per ꝯñs nulla ſunt conſequenter ſe habentia.



Textus. iij. Amplius autem diuideretur in indiuiſibilia: ex quibus eſt vtrunq;, in ipſa diuiditur. ſed nullũ eſt cõtinuorum: in impercia diuiſibile. ¶ Nullũ autem aliud genus: poteſt eſſe inter puncta, & inter ipſa nunc. ſi enim erit: manifeſtum eſt ꝙ aut diuiſibile, aut indiuiſibile erit. et ſi diuiſibile: aut in indiuiſibilia, aut in ſemper diuiſibilia. hoc autem: eſt cõtinuum. ¶ Manifeſtum autem eſt: ꝙ & omne continuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Si enim in indiuiſibilia diuidetur: erit indiuiſibile indiuiſibile. tangens. vnum enim eſt vltimum continuorum: & tangunt.

¶ In tex. hoc 3. tres ſunt particule. Eſt nãq; diuiſio Cõmentatoris cõfuſa, ⁊ que cõgruentior atq; lucidior eſſe poſſet. Primo ergo ſubijcit tertia ratio principalis ad principalẽ concluſionẽ ex ſecunda diffinitione continui. Eſt. n. continuũ diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Si vero continuũ componeretur ex indiuiſibilibus, cũ omne compoſitũ reſoluat in ea ex quibus cõponit, diuideret cõtinuũ in indiuiſibilia: atq; adeo in nõ ſemper diuiſibilia: cõtra eius diffinitionẽ. ¶ In ſecũda particula explicat amplius id qd̃ tex. ſuperiori dixerat. ſ. inter quecũq; duo puncta mediã eſſe lineam, ⁊ inter quecunq; duo inſtãtia mediũ eſſe tempus. Ratio eſt hec. Duo puncta nõ poſſunt ſe tãgere. vt dictũ eſt: ſi ergo ſunt duo neceſſe eſt vt ſitu diſtent, ⁊ per ꝯñs aliquod ſit inter ea mediũ. Hinc incipit ratio tex. [ſi enim erit]. i. ſi inter quecũq; duo puncta eſt aliquod medium, aut erit diuiſibile, aut indiuiſibile: qd̃ non ſit indiuiſibile, tanq; notũ pretermittit: nam indiuiſibile mediũ impedire non valet ne extrema ſe tangant: quia non põt facere vt ſitu diſtent. Si autẽ eſt diuiſibile, aut diuiditur in non ſemper diuiſibilia: ⁊ hoc nõ, q2 diuiſibile nõ cõſtat ex indiuiſibilibus: aut eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia: ⁊ hoc eſt eſſe continuum. Continuũ autem inter duo puncta eſſe non põt, niſi linea: que eſt indiuiſibilis latitudine ⁊ profunditate: atq; adeo ad imaginationẽ fit ex ductu puncti. Eadẽ analogia cõprobat inter quecũq; duo inſtãtia intereſſe tẽpus. ¶ In tertia particula patefacit hoc toties aſſertũ, qd̃ cõtinuũ ſit diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Nam dato oppoſito ſequitur ꝙ aliqua eius pars ſit indiuiſibilis: ⁊ cum omnes partes ſe tangant in eodem vltimo, ſequitur ꝙ indiuiſibile habet vltimum quo tangit aliud indiuiſibile. Quod monſtrarum eſt repugnantiam inuoluere.

Textus. iiij. Eiuſdem autem rationis eſt, & magnitudinẽ, & tempus, & motum, ex indiuiſibilibus componi, & diuidi in indiuiſibilia. aut nullum.

¶ Cum monſtrauerit cõcluſionẽ. ſ. cõtinuũ, neq; cõponi ex indiuiſibilibus, neq; diuidi in indiuiſibilia exẽplo magnitudinis, vbi res ocularius patet, progreditur eam oſtendere in motu ⁊ tempore: que ſunt etiam de genere continuorũ. Et ideo (ait) in hoc tex. 4. eiuſdem rationis eſſe, aut omnia tria cõponi ex indiuiſibilibus diuidiq; in indiuiſibilia, aut nullum eorum.

Textus. v. Manifeſtum eſt autem ex his. ſi enim magnitudo ex indiuiſibilibus cõponitur: & motus qui huius eſt, ex æqualibus motibus erit indiuiſibilibus. Vt ſi magnitudo. A B C. ex ipſis. A, B, C. ſit indiuiſibilibus: motus in quo. DEF. quo motum eſt ipſum. P. ſuper lineam. ABC. vnam quãq; partem habet indiuiſibilem.

¶ Cõfert primo magnitudinẽ cum motu, ⁊ tex. 10. vtrũq; cũ tp̃e. Et in hoc tex. 5. ſolũ proponit cõcluſionẽ cũ ſuo exẽplo. ſ. ꝙ ſi magnitudo cõponatur ex indiuiſibilibus, cõſequitur, vt ⁊ motus cõſtet etiã ex indiuiſibilibus: vt ſi magnitudo cõponatur ex. A B C. partibus indiuiſibilibus, motus quo. G. mouet ſuper lineã. A B C. conſtat etiam ex partibus. D E F. itidem indiuiſibilibus.

Textus. vj. Si igitur præſente motu neceſſe eſt moueri quippiam, & ſi mouetur quippiã neceſſe eſt adeſſe motum: & moueri ipſum erit ex indiuiſibilibꝰ. Per. A, igitur: motum eſt ipſum. P. quo. D. motũ eſt motu: per. B. verò: quo ipſum. E. & per ipſum C. ſimiliter: quo. F.

¶ Ante probationẽ concluſionis premittit duas ſuppoſitiões. Prima in hoc tex. 6. eſt, ꝙ nihil mouetur, niſi tunc quando mouetur preſentem habeat motum: ⁊ quandocunq; res habet preſentẽ motum in actu, tunc mouetur. Veluti nihil eſt album, niſi actu habeat albedinẽ: ⁊ quicquid actu habet albedinem, mouetur. Tunc enim (inquit) ſi magnitudo eſt ex indiuiſibilibus et moueri ipſum erit ex indiuiſibilibus. Exempli gratia. Per A. partem magnitudinis mouebitur. G. mobile, parte motus que eſt. D. indiuiſibili: ⁊ per. B. mouebitur, parte que eſt. E. ⁊ per. C. mouebitur parte que eſt. F. Nam ſi motus debet eſſe preſens quandocunq; res mouetur, cuicunq; parti ſpatij ſua reſpondet pars motus.

Textus. vij. Si igitur neceſſe eſt id quod mouetur alicundè aliquo, non ſimul moueri & motum eſſe quo mouebatur quando mouebatur (vt ſi Thebas quis it: impoſsibile eſt ſimul ire Thebas, & iuiſſe Thebas) per. A. igitur impers, motum eſt ipſum. P, quatenus. D. motus adærat. Quare, ſi poſterius quidem. tranſibit quã tranſibat: diuiſibile vtiq; erit. cùm enim tranſibat, neque quieſcebat, neque tranſibat, ſed in medio erat. Si autem ſimul tranſit & tranſibit: id quod proficiſcitur cũ proficiſcitur profectum eo erit & motum, quo mouetur.

¶ In tex. 7. premiſſa ſuppoſitione ſecũda exorditur probationem. Suppoſitio eſt, ꝙ rem moueri ad certum terminum, prius eſt q̃ motã eſſe. Ut ſi quis it Thebas, impoſſibile eſt ſimul ire ⁊ iuiſſe . i. perueniſſe. Nam licet motus ⁊ terminus ad quem non ſint proprie contraria (vt lib. 5. tex. 54.

 diceba-

dicebamus)repugnat tamen,ſicut imperfectũ & perfectũ. Aggreditur ergo probare intentã concluſionẽ. Si. G. mouet̃ per partẽ. A. ea parte motus que eſt. D. tunc aut prius erit. G. tranſire per A. q̃ trãſiuiſſe: iuxta ſecundã ſuppoſitionẽ: & hoc dato ſequit̃ ꝙ pars ſpatij. A. erat diuiſibilis: nam cum verũ erat dicere per tẽpus imperfectum qꝺ G. trãſibat per. A. neq; quieſcebat ne trãſierat. i. nec erat in t̃mĩo a quo nec in t̃mĩo ad quẽ, ſed in medio, extrema vero & mediũ eſſe nequeũt, niſi in re diuiſibili. Si autẽ non prius. G. mouebatur per A. q̃ motum erat, ſequitur cõtra ſecundã ſuppoſitionẽ ꝙ id qꝺ proficiſcit̃. i. incipit moueri ſimul cum incipit, profectũ erit eo quo mouetur. i. erit in via ad terminũ, & motum erit. i. erit iam in termino. Sũma rationis eſt, ꝙ cum motus idem ſit, quod tranſitus ab extremo in extremum per medium, fieri nequit per indiuiſibile.

Textus. viij. Si verò per totũ. A B C. moueatur aliquid: & motus quo mouetur eſt. D E F. per ipſum autem A. impers, nihil mouetur ſed motum eſt: erit vtiq; motus, non eſt motibus, ſed ex momentis. ¶ Et moueri aliquid nõ motum. A. enim, tranſibit nõ tranſiens. Quare erit aliquid tranſiſſe nunq̃ tranſiens. Hoc enim tranſibit: non tranſiens hoc.

¶ Infert ergo in tex. 8. intentã cõcluſionem: atq; adeo primũ triũ incõuenientiũ q̃ illam ſubſequũtur, Syllogiſm⁹ eſt hic ꝯditionalis hypoteticus ex trib⁹ premiſſis. Si detur ergo ꝙ aliqꝺ puta. G. mouet̃ per totũ. A B C. & mot⁹ quo mouetur eſt. D E F. & per indiuiſibile nihil mouet̃ (vt iam mõſtendebatur) ſed motũ eſt, ſequitur vt motus. D E F. nõ cõſteter motibus, ſed ex mutatis eſſe: que ſunt indiuiſibilia, vt partes ipſe magnitudinis. Nam ſi. D E F. eſſent motus, cũ preſente motu (vt aſſerebat prima ſuppoſitio) neceſſe ſit aliquid moueri. G. moueretur per ſingulas partes ſpatij: quod cum ſint indiuiſibiles, eſt impoſſibile. ¶ Ex hac cõcluſione infert tria incõuenientia. Et q2 primũ infert cõplexiue & copulatim cũ ipſa cõcluſione, nõ ſecuit hic Cõmen. tex. 9. Dato ergo ꝙ motus componatur nõ ex motib⁹, ſed ex mutatis eſſe, ſequitur aliquid moueri non motũ. i. aliquid qꝺ nunq̃ mouebatur ꝑueniſſe ad terminum, eſſeq; mutatũ. Nam ſequitur ꝙ. G. tranſibit per. A. non tranſiens. i. ꝙ mutatũ eſt in finem ipſius. A. cum tamen nunq̃ fuerit verum, ꝙ trãſibat ipſum. A. que ſecum repugnantia ſunt.

Textus. ix. Si igitur neceſſe eſt aut quieſcere, aut moueri, omne: quieſcit ſane in vnoquoq; eorũ que ſunt. A B C. Quare erit aliquid: quod continue quieſcit ſimul & mouetur. per totum enim. A B C. mouebatur: & quieſcebat ſecundũ quanlibet partẽ, quare & per totum. ¶ Et ſi indiuiſibilia quidem D E F. motus ſunt: motu præſente, cõtingit vtiq; non moueri, ſed quieſcere. ſin verò non ſunt motus: motum non ex motibus eſſe.

¶ In tex. 9. infert duo alia impoſſibilia ex concluſione. Secundũ q̃ eſt ꝙ ſequeret̃ aliqꝺ mobile ꝑ totũ aliqꝺ ſpatiũ ſimul & moueri & quieſcere. Dictũ. n. eſt. G. mobile moueri ꝑ totũ ſpatiũ. A B C. Et pariter probatum eſt per nullã illarũ moueri, cum ſint ſingule indiuiſibiles: & cum omne mobile ſemꝑ, aut q̃eſcat, aut moueatur, colligit̃, vt in ſingulis quieſcat: qꝺ autẽ in ſingulis partib⁹ ſpatij q̃eſcit, in toto quieſcit. Quo fit vt ſimul & in toto q̃eſcat, & ꝑ totũ moueat̃. ¶ Tertiũ inconueniẽs eſt (vt alij volũt) licet mihi potius videat̃ cõcluſionis intente repetitio. Aut partes ille motus. D E F. ſingule ſunt motus, aut non: ſi ſic cum motu preſente, neceſſe ſit (vt ſuppoſitum eſt) mobile moueri, mouebitur mobile in ſingulis partibus indiuiſibilibus ſpatij: quod probatum eſt impoſſibile. Si vero ille partes nõ ſunt motus, ſed mutata eſſe in indiuiſibilia, ſequitur propoſita concluſio, ꝙ ſi magnitudo componitur ex indiuiſibilibus, idem accidit motui.

Perinde autem neceſſe eſt atq; longitudo motusq;: indiuiſibile eſſe tempus, cõponiq; ex ipſis nunc, & his quidem, indiuiſibilibus. ſi enim omnis diuiſibilis eſt, in minori autem tempore æque velox tranſibit minus: diuiſibile erit & tempus. ſi autem tẽpus diuiſibile eſt, in quo fertur aliquid per. A. & . A. erit diuiſibile. Textus. x.

¶ Idẽ qꝺ ꝓbauit de motu, ſubiũgit ꝓbare de t̃pe: nẽpe ꝙ ſi ſpatiũ & mot⁹ nõ ſunt diuiſibilia in ſemper diuiſibilia, eadẽ ſit rõ de t̃pe. Et re vera apti⁹ hic tex. poſitus eſſet in initio ſequẽtis capitis, q̃ in calce huius: eo ꝙ totum ſequens caput verſat̃ in demõſtrationib⁹ huius concluſionis. Proponit ergo primo cõcluſionẽ: dicẽs, ꝙ ſi longitudo (. ſ. ſpatiũ) motuſq; indiuiſibilis ſunt. i. ex indiuiſibilib⁹ cõponunt̃, neceſſe eſt & tẽpus indiuiſibile eſſe. i. ex inſtãtibus indiuiſibilibus cõponi. Pro eodẽ. n. accipit ꝙ lõgitudo motus, aut tẽpus ſint res indiuiſibiles: & ꝙ cõponant̃ ex indiuiſibilib⁹: nam ſi pars eſt indiuiſibilis. totũ eſt indiuiſibile. Facit tres demõſtrationes. Prima ſumitur ex motu eq̃ veloci, ſcđa ex ꝓportione duoꝝ mobiliũ ineq̃lis velocitatis. tertia ex more loquẽdi ph̃oꝝ. Illatio p̄ma eſt hmõi. Si mot⁹ eſt diuiſibilis, ille q̃ in vna hora trãſit aliqꝺ ſpatiũ, ſi ſit eque velox, in minori t̃pe ꝑtrãſibit minus ſpatium: & per ꝯñs tẽpus erit diuiſibile: ſiquidem habet maius et minus. Et ſi tempus eſt diuiſibile quo mobile mouetur per. A. ſpatium. A. erit pariter diuiſibile. Hinc ſequit̃ intenta concluſio ex oppoſito conſequẽtis ad oppoſitum antecedentis. ſ. ꝙ ſi neq; ſpatiũ, neq; motus ſunt diuiſibilia, nec tempus erit diuiſibile. Sequitur continuo caput. 2.

## DE TEMPORIS AC MAgnitudinis continuatione & diuiſione.

## CAPVT. II.

Textus. xj. QVoniam autem omnis magnitudo in magnitudines diuiſibilis eſt (oſtenſum enim eſt ꝙ impoſſibile eſt ex indiuiduis aliquod continuum eſſe. magnitudo autem omnis: continua eſt) neceſſe eſt velocius in æquali tempore maius, & in minori æquale, & in minori plus tranſire. ſicut diffiniũt quidam ipſum velocius. Sit. n. ipſum in quo. A. eo in quo. B. velocius. quoniã igitur velocius eſt id quod prius mutatur: in quo tẽpore ipſum. A. mutatum eſt ab ipſo. C. in ipſum. D. veluti in tempore. F G. in hoc ipſum. B. nondũ erit iuxta ipſum. D. ſed citra erit. Quare in æquali tempore plus tranſit ipſum velocius.




¶ Capus

¶ Caput ſecundũ, quod tredecim textibus diſtributum eſt, per ſeptẽ quidem priores text. verſat̃ in demonſtrationibus predicte concluſionis: in reliquis vero tractat de ratione finiti et infiniti magnitudinis & temporis. Secunda ergo demõſtratio ſumitur ex proportione duorũ mobiliũ. Sed prius (ſuppoſito ex dictis ꝙ omnis magnitudo eſt diuiſibilis (iacitur trimẽbre hoc fundamentũ. Ex duobus mobilibus inequalis velocitatis, velocius in tẽpore equali maius pertranſibit ſpatium: & in minori equale, & in minori plus. Hec enim (inquit) eſt diffinitio huius qꝺ eſt eſſe velocius. Ait, ſicut quidam diffiniunt, non quia ambiguat, ſed quia non eſt diffinitio, niſi a poſteriori & ab effectu. Subijcit exemplum primi. Si ipſum (inquit) in quo. i. ipſum. A. velocius ſit eo in quo. B. i. ipſo. B. & . A. in vna hora (que ſit. A E.) mouetur per ſpatium. A C. vſq; ad. D. ipſum. B. in eodem t̃pe nõ ꝑtinget vſq; ad. D. ſed erit citra. Fũdamentũ trimembre.

Textus. xij. At verò & in minori: plus illo. In quo enim ipſum. A. fuit iuxta ipſum. D. ipſum. B. tardi⁹ exiſtens erit iuxta. E. ergo, quoniam ipſum. A. iuxta ipſum. D. fuit toto in tempore. F G. iuxta ipſum. H. erit in minori, iſto. & ſit in tẽpore. F K. ipſum igitur. C H. quod trãſibit ipſum. A. mai⁹ eſt ipſo, C E. tempus autem quod eſt. F K. minus eſt toto. F G. Quare in minori: tranſibit maius.




¶ Subiũgit in hoc tex. 12. exemplũ tertij mẽbri. ſ. ꝙ velocius in minori tẽpore pertrãſit maius ſpatiũ. Detur enim ꝙ. A. mobile in tẽpore. F G. (qꝺ ſit vna hora) pertranſeat totã longitudinẽ. C D. in quo tempore. B. in duplo tardius motum pertranſeat medietatem. ſ. C E. Tunc arguitur. Si A. in tempore. F G. pertrãſit totam lineam. C D. in minori tẽpore quod ſit. F K. (ſ. in tribus quartis hore) tranſibit tres quartas linee. ſ. a C. vſq; ad. H. qꝺ ſpatium maius eſt q̃. C E. quod. B. trãſibit in vna hora. Atq; adeo. A. in minori tempore maius pertranſibit ſpatium.

Textus. xiij. Manifeſtum eſt autem ex his: & ꝙ ipſum velocius in minori tempore tranſibit æquale. Quoniam enim maiorem lineam in minori tranſit q̃ id quod tardius eſt, ipſum autẽ ſecundũ ſeipſum acceptum in pluri tempore maiorem minori, vt eam quæ eſt. L M. ea quæ eſt. L O. maius vtiq; erit tempus. Q R. in quo. L M. tranſit, q̃ tempus. Q S. in quo lineam: L O. Quare ſi tempus. Q R. minus erit tẽpore. Q Y. in quo id quod tardius eſt, tranſit lineam. L O. & tempus. Q S. minus eſt eo in quo. Q Y. nam tempore. Q R. minus eſt. quod autem minore minus eſt. & ipſum minus eſt. Quare: in minori, mouebitur per æquale.




¶ Adijcit tandẽ in tex. 13. exẽplum ſecũdi mẽbri. ſ. ꝙ veloci⁹ mobile in minori tẽpore trãſibit equale. Et re vera (ſine aliquo negotio) ſi. A. in minori tẽpore pertranſit maius ſpatiũ q̃. B. in minori, a fortiori poterit pertranſire equale. Addit verũtamen duas alias rationes. Prima ſupponit duo que iam modo probata ſunt. ſ. ꝙ velocius mobile in minori tempore pertranſit maius ſpatium q̃ tardius in maiori: & preterea ꝙ idẽ mobile in maiori tempore plus tranſit q̃ in minori. Quib⁹ ſuppoſitis, formatur ſic argumentum. Si. A. mouetur per totã lineã. L M. in tempore. Q R. detur per primã ſuppoſitionẽ) ꝙ. B. in tempore maiori (qꝺ ſit. Q Y. pertranſeat minorem lineam. ſ. L O. Tunc ſic. Si. A. in tempore. Q R. tranſit lineam. L M. in tẽpore minori quod eſt. Q S. (per ſecundam ſuppoſitionẽ) tranſibit. L O. Et cum. Q S. tempus ſit minus q̃. Q R. a fortiori erit min⁹ q̃ Q Y. quod erat maius, q̃. Q R. Et per ꝯñs. A. in minori tempore tranſit equale ſpatium illi, quod B tranſit in maiori.

Textus. xiiij. Ampius autem, ſi omne neceſſe quidem eſt, aut in æquali tempore, aut in minori, aut in pluri moueri, & id quidem quod in pluri tardius eſt, quod autem in æquali æquè velox, velocius autẽ neq; æquè velox eſt, neq; tardius: neque vtiq; in æquali neq; in pluri mouetur ipſum velocius. Relinqtur igitur: in minori. Quare, neceſſe eſt ęqualem magnitudinem in minori tempore tranſire: id quod velocius eſt.

A

¶ In tex. 14. adiungit ad idẽ exemplũ ſecundã rationẽ hãc. Datis duobus mobilibus q̃ per equalia ſpatia mouent̃, aut mouent̃ in tẽpore equali, aut vnũ in minori q̃ alterũ, aut in maiori: id autẽ qꝺ mouetur in maiori, eſt tardi⁹ mobile: & id qꝺ mouet̃ in equali, eſt eque velox: ſ3. A. neq; eſt tardius mobile q̃. B. neq; eque velox, ſ3 velocius: g̃ neq; mouet̃ per equale ſpatiũ in maiori t̃pe neq; in equali: atq; adeo ſequit̃ vt moueat̃ in minori.

Textus. xv. Quoniam autem omnis quidem motus in tẽpore eſt, & in omni tempore poſſibile eſt moueri, omne autem quod mouetur poteſt & velocius moueri, & tardi⁹: in omni tẽpore erit ipſum velocius moueri, & tardius. His autẽ exiſtẽtibus: neceſſe eſt & tempus continuum eſſe. Dico autem continuum: id quod eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Tali enim ſuppoſito continuo: neceſſe eſt continuum eſſe tempus.

¶ In tex. 15. ex ſupradicto fundamento, qꝺ tribus exemplis explicitũ eſt, colligit Ph. concluſionẽ, ꝙ queadmodũ magnitudo & motus, ita et tẽpus eſt continuum. i. diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Hec. n. (inquit) ſupponẽda eſt eſſe diffinitio cõtinui. Syllogizat̃ concluſionẽ hoc modo. Motus fieri nõ põt, niſi in tempore: q2 eſt mẽſura motus, vt lib. 4. probatũ eſt (& eadẽ rõne ecõuerſo in omni tẽpore põt eſſe motus) ſed oĩs mot⁹ põt eſſe velocior & tardior: ergo veloci⁹ & tardi⁹ reperit̃ in tẽpore tanq̃ in mẽſura. Et cũ mẽſura (vt habet̃. 10. meta. tex. 2.) ſit eiuſdẽ generis cum menſurato (nõ. n. pannum metimur modio, ſed vlna que eſt quãtitas ꝯtinua vt pãnus (ſit vt ſi mot⁹ eſt quãtitas ꝯtinua, ſit ẽt & t̃ps. ¶ S3 eſt hic argm̃ duplex. Primũ. Si ex ſola ꝯtinuitate motus ſequit̃ continuitas tẽporis, eo ꝙ eſt ei⁹ mẽſura, quid op⁹ fuit interſerere illã premiſſam de velocitate? Alterũ eſt ꝙ nõ in omni motu inuenitur veloci⁹ & tardi⁹. vt patet in motibus celorũ. Ad primum rñdet̃ ꝙ ſolũ claritatis gr̃a facta eſt mentio velocitatis. Nã maior & minor velocitas diffinitur ꝑ min⁹ et maius tẽpus: min⁹ aũt & maius ꝑſpicatius oſtendunt rem eſſe diuiſibilẽ, vt text. ſequenti oculati⁹ patebit. ¶ Ad ſcđm rñdet̃ primo ꝙ licet mot⁹ eiuſdẽ orbis nõ ſit velocior & tardior, tñ motus ſupe-

rioris orbis velocior eſt motu inferiori. Ad rē tñ ꝓpinqui⁹ alr̃ rñdet S. Tho. nẽpe ꝙ Ph. loquitur de motu ſ̃m generalē rõnē mot⁹: rõni autē mot⁹ nihil repugnat eſſe velociorē, aut tardiorē: ſed in particulari rõne ſubiecti nature celi repugnat, vt ſit eius motus difformis. Quēadmodū quantitati in genere non repugnat diuidi in ſemper diuiſibilia, ⁊ quodcunq; recipere crementum: licet cuilibet rei naturali preſcriptus ſit terminus augmenti ⁊ decrementi.

Textus. xvj. Quoniam enim oſtenſum eſt, quòd velotius in minori tempore tranſibit æquale: ſi id quidem in quo. A. velotius, id autem in quo. B. tardius, & ſit motum id quod tardius eſt per magnitudinem in qua. C D. in tēpore. F G. manifeſtum eſt igitur, ꝙ velotius in minori ꝗ hoc mouebitur per eandem magnitudinem. & ſit motum in tempore. F H. Rurſus autem quoniam hic quod veloti⁹ eſt in tempore. F H. tranſibit totam lineam. C D. ipſum tardius in eodem tempore minorē tranſibit. Sit igitur in qua. C K. Quoniam autem ipſum tardius quod eſt. B. in tempore. F H. ipſam. C K. tranſibit: id quod velotius eſt, in minori tranſibit. Quare iterum diuidetur tempus. F H. hoc autem diuiſo: & magnitudo. C K. diuidetur, ſecundum eandem rationem. ſi verò magnitudo: & tempus. Et ſemper hoc erit: accipientibus poſt velotius tardius, & poſt tardius velotius, & eò quòd demonſtratū eſt vtentibus. diuidet enim id quod eſt velotius: tempus. tardius autem: longitudinē. ſi igitur, ſemper quidem verum eſt conuerti, conuerſo autem ſemper fit diuiſio: manifeſtum eſt ꝙ omne tempus continuum eſt. Simul autem manifeſtum eſt: quod & magnitudo omnis continua eſt: eiſdem enim & æqualibus diuiſionibus: & tempus & magnitudo diuiditur.




¶ In tex. hoc. 16. ingenioſe ſane demonſtrat ꝙ nõ ſolū tēpus eſt diuiſibile quēadmodū ⁊ magnitudo ⁊ motus, ſed ꝙ diuiſio magnitudinis ⁊ diuiſio tēporis mutuo ſe cõſequatur. vt velocitas mot⁹ ſit in cauſa diuiſionis tēporis: tarditas vero, diuiſionis magnitudinis. Suppoſito enim inquit exēplo, tertio loco expoſito. ſ. ꝙ velotius in minori tēpore equale trãſit ſpatiū illi qd̕ tardius tranſit in maiori: ſit. B. tardius mobile qd̕ trãſit magnitudinē. C D. in tēpore. F G. manifeſtum eſt ꝙ A. mobile velocius tranſibit eandē magnitudinē in tempore minori, puta. F. H. Attende quonã modo velocitas, magnitudine indiuiſa, diuidit tēpus. Rurſus ſi. A. trãſit totã lineã. C D. in tēpore. F H. tunc. B. q̄ tardius eſt, in eodē tēpore trãſibit minorē lineã. ſ. C K. Et nunc aduerte quēadmodum tarditas, tēpore indiuiſo, diuidit magnitudinē. Rurſus ſi. B. in tēpore. F H. tranſit lineã. C K. in minori tempore. A. velocius mobile tranſibit eãdem lineam: ⁊ per ꝯñs, non diuiſa magnitudine, tempus. F H. diuidetur. Quod ſi. A. ſit tēpore minori ꝗ. F H. trãſit. C K. tunc. B. in eodē tēpore tranſibit minorē lineam. Et ſemper (inquit) ita continget accipiendo poſt velocius tardius, ⁊ poſt tardius velotius. Utentibus namq; ſimili demonſtratione cõpertum fiet quomodo velocitas diuidit tēpus, tarditas vero, magnitudinē ſpatij. Qd̕ ſi ita ſe (inquit) conuerſim habent magnitudo ⁊ tēpus, manifeſtū eſt ꝙ oē temp⁹ eſt ꝯtinuū: ⁊ ſimul manifeſtū eſt ꝙ oīs magnitudo eſt cõtinua. Eiſdē. n. diuiſionibus, vt dictū eſt tēpus ⁊ magnitudo diuidunt̃ in ſemper diuiſibilia per velocitatē ⁊ tarditatē motus: continuū autē iam dictum eſt, idem eſſe qd̕ diuiſibile in ſemper diuiſibilia. ¶ Cõmen. in illis verbis [ſimul autem] intercidit tex. decimū ſeptimū. Ineptiſſime tamen non aduertens eandē eſſe cõplexã concluſionē q̄ ſimul ex eiſdem premiſſis infertur, ⁊ tempus eſſe continuum, ⁊ magnitudinem eſſe continuam.

Amplius autem & ex conſuetis rationibus dici, manifeſtum eſt: ꝙ ſi tempus continuum eſt, ꝙ & magnitudo, ſiquidem in dimidio tēpore dimidium trãſit, & ſimpliciter in minori minus. eædē nanq; diuiſiones erunt tēporis & magnitudinis. Textus. xvij.

¶ In particula iſta text. 17. (vbi aptior fuiſſet textus diſtinctio) probat tertia ratione principalē cõcluſionē ex mõ loquēdi cõſueto. Nã quicq̄d vniformi motu in aliquo tempore peragit certū ſpatiū, in dimidio tempore tranſit dimidium ſpatium: ⁊ in tertia parte temporis, tertiam partem ſpatij: ⁊ in quarta, quartã: ⁊ ita proportionabiliter ad diuiſionem temporis ſequitur diuiſio magnitudinis, et econuerſo. Et per conſequens ſi vnum eſt diuiſibile, eſt pariter ⁊ alterum.

Etſi alterutrū infinitū eſt: & alterum, & vt alterū. vt ſi extremis quidem infinitū eſt tēpus: & longitudo extremis. ſi verò diuiſione: & diuiſione lõgitudo. ſi autē vtriſq; tēp⁹: vtriſq; & magnitudo. Textus. xviij.

¶ Stabilita iam ſatis cõcluſione prima. ſ. ꝙ eodē mõ, quo magnitudo, eſt ⁊ tēp⁹ diuiſibile, in quatuor textibus ſubſequētibus oſtendit eandē eſſe vtriuſq; rationem de infinitate. Eſt. n. infiniti duplex genus: aut q̄ caret extremis pūctis. ſ. quia eſt quãtum nõ terminatū: ⁊ hoc appellat hic infinitū extremis: alio mõ accipit̃ infinitum diuiſione, q̄. ſ. eſt diuiſibile in ſemꝑ diuiſibilia ſine t̃mi: qd̕ nūcupatur infinitū in potētia. Quēadmodū qd̕cūq; cõtinuū eſt infinitū. Ait ergo ꝙ ſi magnitudo eſt infinita, ⁊ tempus eſt infinitum: ⁊ econuerſo. Et eo modo quo vnum eſt infinitū: eſt ⁊ alterum. vt ſi vnum eſt infinitum carens extremis, erit ⁊ alterum. Nam per infinitam lineam nõ poteſt quippiam moueri, niſi tēpore infinito: ⁊ quicquid mouetur tempore infinito mouetur per infinitam lineã: aut rectã, ſi recte mouetur: aut infinitis circulationibus, ſi mouetur circulariter. Duplex infinitum.

Quapropter Zenonis ratio falſum accipit: non eſſe poſſibile infinita pertranſire, aut tangere infinita ſecundum vnūquodq;, finito in tempore. dupliciter enim dicitur & longitudo & tempus, infinitum, & omnino omne continuum: aut ſecundū diuiſionē, aut extremis. Infinita igitur ſecundū quãtitatē: non cõtingit tãgere in tēpore finito. quæ verò ſunt infinita ſecundū diuiſionē: cõtingit. etenim: ipſum tempus ſic infinitum eſt. Quare in infinito & non finito: accidit tranſire infinitum, & tangere infinita, infinitis nõ finitis. Neq; ergo infinitū, poteſt in tēpore finito trãſire: nec in Textus. xix.



nec in infinito, finitum. Sed ſi tempus quidē infinitum ſit, & magnitudo erit infinita & ſi magnitudo, & tempus.

¶ Ex diſtinctione poſita infiniti rñdet ſophiſtico cuidam Zenonis argumento, quo probare contendebat, nullum continuū quantūcunq; paruū (ſi nõ infinita inſtantia cõtineat infinitaſq; partes) poſſe pertrãſiri minori tēpore ꝗ infinito. Nã ſi infinita (inquit) ſunt inſtãtia in pedali, neceſſe eſt vt mobile ſingula tãgat: qd̕, cum ſint infinita, fieri non põt, niſi in tēpore infinito. Rñdet Ph. ꝙ duplr̃ (vt dictū eſt) aliquid eſt infinitū. ſ. aut diuiſione, aut q̄ caret extremis. Illud infinitum qd̕ caret extremis tangi totū, ac pertranſiri non põt in tēpore finito: ſed illa que diuiſione ſunt infinita trãſiri poſſunt tēpore finito. Nam vt in magnitudine finita infinita ſunt pūcta, ita in tēpore finito ſunt infinita inſtãtia. Solutio quidem vera quã dabit lib. 8. nõ eſt hec: ſed ꝙ in magnitudine finita nõ ſunt infinita pūcta ⁊ partes in actu, ſed ſolū in potētia: ⁊ ideo nõ numerant̃ ſigillatim ꝑ motū: ſicut nec inſtantia temporis. Hic tñ ſolū rēſpõdet ad hominē: q̄m ſicut arguebat Zeno infinita pūcta eſſe in magnitudine finita, aduertere debuiſſet, ⁊ etiã in tēpore finito eſſe eodē mõ infinita inſtantia: atq; adeo nõ eſſe maiorē magnitudinē ꝗ eſt tēpus. Et ideo concludit ꝙ infinitū (. ſ. magnitudine) accidit trãſire, nõ tēpore finito, ſ; infinito: infinita vero puncta, que ſunt in potentia, accidit tãgere, nõ inſtãtibus finitis, ſed infinitis, que ſunt pariter in potentia in tēpore. Ac deniq; in calce textus ſtatuit concluſionem, ꝙ neq; infinitum ſpatium poteſt mobile tranſire tēpore finito, neq; ecõuerſo, per ſpatiū finitū põt moueri tēpore infinito: ſed (vt in principio propoſitum eſt (ſi tempus eſt infinitum, magnitudo erit infinita: ⁊ cõuerſim: ſi magnitudo eſt infinita, ⁊ tempus eſt infinitum.

Textus. xx. Sit. n. magnitudo finita in quo. AB. tēpus autem infinitū in quo. C. Accipiatur igitur tēporis aliquid finitū in quo. C D. in hoc hoc trãſibit aliquid magnitudinis. & ſic quod tranſitum eſt in quo. A E. hoc autem, aut menſurabit id in quo. A B. aut deficiet, aut excedet. differt enim nihil. ſi enim ſemper æqualē ei quæ eſt. A E. magnitudinē, in ęq̄li tēpore trãſibit, hoc autē mēſurat totū: finitum erit omne tempus, in quo tranſibit. in æqualia enim diuidetur: ſicut & magnitudo.




¶ Demõſtrat dictã concluſionē: ⁊ primo primam partē duabus rõnibus: vȝ ꝙ ſi tempus eſt infinitū, magnitudo eſt infinita. Nã detur oppoſitum ꝙ per magnitudinē finitã moueri quippiam poteſt tempore infinito. Et ſit illa magnitudo. A B. in cuius trãſitu conſumit̃ tempus. C. infinitum. Tunc ſignata vna parte illius temporis infiniti (que ſit. C D) manifeſtū eſt ꝙ in illa parte tranſitur vna pars totius linee: que pars ſit. A E. Quo dato ſic arguitur. Aut illa pars. A E. menſurabit totã lineã. A B. aut deficiet, aut excedet. Partē mēſurare totum, eſt eſſe partem aliquotam que aliquoties ſumpta redit adequate totum. vt binarius ſexies facit duodecim: ⁊ ternarius quater: ⁊ quaternarius ter. Pars deficiēs eſt que aliquoties ſumpta nõ adequat totū: ⁊ excedēs eſt illa que aliquoties ſumpta ſuperat totum. Unde eadē pars eſt deficiens ⁊ excedens. vt ternarius reſpectu octonarij eſt deficiēs, quia bis ſumpt⁹ nõ attingit octo: ⁊ ter ſumptus, excedit. Ait vero ꝙ nihil refert quomodo ſe habeat illa pars. Si enĩ aliquoties ſumpta reddit totū adequate, pariter pars tēporis. C D. toties ſumpta adeq̄bit totū tēpus, quo pertranſit̃ tota linea. A B. ⁊ per cõſequens ſi linea eſt finita, tēp⁹ eſt finitū. Si vero. A E. non ſit pars aliquota, aliquoties ſumpta excedet totã lineam: vnde eadem ratione pars temporis. C D. ſuperabit totum tēpus quo pertranſitur tota linea. Et per conſequēs repugnat ꝙ per lineam finitã aliquid moueat̃ tp̄e infinito.

Amplius autem, ſi nõ omnem magnitudinem in infinito tempore tranſibit, ſed contingit aliquam & in finito tranſire, vt eam quæ eſt. A E. hæc autem menſurabit totam: & æqualē in æquali tranſibit. quare finitum erit & tempus. Quod autem non in infinito tranſibit eam quæ eſt. AE. manifeſtum eſt ſi accipiatur altera ex parte finitum tempus. Si enim in minori, partem tranſibit: hanc neceſſe eſt finitam eſſe, altero quidē termino exiſtente. Textus. xxj.

¶ In tex. 21. adhibet demõſtrationē ſecūdã nihil differentē a prima: ſed repetit eã, vt reſpondeat cuidã obiectioni qua quis poſſet eam inficiari. ¶ Demõſtratio eſt hec. Quãuis ita per impoſſibile daret̃ ꝙ aliqua magnitudo finita tranſiret tēpore infinito, negari tñ non põt quin aliqua magnitudo finita tranſeat̃ tēpore finito, vt experientia cõpertum eſt: ⁊ in motibus naturalib⁹ ⁊ in voluntarijs. Qd̕ ſi dederis illã. v. g. eſſe. A E. partē totius magnitudinis, iam monſtratū eſt ꝙ quēadmodū illa aliquoties ſumpta reddit, aut ſuperat totã magnitudinē, ita temp⁹ finitū, qua illa tranſitur adequat, aut ſuperat totū tempus quo tota magnitudo. A B. tranſitur: ⁊ per ꝯñs totū temp⁹ eſt finitū ſicuti magnitudo. At vero ſi proteruus quiſpiã dixerit ꝙ mobile trãſiens tēpore infinito totã lineam. A B. non tranſit partē. A E. tempore finito, ſed ſimilr̃ infinito: hoc (inquit) manifeſte eſt falſum, ſi accipiat̃ ex altera parte tēpus finitū . i. ſi verſus aliud extremū ſignet̃ queuis particula quantūcunq; parua que tranſeat̃ tēpore finito. Qd̕ neceſſe eſt dare: nam vt mõ dicebam⁹ experiētia cõpertū eſt tp̄e finito aliquã magnitudinē finitã poſſe tranſiri. Hoc. n. dato arguitur ſic. Si mobile in minori parte tēporis trãſit partem magnitudinis ꝗ totã magnitudinē (qd̕ per ſe notum eſt) ⁊ temp⁹ quo tranſit reliquã partem magnitudinis verſus aliud extremū. ſ. partem. E B. eſt finitū: fit vt tēp⁹ quo trãſit̃ pars. A E. ſit finitū. Nã ſicut illa minor pars magnitudinis habet ꝓportionē finitã ad maiorē, ita ⁊ pars tēporis quo illa tranſit habet ꝓportionē finitã ad aliam partē tēporis. Ordinetur ergo ſic illata illa ꝯcluſio. [hanc (. ſ. partē temporis qua tranſitur pars magnitudinis. A E.) neceſſe eſt eſſe finitam, altero termino exiſtente] . i. cum altera pars temporis quã tranſitur. E B. habeat terminum . i. ſit finita.

Eadem autem demonſtratio eſt, etiam ſi longitudo quidem infinita ſit, tempus autem finitū. Textus. lxxij.

¶ Manifeſtum eſt igitur ex dictis: ꝙ neque linea,

neq; planum, neq; omnino continuorum vllum erit indiuiduum: non ſolū propter id quod nunc dictum eſt: ſed & quia accidet diuidi indiuiduū.

¶ Simili inquit demōſtratione cōſtare pōt ſecūda pars cōcluſionis: nēpe ꝙ ſi magnitudo eſt infinita, tēpus ad eius trāſitū requiſitū ſit infinitū. Nā detur oppoſitū cōſequētis cū antecedente. ſ. ꝙ ſpatium infinitū peragat tempore finito: & ſignetur vna queuis pars finita illius magnitudinis infinite: illa (certū eſt) tranſibit aliqua parte illius tēporis: & cū pars illa tēporis finiti aliquoties ſumpta, aut adequat, aut ſuperat totū tēp⁹: & in ſimilibus partibus temporis ſimiles partes magnitudinis tranſeūtur, ſequit ꝙ pars etiā illa magnitudinis aliquoties ſumpta, aut adequabit, aut excedet totā magnitudinem illo tpe pertranſitā: & per ɔ̄ns ex finitate tēporis ſequit finitas magnitudinis. Cōcludit ergo ɔcluſionē principaliter intētā in his duobus capitulis, ꝙ neq; linea neq; ſuperficies, neq; continuorū vllum. ſ. corpus aut motus, aut tēpus eſt indiuiſibile: nō ſolum propter rationes factas quib⁹ impoſſibile eſſe monſtratum eſt vt continuum cūponatur ex indiuiſibilibus, ſed propter nouam que textu ſequēti ſubiūgit: nēpe, quia tunc ſequeretur cōtradictio hec ꝙ indiuiſibile eſſet diuiſibile.

Textus. xxiij.

Quoniam enim in omni tempore velotius & tardius eſt, velotius autem plus tranſit in æquali tēpore, cōtingit autē & duplam & hemioliā tranſire lōgitudinē (erit.n. hæc ratio velocis) feratur igitur id quod velocius eſt per hemioliā in eodē tempore, & diuidātur magnitudines, eæ quidem quæ velociores ſunt in quo. AB.BC. CD. in tres impartibiles, quæ verò ſunt tardioris in duas in quibus. E F. F G. Itaq;, & tēpus diuidetur in tria impartibilia. æqualem enim: in æquali tempore tranſibit. Diuidatur igitur tempus: in KL. L M. M N. Rurſus autem quoniam tardius delatum eſt per. E F. F G. igitur & tēpus diuiderur in duas partes. diuidetur ergo id quod impartibile eſt: & quod impers eſt nō in impartibili trāſibit, ſed in pluri. Manifeſtum eſt ergo: quòd nullum continuorum eſt impers.

¶ Demōſtrat ergo tandē in hoc tex. 23. id qđ in calce ſuperioris dixerat: nēpe ꝙ ſi continuum aliqđ (aut aliqua eius pars) eſſet indiuiſibile, tunc indiuiſibile diuideret. Supponant. n. duo ex ſupradictis. ſ. ꝙ in eodē tēpore poteſt dari vnus mot⁹ velocior, alter vero tardior: item ꝙ velociori motu in eodē tempore plus pertranſitur q̃ tardiori. Et preterea tertio ſupponitur ꝙ vno motu pōt in eodem tēpore pertrāſiri magnitudo maior, q̃ alio motu, aut ſm duplam proportionem aut ſm hemioliam. i. ſm ſeſquialteram (qualis eſt trium ad duo.) Et tunc qualis ratio, id eſt proportio fuerit inter magnitudines pertranſitas, talis eſt et inter velocitates motuum. Detur ergo ꝙ. A. mobile in ſeſquialtero velocius, q̃. B. mouetur per latitudinem conſtantem ex tribus partibus (ſm opinionem) indiuiſibilibus: que ſunt. A B. B C. C D. & manifeſtū eſt ꝙ tempus illius motus itidem diuidetur in tres partes indiuiſibiles: puta. K L. L M. M N. Rurſus cum. B. mobile ſit in ſubſeſquialtero minus velox, in eodem tempore ptrāſibit magnitudinē ex duabus partib⁹ indiuiſibilibus. ſ. E F. F G. & per ɔ̄ns partē. E F. tranſibit in medietate tēporis. ſ. in vna parte cum dimidia illarū triū in quas diuiſum fuerat, & aliam partem magnitudinis in alia parte cū dimidia temporis. Unde manifeſte colligitur ꝙ illa media pars temporis. L M. que aſſerebatur indiuiſibilis, diuiditur in duas partes. Que eſt cōtradictio. Sequitur hic queſtio prima.

## QVOD NVNC TEMPORIS ſit indiuiſibile in quo nihil mouetur.

## CAPVT. III.

NEceſſe eſt autē, & ipſum nunc quod non ſecundum alterum ſed per ſe, & primum dicitur: indiuiſibile eſſe, & in omni tempore tale ineſſe. Eſt enim vltimum quoddam præteriti cuius verſus hæc, nihil futuri eſt: & rurſus futuri, cuius verſus illa, nihil eſt præteriti: quod vtiq; diximus: vtrorūq; eſſe terminum. Textus. xxiiij.

Hoc autem ſi demonſtretur ꝙ huiuſmodi eſt, per ſe & idem, ſimul manifeſtum erit & quod indiuiſibile eſt. Textus. xxv.

¶ Prefixa in ſuperioribus concluſione, ꝙ, vt aliorū qđcunq; continuorū, ita & motus eſt diuiſibilis in ſemper diuiſibilia, in duobus ſequentibus capitulis (qđ ſecundū membrum libri huius eſt) agere intēdit de diuiſione motus. In hoc. n. tertio (qđ nouē textib⁹ cōcludit) pmittit ſuppoſitiones tres ad rem neceſſarias, & in ſequēti ad rē in particulari deſcēdit. ¶ Suppoſitio ergo prima in hoc tex. 24. eſt ꝙ id tēporis qđ nunc per ſe primo eſt, nō eſt niſi indiuiſibile: & in quocunq; tēpore eſt hmōi indiuiſibile. Ubi adnotandum eſt ꝙ nō nō ſolū eſt inſtans preſens, ſed & hora & dies & mēſis & annus, ſunt preſentes. Differt tñ, ꝙ hora nō eſt nunc per ſe primo preſens: q2 non eſt preſens ſcđm ſe totam, ſed ſecundū inſtans quo pars eiꝰ pterita cōtinuat cum futura. Et pariter dies et menſis & annus. Inſtans vero eſt preſens per ſe primo: q2 eſt nunc: nō rōne alterius, ſed per ſe totum. Eo modo quo indiuiſibile dr totū. i. ꝙ nihil illius eſt, niſi nō. Hoc autē probat hac rōne. Neceſſe eſt. n. (inquit) ſignare vltimū terminū toti⁹ tēporis preteriti vltra quē nulla ſit pars reliqua temporis verſus nos. Et equa rōne neceſſe eſt ſignare terminū vltimū tēporis futuri vltra quem nulla verſus nos ſit pars illi⁹ tēporis. Quē quidem terminū neceſſe eſt vtriuſq; tēporis eſſe vnū atq; preſentē: nā & pteritū tēpus & futurū hic terminatur. ¶ Unde ſubiungit in tex. 25. ꝙ ſi demonſtretur aliqđ eſſe huiuſmodi quod per ſe primo ſit modo terminus vtriuſq; differentie tēporis, manifeſtum erit illud eſſe indiuiſibile.

Tres ſuppoſitiões. Concluſio pri. Nūc eſt indiuiſibile.

Neceſſe eſt igitur idem eſſe, ipſum nunc: quod vltimum vtrorunque temporum eſt. ſi enim alterum eſt: conſequenter non erit alterum alteri, propterea ꝙ continuum non eſt ex impertibus. ſi autem ſeorſum eſt vtrūq;: inter ea erit tēpus. Omne enim cōtinuū huiuſmodi eſt: vt aliquid ſit vniuocū inter fines. At verò ſi tempus mediū eſt: diuiſibile erit: omne enim tempus: oſtenſum eſt, ꝙ diuiſibile ſit. Quare: diuiſibile erit ipſum nunc. Si autem diuiſibile eſt ipſum nunc: erit aliquid pręteriti in futuro, & futuri in præterito: ſecundum quod enim diuidetur: hoc terminabit pręteritum & futurum tempus. Textus. xxvj.

¶ Proſequitur igit in hoc tex. 26. mōſtrare terminum preteriti & futuri tēporis eſſe eundē: illaturus inde, eſſe indiuiſibilē. Quod aūt ſit idē, probatur. Si em̄ ſunt diſtincti termini alter preteriti & alter futuri, aut ſunt cōſequēter ſe habētes, ita vt inter illos nihil medier ſui gn̄is (nā vt lib. 5. tex. 25. viſum eſt hec ſunt cōſequēter ſe habentia) aut aliqđ inter eos eſt medium. Si nullū eſt mediū, ſequit ɔtinuū cōponi ex indiuiſibilibus: qm̄ eſſent tunc duo nūc immediate ſe tangētia in cōtinuo: nā tēpus preteritū et futurū cōtinua ſunt. Si vero aliqđ mediat inter illos terminos, eſſe nō pōt, niſi tēpus: q2 cū tēpus preteritū et futurū ſint cōtinua: & cōtinua eſſe nō poſſunt, niſi ea que ſunt eiuſdē ſpeciei & vniuoca (vt lib. 5. tex. 29. expoſitum eſt) intereſſe inter dictos terminos nō poteſt, niſi tempus. Qđ impoſſibile eſſe probat hoc modo. Si tēpus mediat, illud eſt diuiſibile: nam iam probatū eſt omne tēpus eſſe diuiſibile: & cū qcqđ intercipit inter preteritū et futurū ſit nunc (nūc em̄ nihil aliud eſt q̃ preſens, qđ nec pteritū nec futurū eſt) cōſequens eſt vt ipſum, nūc, ſit diuiſibile. Id autē eſſe impoſſibile pbat tribus rōnibus. Prima eſt ſi nūc eſt diuiſibile, ſequit ꝙ aliquid preteriti tēporis eſt in futuro, et aliquid futuri eſt in preterito: qđ cōtradictio eſt. Sequela probatur: quia cū, nunc, ſit finis preteriti temporis totum, nūc, eſt in preterito tanq̃ eius terminus: et cum ſit etiā initium futuri, totum etiam eſt in futuro. Si vero, nunc, diuidatur, neceſſe eſt vna pars tota ſit in preterito, et alia tota ſit in futuro: et ſic aliquid futuri eſt in preterito et aliquid preteriti eſt in futuro. ¶ Sed percontaris. Nunquid hoc quoq; verū eſt, eſto, nunc, ſit indiuiſibile: eſt enim illud, nunc, aliquid vtriuſq;: puta finis vnius & initiū alterius: & per cōſequēs eſt in vtroq;: Rñdetur hoc verū eſſe, ſed eſt in vtroq; tanq̃ preſens terminus vtriuſq;: ſi vero eſſet diuiſibile, inconueniens quod ſequitur eſt, ꝙ aliqua pars temporis futuri. ſ. termini eius eſſet iā tranſacta in preteritum, et aliqua pars temporis preteriti eſſet adhuc futura.

Textus. xxvij.

Simul autem, nec per ſe erit ipſum nunc: ſed per alterum. Diuiſio enim: non eſt ipſius quod per ſe eſt. Ad hæc autem, ipſius nunc, hoc quidem præteritum erit, illud autem futurum: & non ſemper idem præteritum aut futurum. neque igitur ipſum nunc: idem. Multipliciter enim diuiſibile eſt tempus.

¶ Scđa tertiaq; ratio eſt in hoc tex. 27. Scđa em̄ eſt hec. Si, nūc, eſſet diuiſibile, non eſſet id, quod per ſe primo eſt, nūc, nā ſi diuideret, diuiſio eſſet in partem preteritā & partē futurā: & per ɔſequēs nō ſcđm ſe totū mediaret inter pteritū et futurū, nunc, autē eſt id qđ per ſe primo ſecundū ſe totū modo eſt, ita vt nihil illius ſit preteritū vel futurum, ſed totū preſens. Repugnantia ergo eſt vt ſit per ſe primo, nunc, & tamen ſit diuiſibile. ¶ Tertia ratio eſt huiuſmodi. Si, nunc, eſt diuiſibile, diuiſio eſt (vt modo dicebamus) in partem preteritam & partē futurā: preteritū vero et futurū non dicit rem ſemp. i. inuariabiliter vnā exiſtentem: immo dicit fluxum & varietatem quandam, quod autē intelligimus nomine, nunc, eſt quid ſimpliſſimum & inuariabile, nihil habens preteriti aut futuri, ſed totum preſens.

Textus. xxviij.

Quare ſi impoſſibile eſt hæc in eſſe ipſi nunc: neceſſe eſt idem eſſe quod in vtroque eſt, nunc. At vero ſi idem eſt: manifeſtum eſt ꝙ & indiuiſibile eſt. ſi enim diuiſibile eſt: rurſus accident eadem, quæ & prius.

¶ Cōcludit ex dictis in hoc tex. 28. concluſionē in principio propoſitā, videlicet, ꝙ ſi ea incōuenientia que allata ſunt impoſſibile eſt ipſi, nunc, accidere, cōſequens eſt, vt ipſum, nunc, ſit vnū, quod ſit & preteriti tēporis finis, et initiū futuri. Atque adeo ſi eſt vnū, ſubſequit, vt ſit īdiuiſibile. Alias in eadē, que recitata ſunt, incōuenientia recideretur. Et hec eſt prima ſuppoſitio hui⁹ capituli.

Textus. xxix

Quod igitur ſit aliquid in tempore indiuiſibile, quod dicimus eſſe ipſum nunc: manifeſtum eſt, ex ijs quæ dicta ſunt. Quod autem nihil in ipſo nunc mouetur: ex his manifeſtum eſt. Si em̄ eſt: contingit & velocius moueri in ipſo & tardius. Sit igitur ipſum nunc, in quo. D. moueatur autem in ipſo id quod velocius eſt: per lineam. A B. ergo quod tardius eſt in eodem per minorē ea quæ eſt. A B. mouebitur, vt per. A C. Quoniam autem tardius in toto ipſo nunc motum eſt per. A C. velocius in minori, quam hoc mouebitur. quare diuidetur: ipſum nunc. ſed erat indiuiſibile. Non ergo eſt moueri: in ipſo nunc.

¶ Secunda ſuppoſitio eſt, ꝙ in ipſo, nunc, temporis nihil poteſt moueri: et ſubinde neq; proprie qeſcere. In hoc textu pbat, id pꝰ de motu & poſtea in ſubſequētibus, de quiete. Reſumpta ergo ſupiori ſuppoſitiōe. ſ. ꝙ in ipo tpe ſit aliqđ indiuiſibile qđ dr, nūc, adijcit ſcđaʒ. ſ. ꝙ in illo nihil mouet. Probatio eſt hec. In quocūq; tpe eſt motus, eſſe proinde pōt & velocior et tardior, q̄ ſunt accidētia mot⁹: in ipſo, nūc, eſſe neq; velocior mot⁹ ac tardior: ḡ neq; ſimplr motus. Probat minor ſi in ipo, nūc (qđ vocet. D.) eſſe pōt mot⁹ velocior & tardior, ſit ꝙ veloci⁹ mobile ptrāſeat in eo lineā. A B. & mobile tardius in eodē lineā minorē. B C. Tunc ſi mobile tardius in ipo, nūc, trāſit lineam. B C. velocius pertranſibit eandem in parte ipſius, nunc, & per conſequens ſi in ipſo, nunc, eſt motus, ipſum, nunc, eſt diuiſibile: ſed probatum eſt eſſe indiuiſibile: ergo moueri in illo quicquā eſt impoſſibile.

Scđa concluſio. Nihil ī inſtanti mouetur.

Tex. xxx.

At vero: neq; quieſcere. Quieſcere enim dicebamus id: quod aptum eſt natura moueri, & non mouetur quādo aptum natura eſt, & vbi, & quo pacto. Quare quoniā in ipſo nunc nihilū apteſt natura moueri: manifeſtū eſt, ꝙ neq; quieſcere.

¶ Probat conſequenter ꝙ neq; in ipſo, nunc, contingat aliquid quieſcere tribus rationibus. Prima eſt. Quieſcere, cum ſit puatio motus, nō eſt, niſi in eo ꝙ aptū natū eſt moueri & vbi aptum eſt moueri

moueri ⁊ eo pacto quo aptũ eſt moueri, ſicut lapis nõ eſt cecus: quia non eſt aptus videre, neq; canis ante nonum diem: quia tunc nõ eſt aptus videre, neq; homo quia caret viſu aquile eſt cecus: quia non eſt aptus illo pacto videre, ſed nihil in ipſo, nunc, eſt aptum moueri: ergo neq; in ipſo quieſcit, ſed in tempore.

Textus. xxxj. Amplius ſi idem nunc in vtriſq; temporibus eſt contingit autem in hoc quidem moueri, in illo autem quieſcere toto, id autem quod in toto mouetur tempore, in quouis mouebitur eorum quæ huius ſunt ſecundũ ꝙ aptum eſt natura moueri, & quieſcens ſimiliter quieſcet: accidet idem ſimul quieſcere & moueri. idem enim vltimũ temporum vtrorumq;: ipſum nunc eſt.

¶ Secũda ratio eſt huiuſmodi. Si aliquid poſſet quieſcere in inſtanti, eadẽ rõne (vt dictũ eſt) poſſet etiam in illo moueri. Quo dato, ſequeret ꝙ ſimul poſſet in eodẽ, nunc, res moueri ⁊ quieſcere. probatur ſequela. Idẽ, nunc, eſt quodãmodo in duobus tẽporibus tanq̃ finis preteriti ⁊ initium futuri: ⁊ cõtingit nõnunq̃ aliquid in toto tẽpore preterito moueri vſq; ad hoc inſtãs, ⁊ hinc in toto futuro quieſcere: id autẽ qđ in toto tẽpore mouetur in quocũq; illius tẽporis mouet: ⁊ per cõſequens qđ tẽpore preterito mouebat nũc mouet: et eadẽ rõne qđ in toto tẽpore hinc futuro quieſcit nunc quieſcit: atq; adeo idem ſimul mouetur et quieſcit. ¶ Notandũ eſt hic tñ ꝙ hec ratio non procedit, niſi ad hominẽ cõtra illũ qui cõcederet in inſtanti poſſe eſſe motum ⁊ poſſe eſſe quietem: nam tũc motus p̃teritus terminaret intrinſece ad hoc inſtans per vltimũ ſui eſſe: ⁊ cum non ſit maior ratio de vno q̃ de alio, arguit ꝙ deberet etiã quies futura terminari huc intrinſece p primum ſui eſſe. At rei veritas eſt ꝙ tã motus preteritus q̃ quies futura terminat extrinſice in inſtãti preſenti: qđ eſt primũ non eſſe motus, ⁊ vltimũ non eſſe quietis. Et ideo nõ valet conſequentia, nunc res non mouetur: ergo nunc quieſcit, niſi dicas in hoc tempore non mouetur. Sed de hoc queſtione ſecunda.

Textus. xxxij. Amplius autem, quieſcere quidẽ dicimus id: quod ſimiliter ſe habet & ipſum & partes: nunc & prius. in ipſo autem nunc: non eſt prius. quare neque quieſcere. Neceſſe eſt ergo, & moueri id quod mouetur, in tempore: & quieſcere id quod quieſcit. Quod autem mutatur, omne: diuiſibile eſſe neceſſe eſt. Quoniam enim ex quodam in quoddam omnis mutatio eſt: & cum quidem eſt in hoc in quod mutatum eſt, non amplius mutatur. cũ autem eſt in eo ex quo mutatur: & ipſum, & partes non mutãtur. quod enim ſimiliter ſe habet, & ipſum, & partes: id non mutatur. neceſſe eſt igitur, hoc quidem aliquid eius quod mutatur, in hoc eſſe: aliud vero in altero. Neq; enim in vtriſq;: neq; in neutro totum eſſe poſsibile eſt. dico autem in quod mutatur primum ſecundum mutationem: vt ex albo fuſcum, nõ nigrum. non enim neceſſe eſt id quod mutatur: in vtrouis eſſe extremorum. Manifeſtum igitur eſt: ꝙ omne id quod mutatur, erit diuiſibile.

¶ Tex. hic. 32. duas habet particulas. Prima cõtinet rationẽ tertiã ad prefatã concluſionẽ: que ſic habet. Quieſcere idẽ eſt quod nec nũc nec immediate prius moueri, aut nec nũc nec immediate poſt hoc (qđ. q. 2. examinabit) ſed in vno inſtanti, cũ ſit indiuiſibile, nec datur prius nec poſterius: ergo in vno inſtãti non poteſt eſſe quies. ¶ In ſecunda particula (vbi congruentius facta fuiſſet textus diuiſio) ſubiungit tertia concluſio huius capitis: nẽpe ꝙ omne qđ mouet neceſſe eſt eẽ diuiſibile, indiuiſibile eñ moueri nõ põt motu phyſico. Rõ eſt hec. Omnis mot⁹ eſt a quodã in quẽdam terminũ: ergo quãdo aliquid mouet nõ eſt totum in termino a quo, nec totũ in termino ad quẽ. Patet ꝯña, quia qđ ſimiliter ſe habet ſcđm ſe ⁊ ſuas partes non mouetur: cum moueri ſit ab vno in aliud fluere: quãdo vero totũ eſt in termino a quo vel in termino ad quẽ, totũ et partes ſimiliter ſe habent: ergo tũc nõ mouetur. Rurſus. Id qđ mouet nec eſt totũ in tẽo a quo nec in tẽo ad quẽ ergo eſt ptim in tẽo a quo ⁊ partim in termino ad quẽ: atq; adeo neceſſe eſt vt habeat partes. ¶ At poſſet quis obijcere ꝙ ſtat id quod mouetur nõ eſſe ſecundũ partẽ in termino a quo ⁊ ſecundũ partem in termino ad quẽ. Ut dato ſpatio tripedali inter quatuor puncta. A B C D. ⁊ mobile pedale moueatur a prima pedalitate. A B. ad vltimã. C D. quãdo fuerit in media que eſt. B C. nullam partẽ habet in termino a quo nec in termino ad quẽ. Eadẽ ratione ſi aliquid moueat ab albo in nigrum, quãdo fuerit fuſcũ nullã partem habet ſub albedine, nec aliquam ſub nigredine. Huic reſpondet Phi. ꝙ intelligit de termino ad quem in quem primũ mouet. i. qui proximus eſt termino a quo. vt ſi mouetur a prima pedalitate. A B. in ſecundã. B C. neceſſe eſt, durante toto tẽpore motus, partẽ mobilis eſſe in parte prime pedalitatis ſpatij: et partem eſſe in parte alterius pedalitatis. Et pariter ſi proximus terminus ſuccedens albo eſt fuſcum, quandiu mouetur ad fuſcum, neceſſe eſt vt aliqua pars mobilis ſit alba ⁊ alia fuſca. Nam quam primum totum fuerit fuſcum, ceſſabit motus ad fuſcum. Hec autem. q. ſecunda exactius diſeruntur.

Tertia cõcluſio. Omne qđ mouet eſt diuiſibile.

## DE DIVISIONE MOTVS. CAPVT. IIII.

Textus. xxxiij. MOTVS autem eſt diuiſibilis: dupliciter. vno quidem modo, tempore: alio vero ſecundum motus partium eius quod mouetur. Vt ſi ipſum. A C. mouetur totum: & A B. mouebitur, & B C. Sit igitur ipſius quidem. A B. motus. D E. ipſius autem. B C. E F. motus, partium. neceſſe eſt igitur totum in quo. D F. ipſius. A C. eſſe motum. mouebitur enim ſecundum hunc: quippe cum vtraq; partium moueatur ſecũdum vtrũq;. Nihil enim: mouetur ſecundum alterius motum. Quare totus motus: totius eſt magnitudinis motus.




¶ His preiactis quatuor cõcluſionibus in capite quarto qđ ſeptẽ textus cõtinet, deſcendit ad diuiſionem motus. Proponẽs ſtatim in hoc text. 33. ꝙ dupliciter diuiditur motus. vno modo diuiſione temporis in partẽ preteritã ⁊ futurã, ⁊ alio modo ad diuiſionem ſubiecti: ſecundũ qđ vna pars mobilis alia parte motus mouet, q̃ alia pars. Motus eñ aut cõſideratur generaliter in quantum accidẽs, ⁊ ſcđm hoc quia (vt iam modo dicebat) omne qđ mouet eſt diuiſibile, mot⁹ extendit p totũ mobile ſicut albedo. Loquimur de illo ac ſi eſſet res diſtincta, ſicut albedo. Nã licet non diſtinguatur, niſi ſicut diximus, lib. 3. nihilomin⁹ diuidit ad diuiſionẽ ſubiecti. Aliomõ conſiderat ſecundũ propriã rationẽ motus, que eſt res ſucceſſiua: et ſic diuidit diuiſione tẽporis, qua mobile priori parte motus trãſit priorẽ partẽ ſpatij, ⁊ poſteriori trãſit poſteriorem. ¶ Sed eſt (vt bñ notat. S. T.) adnotandũ ꝙ diuiſio motus ſecũdũ diuerſas partes mobilis tripl'r põt intelligi. Unomõ ꝙ vna pars prius moueat q̃ alia: ⁊ hoc nõ eſt poſſibile qñ totũ continuũ mouetur, vt ſi tripedale moueatur, eodẽ inſtanti quo incipit moueri prima pars incipit moueri ſecunda. Quare iſto modo nõ eſt diuiſio motus ſcđm partes mobilis. Secũdo mõ põt intelligi ſm aliqđ ſignũ fixũ in ſpatio: vt qñ ſol oritur p lineã orizontis prius apparet prima medietas ſolis q̃ ſcđa. Et neq; de iſta loquit Ariſt. q2 illa pertinet ad ſucceſſionẽ tẽporis: ſicut qñ lignum calefit prius recipit calorem pars propinquior igni q̃ remotior. Tertio ergo mõ intelligit diuiſio motus, ſicut aliorũ accidentium. Ut eñ aliã partẽ albedinis habeo in facie, aliã in manu, ita ⁊ aliã partẽ motus habeo in facie ⁊ aliã in manu. Demõſtrat ergo primo diuiſionẽ motus ad diuiſionẽ mobilis tribus rõnibus. Prima eſt in hoc textu. Sit eñ mobile bipedale. A B C. Si totũ mouetur, ſequit ⁊ ꝙ prima pedalitas. A B. ⁊ ſecũda. B C. pariter moueant. Signet ergo pars motus q̃ ſubiectat in parte. A B. ⁊ ſit illa. D E. et pariter motus que ſubiectat in parte. B C. ſit. E F. Et inde tũc ſequitur ꝙ totus motus quo. A B C. mouetur ſit. D E F. ſiquidem partibus mobilis ſigillatim reſpondent partes motus. Ergo ſicut mobile. A B C. diuiditur in partes. A B. et. B C. ita ⁊ motus in. D E. ⁊. E F. ⁊ p cõſequẽs ad diuiſionẽ mobilis ſequit diuiſio mot⁹.

Dupl'r diuidit motus.

Textus. xxxiiij. Amplius autẽ, ſi omnis quidẽ motus alicuius eſt totus autẽ motus in quo. D F. neq; partiũ eſt alterius (partis enim vterq; eſt) neq; vllius alius. cuius enim totus, totius: & partes partium ſunt. partes autem motus. D F. ſunt partium. A B C. & non aliorum. plurium enim: non eſt vnus motus: & totus vtiq; erit magnitudinis. A B C.

¶ Secunda ratio eſt hec. Omnis motus, alicui⁹ mobilis eſt motus: ſed totus motus. D E F. eſſe nõ poteſt, niſi totius mobilis. A B C. ergo reſpõdetur motus diuiditur ad diuiſionẽ mobilis, vt vna pars motus rñdeat vni parti mobilis, ⁊ alia alteri. Probat minorẽ, q2 totus ille motus nõ eſt alterius partiũ. i. neutra pars illius mobilis mutatur toto illo motu [partis eñ vterq; eſt]. i. vtraq; pars motus eſt pars partis mobilis. vt pars. A B. moueatur ſolo motu. D E. et pars. B C. moueatur ſolo motu. D F. [neq; vllius alius]. Alius genitiuus eſt. vt ſit ſenſus ꝙ ille totalis motus non poteſt eſſe cuiuſpiam alius mobilis nam cuius mobilis eſt totus motus, illius partium ſunt ⁊ motus partes. Cum ergo partes totius motus D E F. ſint motus partium hui⁹ mobilis. A B C. non poteſt totalis motus eſſe alterius mobilis. q̃ huius. Que erat minor probanda.



Textus. xxxv. Amplius autem ſi eſt quidem totius motus alius vt in quo. G K. remouebũtur ab eo vtrarũq; partium motus. hi autem: quales erunt motibus. D E, E F. vnus enim: vnius eſt motus. Quare ſi totus quidem diuidetur, qui eſt. G K. in partiũ motus: equalis erit. G K. motui. D F. Si vero ſupereſt aliquid, vt. I K. hic nullius erit motus. neq; enim totius, neque partium: propterea ꝙ vnius vnus eſt, neque alterius vllius. continuus eñ motus: eſt continuorum quorundam. Similiter autem eſt: & ſi excedit ſecundum diuiſionem. Quare ſi hoc impoſſibile eſt, neceſſe eſt eundem eſſe & equalem. Hæc igitur diuiſio, ſecundum partium motus eſt: & neceſſe eſt cuiuſuis partibilis: ipſam eſſet.




¶ In text. 35. addit rationem tertiã: que non tam procedit immediate ad concluſionẽ, q̃ ad eandẽ minorem rationis proxime. ſ. ꝙ totus motus. D E F. ſit adequatus motus totius mobilis. A B C. Si eñ non ita eſt (inquit) detur alius motus q̃ ſit adequatus eiuſdẽ mobilis: ⁊ ſit. v. g. G K. Tũc demãtur due partes a. G K. que ſint motus partiũ. A B. et. B C. Quas quidẽ partes motus neceſſe eſt eſſe equales partibus. D E. et. E F. ſiquidem iſte (vt probatum eſt) ſunt motus illarũ partium mobilis. Tũ rurſus, aut partes iſte que demunt a. G K. adequant totum. G K. et inde manifeſte ſequitur ꝙ totus motus. G K. eſt equalis toti motui. D E F. quando quidẽ partes adequãtes totum ſunt equales. Et per cõſequens ſunt idẽ motus. Si vero ille partes nõ adequant totum, ſed deficiunt, ita vt ſuperſit aliquid. v. g. I K. ſequit ꝙ illa pars motus nullius mobilis erit motus: quia neq; totius illius mobilis, neq; partium ſiquidem ſingulis partibus mobilis ſignate ſunt iam partes motus. Neq; erit motus alterius mobilis: nam cũ totus motus. G K. ſit cõtinuus, eſſe non poteſt, niſi vnius mobilis: cũ iam probatum ſit, ad continuitatẽ motus neceſſariã eſſe vnitatẽ mobilis. Similiter ſi partes ille motus non adequant totum. G K. ſed excedũt, ſequit ꝙ illa pars in qua excedunt nullius mobilis erit motus. Cũ ergo hec omnia impoſſibilia ſunt, ſequit primũ intentum ꝙ ille totus motus. D E F. eſt adequatus illius mobilis. A B C. et per conſequens motus diuiditur ad diuiſionem mobilis.

Textus. xxxvj. Alia autem: eſt ſecundum tempus. Nam cum omnis motus in tempore ſit, tempus autẽ omne diuiſibile ſit, in minori autẽ minor motus ſit: neceſſe eſt omnẽ motum diuidi ſecundũ tempus.

¶ Tranſgreditur in hoc textu ad ſecundam diuiſionem motus, dicens, ꝙ cum omnis motus ſit in tempore, tempus autem omne ſit diuiſibile, et in minori tempore minor fiat motus, et in maiori maior, neceſſario ſequitur vt motus ſit diuiſibilis ſecundum tempus.

Textus. xxxvij. Quoniam autem omne quod mouetur in aliquo mouetur, & tempore quodã, & omnis eius quod mouetur, eſt motus: neceſſe eſt eaſdẽ eſſe diuiſiones & tẽporis, & motus, & ipſius moueri.

et eius

& eius quod mouetur, & eius in quo motus eſt. Verum non omnium ſimiliter: in quibus motus eſt. ſed quantitatis quidem, ſecundum ſe: qualitatis autem, ſecundum accidens. Accipiatur enim tempus in quo mouetur, in quo. A. & motus, in quo. B. Si igitur ſecundum totum motum, in toto tempore eſt motum: in dimidio, ſecundum minorem. & rurſus hoc diuiſo: ſecundum minorem hoc, & ſemper ſic. ℂ Similiter autem & ſi motus diuiſibilis ſit: & tempus diuiſibile. Si enim toto in toto: dimidio in dimidio. Et rurſus minore: in minore.

¶ Poſtea ꝙ manifeſtũ fecit motũ diuidi dupliciter: ⁊ ſecundũ diuiſionẽ mobilis ⁊ ſecundũ diuiſionem tẽporis, procedit in reſidua parte huius capitis enarrare quot ſunt illa que cum motu ſimul diuidunt. Ait enim ꝙ cũ omne qđ mouetur moueat in aliquo tanꝙ in termino, puta aut in loco, aut quãtitate, aut qualitate; ⁊ ſecundo moueatur in tẽpore: ⁊ tertio cuiuſcũꝗ rei que mouetur ſit aliquis motus: neceſſe eſt quinꝗ ſimul diuiſiones coire. ſ. tẽporis, motus, ⁊ ipſius moueri, et mobilis itẽ quod mouet, et eius deniꝗ in quo mouetur, puta termini. Uerũtamen nõ oĩa eodẽ modo: ſed ea iſtorũ, que ſunt de genere quantitatis, mouentur per ſe: ea vero que ſunt de predicamento qualitatis, vt terminus alterationis, diuiditur per accidẽs: nã diuiſio per ſe cõpetit quãtitati: ⁊ ratione illius conuenit reliquis. Oſtendit prius ꝙ tẽpus ⁊ motus ſimul diuidant. Sit enim inquit tẽpus. A. in quo aliquid mobile mouetur: et motus quo mouet ſit. B. ſi toto. B. motu in toto tẽpore. A. mouetur per aliquã magnitudinẽ, in medietate tẽporis mouebitur medietate motus per medietatẽ magnitudinis. Et rurſus hoc diuiſo. ſ. in quarta parte tẽporis mouebitur quarta parte motus per quartã magnitudinis. Similiter ecõuerſo diuiſo motu, diuiditur tẽpus. vt ſi totus motus durat per horam, medietas motus durat per dimidiatam horam: ⁊ quarta pars per quartam partem.

Quinꝗ diuiſiones.

Textus. xxxvij. ❧ Eodem autem modo: & ipſum moueri diuidetur. Sit enim in quo. C. ipſum moueri. ſecundum igitur dimidium motum, minus erit toto: & rurſus ſecundum dimidij dimidium. & ſic ſemper. Eſt autem & cum quis deſignauerit, ipſum ſecundũ vtrũq; motuũ moueri vt ſcđm. D F. & E F. dicere: ꝙ totũ erit ſcđm totũ. ſi em̃ aliud: plura erũt moueri ſecundũ eundẽ motum, ſicut determinauimus & motum diuiſibilem in partium motus, eſſe. accepto enim ipſo moueri ſecundum vtrunq;: continuum erit totum.

¶ In text. hoc. 38. oſtendit ꝙ pari etiã modo diuiduntur motus, ipſumꝗ moueri. Motus eſt accidens quo mobile mouetur, eo modo quo lib. 3. q. 2. explicitum eſt moueri autem eſt ipſum pati ab agente: qđ ſola ratione diſtinguit a motu. vt motus alterationis eſt qualitas prout eſt in fluxu ⁊ in fieri in ſubiecto: ⁊ moueri eſt ſubiectum illam recipere. Que quidẽ differunt, ſicut pati ⁊ paſſio. Quam diſtinctionẽ deſignauit. Phi. ſupra tex. 6. dicens ꝙ neceſſe eſt res moueri motu preſente. Tametſi Cõmen. text. 36. per hoc quod eſt moueri, intelligat durationẽ motus. Quã eius diſcipuli proinde exiſtimant diſtingui realiter a motu. Quod certe minime crediderim. Et forſan. Phi. in his multiplicãdis calculatorijs diuiſionibus plus multo remoratus eſt, ꝙ fuiſſet operepretiũ. Ait ergo ꝙ ſi moueri ſit ipſum. C. diuidet ſecundum motũ, vt dimidiatus motus reſpondeat medietati eius quod eſt moueri: ⁊ quarta pars motus quarte parti eius quod eſt moueri: q2 nõ tantum res mouetur ſecundũ partẽ motus quantũ ſecundum totũ. Nã (vt modo dicebamus) ſecundũ partẽ mot9 moueť ꝑ totã magnitudinẽ: et ſcđꝫ medietatẽ motus moueť per medietatẽ magnitudinis. Et pariter ſcđm totũ motũ alterationis res acquirit totã intenſionẽ qualitatis: et ſecundum medietatem acquirit medietatem. Et facit ſimilem calculationem ei quam fecerat text. 35. Detur motus (de quo illic loquebatur). D E F. qui eſt motus ipſius moueri. C. Si quis (inquit) aſſignauerit duab9 partib9 ipſius moueri duas partes ipſius motus: puta. D E. et. E F. neceſſe eſt eum dicere, et totum motum equalem eſſe toti moueri, nam alias ſi ipſum moueri excedit illas partes motus, dabitur aliquod moueri ſine motu: ⁊ ſi partes motus excedunt ipſum moueri, dabitur motus ſine moueri, vt illic arguebať.

Textus. xxxix. ❧ Similiter autem demonſtrabitur & longitudo diuiſibilis: & omnino omne illud in quo eſt mutatio. ℂ Verum quædam, ſecundum accidens: qm̃ id qđ mutatur, eſt diuiſibile. vno em̃ diuiſo: omnia diuidetur. ℂ Et finita eſſe aut infinita eſſe aut infinita: ſimiliter ſe habebit in oĩbus. ſequutũ eſt aũt maxime hoc, diuidi oĩa & infinita eſſe: ab eo qđ mutatur. ſtatim. n. ineſt ei qđ mutatur: diuiſibile, & infinitũ. Diuiſibile igitur, oſtẽſum eſt prius: infinitũ aũt, in ſequentibus erit manifeſtũ.

¶ In text. deniꝗ. 39. tres ſunt particule. Cõcludit enim primũ ꝙ eodẽ modo diuidetur longitudo in qua fit motus localis ad diuiſioem motus. vt exemplis hactenus patefactum eſt. Et ſimiliter omne illud in quo fit motus. vt intenſio qualitatis. De diuiſione mobilis et motus, iam ſatis ſupra dictum eſt. ¶ Repetit veruntamen id ſecũdo, ꝙ aliqua diuidũtur per ſe et aliqua per accidẽs. Nam mobile et ſpatium ⁊ motus et tẽpus ⁊ quãtitas que eſt terminus augmentationis, q2 omnia ſunt de genere quantitatis, diuidũtur per ſe: tametſi diuiſiones iſte pullulent ex diuiſioe mobilis, quod eſt ſubiectum et temporis et motus. Nam diuiſo ſubiecto diuiduntur omnia que in ipſo ſunt. Qualitas vero que eſt terminus alterationis, quia non eſt de genere quantitatis, ſimpliciter diuiditur per accidens ad diuiſionẽ motus alterationis. ¶ In tertia particula ait eadem ratione conexa hec oĩa eſſe, vt finita ſint aut infinita. Si em̃ motus eſt infinitus in potentia, puta diuiſibilis in ſemꝑ diuiſibilia, ſimiliter erũt ⁊ reliqua. Et ſi fuerit infinitus in actu carens extremis, pariter ⁊ erũt reliqua: ſi vero fuerit finitus ⁊ ⁊ reliqua erũt finita, vt tex. 18. viſuꝫ eſt ⁊ infra capite. 7. lati9 patebit. Et hoc eſt qđ ait. [Ei qđ mutatur]. i. omni mobili ſtatim ineſt vt ſit diuiſibile, ⁊ ſubinde infinitũ in potẽtia. Et ꝙ ſit diuiſibile, viſum eſt tex. 32. ꝙ aũt ſit infinitũ monſtrabiť infra.

¶ Quod



## ❧ QVOD NON DATVR primum in motu.

## CAPVT. V.

Text. xl. QVONIAM autẽ omne quod mutatur ex quodam in quoddam mutatur: neceſſe eſt id quod mutatum eſt, quãdo primum mutatum eſt, eſſe in quod mutatum eſt. quod enim mutatur ab eo ex quo mutatur diſcedit, aut relinquit ipſum. & aut idem eſt mutari & relinquere: aut relinquere ſequitur mutari, reliquiſſe autem mutatum eſſe. ſimiliter enim: vtrunq; ſe habet ad vtrunq;.

¶ Conſtituto in duobus prioribus capitulis motum, veluti omne continuũ, eſſe in infinitũ diuiſibilẽ, expoſitiſꝗ modis quibus motus diuidiť, in duobus ſubſequentibus capitulis (quod tertiũ membrũ eſt huius libri) ordinẽ explicare pergit partiũ motus. Unde in hoc quinto capite, qđ decem textus, cõplectitur dixerit an detur in motu primũ eſſe. Et q2 motus duo ſunt termini. ſ. initiũ et finis, in ſex priorib9 textibus demõſtrat, penes finẽ dari primũ mutatũ eſſe qđ eſt primũ non eſſe motus: ⁊ in quinꝗ reliquis, ꝙ penes initiũ non datur primũ eſſe motus, ſed vltimũ nõ eſſe. Et in ſexto cap. proſequiť ordinẽ partiũ eius. ¶ In text. ergo hoc. 40. iacet velut fundamentũ hac cõcluſionẽ, ꝙ cũ moueri ſit ꝓcedere a quodã in quiddã, neceſſe eſt id qđ mutatũ eſt, eſſe iã in termino ad quẽ. Ad cuius probationẽ ſupponit ꝙ quicqđ mutatur, ꝙdiu mutať, diſcedit a termino a quo, aut (qđ idẽ eſt) relinquit ipſum. Aut em̃ (inquit) idẽ eſt mutari, qđ relinquere terminũ a quo aut relinquere ſequiť ipſum mutari. Relinquere, eſt nominatiuus ⁊ mutari accuſatiuus, relinquere em̃ ⁊ mutari, idẽ motus realiter ſunt, et ſola rõne differũt: nã mutari eſt acq̃rere terminũ ad quẽ, ⁊ relinquere eſt diſcedere a tr̃o a quo: prius aũt natura eſt intenſio in finem, ꝙ diſceſio a tr̃o a quo. Eo enim diſcedo ego ab hoc loco, quia tendo in in alium. Et quemadmodum ſe habent mobile mutari ⁊ relinquere terminum a quo, ita ⁊ mutatum eſſe, ⁊ terminum a quo relictum eſſe.

Tex. xlj. ❧ Quoniam ergo vna mutationum, ſecundum contradictionem eſt: quando mutatũ ex eo quod non eſt, in id quod eſt, dereliquit id quod nõ eſt, erit igitur: in eo quod eſt. Omne enim neceſſe eſt aut eſſe aut non eſſe. Manifeſtum igitur eſt: ꝙ in mutatione ſecũdum contradictionem, quod mutatum eſt, erit in quo mutatũ eſt. ſi autem in hac: & in alijs. ſimiliter enim in vna: & in alijs.

¶ Ponit exẽplũ primũ in mutatione, que exprimitur contradictorie. Ut qñ res que generať mutať (inquit) de nõ eſſe ad eſſe, tũc relinquit nõ eſſe, et per cõſequẽs cõſtituitur in eſſe: eo qđ inter eſſe ⁊ nõ eſſe nullũ eſt mediũ: ſꝫ quicq̃đ deſinit nõ eſſe, incipit eſſe. Qđ ſi in hac mutatione, vbi nullũ eſt mediũ, idẽ (. v. g. cũ hõ gñatur) relinquere eſſe nõ hominẽ, ⁊ mutari in hoc, quod eſt, eſſe hominem ſimiliter erit ⁊ in quauis alia mutatione.

Tex. xlij. ❧ Amplius, & per ſe vnaquãq; accipiẽtibus manifeſtum eſt: neceſſe eſt id quidem quod eſt mutatum ex quo mutatum eſt, eſſe alicubi, aut in aliquo. Quoniam enim ex quo mutatũ eſt reliquit, & neceſſe eſt eſſe alicubi: aut in hoc, aut in alio erit. ſi igitur in alio, vt in ipſo. C. quod in ipſum. B. mutatum eſt, rurſus ex ipſo mutatur in ipſum. B. non enim erat cõtiguum ipſi. B. mutatio enim continua eſt. Quare quod mutatum eſt: quando mutatum eſt, mutatur in quod mutatum eſt. hoc autem: eſt impoſsibile, neceſſe eſt ergo quod mutatum eſt: eſſe in hoc in quod mutatum eſt.

¶ Quoniã dixerat eandẽ eſſe rationẽ in mutatione contradictoria ⁊ in alio quouis genere mutationis, ſubdit exemplũ in motu locali, aut in quocunꝗ alio vbi eſt mediũ inter terminũ a quo et terminũ ad quem. Et ideo ait, quod in vnaquaꝗ mutatione neceſſe eſt id qđ mutatũ eſt, poſtꝙ reliquit terminũ a quo, eſſe alicubi alibi (ſi ſit motus localis) aut ĩ aliquo. i. ſub aliquo gradu qualitatis, aut extẽſiõe quãtitatis, ſi ſit alteratio vel augmentatio. Detur. v. g. ꝙ ſit motus localis ab. A. in. B. Et probať ꝙ qñ mobile fuerit mutatum, neceſſe eſt vt ſit in. B. Nã mobile iã tunc reliquit. A. ergo neceſſe eſt ꝙ ſit in alio loco: ergo vel eſt in hoc. ſ. in. B. (qui poſitus eſt eſſe terminus ad quem) vel in alio, puta in. C. Si in hoc, intentum. Si vero eſt in. C. ſequiť ꝙ res dũ mutata eſt ſimul mouetur: qđ eſt impoſſibile: nã prius eſt moueri ꝙ mutatum eſſe vt text. 7. habitũ eſt. Et ꝙ ſequať patet. Si eſt in. C. cũ. C. nõ ſit ſignũ contiguũ ipſi. B. (nã. C. neceſſe eſt eſſe vnũ punctũ ſpatij per qđ tranſitur anteꝙ veniatur ad punctum. B. et duo puncta non poſſunt eſſe immediata) ſequitur ꝙ tunc adhuc mobile mouetur ad. B. et per conſequens id quod conceſſum eſt mutatũ eſſe ad. B. adhuc mutatur ad. B. Et cum hoc ſit impoſſibile, neceſſe eſt, vt id quod mutatũ eſt in. B. iam ſit in. B. Quinimo licet demonſtratio procedat ad intellectũ, tamen ad ſenſum euidentior eſt cõcluſio ꝙ demõſtratio. Idem enim eſt mutatum eſſe in. B. quod eſſe in. B. ⁊ mutatum eſſe ad talẽ gradum qualitatis, quod eſſe ſub illo.

Tex. xliij. ❧ Manifeſtum igitur eſt: quod & id quod factum eſt, cum factum eſt erit. & id quod corruptum eſt: cum corruptum eſt, non erit. Nã & vniuerſaliter dictum eſt de omni mutatione: & maxime eſt manifeſtũ in ea quæ eſt ſecundũ cõtradictionẽ. Quod igitur id quod mutatum eſt cum mutatum eſt primum: in illo eſt: manifeſtum eſt.

¶ Tex. hic. 43. nihil aliud eſt ꝙ cõcluſio epiloguſꝗ eorũ q̃ dicta ſunt. ſ. ꝙ manifeſtũ eſt, id quod factum eſt, tunc qñ factũ eſt eſſe: ⁊ id qđ corruptum eſt, tũc nõ eſſe. Nã ꝙuis in omni mutatione mõſtratum ſit id qđ mutatum eſt eſſe in termino ad quẽ, id tamen apertius eſt in mutatione cõtradictoria: quippe vbi nullũ eſt mediũ. Addit veruntamen, ꝙ intelligitur quãdo primum mutatum eſt. Nam tunc neceſſe eſt eſſe hic vbi non erat immediate ante hac. Sed tamen hoc inſtanti tranſacto, poteſt hinc excedere.

Textus. xliiij. ❧ In quo autem primo nunc, primũ mutatum eſt id quod mutatum eſt: neceſſe eſt impartibile eſſe. dico autem primum: quod non propterea ꝙ alterũ aliquid ipſius primũ ſit, huiuſmodi eſt.

Sit

Sit igitur diuiſibile ipſum. A C. & diuidãtur ſecũdum. B. Si igitur in. A B. mutatum eſt, aut rurſus in. B C. non vtiq; in primo quod eſt. A C. mutatũ erit. Si autem in vtroque mutabatur (neceſſe eſt enim: aut mutatum eſſe, aut mutari in vtroque) & in toto vtiq; mutabatur. at erat mutatum. Eadem ratio autem eſt: & ſi in hoc quidem mutatur, in hoc autem mutatum eſt. erit enim aliquid: primo prius. quare non erit vtiq; diuiſibile, illud primum: in quo mutatum eſt.

Primum mutari eſſe eſt idiuiſibile.

¶ In tex. hoc. 44. manifeſtã facit hanc concluſionem, ꝙ hoc tẽporis, in quo mobile per ſe primo mutatũ eſt, non eſt pars tẽporis, ſed indiuiſibile inſtans, quod eſt terminus tẽporis motus. Exponit id quod ait, per ſe primo. i. non ratione alterius. Cũ enĩ ego hodie iui ad ſcholas, mutatus ſum in hac die: non per ſe primo, ſed ratiõe illius inſtantis quo primo verũ dixi nunc ſum in ſcholis. Et ꝙ illud ſit indiuiſibile, probat. Detur. v. g. ꝙ ſit diuiſibile, vt puta ſit tẽpus in quo primũ verum ſit dicere nunc primo mobile mutatũ eſt in hunc locũ, vel ſub hac forma vel ſub hac quãtitate ꝛc. A C. quod diuidat in puncto medio. B. Tũc aut in ambabus partibus. A B. ꝛ. B C. ꝑmo mutatũ eſt, aut in ambabus mouet, aut in vna mouetur ꝛ in altera primo mutatũ eſt. Quod in ambabus primo mutatũ ſit, eſt repugnantia: nã tũc nõ eſt primo mutatum in toto. A C. ſed rõne prioris partis. Quinimo ſi in prima eſt iam mutatum, non eſt primo mutatũ in ſecunda. Si vero in ambabus mouet, ſequitur quod in toto. A C. mouetur (nã id quod in quãuis parte alicuius tẽporis mouetur, in toto tẽpore mouetur) et cũ poſitũ ſit in toto tẽpore mutatũ eſſe, ſequit cõtradictio. ſ. ſimul moueri et mutatũ eſſe. Si vero dederis ꝙ in prima parte mutat ꝛ in ſecunda parte mutatum eſt, vel ecõuerſo, tunc (inquit) dabitur prius primo. Nam clarũ eſt ꝙ tũc in toto. A C. nõ eſt mutatũ eſſe, niſi quia in vna parte prius verũ eſt dicere, mutatũ eſt: ꝛ cum totum tẽpus conceſſum eſt eſſe primum mutari eſſe, dabitur prius primo.

Tex. xlv. ⁂ Manifeſtum eſt igitur: ꝙ & id quod corruptũ eſt, & quod genitum eſt: in impartibili illud quidem corruptum, hoc autem genitum. ¶ Dicitur autem id, in quo primo mutatum eſt: dupliciter. Aliud quidem: in quo primo perfecta eſt mutatio: tunc enim: verum eſt dicere ꝙ mutatum eſt. Aliud vero. in quo primo cepit mutari.

¶ Duas particulas habet hic text. qui certe ineptiſſime diuiſus eſt. In priori reſumit concluſionem ſuperiorẽ, videlicet ꝙ tã id qđ corruptũ, eſt, ꝙ̃ id qđ genitũ eſt per ſe primo, incipit corruptũ eſſe aut genitũ eſſe per aliqđ indiuiſibile. Quinimo quicquid incipit eſſe per primũ eſſe, incipit eſſe per indiuiſibile, quia nunc eſt ꝛ nõ immediate ante hoc fuit, et eadem ratione quicquid deſinit per primũ ſui nã eſſe, deſinit per aliquod indiuiſibile. Et hac intentione docuit Phi. id temporis in quo mobile per ſe primo mutatũ eſt, eſſe indiuiſibile. ¶ Deinde in ſecunda particula textus (vbi congruentior fuiſſet diuiſio) inchoat ſecundam partẽ capituli, dicẽs, quod id in quo primo mobile mutatũ eſt, dupliciter dicitur. Vno modo id in quo ꝑmo perfecta eſt mutatio: quod eſt primũ non eſſe motus ꝛ primũ mutari eſſe ſeu primum huius quod eſt, eſſe in termino ad quẽ. Et aliud eſt illud in quo res primo cepit moueri.

⁂ Quod igitur circa finem mutationis primum dicitur: exiſtit, & eſt. contingit enim perfici mutationem. & eſt mutationis finis, qui iam & oſtenſus eſt indiuiſibilis eſſe, propterea quod finis eſt. Quod autem ſecundum principium eſt: omnino non eſt. non enim eſt principium mutationis: neque id temporis in quo primo mutabatur. Sit enim primum: in quo. A D. hoc igitur: indiuiſibile quidem non eſt. accidet enim: contigua eſſe ipſa nunc. Amplius ſi in. C A. tempore toto quieſcit (ponatur enim quieſcens) & in. A. quieſcet. Quare ſi impartibile eſt. A D. ſimul quieſcit, & mutatum erit. nam in. A. quieſcit: in. D. autem mutatum eſt. Tex. xlvj.

¶ Poſtꝙ̃ ergo de termino qui eſt finis mot' hactenus dixit, trãſfert Phi. ſermonẽ ad aliũ terminum, vnde incipit motus. Ait ergo de eo qđ eſt mutatũ eſſe primo modo. ſ. circa finẽ. iam dictum eſſe, qđ illud exiſtit ꝛ eſt. ſ. primum ꝛ indiuiſibile, propter ea ꝙ finis eſt ipſius motus. Quod eſt dicere. Illud primũ inſtans mutati eſſe eſt finis extrinſecus motus. ſ. primũ non eſſe illius. Et hec eſt prima principaliũ concluſionũ huius capituli, vt ſi. v. g. aliquid moueatur ad locũ. B. primũ inſtans eſſe in. B. eſt primũ non eſſe motus. Et ſi mouetur motu alteratiõis ad gradũ. v. g. vt quatuor, tunc primũ eſſe ſub gradu vt quatuor eſt primum nõ eſſe motus ad talẽ gradũ. Quia (inquit) illic perficit mutatio. Et q2 eſt finis, idcirco eſt indiuiſibile, vt iam modo tex. 44. probatũ eſt. ¶ At vero circa principium motus ſubdit. 2. cõcluſio. Impoſſibile eſt dari primum inſtãs eſſe motus. Hanc concluſionem demõſtrat tribus rõnibus. Quarũ prima ſumitur ex parte tẽporis. hoc modo. Sit illud primũ eſſe motus. A D. Deſignat illud ſub duabus literis, quia eſt finis preteriti tẽporis in quo mobile quieſcebat ꝛ initiũ futuri. Tũc querit, ſit ne illud indiuiſibile, an diuiſibile. Indiuiſibile (inquit) eſſe non poteſt, propter duo inconuenientia: primũ ꝙ tũc duo inſtãtia indiuiſibilia eſſent cõtigua ꝛ immediata. Inconueniens hoc deducit. S. Tho. hoc mõ. Si in. A B. eſt mot' A B. eſt tps, ꝛ ꝑ cõſequẽs cõſtat ex duob' indiuiſibilibus. Sed tamẽ deductionẽ hanc non poſſum plene intelligere: nã qui diceret. A B. eſſe vnum indiuiſibile, negaret proinde eſſe tempus: ꝛ eſſe duo indiuiſibilia. Et ideo The. exponit, ꝙ ſi eſt indiuiſibile, in illo nõ eſt motus. vt tex. 29. oſtẽſum eſt. Non tamẽ explicat quomodo ſequerent duo inſtantia eſſe cõtigua. Senſus ergo (vt conijcio) eſt quẽ in cõmento. 31. annuebamus: nempe ꝙ ſi detur motũ futurũ terminari intrinſice per primum inſtãs eſſe indiuiſibile, eadẽ ratione quies preterita terminaretur intrinſice per vltimũ inſtans: et ſic duo inſtantia eſſent immediata. ¶ Et hoc amplius explicatur in ſecũdo incõuenienti, quod ſubiungitur hoc. Cum. A D. ſit terminus ꝛ preteriti tẽporis ꝛ futuri, detur ꝙ illud mobile in toto tẽpore in preterito. C A. quieuerit. Tũc ſi tẽpore preterito quieuit, in quacũꝙ̃ parte ꝛ inſtãti illius quieſcit. Conſequentia hec reuera non tenet: q2 in inſtanti (vt illic probatũ eſt) nõ põt eſſe quies. Valet tamẽ ad hominẽ cõceſſo ꝙ in inſtanti poteſt eſſe motus: nam tũc eadẽ rõne qua motus incipit intrinſice per primum inſtãs, deſinit et quies per vltimum. Si autem illud mobile in. A. quieſcit, in eodem inſtanti ſimul quieſcit et mouetur: nam cum. A D. ſit indiuiſibile, ſi in. A. quieſcit in. A D. quieſcit, et ſi in. D. mouetur, in A D. mouetur.

1. Cõclu.

2. Conclu. Nõ datur primũ inſtans eſſe motus.



Tex. xlvij. ⁂ Quoniam autem non eſt impers: neceſſe eſt diuiſibile eſſe, & in quauis partium huius, mutatum eſſe. diuiſo enim ipſo. A D, ſi in neutra quidem mutatum eſt: neque in ipſo toto. ſi vero in ambabus mutatur: & in toto. ſi autem in altera mutatum eſt: non in toto primo. quare neceſſe: in quauis mutatum eſſe. Manifeſtum igitur eſt: ꝙ non eſt: in quo primo mutatum eſt. infinite enim: diuiſiones ſunt.

¶ In tex. 47. (quẽ certe nihil fuerat opus a ſuperiori detruncari) proſequit aliã partẽ. ſ. ꝙ ſi. A D. eſt per ſe primus motus, nõ poteſt eſſe diuiſibile. ſi enĩ inq̃t. A D. eſt diuiſibile, aut in neutra illarũ partium mobile mouet, ꝛ tunc ſequitur ꝙ neꝙ̃ in toto moueatur, aut in altera mouetur, in altera vero non, ꝛ tũc ſequit ꝙ nõ per ſe primo mouetur in toto, ſed rõne partis: ſicuti quod mouet in vna hora, nõ mouet per ſe primo in toto die. Dãdum ꝙ̃ eſt tertiũ membrũ qđ mouet in ambabus partibus. Hoc tamen dato ſequit, qđ in prima prius mouet, ꝙ̃ in toto. velut qđ mouetur per totũ diẽ, prius mouetur in ꝑma hora, ꝙ̃ in toto die. Et per cõſequẽs primũ motus nõ erit totũ. A D. ſed. A. At cum. A. ſi etiã diuiſibile (q2 in indiuiſibili non põt eſſe mot') prius mouet in priori parte ipius. A. ꝙ̃ in toto. A. Et cum illa diuiſio procedat in infinitum (nam quacũꝙ̃ prima data adhuc medietas illius eſt prior) ſequitur quod non poſſit dari primum eſſe motus. ¶ Hinc elicitur illa regula ꝙ Omne quod mouetur antea mouebatur.

Omne qđ mouet, antea mouebatur.

Textus. xlviij. ⁂ Neq; igitur: eius quod mutatum eſt aliquid primum eſt, quod mutatum ſit. Sit enim. E F. primum mutatum ipſius. D F. omne enim quod mutatur: diuiſibile eſſe demonſtratum eſt. Tempus autem in quo ipſum. E F. mutatum eſt: ſit in quo. G H. ſi ergo in toto, ipſum. D F. mutatum eſt: in dimidio minus erit id quod mutatum eſt, & prius ipſo. D F. & rurſus hoc aliud, & illo aliud: & ſemper ſic. Quare eius quod mutatur: nihil erit primum quod mutatum eſt.

¶ In tex. 48. ſequit ſecũda ratio que ſumit ex parte mobilis. Nẽpe qua demonſtrat, ꝙ queãdmodum in tẽpore nõ datur primũ eſſe motus, ita nec mobilis datur prima pars mota reſpectu alicui' ſignifixi in ſpatio. Exempli gratia. Detur ꝙ tota lõgitudo ſolis oriẽtis per lineã orizontẽ ſit. D F. et prima pars apparens ſup orizõtẽ ſit. E F. que orta eſt in tẽpore. G H. argr ſic. Si pars. E F. orta eſt in tempore. G H. medietas illius partis verſus. F. orta fuit immediate illius tpis: et per ꝯñs. E F. non fuit prima pars orta. Eadẽ rõne nec medietas illi' fuit prima: quia prius fuit orta medietas illius medietatis: ꝛ ita in infinitum procedẽte diuiſione: ergo non datur prima pars mota.




⁂ Quod igitur neq; eius quod mutatur, neque in quo mutatur tempore primum quicquam ſit: manifeſtum eſt ex ijs quæ dicta ſunt. illud autem quo mutatur, aut id ſecundũ quod mutatur: non amplius ſimiliter ſe habebit. tria nanq; ſunt quæ eſſe dicuntur in mutatione: & quod mutatur, & in quo, & ſecundum quod mutatur, vt homo, & tempus, & album. homo igitur & tempus: diuiſibilia ſunt de albo autem: alia ratio eſt, verum: ſecundum accidens quidem omnia diuiſibilia ſunt cui enim accidit qualitas, aut albedo: illud diuiſibile eſt. ¶ Quoniam neque in ijs erit primum, quæ quidem ſecundum ſe dicuntur diuiſibilia, & non ſecundum accidens: vt in magnitudinibus. Sit enim in quo. A B. magnitudo: & moueatur ex. B. in. C. primum. igitur, ſi indiuiſibile quidem erit. B C. impers imperti erit contiguum. ſi vero diuiſibile: erit aliquid, ipſo. C. prius in quod mutatum eſt, & illo rurſus aliud, & ſemper ſic, propterea nunquam deficit diuiſio. Quare non erit primum: in quod mutatum eſt. Similiter autem eſt, & in quantitatis mutatione. etenim hæc: in continuo eſt manifeſtum igitur eſt, ꝙ in ſolo motu qui ſecundum qualitatem eſt: contingit indiuiſibile per ſe, eſſe. Textus. xlix.

¶ Tandẽ in tex. 49. poſtremoꝙ̃ huius capitis, id quod de tẽpore ꝛ mobili docuit, proſequitur ꝛ de ſpatio demõſtrare: adeo de quocũꝙ̃ termino motus: nẽpe ꝙ non detur prima pars ſpatij pertranſita, ſed quacũꝙ̃ data alia ſit prius tranſita, neꝙ̃ detur primus gradus in intenſione, neꝙ̃ prima pars quãtitatis, in augmentatione. Ait ergo qđ eius qđ mutat. ſ. mobilis, ꝛ eius in quo mutatur. ſ. tẽporis iam oſtenſum eſt, nõ eſſe dabile primũ. Sed anteꝙ̃ procedat ad ſpatiũ vel terminũ quo mobile mutatur, repetit id qđ tex. 37. et. 39. premiſerat. ſ. ꝙ non omnia que diuiduntur cum motu, diuiduntur per ſe. Tria enim (inquit) ſunt in motu preter ipſum motũ. ſ. mobile, tempus ꝛ terminus, vt albedo in alteratione. Et quidem mobile motus, ꝛ tempus, quia ſunt de genere quantitatis, per ſe diuiduntur: qualitas vero, que eſt terminus alterationis, nõ per ſe diuiditur, ſed ad diuiſionem quantitatis mobilis, vel motus, vel tẽporis. Litera eſt clara. Ponit ergo concluſionẽ, ꝙ in ijs que ſecundũ ſe diuidunt, non datur primum. Et probat de ſpatio, qđ per ſe eſt diuiſibile: nam de tẽpore ꝛ de mobili id iam oſtẽderat. Probatur ꝙ ſi aliquod mobile incipit moueri ſuper aliquam lineã, non detur prima pars linee pertranſita. Sit enĩ mobile pedale. A B. quod incipit moueri a puncto. B. ꝛ prima pars per trãſita. v. g. ſit. B C. Et argr ſic. Aut. B C. ſpatiũ eſt diuiſibile, aut indiuiſibile: ſi indiuiſibile, ſequit duo indiuiſibilia contigua eſſe, ꝛ immediata: nã eadem rõne ſecũda pars ſpatij erit indiuiſibilis, que tamen prime eſt immediata. Si vero. A C. ſpatium eſt diuiſibile, immedietate tẽporis quo mobile trãſit totũ. B C. trãſit medietatẽ eius, ꝛ in quarta parte quartã partẽ: et ita in infinitũ: quare non dabit prima pars pertrãſita. Et ſimiliter (inquit) erit in motu augmentationis, cuius terminus eſt quã

Nõ datur minimum augmẽtatione.

eſt quãtitas, que eſt per ſe diuiſibilis. Quacunq; enim quãtitate data acquiſita per augmentationem, prius acquirit pars eius. Ubi hoc animaduertendũ eſt, ꝙ Ariſt. non admittit minimã quãtitatẽ in augmentatione, ſicut in gñatione. ¶ Cõcludit ergo ꝙ in ſola qualitate cõtingit per ſe indiuiſibile. Non tamẽ negat quin ſit per accidens diuiſibilis. Et hac ratione, nec dabitur minimũ in qualitate. Siue ſecundũ extenſionẽ, ſiue ſecũdum intenſionẽ. Quãdo enĩ lignũ applicat igni, nõ dabitur minima pars ligni, que primo habet calorem, ſed quacunq; data minor prius eſt calefacta: & quocũq; dato gradu intenſionis, ante illum fuit alius gradus. Quod nos tãq; verũ approbauimus & corroborauimus lib. 1. q. 4. & licet alij aliter ſenſerint, eſt tamen in hoc loco ſententia. S. Tho. Eſt autẽ hoc intelligendũ, quãdo lignũ applicatur in linea, vbi terminatur ſphera actiuitatis ignis. Nã ſi totum ſit intra flãmam, ſimul diſponitur magna pars eius, ſecũdũ ſuperficiẽ. Licet forſan ſecundũ profunditatẽ, quacunq; parte data, prius diſponatur medietas eius ſuperficiem verſus.

## DE ORDINE PARTIUM MOTUS.

## CAPVT. VI.

Textus.l. QVONIAM autem omne quod mutatur, in tempore mutatur, dicitur autem in tempore mutari & vt in primo, & vt ſecundũ alterũ, vt in anno, quia in die mutatur: in quo primo tempore mutatur, id quod mutatur, in quauis huius parte mutari neceſſe eſt. manifeſtum eſt igitur: & ex diffinitione, primum enim ſic dicebamus.

¶ Cum intenſio Phi. in his duobus capitulis ſit tradere ordinẽ partiũ motus, & in. 5. dictum ſit de initio & termino motus, & ſubſequit in hoc. 6. (qđ decẽ cõplectitur text. vt dicat de ordine aliarum partiũ. Atqui in his duobus totũ verſat. ſ. & ꝙ ante omne moueri precedit mutatũ eſſe: et ꝙ econuerſo, ante qđlibet mutatum eſſe precedit quoq; moueri. In quinq; prioribus teſtibus, oſtendit primum: et in reliquis, alterum. At primum omnium hoc tex. 50. pmitit diſtinctionem neceſſariam. Uidelicet, ꝙ dupliciter res aliqua mouet in aliquo tẽpore. Aut non primo, ſed ratione partis, queadmodũ qđ mouet vno tantũ die, dicitur moueri in anno, ratione illius diei, que eſt pars eius. Aut mouetur in tali tẽpore per ſe pmo. Diffinit autem, ꝙ rẽ moueri in aliquo tẽpore per ſe primo, eſt moueri ſecundũ quancũq; partẽ illius tẽporis. Id quod primo manifeſtat, ex diffinitione poſita in principio lib. 5. Ubi dictũ eſt id per ſe primo moueri, quod mouetur ſecundũ ſe totũ, et non ſolũ ratione partis. Similiter enim ſequitur vt id moueatur primo in aliquo tẽpore, quod mouetur ſecundũ omnẽ partem illius temporis.

Textus. lj. Sed ex his manifeſtum eſt. Si enim in quo primo mouetur, id quod mouetur, in quo. A C. & diuidatur ſecundum. B. omne enim tempus: diuiſibile eſt. In tempore autem. A B. aut mouetur, aut non mouetur. & rurſus: in tempore. B C. ſimiliter. Si igitur in neutro mouetur, quieſcet vtiq; in toto. moueri enim id quod in nulla partiũ huius mouetur: impoſsibile eſt. ſi vero in altera ſola mouetur: nõ vtiq; in primo mouetur, quod eſt. A C. ſecundum enim alterum: motus eſt. neceſſe eſt igitur: in quouis ipſius. A C. motum eſſe.




¶ In tex. 51. id quod proxime ſola diffinitione probauerat, rõne demonſtrat. videlicet id qđ primo mouet in aliquo tẽpore, moueri neceſſe ſit in qualibet eius parte. Sit enĩ tẽpus quo mobile aliqđ primo mouetur, & diuidatur in puncto. B. Tunc aut in parte. A B. mouetur, aut non mouetur, idemq; interrogatur de parte. B C. ſi ergo neq; in. A B. neq; in. B C. mouetur, ſequitur ꝙ neq; in toto. A C. moueatur. Si vero in altera ſola mouetur, ſequitur ꝙ non mouetur primo in toto. A C. ſed ſolũ mouetur primo in illa parte, per quã totam mouetur: & ratione illius, mouet in toto. Igitur ſi in toto. primũ mouetur, fit vt in vtraq; parte moueatur.

Text. lij. Hoc autem oſtenſo: manifeſtum eſt, ꝙ omne quod mouetur, neceſſe eſt motum eſſe prius. Si enim in. A C. tempore primo, per magnitudinẽ. D F. quippiam motũ eſt: in dimidio, quod æque velociter mouetur & ſimul incæpit, per dimidiũ erit motum. Si autem æque velox in eodem tempore motum ſit aliquid: & alterum neceſſe eſt per eandem motum eſſe magnitudinem. quare motum erit: id quod mouetur.

¶ Suppoſito ꝙ ſermo ſit hic de eo, qđ per ſe primo mouetur in aliquo tẽpore, demonſtrare proſequitur, ꝙ ante omne, moueri ſit mutatũ eſſe. Ubi adnotandũ eſt, ꝙ queadmodũ in linea, aut reuera ſunt, aut cogitatione conſideranda pũcta, ita ſunt & in motu mutata eſſe indiuiſibilia. Uñ queadmodũ linea, puncta cõtinuatiua nõ ſunt actu, ſed potentia, quãdo tamẽ actu diuiditur, punctũ terminatiuũ eſt actu: quia terminat diuiſionem (ſicut partes, qñ ſunt actu continue, ſunt entia in potentia: quãdo vero ſunt actu diuiſe, ſunt entia in actu) ita et mutata eſſe cõtinuantia motũ ſunt in potentia, qñ vero mutatum eſſe actu terminat motum, tũc eſt in actu. Demonſtratio ergo Ari. eſt, ꝙ queadmodũ in linea ante quãlibet partẽ, eſt punctũ, ita & in motu, ante quãlibet partẽ motus, eſt mutatũ eſſe. ~~Sed quia mutatũ eſſe.~~ Sed quia mutatũ eſſe euidentius apparet, quãdo actu terminat & rũpit motum, demonſtrationẽ format in duobus mobilibus. Si enĩ (inquit) aliqđ mobile in toto tẽpore. A C. mouetur per ſpatiũ. D F. neceſſe eſt vt mobile alterũ eque velox, et ſimul incipiens, dimidiato tẽpore moueatur per dimidiũ ſpatiũ. ſ. D E. & per cõſequens, in. E. erit mutatũ eſſe. Quod ſi illud eque velox erat actu mutatũ eſſe in. E. conſequens eſt vt et primũ mobile ante moueri per partem. E F. habuerit mutatum eſſe in. E. Et eadem ratione anteq; perueniret ad. E. fuit mutatum eſſe in alio priori puncto eiuſdẽ ſpatij. Et ita conſequenter ante quodlibet moueri erat mutatum eſſe.

Tex. liij. Amplius autem ſi in toto tempore. A C. motum eſſe dicimus, aut omnino in quouis tempore ex eo quia accepimus vltimum ipſius nunc (hoc





enim eſt id quod terminat: & medium ipſorum nunc, tempus eſt) & in alijs vtiq; ſimiliter dicetur motum eſſe. dimidij autem vltimum: diuiſio eſt. quare & in dimidio motum erit: & omnino in quauis partium. ſemper enim ſimul cum ipſa diuiſione: tempus eſt terminatum ab ipſis nunc. Si igitur omne quidem tempus diuiſibile eſt, quod autem eſt inter ipſa nũc, tempus eſt: omne quod mutatur, infinities mutatum erit.

¶ Demonſtratio ſecunda eſt in text. 53. Que talis eſt. Propterea mobile dicit mutatum eſſe in toto tempore. A C. aut in quouis alio, quia peruentũ eſt ad nunc terminans illud tempus: ſed ante illud nunc terminans fuerunt infinita nunc continuantia partes tẽporis: ergo ſimili ratione cum ante quamlibet particulam ipſius temporis. A C. precesserit aliquod nũc, ſequitur vt ante quãlibet particulam totius motus per. D F. ſpatium preceſſerit mutatum eſſe. Nam quemadmodum nunc eſt diuiſio temporis. i. quo diſcriminantur partes temporis, ita ſe habet et mutatum eſſe reſpectu partium motus. Colligit ergo Ph. ꝙ cum omne tempus quantuncunq; minimum ſit diuiſibile, et inter duo nunc ſemper mediat tempus, et cuilibet nunc correſpondet in motu mutatum eſſe, atq; adeo inter quecũq; mutata eſſe, mediat motus: ſequitur vt quemadmodum ante quamlibet particulam temporis preceſſerunt infinita nunc, ita ante quamlibet particulam motus, preceſſerint infinita mutata eſſe. Et per conſequens quicquid mouetur infinities fuerit mutatum.

Tex. liiij. Amplius autem ſi id quod continue mutatur, & neq; cortuptũ eſt neq; ceſſauit à mutatiõe, aut mutari, aut mutatum eſſe, neceſſe eſt in quouis, in ipſo autẽ nunc non eſt mutari: neceſſe eſt mutatum eſſe ſecundum vnumquodq; ipſorum nunc. Quare ſi ipſa nũc infinita ſunt: omne quod mutatur, infinite erit mutatum.

¶ In text. 54. ſubſequitur tertia demonſtratio: que talis eſt. Omne quod continuo mouet, quãdiu nec corrumpitur, nec ceſſat a motu, neceſſe eſt vt in quolibet intrinſeco illius temporis aut moueatur, aut mutatum ſit: ſed in indiuiſibili nunc (vt text. 29. oſtenſum eſt) nihil proprie mouetur: ergo neceſſe eſt in quolibet nunc mobile eſſe mutatum. Et cum ante quamlibet partem temporis motus preceſſerit nunc, ſequitur vt ante quodlibet moueri preceſſerit mutatum eſſe.

Text. lv. Non ſolum autem id quod mutatur neceſſe eſt mutatum eſſe: ſed etiam mutatum neceſſe eſt mutari prius. Omne enim quod ex quodam in quiddam mutatum eſt: in tempore mutatum eſt. Sit enim: in ipſo nunc ex. A. in. B. mutatũ. ergo in eodem quidẽ nunc in quo eſt, in ipſo. A. non mutatum eſt. Simul enim: erit in ipſo. A. & in ipſo. B. quod enim mutatum eſt, quãdo mutatum eſt ꝙ nõ eſt in hoc: oſtẽſum eſt prius. ſi vero in alio eſt: in medio eſt tẽpus. nõ enĩ cõtigua ſunt: ipſa nũc.

¶ Poſt demonſtrationem illius quod eſt, ante quodlibet moueri preceſſiſſe mutatum eſſe procedit philoſophus vt perinde demonſtret ante quodlibet mutatum eſſe preceſſiſſe itidem moueri. Unde in hoc text. 55. proponit primam concluſionem, ꝙ non ſolũ ante omne moueri eſt mutatum eſſe, verum et econuerſo, ante omne mutatum eſſe eſt etiam moueri. Ante cuius demonſtrationem preiacit fundamentum hoc. Omne quod mutatur inter duos terminos: vt ab. A. in B. mutatum eſt in tempore. Hic non accipitur mutatum eſſe (vt hactenus) pro termino motus, qui eſt in inſtanti: ſed pro eo quod eſt mutari. Et probatur fundamentum. Si mobile quippiam mutatur ab. A. in. B. ſequitur vt in eo, nũc, quod eſt in. A. non ſit mutatum in. B. alias in eodem nunc eſſet in. A. et in. B. quod ſupra oſtenſum eſt eſſe falſum tex. 40. vbi demõſtratum eſt, id quod mutatur quando mutatũ eſt non eſſe in termino a quo, ſed in termino ad quem: ergo in alio nunc, eſt in termino a quo, et in alio in termino ad quẽ. Et cum inter quecunq; duo nũc mediet tempus, ſequitur vt omne quod mutatur, muteter in tempore. ¶ Et loquitur hic Phi. de motu proprie, vt diſtinguitur a mutatione. Nam generatio que. v. g. eſt mutatio de nõ eſſe aeris, ad eſſe aerem, ſi accipiatur pro inceptione ipſa, non fit in tempore. Quoniam (vt videbimus lib. 8.) generatio fit per primum eſſe: et quia non datur vltimum eſſe non aeris. ſ. vltimum eſſe aque, vnde generatur aer nullum eſt medium tempus inter vltimum eſſe aque, et primum eſſe aeris: ſed idem inſtans quod eſt primum eſſe aeris, eſt pmũ nõ eſſe priuatiõis aeris puta aque. Si aũt accipiatur generatio, p toto motu alteratiõis pcedẽte in qua, q terminatur ad eſſe aeris, ille fit quoq; in tempore.

Text. lvj. Quoniam igitur in tempore mutatũ eſt, tempus autem omne diuiſibile: in dimidio aliud erit mutatum, & rurſus in illius dimidio aliud & ſemper ſic. quare mutaretur vtiq; prius.

¶ Suppoſito hoc fundamento, ſequitur prima demonſtratio concluſionis. Que eſt hec. Omne quod mutatur, mutatur in tempore: et tempus omne eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia, cuius partes continuantur per inſtantia: ergo omne illud quod in aliquo certo tempore mutatum eſt ante illud nunc terminans tale tempus, mutabatur: nam ante quodlibet nunc terminans tempus, in quo res mutata eſt, precedit tempus, in quo mouebatur.

Tex. lvj. Amplius autem in magnitudine manifeſtius eſt quod dictum eſt: propterea ꝙ continuum eſt magnitudo, in qua mutatur id quod mutatur. Sit enim mutatum ex. C. in. D. ergo ſi indiuiſibile quidem eſt ipſum. C D. id quod impers eſt, imperti erit contiguum. Quoniam autem hoc impoſsibile eſt: neceſſe eſt magnitudinem eſſe id quod eſt inter, & in infinita eſſe diuiſibile. Quare: in illa mutatur prius. neceſſe eſt ergo omne quod mutatum eſt: mutari prius.

¶ Prima demonſtratio ſumpta eſt a diuiſione tẽporis: altera vero hec que ſequitur, ſumitur ex diuiſione magnitudinis: per quam ſit motus: eo quod diuiſio magnitudinis manifeſtior multo eſt, quam temporis vel motus. Moueatur ergo quippiam a. C. in. D. que ſunt extrema magnitudinis. Tunc aut magnitudo. C. D. eſt indiuiſibis,

autdiuiſibilis: indiuiſibilis eſſe non poteſt: quia cum illa magnitudo ſit aut eſſe poſſit pars continui, tunc continuum, componeretur ex indiuiſibilibus: atq; adeo duo indiuiſibilia eſſent immediata. vt in principio huius libri demonſtratum eſt. Si autem. C D. eſt magnitudo diuiſibilis, neceſſe eſt vt habeat infinitas partes: & p cõſequẽs ante quodlibet punctum, in quod mobile mutatum eſt, precedit magnitudo per quã mouebat.

Tex. lviij. Eadem enim demonſtratio eſt: & in non continuis: vt & in contrarijs: & in contradictione. Accipiemus enim tempus, in quo mutatũ eſt: & rurſus, eadẽ dicemus. Quare neceſſe eſt id quod mutatum eſt, mutari: & quod mutatur, mutatum eſſe. & eſt, ipſo quidem mutari, mutatum eſſe prius: ipſo autem mutatũ eſſe, mutari: & nunquam accipietur primũ. cauſa autẽ huius eſt: nõ eſſe impers imperticontiguũ. in infinitum enim diuiſio fit: vt in ijs quæ augentur & diminuuntur lineis.

¶ Cum demonſtrationes hactenus de ſolo motu locali fuerint conſtructe, ait primũ in hoc tex. 58. equo eas pede procedere in reliquis motuũ mutationumq; generibus. ſ. alteratione (quam vocat motum in contrarijs) et in generatione, et corruptione (quas appellat mutationes ſecundum cõtradictionem.) At vero ex duabus, quas fecerat demonſtrationibus, priorem, que ex diuiſione temporis procedit, ait habere locum in alteratione, generatione, et corruptione. Nam altera) que de diuiſione ſpatij ſumebatur,) in ſolo motu locali verum habet: et applicari etiam poteſt, motui augmenti, aut decrementi. Ut eñ ante quodlibet punctum ſpatij, in quod mobile mutatum eſt precesſit ſpatium p quod mutabatur, & ante quamlibet partem ſpatij, preceſſerat punctum, in quo fuerat mutatum ita et in augmento quantitatis, ante quemlibet terminum & punctum, acquirebatur quantitas: & ante quodlibet acquiri, preceſſit terminus ad quem res augmẽtata eſt. In intenſione vero qualitatis non adeo oculis apertum eſt quomodo ex parte rei acquiſite ante quodlibet mutatum eſſe ſit moueri, & ante quodlibet mutari mutatum eſſe, & ideo euidẽtius iudicatur ex parte temporis. Omnis eñ intenſio & remiſſio fit in tempore, & ante quamlibet partem temporis preceſſit inſtans in qua res eſt mutata, et ante quodlibet inſtans preceſſit tempus, in quo mutabatur. Generatio vero & corruptio, licet acceptis in pro inceptione & deſitione ſubſtantie, non fiant in tempore: tamẽ ſi accipiãtur pro motu alterationis, qui terminatur ad deſitionem. v. g. aque et inceptionem aeris in tempore fit. ¶ Colligit ergo ſub epilogo, concluſionẽ intentam. videlicet, ꝙ quicquid mutatur prius mutatum eſt: & quicquid mutatum eſt prius, mutabatur. Et ratio (inquit) eſt, quia motus nõ componitur ex indiuiſibilibus, quorum vnum ſit alteri immediatum: nam tũc daretur primum moueri indiuiſibile, ante quod non preceſſiſſet mutatum eſſe. At vero cũ motus ſit de genere continuorũ, atq; adeo, quẽadmodũ linea, ita ſit diuiſibilis, in ſemp diuiſibilia, neq; dabitũ motu, pmũ moueri, nec pmũ mutatũ eſſe: ſicut neq; in linea diuiſa p partes pportionales, verſus initiũ, nec dabit prima pars, nec primũ pũctũ cõtinuatiuũ.

Manifeſtum eſt igitur, ꝙ & id quod factum eſt, neceſſe eſt fieri prius: & quod fit, factum eſſe, quæcunq; diuiſibilia & continua ſunt. non tamẽ ſemper id quod fit: ſed aliud aliquando, vt illius aliquid, ſicuti fundamentum domus. ſimiliter autem: & in eo quod corrumpitur, & eo quod corruptum eſt. ſtatim enim ineſt, ei quod fit, & quod corrumpitur, cum ſit continuum: infinitum quoddam. & non eſt: aut fieri non factum aliquid, aut factum eſſe, quod non fit aliquid. ſimiliter autem: & in ipſo corrumpi, & in corruptum eſſe. ſemper enim eſt ipſo corrumpi: corruptum eſſe prius. ipſo autem corruptum eſſe: corrumpi. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ & id quod factum eſt, neceſſe eſt fieri prius: & quod fit, factum eſſe. omnis enim magnitudo, & omne tempus: ſemper diuiſibilia ſunt. Quare in quocunq; ſit: non erit vtiq; vt primo. Tex. lix.

¶ In hoc tandẽ text. 59. huius capitis poſtremo, explicat eandẽ concluſionẽ, in generatiõe, & corruptione. vbi cuipiã videri poterat non habere verũ, propterea ꝙ non fiunt in tẽpore. Ait nihilo minus, ꝙ etiã in his id quod factum eſt, prius fiebat & id qd fit, prius etiã aut ſecundũ partem aut alio quouis modo factũ eſt. In his (inquit) quecunq; diuiſibilia ſunt, & cõtinua. Quod ſcdm Cõmentatorẽ appoſitũ eſt, ad excludendũ intellectiones que non fiunt motu cõtinuo: ſed fieri poſſunt indiuiſibiliter. Aut forſan (vt ait Sanctus Tho. adiectũ eſt, ad inſinuandũ ꝙ motus alterationis, continuat quodãmodo, cũ generatione ad quam terminatur. ¶ Ubi adnotandum eſt, ꝙ alia eſt cõſideratio generationis ſubſtãtie, in homogeneis & alia in eterogeneis. In hõgeneis nãq; (cuius partes ſunt eiuſdẽ rationis) id qd generatur, tẽpore quo forma extendit per materiã ſecundũ eandẽ rationẽ generatũ eſt ſecundũ partem. vt cum forma ignis extenditur per materiã ligni, ante quemlibet ignẽ genitum, generabatur ignis: et ante quodlibet generari erat ignis aliquis genitus. Sed in eterogeneis (vt. v. g. in animali) non ſemper id qd gñatur preceſſit ſcdm eandẽ rõnem, ſed ſcdm partẽ alterius ratiõis. vt quando in animali, animantur pedes, prius fuit animatum cerebrum, et ante cerebrum fuit animatum cor. Et hoc eſt qd inſinuat exẽplo domus cuius fundamẽtum preiacit parietibus. At vero qr minimũ vtriuſq; ſubſtãtie producit in inſtãti, ante illud mutatũ eſſe, nõ precedit moueri ſcdm eandẽ formã. ſ. ſubſtantialẽ: ſed precedit alteratio, qua prior corrũpebat ſubſtẽtia. Que quidẽ alteratio quodãmodo cõtinuat cũ gñatione. Et ita verũ quodãmõ ſemp habet ꝙ omne qd factũ eſt prius, aut ſcdm partẽ, aut ſecundũ alterationẽ, fiebat, & omne qd fit, partim factum erat. Et pariter in corruptione, omne qd corruptũ eſt, corrũpebat: & omne qd corrũpitur, partim corruptum erat. Etenim alteratio ipſa, quia terminatur non ſolum ad qualitatum, ſed etiã ad deſitionẽ vnius ſubſtantie & generationem alterius, vocatur nõ ſolũ alteratio, ſed et corruptio & generatio. Quãdoquidem motus (vt lib. 5. text. 4. aſſertum eſt) a termino ad quem ſortitur nomen.

¶ De fini

## DE FINITO ET INFINITO motus.

## CAPVT. VII.

Text. lx. QVONIAM autem omne id quod mouetur, in tempore mouetur, & in pluri maior magnitudo: in in infinito tempore impoſsibile eſt per finitã moueri nõ eandẽ ſemper: & illius aliquid quod mouetur, ſed in toto, totam. Quod igitur ſi quid moueatur ęque velociter, neceſſe eſt finitũ in finito moueri: manifeſtũ eſt. accepta. n. parte, que mẽſurabit totã lineã: in tot ęqualibus temporibus, quot partes ſunt, per totã motũ eſt. Quare, quoniã hę finite ſunt, & quantitate vnaquęq;, & numero omnes: & tẽpus vtiq; erit finitũ. toties enim erit tantum: quantum partis tempus multiplicatum, ſecundum multitudinem partium.

¶ Caput hoc ſeptimũ (quod per ſeptẽ textus protenditur) vt in libri partitione dicebamus, eſt quarta pars principalis huius libri. In quo agitur de finito et infinito, in motu. Repetit autẽ ex ſuperioribus in hoc tex. 60. duo neceſſaria fundamẽta. Primũ eſt id qd dixerat tex. 50. & 55. ſ. ꝙ omne qd mouet: mouet in tẽpore: nã (vt dictũ eſt tex. 29.) in inſtãti fieri nequit motus. Alterum eſt id quod aſſeruit tex. xj. et ſequẽtibus, vz ꝙ idẽ mobile maiori tpe, maiorẽ magnitudinẽ ptranſit: et minori, minorẽ. Quibꝰ ſuppoſitis intendit in hoc capite demonſtrare hanc bimẽbrẽ concluſionẽ. Impoſſibile eſt, vt mobile aliqd in infinito tempore, finitã trãſeat manitudinẽ, niſi eã infinities repetat (vt caueat a motu orbicularis celi (ex e conuerſo impoſſibile eſſet eſt vt in tẽpore finito, infinitã trãſeat magnitudinẽ. Utrãq; partẽ ſatis oſtenderat tex. 20. et duobus ſequentibus: ſed eſt certe nimiꝰ in huiuſmodi diuiſionibus continui. Atqui in reſidua pte huiꝰ textus, demõſtrat priorẽ partẽ ↄcluſionis, in motu vniformis velocitatis, hoc mõ. Signetur magnitudo queuis finita: et detur ad libitũ, quod mobile in aliquo tempore pertrãſeat vnã partẽ illius magnitudinis: qd quidẽ tẽpꝰ neceſſe eſt vt ſit finitũ: quia ſi tota magnitudo tranſitur tẽpore infinito, pars tranſitur in minori, et per ↄñs finito: qa vnũ infinitũ nõ eſt minꝰ alio. Tũc arguitur ſic. In tãto tẽpore, trãſibitur alia tãta pars magnitudinis, et in alio eqlitẽpore, alia eqlis pars &c. (ſi motꝰ ſit vniformis) cũ ergo ptes magnitudinis ſint finite, et quãtitate, & numero ſequitur quod et partes temporis ſint vtroq; modo finite: et per ↄñs, ſi magnitudo ſpatij eſt finita, tempus erit pariter finitum.

Tex. lxj. Sed & ſi non ęque velociter: refert nihil. Sit enim in quo. A C. ſpatium finitũ, per quod motũ ſit in infinito tẽpore: & tempus infinitum, in quo D F. Si igitur neceſſe eſt priꝰ, per alterũ altero motum eſſe: hoc manifeſtum eſt, quod temporis in priori & poſteriori, per alterũ eſt motum. ſemper. n. in pluri: per alterum erit motum. ſiue ęque velociter, ſiue non æque velociter mutetur, ſiue intendatur motus, ſiue remittatur: ſiue maneat: nihilominus. Accipiatur igitur ſpatij. A C. aliquid




quod ſit. A B. quod menſurabit. A C. Hæc itaq; pars: infiniti in quodam abſoluta eſt tempore. in infinito enim non eſt poſsibile. totum enim in infinito. Et rurſus, alteram ſi cepero, tantã quanta eſt. A B. neceſſe eſt in finito tempore. totum enim in infinito. & ſic accipiendo. Quoniam autem, infiniti quidem nulla pars eſt quæ menſuret impoſsibile enim eſt infinitũ eſſe ex finitis ęqualibus & inæqualibus: propterea ꝙ menſurabuntur quæ finita ſunt, multitudine, & magnitudine, à quodam vno, ſiue æqualia ſint, ſiue inæqualia, definita autem magnitudine: nihilominus. ſpatium autem finitum: quantis. A B. menſuratur) in finito tempore. A C. mouebitur. ¶ Similiter autem: & in quiete. Quare, neq; fieri neq; corrumpi, poſsibile eſt ſemper: aliquid vnum & idem.

¶ In tex. 61. probat eandẽ priorẽ partẽ vniuerſalius, ſiue mobile moueat vniformi, ſiue difformi velocitate. Sit eñ (inquit) A C. ſpatiũ finitũ per qd mobile mouet, tẽpore infinito qd ſit. D F. Tũc neceſſariũ eſt (inquit) vt illud mobile prius tranſeat priorẽ partẽ ſpatij. puta. A B. q̃ poſteriorẽ. B C. ex quo manifeſte ſequit, ꝙ priorẽ partem, debet trãſire in priori parte tẽporis. ſ. D E. et aliam, in poſteriori: qr ſecundũ ſucceſſionẽ magnitudinis, eſt ſucceſſio & motus, & ſubinde tẽporis. Hinc rurſus ſequit, ꝙ ſi mobile aliquã partem magnitudinis trãſit aliquo tẽpore: p maius tẽpus tranſibit eadẽ pars & aliquid aliud. Et id quidem ſiue mobile moueat velotius, ſemp atq; velotius, vt in motu naturali: ſiue tardius, ac tardiꝰ. vt in motu violento: ſiue maneat in eadẽ velocitate. His ſuppoſitis accipiatur aliqua pars ſpatij. A C. v. g. A B. quã neceſſe eſt mẽſurare totũ ſpatiũ. A C. ſupponat eñ eſſe aliquotã. At qui pars illa finito tẽpore, pertrãſibitur, vt iam dictũ eſt, poſtq; debet trãſiri in minori tẽpore, q̃ totũ. Rurſus, ſi aliã tantã partẽ accepero, neceſſe eſt etiã eadẽ rõne tẽpore finito pertranſiri: ſiue minori, ſiue maiori, ſiue equali, ſecundũ qd mobile per eã velotius, tardiuſue moueat q̃ per primã, aut eque velociter. Et cũ partes illius ſpatij ſint et ſingule finite magnitudinis, & oẽs finite multitudine & numero, fit vt oẽs partes temporis conſumpti, in toto motu ſint, etiam numero et multitudine finite: & ſingule magnitudinis finite: ſiue ſint equales, ſiue inequales. Et cum nulle magnitudine et multitudine finite partes, poſſint metiri. i. cõplere et haurire totum infinitũ, ſequitur vt tempus illud nõ poſſit eſſe infinitũ: & per cõſequens. A C. pertranſibitur in tempore finito. Parentheſim ita legito. Impoſſibile eſt infinitum eſſe, ex finitis, ſiue equalibus, ſiue, inequalibus (. ſ. ex partibus tot numero quot ſunt ſignate in ſpatio, ſiue ſint illius equales, ſiue inequales. Quia menſurentur tunc finitũ & infinitũ, vno numero finito partium finitarum: nam ſpatiũ parte. A B. finita finities ſumpta, menſuratur. Quecũq; vero eodem numero finito partiũ finitarũ menſurantur, ſiue partes vnius ſint equales partibus alterius, ſiue non, debent eſſe ambo finita. Et ſimiliter (inquit) eſt in quiete. Nempe ꝙ ſi duorum quietes menſurẽtur eodem numero partiũ tpis, quietes erũt finite. Unde infert non eſſe poſſibile vnũ idẽ

 ſemper

ſemper,.i.tempore infinito,aut generari,aut corrumpi. Nã cũ quicquid generatur,aut alteratur, aut augetur ſit finitum, neceſſe eſt et motum ipſum,ac ſubinde motionis tempus,eſſe finitum.

Text. lxij. Eadem autẽ ratio eſt:& ꝙ neq; in finito tempore per infinitum:poſsibile eſt moueri,aut quieſcere, ſiue regulariter moueatur, ſiue irregulariter.accepta enim quadam parte, quæ metietur totum tempus:in hac quantitate aliquam pertranſibit ipſius magnitudinis, & non totam. in toto enim:totam.& rurſus inæquali : aliam. & in vnoquoq; ſimiliter : ſiue æqualis ſit,ſiue inæqualis ei quæ eſt à principio.refert autem nihil : dum modo ſit finitum quoddam,vnaquæq;. manifeſtum enim eſt, ꝙ conſumpto tempore, infinitum non conſumitur:finita diuiſione,& quantitate, & numero,ablatione facta.Quare non tranſibit in tempore finito: infinitum. nihilq; refert magnitudinem:verſus alteram,aut verſus vtranq; partẽ, eſſe infinitam.eadem enim erit ratio.

¶ In tex.62. probat ſecundã partem eiuſdẽ cõcluſionis.ſ.ꝙ neq; ecõuerſo poſſibile ſit in tẽpore finito,magnitudinẽ infinitã pertranſiri. Nam detur.v.g. magnitudo infinita. A C. que percurrit tempore finito. D F. & ſignetur vna pars aliquota illius temporis qua trãſitur vna queuis pars magnitudinis, quã partem ſpatij neceſſe eſt eſſe finitam:nã ſi toto tẽpore tranſitur ſpatium infinitum,parte tẽporis tranſitur minus:et per conſequens finitum. Perſeuerat eñ in hoc ꝙ vnũ infinitũ nõ eſt altero minus. Et tunc manifeſtum eſt alia equali parte tẽporis, pertranſiri vnã aliam partẽ magnitudinis,aut equalẽ,aut maiorẽ, vel minorẽ,ſecundũ quod motus fuerit vniformis, vel difformis. Unde cũ partes tẽporis ſint numero finite,ſingule q; finite magnitudinis:ſit vt ita ſe habeant partes ſpatij, & per cõſequens totum ſpatium ſit infinitũ. Quia cõſumpto(inquit)tempore finito per numerationem partiũ finitarum, non conſumitur infinitum ſpatium. Colligitur ergo,ꝙ non poteſt tempore finito ſpatium infinitum pertranſiri. Neq; refert(inquit)ſit ne infinitus ſimpliciter verſus vtrũq; extremum, an verſus vnum tantum,ſecundum quid.

Tex. lxiij. His autem demonſtratis:manifeſtũ eſt, ꝙ neq; finitam magnitudinem,infinitũ cõtingit tranſire, in finito tempore, propter eandem cauſam. In parte enim temporis: finitum: tranſibit. & in vnaquaq;:ſimiliter. quare in toto:finitum.

¶ Hactenus de mobili finito loquutus eſt, quod demonſtrauit neq; tẽpore infinito poſſe tranſire magnitudinẽ finitã; neq; finito, infinitã. Iã nunc ſermonem transfert ad mobile infinitũ. Atqui in hoc tex.63.oſtendit ꝙ neq; infinitũ mobile, finito tẽpore, põt magnitudinẽ finitã trãſire. Detur enim.v.g.ſpatiũ tripedale, & mobile infinitũ, verſus occidentẽ,terminatũ hic in pncipio illi⁹ ſpatij:ſup qð incipiat moueri. Tũc ſi tẽpore vni⁹ hore debeat totũ mobile trãſire tripedalẽ magnitudinẽ:ſequit̃ qð in quarta parte illius tẽporis trãſibit per illã magnitudinẽ,nõ totũ mobile, ſed finitũ.i. pars finita illi⁹. ¶ Mendũ eñ eſt in oĩbus traductionibus quibus legit̃,finitã tranſibit,ſed debet legi, finitũ. .i. finita pars mobilis. Nã ſi toto tpe,mobile infinite lõgũ tranſit p aliqð ſignũ, in parte tẽporis minor moles eſt illa que tranſit: et per conſequens finita. Atqui cũ partes tẽporis ſint finite, & numero, & magnitudine, ita ſe habebunt partes mobilis: & per conſequens mobile, quod tempore finito tranſit per magnitudinẽ finitam, eſſe non poteſt infinitum.

Tex. lxiiij. Quoniam autem finitum non tranſibit in finitam in finito tempore: manifeſtum eſt, ꝙ neq; infinitum,finitam. ſi enim infinitum,finitam: neceſſe eſt & finitam,tranſire infinitum. nihil eñ refert:vtrũuis eſſe id quod mouetur. vtroq; eñ modo: finitum tranſibit infinitum. Cum enim moueatur infinitum,in quo eſt.A. erit aliquid ipſius ſecundum.B.finitum, vt.C D. & rurſus aliud, & aliud:& ſemper ſic. Quare ſimiliter accidet infinitum motum eſſe per finitum:& finitum tranſiſſe infinitum. neq; enim fortaſsis poſsibile eſt, aliter infinitum,moueri per finitum : quam ꝙ finitum tranſeat infinitum, aut latione vtendo, aut mouendo. quare, quoniam hoc impoſsibile eſt: non tranſibit infinitum,finitum.

¶ In hoc tex.64. adhibet ad eandẽ cõcluſionem rationem ſecundã. Que certe eſt bona: niſi huiuſmodi diuiſiones ſacietatem iam feciſſent. Ait enim ꝙ ſi finitũ mobile, nõ põt infinitã magnitudinẽ in tẽpore finito trãſire(vt probatũ eſt) eadẽ prorſus rõne ſequit̃, ꝙ neq; infinitũ mobile, poterit finitã magnitudinẽ eodẽ tẽpore trãſire. Nam ex contradictorio cõſequentis, ſequit̃ contradictorium antecedẽtis. Fac enim duo eſſe ligna ab hoc puncto verſus oriens protẽſa, quorũ vnũ puta. A. ſit infinitũ. B. vero ſit pedale. Idẽ tunc pollet ſi quieſcẽte. A. velut ſpatio. B. moueat̃ p illud verſus orientẽ: & ſi quieſcente. B. moueat̃. A. per ipſum verſus occidentẽ. Et hoc eſt quod ait. [nihil enim refert, vtrũuis eſſe quod mouet̃ &c.] Cũ enim mouet̃ infinitum, qð eſt. A. erit aliqua pars eius finita pedalis, ſicut totum. B. que ſit. C D. et rurſus alia & alia, que ſint ſemper equales. Quare quo tẽpore infinitũ. A. trãſit per finitũ. B. finitum etiã. B. tranſit per infinitũ. A. Quinimo non poteſt aliter infinitũ, tranſire p finitũ, q̃ vt finitũ tranſeat per infinitũ. Igitur ſi probatũ eſt finitũ mobile, in tẽpore finito nõ poſſe tranſire infinitã magnitudinem eadem ratione concluditur, ꝙ neq; infinitum mobile, poteſt in tempore finito, finitam tranſire magnitudinem.

At vero neq; infinitũ:infinito tempore tranſibit infinitum. ſi enim infinitum:& finitum. ineſt enim infinito:& finitum. Amplius autem & tempore accepto:eadem erit demonſtratio. Text. lxv.

¶ Pari ferme rõne probat. ꝙ neq; infinitũ mobile, poteſt infinitum ſpatiũ in tẽpore finito pertrãſire. Quia cum in infinito mobili, ſit aliqua pars finita, ſequit̃ ꝙ aliqð mobile finitũ, moueret̃ per ſpatiũ infinitũ, in tpe finito, qð iã mõ eſſe impoſſibile demõſtratũ eſt. Neq; rurſus ſi tẽpus ſtatuatur infinitum, poterit infinitũ mobile tranſire finitũ ſpatiũ. Nã tũc aliqua pars finita ipſius mobilis tranſiret finitũ ſpatiũ in tẽpore infinito: cuius cõtrarium in initio huius capitis demonſtrabat̃.

¶ Quoniã



Tex. lxvj. Quoniam autem neq; finitũ infinitum tranſibit, neq; infinitum finitum, neq; infinitum in finito tempore mouetur: manifeſtum eſt: ꝙ neque motus erit infinitus in finito tẽpore. quid enim refert: motum aut magnitudinem: infinitum facere? neceſſe enim eſt vtrumuis & alterum: eſſe infinitum. omnis enim loci mutatio: in loco eſt.

¶ In tex. itaq; poſtremo concludit id qð dictũ eſt de tempore, ſpatio & mobili, cenſendũ eſſe de motu. Nempe ꝙ ſi mobile finitũ nõ põt infinitũ ſpatium tranſire, neq; mobile infinitũ, finitũ aut infinitũ ſpatiũ in tẽpore finito, ſit vt neq; motus poteſt eſſe infinitus, in tẽpore finito. Eadẽ enim eſt quantitas & magnitudinis, & ſpatij, per quam ſit motus & motus ipſius.

## DE DIVISIONE quietis.

## CAPVT. VIII.

Textus. lxvij. QVONIAM Autem omne, aut mouetur, aut quieſcit quod aptum natura eſt, quando aptum eſt, & vbi & quo pacto: neceſſe eſt omne quod ſtat cum ſtat, moueri. ſi eñ nõ mouetur: quieſcit. ſed nõ contingit: vt ad quietem tendat quieſcens.

¶ In capite octauo, qð quinta pars eſt huius libri, per q; octo textus diſtribuit, poſt diuiſionem motus, agit̃ de diuiſione quietis. Quies autẽ(vt lib.5. tex.61. viſum eſt) duplr̃ accipit̃. Uno mõ proprie. vt opponit̃ motui violẽto. Que eſt cõſiſtentia rei naturalis in ſuo loco naturali. Alio modo, pro ceſſatione motus quacũq;, ſiue ſit in loco naturali, ſiue extra. Que dr̃ ſtatio. vt qñ lapis proiectus ſurſum, ſiſtitur in pũcto reflectionis vbi ceſſat impetus. De quo videbimus lib.8. Et illud ꝓprius dr̃ quietari aut ſiſti, q̃ cõſiſtere aut quieſcere. In quinq; ergo prioribus teſtibus agitur de huiuſmodi ſtatione: et in reliquis de quiete. Proponit ergo primo in hoc tex.67. ꝙ cũ omne illud qð aptum natũ eſt moueri, eo loco, & mõ quo moueri aptũ eſt, neceſſe ſit ſemp aut moueri, aut quieſcere, ſit vt id qð ſtat. i. ſiſtit, qñ ſiſtit, moueatur. Nã alias tunc quieſceret, qð eſt falſum: q2 cũ non ſit in loco naturali, potius tẽdit ad quietem. Poſſet etiã dici ſtatio, qñ graue ſurſum retinet̃ ab aliquo prohibẽte motũ: ſed proprie hic vr̃ loqui, de quietatiõe in pũcto reflexionis. Que naturalr̃ ſemper durat p tẽpus: eo ꝙ illic remiſſus impetus, licet non ſufficiat ſurſum mouere graue, potens eſt tamen id parumper retinere.

Textus. lxviij. Hoc autem demonſtrato: manifeſtum eſt, ꝙ & in tempore ſtare neceſſe eſt. quod enim mouetur: in tempore mouetur. quod autem ſtat: oſtenſum eſt moueri. quare neceſſe eſt, in tẽpore ſtare.

Textus. lxix. ¶ Amplius autẽ, ſi velocius quidem & tardius in tempore dicimus: ſtare eſt velocius, & tardius.

¶ Probat duplr̃ omnẽ ſtationẽ naturalis motus eſſe in tẽpore. Prima ratio in tex.68. eſt hec. Omne qð mouet̃, mouet̃ in tẽpore: ſed omne qð ſtat, mouet̃(q2 renititur ad ſuũ locũ naturalẽ tendẽs ad quietẽ) ergo ſtatio illa & ſiſtẽtia eſt in tẽpore. ¶ Altera eſt in tex.69. Velocius et tardius, nõ eſt niſi in tẽpore: ſed contingit rem ſtare velocius et tardius. i. diutius, aut breuius morari ſecũdum conditionem impetus retinentis, ergo ſtatio eſt in tempore.

Text. lxx. In quo autẽ tempore primo id quod ſtat, ſtat: in quouis huius neceſſe eſt ſtare. Diuiſo eñ tempore ſi in neutra quidem partium ſtat: neq; in toto: quare non vtiq; ſtat id quod ſtat, ſin vero in altero: non vtiq; in primo toto ſtat. ſecundũ enim vtrũq; in hoc ſtat: ſicut dictum eſt, & in eo quod mouetur, prius. vt autem id quod mouetur, non eſt in quo primo mouetur: ſic neq; in quo ſtat, id quod ſtat. neq; enim ipſius moueri, neq; ipſius ſtare: aliquid eſt primum.

¶ In text.70. id qð de motu in text.50. dixerat, de ſtatione repetit. Nẽpe rẽ que per ſe primo ſtat et ceſſat in aliquo tẽpore, in qualibet parte illius tẽporis ſtare. Nam diuiſo tẽpore in duas partes, ſi in neutra ſtat, neq; toto tẽpore ſtat: ſi vero in altera ſtat, in altera vero mouetur, non ſtat per ſe primo in toto tempore, ſed ratione vnius partis. Mox ponit ſimilem concluſionem de ſtatione, illã, quam text.46. de motu ſtatuerat: videlicet, ꝙ ſicut non datur primum mutatum eſſe: quod eſt dicere primũ eſſe motus, ita neq; datur primum eſſe ſtationis.

Tex. lxxj. Sit enim in quo primo ſtat: in quo. A B. hoc igitur: impers quidem non contingit eſſe. motus enim non eſt in imperti, propterea ꝙ motum eſt aliquid ipſius. quod autem ſtat: demonſtratum eſt moueri. At vero, ſi diuiſibile eſt. in quauis partium ipſius ſtat. hoc enim oſtenſum eſt prius: ꝙ in quo ſtat primo, in quauis parte illius ſtat. Quoniam ergo tempus eſt, in quo primo ſtat, & non impartibile eſt, omne autẽ tempus, in infinita diuiſibile: non erit in quo primo ſtatur.

¶ Demonſtrat cõcluſionẽ queadmodũ aliam de motu. Si enim datur primũ quo mobile ſtat, ſit illud. v.g. A B. Tunc aut. A B. eſt indiuiſibile, aut diuiſibile. Indiuiſibile eſſe non põt: quia qð ſtat, iam modo probatum eſt moueri: eo ꝙ renititur ad locũ naturalẽ. Motus autẽ in indiuiſibili nõ poteſt. Si autẽ ſit diuiſibile, cũ in illo debeat per ſe primo ſtare, ſequit̃ ꝙ in qualibet parte illius tẽporis ſtat. Et quia tẽpus eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia, ante quodlibet tempus, in quo ſtat, iam ſteterat in parte illi⁹. ¶ Poſſet quis hic obijcere ꝙ datur primũ inſtans eſſe ſtationis. Quod eſt primum non eſſe motus. Sed ad hoc iam iam reſpondet Philoſophus.

Textus. lxxij. Neq; igitur: quieſcens, quando primum quieuit eſt. in imperti enim non quieuit: propterea ꝙ non eſt motus in impartibili. In quo autem eſt ipſum quieſcere: & ipſum moueri. Tunc enim dicimus quieſcere: quando & in quo aptũ natura eſt moueri, non mouetur id quod aptum natura eſt.

¶ Poſt eã ſtationẽ, que improprie eſt quies, proſequitur idẽ demonſtrare de quiete. Nẽpe ꝙ non datur primum eſſe quietis. Et demonſtratio eſt huiuſmodi. Si daret̃ primũ eſſe quietis, maxime eſſet illud inſtãs, qð eſt primũ nõ eſſe motus: ſed tñ in inſtãti nõ eſt quies. vt tex.30. & duob⁹ ſequentibus probatũ eſt: nam cũ quies ſit priuatio mo

tus non eſt, vbi ſi qn̄ aptus natus eſt fieri mot⁹: motus autē in inſtanti fieri nequit, ergo nec quies.

Textus. lxxiij. ❧ Amplius autē & tunc dicimus quieſcere: cum ſimiliter ſe habet nūc & prius, tāquā nō vno quodam diiudicantes, ſed duobus minimis. Quare non erit in quo quieſcit: impers. ¶ Si vero partibile eſt: tempus vtiq; erit, & in quauis ipſius partiū quieſcet. eodem enim modo demōſtrabitur: quo & in prioribus. Quare nihil: primum erit. hæc autem cauſa eſt: quia quieſcit quidem, & mouetur omne, in tempore, tempus autē non eſt primum: neque magnitudo, neque omnino vllum continuum. omne enim in infinita partibile eſt.

¶ Sectio huius textus nō eſt adeo apta. Probat p̄mū rōne ſcd̄a ꝙ in inſtāti nō eſt quies. Quieſcit eñ illud, qd̓ ſimiliter ſe habet: ſimilr̄ aūt ſe habere dicit ordinē ad duo, vt. ſ. eodē modo ſe habeat nūc ſicut ante: duo aūt in indiuiſibili eſſe nō poſſunt: ergo in indiuiſibili nō eſt quies. Reuertitur deinde ad propoſitā concluſionē. Si ergo primū eſſe quietis non conſiſtit, in indiuiſibili, neceſſe eſt vt primum illud ſit tēpus, in cuius omni parte mobile quieſcat: tēporis autē non eſt dabilis prima pars: ergo neq; quietis eſt dabile primū. Cauſa ergo (inq̄t) cur neq; in motu, neq; in quiete, eſt dabile primum, eſt, ꝙ vtrunq; fit in tempore: et temporis, ſicut neq; alicuius cōtinui, non eſt dabilis prima pars.

Textus. lxxiiij. ❧ Quoniā autē omne quod mouetur: in tēpore mouetur, & ex quodā in quondam mutatur: in quo tp̄e mouetur ſecūdū ſe, & nō quia in illius aliquo, impoſſibile eſt tūc ſecundū aliquid eſſe primū quod mouetur, quieſcere eñ: eſt in eodē eſſe, tēpore aliquo & ipſum & partium vnāquāq;. ſic eñ dicimus quieſcere: qn̄ in alio & alio nūc, verū ſit dicere, ꝙ in eodem & ipſum & partes ſunt. Si autem hoc eſt quieſcere: non contingit id quod mutatur ſecundum aliquid eſſe totū ſecundum primum tempus: tempus eñ omne: diuiſibile eſt. Quare in alia & alia ipſius parte, verum erit dicere: ꝙ in eodē ſit, & ipſum & partes. ¶ Si vero non ſic eſt, ſed in vno ſolo nunc, eſt: non erit tempore vllo, ſecundum aliquid, ſed ſecundū terminum temporis. in ipſo autem nunc, eſt quidem ſemper ſecundum aliquid manens: non tamen quieſcit. neq; enim moueri, neq; quieſcere eſt in ipſo nunc ſed non moueri quidem verum eſt in ipſo nunc: & eſſe ſecundum aliquid, in tempore autem non contingit eſſe: ſecundum quod quieſcit. accideret enim id quod fertur: quieſcere.

¶ In calce deniq; huius capituli, vt ſe prepararet ad reſpondendū ſophiſmatibus Zenonis, reſumit prius duo illa toties repetita fundamēta, videlicet ꝙ omne qd̓ mouetur, in tēpore mouetur, et ex quodā in quoddā mutatur. Vn̄ elicit tertiū, ꝙ impoſſibile eſt id qd̓ mouet, eo tēpore quo mouetur per ſe primo. i. ſcd̄m quālibet partē illius tēporis, illo. ſ. tēpore vel aliqua parte illius eſſe ſcd̄m aliquid primū. i. manere penes aliquā partem ſpatij primo, & per ſe. Qd̓ addit ad denotandū ꝙ nihil ꝓhibet eſſe in aliquo pūcto per aliqd̓ inſtās. Et probat. Quieſcere aliquā rē eſt aliquo tēpore eſſe in eodē (. ſ. loco, aut ſub eodem gradu qualitatis, aut quātitatis (ſcd̄m ſe, & quālibet ſui partē. Nā quieſcere eſt, ꝙ in alio & alio nunc res maneat in eodem loco, aut alio quouis termino. Addit ſcd̄m vnā quāq; partē: quia arbor dū vento huc illuc pellitur, licet truncus ſit fixus, non ſimplr̄ quieſcit. Et lignū per qd̓ calor ſucceſſiue extendit, licet ſcd̄m partē non moueatur, non tamen ſimplr̄ quieſcit. Si ergo mobile p aliqd̓ tp̄s maneret in eodē loco ſecundū quālibet partē et mobilis, & temporis, & loci, illic quieſceret: nā cū omne tempus ſit diuiſibile, habeatq; plura nūc, in diuerſis nunc eſſet in eodem loco. Subdit autem, ꝙ ſi mobile ſolum per aliquod nunc ſit in eodem loco, non inde ſequitur, ꝙ quieſcat: ſed id ſolum, ꝙ in tali nunc, non moueatur. Nam iam ſatis oſtenſum eſt ꝙ in indiuiſibili nunc, nec motus eſt, nec ſubinde quies. Hic locus ſtrenue aduerſus eos pugnat, qui credunt intenſionem et augmentationē fieri per minima, vt poſtq; in inſtanti producitur minimum qualitatis tātiſper ceſſet motus quo ad vſq; aliud minimū producatur: & ita ſequenter. Concedūt nāq; durante tempore motus manere mobile per tempus ſub eadem forma inuariatum. Sed de hoc. 1. de gene.

## ❧ QVOD AD SOPHISMATA Zenonis reſpondetur.

## CAPVT. IX.

Textus. lxxv. ZENO autem: male ratiocinatur. Si enim ſemper (inquit) quieſcit omne aut mouetur cum eſt ſecundū equale, eſt autem ſemper id quod fertur in ipſo nunc, ſecundum equale: immobilem eam eſſe ſagittam, que fertur. ¶ Hoc autem: falſum eſt. Textus. lxxvi. non enim componitur tempus ex ipſis nunc indiuiſibilibus: ſicut nec alia magnitudo vlla.

¶ Duo hec poſtrema capita (ſexta. ſ. pars huius libri) in hoc poſita ſunt, vt reſpondeat antiquis philoſophis de ſucceſſione et diuiſione motus. In hoc enim cap. 9. (quod vndecim habet text⁹) reſpondet Zenoni, & in ſequenti, reſpondetur Democrito et Heraclito. Proponit ergo in hoc text. 75. paralogiſmū Zenonis, quo falſo & cōtra experientiā colligebat, ſagittā, dū volat, non moueri. Quicquid eſt (inquit) in loco ſibi equali, aut mouetur tunc, aut quieſcit: ſagitta in quolibet momento tēporis, eſt in loco ſibi equali: ergo in illo nūc, aut mouet aut quieſcit: ſ; iudicio ſenſus non mouet: ergo quieſcit: ſi autē in quolibet nūc quieſcit: in toto tp̄e quieſcit. ¶ Solutio ſubdit in text. 76. Et potuiſſet quidē ſtatim argumentū repellere negādo quicqd eſt in loco moueri, aut quieſcere, ſi tantum ſit in illo per inſtans, vt iam modo dicebat: at quia ſatis fuiſſet Zenoni, ſi conſideret ꝙ in nullo inſtanti ſagitta mouetur: nā inde argueret ꝙ neq; in toto tempore mouetur, aliter reſtinguit vim argumenti: negando. ſ. hanc conſequentiā. Nā vt inferat mobile in aliquo tempore non moueri, aſſumendum eſt ꝙ in nulla parte talis tēporis mouet: momenta vero non ſunt partes ex quibus tempus conſtat. Et ideo non ſequitur in nullo nunc huius temporis ſit motus: ergo neq; in hoc tempore.

¶ Quatuor



Textus. lxxvij. ❧ Quatuor autem ſunt rationes de motu, Zenonis, ingerentes difficultatem ſoluentibus. Prima quidem eſt, ea quæ de ipſo non moueri eſt: propterea ꝙ prius ad medium oportet peruenire id quod fertur: quam ad finem. de qua diuiſimus in prioribus rationibus.

¶ In tex. 77. ſerie et ordine rationes quatuor Zenonis exorditur, que difficultatem ſolebant ſoluentibus ingerere. Prima eſt hec. Quicqd mouetur per aliquod ſpatium, prius venire debet ad punctum medium, q̄ ad extremum: et priuſq; pertranſeat medietatem, debet tranſire primam quartam, et prius primam octauā &c. ergo ſi continuum diuidatur in ſemper diuiſibilia (vt erat ſententia Ariſto.) infinite erunt huiuſmodi partes in continuo: infinita autem, pertranſiri non poſſunt: ergo mobile nunq; pertrāſibit ſpatium quantuncunq; paruum. ¶ Ad hanc rationem dicit ſe ſupra reſpondiſſe. ſ. text. 19. nempe ꝙ ſpatiū non eſt infinitum. i. carens extremis, ſed infinitum diuiſiōe: quemadmodum et tempus ipſum. Vnde nihil prohibet ſpatium habens hoc modo infinitas partes pertranſiri tēpore, quod eodem habet modo infinitas. Et ſolutio hec ſolum eſt ad hominem: qui eodem modo debet cernere tempus eſſe infinitum, quo ſpatium. Nam vera ſolutio eſt lib. 8. tex. 68. ꝙ in magnitudine nō ſunt infinite partes in actu. ſ. diuiſe (nam ille non poſſent tranſiri) ſed ſunt tantum in potentia.

Textus. lxxviij. ❧ Secunda autem: ea quæ vocatur Achilles. Eſt autem hæc: quod tardius nunquam apprehendetur currens à velociſsimo. ante enim neceſſe eſt eat perſequens: vnde mouit fugiens. Quare ſemper aliquo id quod tardius eſt, antecedere, neceſſe eſt.

¶ Secundam rationem eodem paralogiſmo colligebat. Nempe ꝙ ſi velociſſimum mobile incipiat moueri a certo puncto, et tardiſſimum paruiſſimo interuallo precedat: nūq; velociſſimum attinget tardiſſimū. Etenim eo tempore quo velociſſimū venerit ad pūctū vbi eſt tardiſſimū, tardiſſimum erit in alio diſtāti: & quo tempore velociſſimum venerit ad illud, tardiſſimum erit in alio: & ita cū iugiter fiat, nunq; celerrimū ſequēs attinget moroſiſſimū fugiens. Zenonis. Achilles. Hec dicebatur Zenonis Achilles. Vnde in prouerbium abijt inter peripateticos, argumentum quod fortiſſimum ab aduerſario cenſetur, Achillem nuncupare.

Textus. lxxix. ❧ Eſt autem & hæc ratio, eadem illi quæ in duo æqualia fit ſectioni: differt autem in diuidendo non in duo acceptam magnitudinem. Non attingi igitur tardius: accidit ex ratione. Fit autem propter idem: cum bipartitione. in vtriſque enim accidit: non peruenire, ad terminum diuiſa quodam modo magnitudine. Sed additur in hac: ꝙ neque velociſsimum tragice dictum, in perſequendo tardius. quare neceſſe eſt: & ſolutionem eſſe eandem. ¶ Putare autem, ꝙ precedens non attingitur. falſum eſt. cum enim precedit, non attingitur, ſed tamen attingetur, ſi opporteat tranſire finitum. hæ igitur ſunt: rationes duæ.

¶ Volens Phi. ad vtrunq; ſimul ſophiſma reſpondere, ait eadem vtrunq; ratione procedere: tametſi ſi verbis differant. Nam hec etiam nititur eadem diuiſione qua precedens. ſ. quia prius debet mobile venire ad medium, q̄ ad finē. Et ideo ſi aliquid probaret, non ſolum id eſſet ꝙ velociſſimum nunq; attinget tardiſſimum, verum ꝙ nunq; veniet ad pūctum: vnde proficiſcitur tardiſſimum. Vnde licet hec ratio non diuidat magnitudinem in duo. Quod tamen (inquit) nō attingat tardius, accidit ex ratione. ſ. eadem in virtute. Quia, nō peruenire. ſ. in prima ratione ad terminum ſpatij, & in ſecunda, ad tardiſſimū, in vtriſq; accidit ex diuiſione quodam modo magnitudinis: qua falſo putant ſpatiū ſic cōtinere infinitas partes, vt neutiq; valeat pertranſiri. Sed adijciunt in ſecūda tragice. i. ſumptuoſe, & faſtu quodam admirationis gratia illud ſuperlatiuum ꝙ velociſſimum non poteſt tardius perſequēdo cōſequi. ¶ Solutio autem eſt, ꝙ quādiu tardius preceſſerit non attingitur. Tamen admiſſo (vt re ipſa veritas eſt) ꝙ tempore finito trāſibitur aliqua pars ſpatij, tandem attingetur a velociſſimo. Nā ſi velocitas. v. g. eſt in duplo maior, tranſibit velociſſimum in eodem tempore, in duplo maior, tranſibit velociſſimum in eodem tēpore, in duplo maius ſpatium, q̄ tardiſſimum.

Textus. lxxx. ❧ Tertia autem, quæ nunc dicta eſt: ꝙ ſagitta quæ fertur ſtat. Accidit autem, propterea, ꝙ ſumit tempus componi ex ipſius nunc. non dato enim hoc: non erit collectio.

¶ Tertia inquit ratio eſt illa, que in initio huius capitis facta eſt: hoc fundamēto initens, ꝙ tempus ex momentis conſtat: colligenſq; ſubinde, ꝙ ſi momēto nullo ſagitta mouetur, neq; mouetur tempore toto. Fundamento autem ſubuerſo collectionem corruere neceſſarium eſt.

Textus. lxxxj. ❧ Quarta autem, ea quæ de ijs eſt, quæ in ſtadio mouentur e contrario, equalibus magnitudinibus iuxta æquales, his quidem à fine ſtadij, illis vero à medio, æquali velocitate. in quo accidere putat, æquale eſſe tempus dimidium duplo. ¶ Eſt Textus. lxxxij. autem deceptio in eo: ꝙ hoc quidem iuxta quod mouetur, illud autem, iuxta id quod quieſcit per æqualem magnitudinem cenſet, æquali tempore, ferri. hoc autem: falſum eſt. Vt ſint ſtantes æquales magnitudines, in quibus. A A A A. aliæ autē: in quibus ipſa. B B B B. incipientes à medio ipſorum. A. æquales ſecundum numerum his & magnitudinem. Aliæ autem: in quibus ipſa. C C C C. ab vltimo æquales his numero & magnitudine, & eque veloces ipſis. B. Accidit igitur primū. B. ſimul in vltimo eſſe: & primū. C. eorū quæ iuxta ſe inuicē mouētur. Accidit igitur ipm̄. C. iuxta oīa ipſa. B. tranſiſſe. Ipſa autē. B. iuxta dimidiūipſorū. A. Quare & dimidium eſſe tempus. Equali enim vtrunq; eſt, iuxta vnūquodq;. Simul autem accidit ipſa. B. iuxta omnia. C. tranſiſſe. Simul enim erit primum. B. in contrarijs vltimis, æquali tempore motum iuxta vnūquodq; ipſorum. B. quanto circa vnūquodq; ipſorum. A. vt inquit, propterea ꝙ vtrunq; æquali tempore iuxta ipſa. A. ſunt.



Ratio igitur: hæc eſt. Accidit autem: ob id quod dictum eſt falſum.

¶ Quartam pluſq̃ ſophiſticam rationem cõmiſcebatur Zeno, qua diuiſionem continui reprobaret. Sequeretur enim aiebat dimidium tempus equale eſſe ſuo duplo, vt dimidiatam horam toti hore. Sit enim (exẽpli gratia) quadrupedale ſpatium, quod deſignet quatuor literis. A. ſitq; illud immobile. Quod nos claritatis gratia faciamus eſſe in mari. Sitq; magnitudo mobilis. v. g. nauis itidẽ quadrupedalis, que deſignatur quatuor literis. B. taliter vt primũ. B. loco reſpõdeat medio pũcto totius ſpatij fixi. Sitq; alia magnitudo mobilis itidẽ quadrupedalis, que deſignatur per quatuor. C. que ponat e regione, ad quatuor. B. ita vt primũ. C. loco reſpõdeat vltimo. A. et in inſtanti iniciatiuo hore, quieſcẽte tota magnitudine. B. incipiat moueri. C. verſus. B. Et in inſtanti medio hore, quando videlicet primũ. C. obuiat primo. B. in puncto medio ſpatij fixi. B. incipiat moueri e regione verſus vltimum. A. eadem velocitate qua mouetur. C. C. vero progrediatur verſus primũ. A. hoc poſito in fine hore, primum. C. erit cũ primo. A. ⁊ primum. B. cũ vltimo. A. atq; adeo omnes tres magnitudines iacebunt pariter ab eodẽ, in idẽ punctũ. Tunc manifeſtũ eſt tẽpus quo. B. mouetur eſſe dimidiũ temporis quo. C. mouet, mota enim ſunt ambo eadẽ velocitate ⁊. B. ſola ſcda medietate hore, trãſiuit medietatẽ ſpatij fixi. C. vero in tota hora trãſiuit totum ſpatiũ. Sophiſma ergo Zenonis erat hoc. B. tranſiuit omnia quatuor. C. et quatuor. C. ſunt equalia ipis quatuor. A. ergo tm̃ ſpatiũ cucurrit. B. quantũ. C. ⁊ eque velociter: ergo tanto tẽpore mouebat. B. quanto. C. ⁊ per ɔ̃ns medietas hore eſt equalis toti. Reſpondet Ariſt. fallatiã eſſe ꝙ. B. quidẽ ferebat, iuxta id qđ mouet. i. iuxta quatuor. C. que mouebantur motu cõtrario. C. vero mouebatur iuxta id qđ quieſcit. i. iuxta quatuor. A. Et ideo in ſecũda medietate hore, quia. C. tranſiuit duo. A B. tranſiuit quatuor. C. propterea ꝙ trãſitus. B. cõſtabat ex duobus motibus. Si eñ C. maneret fixum. B. non trãſiſſet niſi duo. C. ſed quia. C. mouebat verſus ipm. B. tranſita ſunt oĩa quatuor. C. ſicuti ⁊ ipſum primũ. C. eadẽ medietate hore tranſiuit omnia quatuor. B. Non ergo ſequit. B. eadẽ velocitate tranſiuit tantũ ſpatium, quantũ tranſiuit: C. ergo tempora: motus fuerũt equalia. Sed addendum eſt in antecedenti, trãſiuit tantum ſpatium fixum.

Textus. lxxxiij.

At vero ſecundum eam quæ in contradictione eſt mutationem: nihil nobis erit impoſſibile. Vt ſi ex non albo, in album mutatur, & in neutro eſt: ſic vtiq; neq; album eſt, neque nõ album. non enim, ſi non totum in vtrouis ſit: non dicetur album aut non album. album enim dicimus aut non album: non quia totum ſit huiuſmodi, ſed quia plurime aut maxime pręcipue partes. non idem autẽ eſt: & non eſſe in hoc totum. Similiter autem, & in eo quod eſt, & in eo quod non eſt: & in alijs quæ ſecundum contradictionem ſunt, erit non enim ex neceſſitate: in altero. oppoſitorum in neutro autem: totum ſemper.

¶ Preter quatuor has rationes, addebat Zeno ⁊ aliã, qua arguere cõtendebat nihil poſſe moueri cũ eñ (aiebat) aliquid mouetur motu cõtradictionis. ſ. ex non aere, in aerem, aut ex non albo, in album, in neutro eſſe poteſt termino: quod eñ eſt in termino a quo, nondum mouetur, quod vero eſt in termino ad quẽ iam mutatũ eſt: ergo nõ reſtat vbi ſit quando mouet: ⁊ per cõſequens nihil mouet. Reſpondet Phi. ꝙ ratio hec procederet forte cõtra eos qui dicerẽt indiuiſibile moueri: nã indiuiſibile non põt eſſe partim in termino a quo, ⁊ partim in termino ad quẽ. Sed tũ nobis (inquit) nihil impoſſibile cõcludit, q: nihil mouetur niſi diuiſibile. Et ideo qđ mouet, in neutro eſt totũ: ſed partim in vno ⁊ partim in alio. vt apparet in motu locali. Et ideo illud neq; dicet ſimplr albũ, neq; ſimplr non albũ: q: albũ nõ eſt quicq̃d habet albedinẽ, niſi per maiorẽ ſui partẽ extendatur. Loquit hic Phi. de albo ⁊ non albo, vt deſignant duos terminos immediatos: nã inter nigrum et album, ſunt medie qualitates, per quas tranſit id quod mouetur. Preter hanc ſolutionẽ dabitur alia reſponſio lib. 8. text. 67. ſ. ꝙ in mutationibus inſtantaneis, nõ eſt neceſſarium ꝙ moueri: precedat mutatum eſſe: nan minimũ forme ſubſtantialis incipit in inſtãti: ⁊ ideo nullũ eſt inſtãs aut tp̃s in quo res mouet motu gñationis.

Rurſus in circulo & in ſphæra: & omnino ijs quæ in ſeipſis mouentur: quoniam accidet ipſa quieſcere. in eodem enim loco, ſecundum tempus quoddam erunt: & ipſa, & partes. quare: quieſcẽt ſimul, & mouebuntur. Textus. lxxxiiij.

¶ In hoc tex. 84. proponitur alia ratio Zenonis, qua contendebat nihil moueri circulariter. Arguebat enim. Quicquid permanet in eodem loco, quieſcit: quicquid autem mouetur localiter, permanet in eodem loco (quia cum nõ mouetur de loco ad locum, non mutat locum:) ergo quod mouetur circulariter, quieſcit.

Primo nanq;: partes non ſunt in eodem vllo tempore. Deinde: & totum ſemper mutatur in alterum: non enim eadem eſt ea quæ ab ipſo. A. ſumitur circunferentia, & ea quæ ab ipſo. B. & quæ ab ipſo. C. & aliorum vno quoq; ſignorum. niſi vt muſicus homo & hõ: q̃a accidit. Quare mutatur ſemper altera in alterã, & nunquam quieſcet. Eodem autem modo: & in ſphęra, & ijs quæ in ſeipſiis mouentur. Textus. lxxxv.

¶ Huic ſophiſmati bifariam occurrit Phi. Primum (inquit) quãuis totum nõ mutet locum, tamen ſingule partes mutant locum: dum illa que eſt in oriente, poſt modum eſt in occidente. Secundo reſpondet, totum etiam circulariter motum quodam modo mutare locum. Nam ſi deſignentur in circulo tria. v. g. puncta in triangulo, nõ eſt idẽ circularis motus q̃ incipit ab. A. ei qui incipit a. B. neq; eſt idẽ, qui incipit a. B. ei qui incipit a. C. ſaltem ſecundum rationẽ: ſed ſunt idẽ ſubiecto ratione differentes. Et ideo neq; loca quibus fiunt, ſunt prorſus eadem, ſed ratione diuerſa. Et ſi in motu recto mobilis pedalis, ꝓ ſpatium bipedale inſpicias: videbis ſucceſſiue mobile exire a prima pedalitate, et intrare ſecundã. Quemadmodum ergo ſi terminus acquiſitus in ſecunda coniungeretur cum termino a quo, conſiderandum eſt ſecundum partes in motu celi.

¶ Quod



## QVOD INDIVISIBILE non mouetur.

## CAPVT. X.

Textus. lxxxvj.

Demonſtratis autem his: dicimus ꝙ id quod impers eſt, non cõtingit moueri, niſi ſecundũ accidens, vt corpore moto, aut magnitudine in q̃ eſt. ſicuti ſi id quod in naui eſt: moueatur nauis motũ. aut pars: totius motu moueatur. Impers autem dico id: quod eſt ſecundũ quantitatem indiuiſibile. Etenim partium motus, alteri ſunt: & ſecundũ ipſas partes & ſecundũ totius motum. viderit autem aliquis, & in ſphęra maximè: differẽtiam. non enim eadem velocitas erit: & partium quæ ſunt iuxta centrum, & quæ extra, & totius, tanq̃ non vno exiſtente motu. vt igitur diximus, ſic quidem contingit moueri id quod impers eſt: vt is qui in naui ſedet naui currẽte. per ſe enim non contingit.

¶ Sunt qui textum hunc in calce ſuperioris capitis ponãt congruentius tamen ponitur in principio decimi: cum ſit cõcluſionis propoſitio, in cuius demõſtratione verſatur capitulũ hoc. Etem̃ poſtq̃ reſponſum eſt Zenoni, progreditur oſtendere in quinq; prioribus text. impartibile nõ moueri per ſe. Quo condemnatur Democritus, aſſerens indiuiſibiles atomos per ſe moueri. In reliquis quatuor tex. reſpondet Heraclito. Sunt in hoc capitulo textus nouem. In quorum hoc primo ſtatuitur primum concluſio ꝙ impartibile non mouetur per ſe, ſed per accidens. Mouetur autẽ aliq̃d per accidens dupliciter. Uno modo, tanq̃ res ſeparata exiſtens in eo qđ per ſe mouetur vt nauta mouetur ad motũ nauis. Alio modo, tãq̃ formaliter inherens ei quod per ſe mouetur vel tanq̃ pars, vel tanq̃ accidens. vt caput ⁊ albedo ⁊ punctũ mouent ad motũ hominis. Deinde exponit ſe, de quo indiuiſibili loquat. Eſt enim indiuiſibile, aut ſm ſpeciem. vt homo diceretur indiuiſibilis: quia non diuiditur in plures ſpecies: aut ſm numerum. vt Petrus: ⁊ quodlibet indiuiduum dicit indiuiſibile, quia nõ diuiditur in plura integra ſuppoſita. Et hec indiuiſibilia nihil vetat ꝑ ſe moueri. Aliud eſt indiuiſibile ſm quantitatem, vt punctum: ⁊ hoc eſt, quod non per ſe mouetur. ¶ Exponit preterea id quod p̃dixerat, videlicet partem moueri ad motum totius: idq; explicat in motu circulari, vbi perſpicatius apparet differentia motuum partiũ a motu totius. Si enim in motu. v. g. ſphere ſolis cõſideres medietatem groſſiciei interiorem verſus concauũ, minorem circulum deſcribit in die naturali q̃ pars exterior verſus conuexum: ob idq; tardius ⁊ moroſiuſq; mouetur. Motus autem totius orbis debet iudicari penes maximum circulũ deſcriptum a puncto ſignato in conuexo, ſiquidem ille circulus deſcribitur a tota ſphera. Cõcludit ergo, ꝙ punctum mouetur per accidens, ad motum continui: non tanq̃ pars continui, ſed tanq̃ ille qui mouetur in naui. Neq; vero eſt ſimilitudo ſumma: quia punctum, licet nõ ſit pars, ineſt tamen continuo.

Mutetur enim ex. A B. in. B C. ſiue ex magnitudine, in magnitudinem, ſiue ex ſpecie in ſpeciẽ, ſiue ſecundum contradictionem. Tempus autem ſit, in quo primò mutatur: in quo. D. Ergo neceſſe eſt ipſum eo quo mutatur tempore. aut in. AB. eſſe, aut in. B C. aut aliud quidem quid huius, in hoc: aliud autẽ quid, in altero: omne enim quod mutatur: ſic ſe habebat. in vtroq; igitur: non erit aliquid ipſius. partibile enim erit. At verò, neq; in B C. mutatum enim erit. ſupponitur, autem mutari. Relinquitur igitur: ipſum in. A B. eſſe, eo quo mutatur tempore. quieſcet ergo. in eodem enim eſſe tempore quodam: quieſcere eſt. Textus. lxxxvij.




¶ Probat concluſionem, videlicet ꝙ indiuiſibile non per ſe mouetur, quatuor rationibus. Prima in hoc text. 87. eſt hec. Moueatur indiuiſibile ex termino. A B. ad terminum proximum. B C. ſiue ſint motus ſm quãtitatem, ſiue ſm qualitatem, ſiue ſm cõtradictionẽ, vt ex non albo, in album, aut ex non aere, in aerem: ⁊ tẽpus quo per ſe primo. i. in quo toto mouetur, ſit. D. Tunc queritur in tempore. D. aut mobile eſt in termino a quo. ſ. A B. aut in termino ad quẽm, puta. B C. aut partim in vno ⁊ partim in alio: aliud enim quartum membrum fingi nõ poteſt. Sed neq; tertium dare poteſt contraria opinio: nam ſi cõcederet partim eſſe in vno termino, ⁊ partim in alio, fateret mobile eſſe diuiſibile. Si autem detur ſecũdũ. ſ. ꝙ eſt in termino ad quem, iam tunc mutatũ eſt: ⁊ per conſequens, non mouetur. Si vero dederit primum, ꝙ eſt in termino a quo, idem ſequitur: nam cum illic eſt nunc, ⁊ erat immediate ante hac, ſequitur vt illic quieſcat.

Quare non contingit: id quod impers eſt, moueri, aut omnino mutari. Vnice enim hoc pacto eſſet ipſius, motus: ſi tempus eſſet ex ipſis nunc. ſemper enim in ipſo nunc, motum eſſet & mutatum: vt moueatur quidem nunq̃, motum autẽ ſit ſemper. hoc autem quòd impoſſibile ſit: demonſtratum eſt & prius. neq; enim ex ipſis nunc eſt tẽmpus: neq; linea ex punctis, neq; motus ex momentis eſt. nihil enim aliud facit hoc dicens: q̃ motum ex impertibus. ſicut ſi tempus ex ipſis nunc: aut magnitudinem ex punctis. Textus. lxxxviij.

¶ Secunda ratio in tex. 88. ſumitur, ex his que ſupradicta ſunt. Dictum enim eſt ꝙ in indiuiſibili nunc nõ fit motus, ſed in quolibet nũc, eſt aliud, ⁊ aliud mutatum eſſe. Si ergo tempus componeretur ex inſtantibus, motus ſubinde componeretur ex mutatis eſſe, vt tex. 6. oſtẽſum eſt. Et tũc nihil prohibet vt indiuiſibile moueretur, quia non requireretur tunc ꝙ partim eſſet in termino a quo, ⁊ partim in termino ad quem, ſed ꝙ in alio ⁊ alio nunc eſſet in alia, ⁊ alia indiuiſibili parte ſpatij: ⁊ ideo tunc nunq̃ verũ eſſet dicere, nunc mouetur, ſed nunc mutatum eſt. At vero iam ſupra in hoc libro probatum eſt, ꝙ neq; linea ex pũctis, nec tempus ex inſtantibus. neq; ex mutatis eſſe conſtat motus.

Amplius autem, & ex his manifeſtum eſt: ꝙ neq; punctum, neq; aliud indiuiſibile vllum contingit moueri. omne enim quod mouetur: impoſ- Textus. lxxxix.

ſibile eſt prius per maius moueri ſeipſo, q̃ aut per per æquale, aut minus. ſi autem hoc: manifeſtum eſt, ꝙ & punctum per minus, aut æquale mouebitur primum. Quoniam autem indiuiſibile eſt: impoſsibile eſt minus moueri prius. per æquale ergo: ſibi ipſi. quare: erit linea ex punctis. ſemper enim cum per æquale mouetur: omnem lineam, pūctum mēſurabit. ſi autem hoc impoſsibile eſt: & moueri indiuiſibile impoſsibile eſt.

¶ Tertia ratio eſt in text. 89. talis. Quicquid mouetur priuſq̃ tranſeat ſpatium ſe maius, tranſit, aut ſibi equale, aut ſe minus. vt pedale, prius trā ſit pedale, ⁊ prius ſemipedale. q̃ bipedale ſpatium: ergo ſi punctum mouetur, ſimiliter ſe habebit: punctum autem moueri nō poteſt per aliquid ſe minus, cum ſit indiuiſibile: ergo mouebitur per equale. Si vero punctum mouetur per equalia puncta linee, que eſt in ſpatio, ſequitur ꝙ linea ipſa componitur ex punctis. Nam ſi punctum mobile mouetur per puncta linee, numerat ipſa puncta: ⁊ per conſequens omnem lineā menſurat. i. aliquoties ſumptum redit totam. Et eadem ratione colligitur, ꝙ puncta in linea ſunt ſibi inuicem immediata.

Textus. xc. ❧ Amplius autem, ſi omne in tempore mouetur, in ipſo autem nunc nihil, autem omne diuiſibile tempus eſt: erit aliquod tempus eo tempore minus, in quo mouetur, per tantum, quantum ipſum eſt. Hoc igitur, erit tempus in quo mouetur: propterea quòd omne, in tempore mouetur, tempus autem omne, diuiſibile eſſe: demonſtratū eſt prius. Si ergo punctum mouetur: aliquod erit tempus eo tempore minus, in quo ipſum motū eſt. ſed impoſsibile eſt. in minori enim: per minus neceſſe eſt moueri. quare erit diuiſibile: id quod indiuiſibile eſt in minus, ſicuti & tempus in tempus. Vnico enim modo moueretur, id quod impers eſt, & indiuiſibile: ſi eſſet in ipſo nūc impartibili moueri poſsibile. eiuſdē enim rationis eſt, in ipſo nunc moueri & indiuiſibile quod moueri.

¶ Quarta ratio eſt in text. 90. quem apud Vatablum deprauatum, vt eſſet intelligibilis, emēdanimus. Ratio eſt hec. Demus aliquod mobile. v. g. pedale tranſire per aliquod ſignum fixum. vt tex. 48. dicebamus: manifeſtum eſt tunc ꝙ prius tranſit medietas mobilis, q̃ totum, ⁊ prius quarta pars, q̃ medietas ⁊c. Eſt ergo argumentum. Cum omnis motus fiat in tempore, ⁊ omne tempus ſit diuiſibile in ſemper diuiſibilia, in omni motu eſt ſignare tempus, minus eo tempore in quo mobile trāſit ſpatium ſibi equale, vel (quod idem eſt) in quo mobile totū tranſit per aliquod ſignum fixum: in quo. ſ. minori tempore, tranſit pars mobilis. Et quacunq; parte mobilis data, datur minor pars temporis in qua tranſit minor pars mobilis. Si igitur punctum mouetur, dabitur minus tempus eo in quo punctum trāſit ſpatium ſibi equale: hoc autem eſt impoſſibile, qua tunc in illo minori deberet tranſire per idem ſignum, pars puncti: quam tamen nullam habet: alias eſſet diuiſibile. Subdit ergo Ariſtot. vnico modo poſſe indiuiſibile moueri: nempe ſi motus fieret in inſtanti: quia tunc, ſicut non eſſet neceſſarium dare partem temporis, in quo totum mouetur. neq; opus eſſet dare partem mobilis. Et ideo ſupra conſequentibus rationibus probatū eſt, ⁊ motum, non fieri inſtanti, ⁊ indiuiſibile, nō poſſe moueri.

❧ Mutatio autem: nulla eſt infinita: omnis enim eſt ex quodam in quiddam: & ea quæ eſt in contradictione, & quę eſt in contrariis. Quare earum que ſecundum contradictionem ſunt: affirmatio, & negatio terminus eſt. vt generationis quidem, id quod eſt: corruptionis verò, id quod non eſt. earum autem quę ſunt in contrariis: ipſa contraria. hæc enim ſunt extrema mutationis. quare & alterationis omnis (ex contrariis enim quibuſdā eſt alteratio) ſimiliter autem, & augmentationis, & diminutionis. augmentationis enim terminus eſt, qui ſecūdum naturam propriam eſt perfectē magnitudinis. Diminutionis verò: hui⁹ remotio. Textus, xcj.

¶ In hoc tex. 91. ⁊ ſubſequentibus ſubinfert ex ſupradictis, nullum motum, aut mutationem horum inferiorum, poſſe eſſe perpetuam ⁊ infinitā. Quo contradicit Heraclito, dicenti, omnia ſemper moueri. Id quod primo manifeſtat in motu alterationis (quem vocat in contrariis) ⁊ in motu augmentationis: ⁊ in motu generationis, et corruptionis: qui eſt ſecundū contradictionem. Nam terminus (inquit) generationis, eſt eſſe: corruptionis autem, non eſſe: termini vero alterationis ſunt extrema contraria. vt a ſummo frigido, ad ſummum calidū: a ſummo nigro, ad ſummū album. Augmentationis vero terminis eſt maxima quātitas, ſub qua vnaqueq; ſpecies conſeruat: decremēti vero, minima (loquitur. n. de augmento ⁊ decremento rerum naturalium) vbi autem motus terminum habet ⁊ finem, eſſe non poteſt infinitus: repugnat enim infinito terminum habere. Nullius ergo rei corruptibilis motus eſt ſempiternus.

❧ Loci autem mutatio: ſic quidem non erit finita. non enim omnis, in contrariis eſt. Sed quoniā impoſsibile eſt diuiſum eſſe ſic: ex eo quia non cōtingit eſſe diuiſum (multipliciter enim dicitur: impoſsibile) diuidi non cōtingit, id quod ſic impoſsibile eſt diuidi. nec omnino quod impoſsibile eſt fieri, fieri: neq; quod mutari impoſsibile eſt, continget vtique mutari in id quod poſsibile eſt mutari. Textus. xcij. ❡ Si ergo id quod fertur, mutetur in aliquid: & impoſsibile erit mutari. Quare nō eſt infinitus motus: neque feretur infinito motu. impoſsibile enim eſt: tranſire illum. Quod igitur ſic nō eſt infinita mutatio vt non finiatur terminis: manifeſtum eſt. Textus. xciij.

¶ In tex. 92. ait, non adeo lucide eandem rationē procedere de motu locali: quippe qui nō omnis ita hꝫ manifeſtos terminos cōtrarios. Ait, non omnis: quia in motibus naturalibus grauium ⁊ leuium termini ſunt centrum ⁊ concauum lune: qui proinde motus eſſe non poſſunt infiniti ⁊ continui. In motibus vero liberis (quales ſunt animalium) ⁊ in motibus violētis proiectorum, non hac ratione ſumūtur termini: ſed ſm voluntatem,



tatem, aut potentiam mouentis. Ibidq;, in huiuſmodi motibus rectis alia ratione monſtrandum eſt infinitum motum, non eſſe poſſibilem. Supponenda enim eſt maxima hec. Id quod nō contingit eſſe diuiſum, ex eo quia non contingit: fit vt ſit impoſſibile ſic eſſe diuiſum. Et quia impoſſibile (vt habetur primo de celo) accipit multipliciter. ſ. ⁊ ſecundū quid, pro eo quod non bene, nō facile, factibile eſt: ⁊ ſimpliciter pro eo qđ nullatenus fieri poteſt, ait ſe accipere impoſſibile ſimpliciter. Exempli gratia. Si non contingit continuū in omnem ſuam partē eſſe diuiſum, impoſſibile eſt ſic eſſe diuiſum: ⁊ ſi non contingit aliquid fieri, impoſſibile eſt ſic fieri. Id quod dialectici dicunt: ſi de ineſſe, non eſt poſſibilis, modalis erit impoſſibilis. Eadem ratione per oppoſitum: ſi contingat aliquid mutatum eſſe a quodā in quiddā, nō erit impoſſibile ſic mutari: nam ſi motus ad terminum eſſet impoſſibilis, et aſſecutio termini eſſet impoſſibilis. ¶ Ratiocinatur ergo ſic in tex. 93. Quicquid mouetur, mouetur a quodam in quiddam: ergo contingit mutatum eſſe in terminum: quod autem contingit mutatum eſſe in aliquem terminum, poſſibile eſt moueri vſq; ad illum: infinitum autem ſpatium impoſſibile eſt pertranſiri: ergo infinitus motus. nō eſt poſſibilis. Et ſic concludit manifeſtum eſſe ꝙ nō eſt ſic poſſibilis infinita mutatio, vt non finiatur aliquo termino. Quod eſt dicere impoſſibilē eſſe infinitū motū rectū per infinitam magnitudinē.

❧ Sed ſi eſſe poſsit ſic, vt tempore ſit infinita, vna & eadem exiſtens: conſiderandum eſt. nam vna quidem ſi non fiat: nihil fortaſsis prohibet. vt ſi poſt loci mutationem alteratio ſit: & poſt alterationem augmentatio, & rurſus generatio. ſic enim, ſemper quidem erit tempore motus: ſed nō vnus, propterea ꝙ non eſt vnus ex omnibus. Vt autem fiat vnus, non contingit infinitum eſſe tēpore: præter vnum. hic autem: eſt circularis latio. Textus. xciiij.

¶ Poſt demonſtrationē huius, ꝙ non ſit poſſibile vnum eſſe motū infinitum continuum per ſpatium infinitū, inueſtigat an ſit poſſibilis motus infinitus ratione tēporis. i. durans infinito tempore. Aitq; eum eſſe poſſibilem dupliciter. Vno modo ſi non ſit ſimpliciter vnus ſecundū ſpeciē. Vt ſi poſt loci mutationem (. v. g. qua agens applica ſpaſſo) mox ſuccedat alteratio, deinde generatio, pꝛeterea cōrruptio, que eſt generatio alterius. Et ita ſi mundus eſſet eternus, vt vult Ariſto. ſuccederent infiniti motus, alius deinceps poſt alium. Quod autem eſſet vnus infinitus cōtinuus non eſt poſſibile. Preter vnū (inquit) circularē motum celorum. Hic eſt enim ſecundus modus quo eſſe poteſt motus tempore infinito: eo quod non ſit per infinitū ſpatiū, ſed ſuper idē circulationibus infinitis.

Finis ſexti Phyſicorum.

# ❧ Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper ſeptimum Phyſicorum Ariſtotelis Commentaria.

## CAPVT. I.

Tex.j. OMNE quod mouetur: neceſſe eſt ab aliquo moueri. ſi igitur in ſeipſo non habet principium motus: manifeſtum eſt ꝙ ab altero mouetur. ſi autē in ſeipſo: accipiatur in quo. A C. quod moueatur non ex eo, quia partium huius aliqua mouetur. Primū igitur opinari. A C. à ſeipſo moueri, propterea ꝙ totum mouetur, & à nullo externorum: ſimile eſt ac ſiquis ipſo. D E. mouente ipſum. E F. & illo moto, opinetur. D E F. à ſeipſo moueri. propterea ꝙ non intuetur vtrum ab vtro moueatur: vtrū. D E. ab. E F. an E F. ab ipſo. D E.

¶ Poſtꝗ̄ in primo ⁊ ſecūdo libris de principio et cauſis rei naturalis, in tertio vero de motu, ⁊ in quarto, de ei adiacētibꝰ loco ⁊ tpe, ſed in quinto ⁊ ſexto, de eius diuiſione, tam in ſuas ſpecies, ꝗ̄ in partes, ſecūdū tēpus diffuſe tractatū eſt, ſubſequitur in duobus his reliquis de motu dicere in ordine ad primum motorē. In hoc enim ſeptimo diſcerit peruenienendū eſſe in motibꝰ, ⁊ ex parte mobiliū, ad rem primū motā, ⁊ ex parte mouētiū, ad primū motorē: ⁊ in octauo, ꝓquirit quidnā ſit hoc primū motum, qualiſq; ſit primus ille motor. Septimus autē hic liber in quinq; capitula ſectus in diuiſione Cōmentatoris per triginta nouem textus diſtribuitur. In prioribus nāq; viginti diſputatur de primo moto, primoq; motore, ⁊ in reliquis de proportione motuū. ¶ Capitulū primū continet textus nouē. In primo ſtatuit concluſio hec tanꝗ̄ omnium baſis que dicenda ſunt. Omne qd̓ mouet, ab alio mouet. Ante cuiꝰ probationē excludit fallaciā qua decipi quis poſſet, nō omne quod mouetur, ab alio moueri. Etenim qn̄ res ab extrinſeco principio mouet, tunc palā eſt ab alio moueri. vt quando aqua calefit ab igne, vel a ſole, aut lapis proijcitur. Qn̄ vero mouetur a principio intrinſeco (vt eſt in viuentibus) tunc apparet nō moueri ab alio. Sed tamē tunc vna pars per ſe mouetur ab alia, que per ſe mouet. Ut ſi corpꝰ. D E F. ab intrinſeco moueat, eſt quia prima pars. D E. mouet alteram. D F. vt ſi aque prima medietas ſit calida, calefaciet alteram. Si tamen in animali ſuſpicio ſit, eandem eſſe partem per ſe motam, ⁊ per ſe mouentem, eſt apud eum qui diſcernere neſcit quenā pars per ſe moueat, que ve ſit per ſe mota.

Text.ij. ❧ Amplius id quod à ſeipſo mouetur: nunq̄ ceſſabit moueri, propterea quòd aliquid aliud ſtetit quod mouebatur. Neceſſe eſt ergo ſi quid deſinat moueri, eò ꝙ aliud aliquid ſtetit: hoc ab altero moueri. hoc autem cùm manifeſtum factū ſit: neceſſe eſt omne quod mouetur, moueri ab aliquo. Quoniam enim acceptum eſt. A C. moueri: diuiſibile erit. omne enim quod mouetur: diuiſibile eſt. diuidatur igitur: in. B. neceſſe eſt igitur. B C. quieſcente quieſcere &. A C. ſi enim non: accipiatur moueri igitur. B C. quieſcente: mouebitur vtiq;. A C. non ergo mouetur per ſe. A C. ſed ſupponebatur: per ſeipſum moueri primum. Manifeſtum eſt igitur ꝙ. B C. quieſcente: quieſcet &. A C. & tunc deſinet moueri. ſed ſiquid ex eo quia aliud quieſcit ſtat & ceſſat moueri: hoc ab altero mouetur. manifeſtum eſt igitur: ꝙ omne quod mouetur: ab aliquo mouetur. diuiſibile enim eſt: omne quod mouetur. & parte quieſcente: quieſcet totum.

¶ In text. 2. probat directe ꝙ omne quod mouet, ab alio mouet: ſuppoſito hoc manifeſto principio; ꝙ ſi aliquid a ſeipſo per ſe primo mouetur, id quidē nō quieſcet, propterea ꝙ aliud qd̓uis quieſcat: quādoquidē eius motus a nullo alio dependeat, vnde e cōtrario ſi detur mobile qd̓ ad quietē alterius deſinat ipſum moueri, nō equidē mouetur a ſe per ſe primo, iam. n. eius motus aliunde pendet. ¶ Hinc ſyllogizat Philoſophus ſuam concluſionē hoc mō. Detur mobile qd̓ per ſe primo mouetur. v. g. A C. quod qͥdē neceſſe eſt eſſe diuiſibile. vt lib. 6. tex. 87. monſtratū eſt. Diuidat ergo in pūto. B. ⁊ arguit ſic. Quieſcente parte. B C. neceſſe eſt totum. A C. quieſcere: ergo. A C. non a ſe ꝑ ſe primo mouebat. Cōſequētia eſt nota ex preiacta ſuppoſitione: ⁊ probatur aſis: nam dato oppoſito videlicet ꝙ. B C. parte quieſcente totū. A C. moueretur, ſequitur. A C. non moueri per ſe primo, ſꝫ rōne alterius partis. A B. nam qn̄ totū mouetur vna parte quieſcente non mouet per ſe primo rōne totius, ſed rōne illius partis. Cū autē ſuppoſitū ſit totū. A C. per ſe primo moueri, neceſſe eſt vt moueatur rōne totius: atq; adeo quieſcēte. B C. Parte quieſcat totū. Indeq; rurſus ſequitur ꝙ totū nō per ſe primo a ſe mouet. Siquidē a motu partis depēdet motus totius. ¶ Circa hanc rationē Ph. eſt duplex dubiū. Primum eſt Galeni dicētis id qd̓ mouetur ratione partis, moueri per ſe: nam moueri per aliquid ſui eſt moueri per ſe. Obidq; nō valet (inquit) ꝯña, quieſcente vna parte totū mouet rōne alterius: ergo non mouetur per ſe. Dubiū tn̄ hoc naſcit ex ignorātia hoīs nō diſtinguētis inter per ſe, ⁊ ꝑ ſe pͥmo. Etenim ꝑ ſe ſolū diſtinguit cōtra per accidēs: ſꝫ per ſe primo diſtinguitur contra per accidens ⁊ per partē. Animal enim quod mouetur ratione anime, non quidē mouetur per accidens (quia illud quo mouet nō eſt accidēs) attn̄ nec mouet per ſe primo: Galenus. ſed rōne partis. ¶ Maius tn̄ dubiū eſt Auicene qui huic rationi hoc mō obuiam venit. Dato. n. (inquit) corpore qd̓ a ſe per ſe primo moueretur, illius neceſſe eſſet vt ſingule etiā partes a ſeipſis per ſe primo mouerent: ⁊ ideo ſuppoſitio Ariſto. ſ. ꝙ eiuſmodi corporis pars. B C. quieſcat eſt impoſſibilis. Ex ſuppoſitione autē impoſſibili nimirū ſi aliud impoſſibile ſequat: puta id qd̓ ꝑ ſe primo mouet, moueri ſm̄ partē. ¶ Cui Auerro. concedit, demonſtrationem procedere ex impoſſibili: conceditq; ſubinde non eſſe demonſtrationem a priori, ſed a poſteriori, ⁊ a ſigno. ¶ At vero S. Thom. egregie reprehendit Cōmentatorem. Nam ꝗ̄uis demōſtratio ꝓcedat ex ſuppoſitione impoſſibili, acute tn̄ a priori oſtēdit qm̄ nullum corpus diuiſibile pōt per ſe primo a ſe ipſo moueri. Moueri enim per ſe primo a ſe, eſt eſſe ſibi primo cauſam ſui motus. Cū autē lib. 6. text. 46. ⁊ ſequētibus probatū ſit, ꝙ nec dat prima pars motus, nec in mobili prima pars mota, nec in ſpatio prima pertranſita ꝓpter diuiſionē cōtinui in infinitum: eadē rōne probat, ꝙ neq; in mobili diuiſibili nō poteſt dari, aut totum mobile, aut aliq̄ eius quantūcunq; minima pars, que non dependeat ex motu ſue partis: ſicut non datur aliquod diuiſibile ens quod nō dependet ex alio ente, puta ex parte ſua. Et ideo nullū diuiſibile mobile, a ſe primo mouet: ſicut nullū corpus, a ſe primo eſt ens: quia dependet ex partibus. Unde Plato ponēs aliquid per ſe primo moueri a ſe, dicebat hoc tn̄ conuenire ſubſtantie ſpirituali: que ſe intelligit amatq;. Cui Ariſt. hic non contradicit: quippe q̄ nō loquit de motu ſpūali: q̄ eſt pfectio ſubiecti: ſꝫ de motu corporeo: q̄ eſt actus entis in potentia.

Textus. iij. ❧ Quoniam autem omne quod mouetur, ab aliquo mouetur: neceſſe eſt & omne quod mouetur in loco, moueri ab alio. & id igitur quod mouet: ab altero, quoniam & ipſum mouetur. & rurſus hoc: ab altero. non autem in infinitum abibit: ſed ſtabit alicubi, & erit aliquid quod primò cauſa erit motus.

¶ Hoc ceu fundamēto ꝑiacto, procedit ad demōſtrādū primū motorē. Quonia ſi hoc corpꝰ quod localr̄ mouet, mouet ab alio querit de illo alio, aut illud eſt per ſe primo mouens non motum, et tunc ille erit primus motor: ſi vero mouetur, debet moueri ab alio, ⁊ ſic vel abeundū eſt in infinitum, vel ſtandū alicubi: nō autē in infinitū procedi-

Text. iiij. tur: ergo ſtandū eſt in primo mouēte immobili. Ponit exēplū in motu locali claritatis gratia.




❧ Si enim non, ſed in infinitum procedat: ſit. A. quidem id quod ab ipſo. B. mouetur. B. verò ab ipſo. C, C. autem ab ipſo. D. atque hoc igitur modo in infinitum procedat. Quoniam ergo ſimul & ipſum mouēs mouetur: manifeſtum eſt, quòd ſimul mouebitur, &. A. &. B. cùm enim mouetur ipſum. B. mouebitur &. A. & cùm mouetur. B. & ipſum. C. & cùm. C. ipſum. D. erit igitur ſimul: & motus ipſius. A. & ipſius. B. & reliquorum cuiuſq;. ¶ Et accipere igitur vnūquodq; ipſorū: poterimus. etenim ſi vnūquodq; ab vno quoq; mouetur: nō minus vnus numero eſt cuiuſq; motus, & non infinitus extremis. quoniam quod mouetur omne: ex quodam in quoddam mouetur.

¶ In text. hoc. 4. ſequentibꝰ probat minorē ſuperioris rationis. ſ. ꝙ non eſt abire in infinitum mouentibus. Et premittit in hoc text. duas ꝑmiſſas. Prima eſt ꝙ ſi detur per impoſſibile infinita mouentia, vt. A. moueatur a. B. B. a. C. ⁊. C. a. D. ⁊c. neceſſe eſt omnia eodem ſimul tempore moueri, nam ſi. B. non mouet. A. niſi motum a. C. neceſſe eſt. A. ⁊. B. ſimul moueri, ⁊ ſi. C. non mouet. B. niſi motum a. D. opus eſt vt. B. ⁊. C. ſimul moueantur, ⁊ ita de alijs, vt ſi aquā baculo moueas, aq̄ ſimul, ac baculū ⁊ manus ſimul moueantur neceſſe eſt. ¶ Altera premiſſa eſt ꝙ poſſumus vnūquodq; illorū accipere. i. poſſumus ſingulos illorum motuum diffinire. ſeu finitos oſtendere, nam ꝗ̄uis. A. mouetur a. B. ⁊. B. a. C. ⁊c. tamen motus quo mouetur. A. alius numero eſt a motu, quo mouetur. B. nam ſi mobilia differunt numero ⁊ motus qui ſunt eorū accidentia, numero differunt. Et preterea ſinguli ſunt finiti. Nam omnis motus eſt inter duos prefixos terminos quodammodo contrarios.

Textus.v. ❧ Aut enim numero accidit eundem eſſe motū: aut genere, aut ſpecie. numero igitur dico eundē motum: qui ex eodem in idem numero, in eodē tēpore numero, ſit. vt ex hoc albo, quod eſt vnū numero: in hoc nigrum, ſecundum hoc tempus, quod eſt vnum numero. ſi enim ſecundū aliud: non amplius vnus erit numero, ſed ſpecie. Genere autem idem eſt motus: qui in eodem prædicamento, ſubſtantiæ vel alterius generis eſt. Specie autem: qui eſt ex eodem ſpecie in idem ſpecie. vt ex albo in nigrum: aut ex bono in malum. hęc autem: dicta ſunt & in prioribus.

¶ Quoniam dixerat motus pluriū mobilium numero differre, inſerit tripliciter cōtingere motū eſſe eundē: vt lib. 5. text. 31. dixerat. ſ. numero, ſpecie, ⁊ genere motus idē numero eſt qui eſt eiuſdem mobilis ab eodem numero terminū in eundē numero ⁊ eodē numero tpe, nam motus quorū alter eſt ab hoc albo in hoc nigrū, alter vero ab alio albo, in aliud nigrum, numero differunt, ⁊ ſunt eiuſdem ſpeciei. Genere autem ſunt idem qui ſunt inter terminos eiuſdem predicamenti: vt calefactio, ⁊ albefactio que genere differunt ab augmentatione.

Text⁹. v. ❧ Accipiatur igitur motꝰ ipſius. A. & ſit in quo E. & ipſius. B. in quo. F. & ipſius. C. &. D. in quo G. &. H. & tempus in quo moueatur. A. ſit. K. Determinato autem motu ipſius. A. determinatum erit & tempus, & non infinitum, quod eſt. K. ſed in eodem tempore: mouebatur. A. &. B. & reliquorum vnūquodq;. Accidit ergo motum. E F G H. infinitum exiſtentem: in tempore finito moueri, quod eſt. K. in quo enim. A. mouebatur: & quæ poſt. A. conſequenter ſunt omnia, mouebantur infinita exiſtentia. Quare, in eodem mouentur. etenim, aut æqualis erit motus ipſius. A. motui ipſius. B. aut maior. refert autem nihil. prorſus enim infinito motui: in tempore finito accidit moueri. hoc autem impoſsibile eſt.

¶ Ex

¶ Ex premiſſis ratiocinatur nõ eſſe proceſſum in infinitũ in cauſis, non quidem efficaci demõſtratione, ſed ratione quã quis forte putaret alicuiꝰ valoris. Accipiatur.n.(inquit) motus quo mouetur. A. qui ſit. E. ⁊ motus ipſius. B. qui ſit. F. ⁊c. vt apparet in marginali figura. Et tẽpus quo mouetur. A. ſit. K. quod manifeſtũ eſt eſſe determinatũ.i. finitũ, cum motus ipſius. A. ſit finitus. Tunc ſic. Tempus quo mouet̃. A. eſt finitũ, ⁊ monſtratũ eſt omnia illa infinita eodẽ tẽpore moueri: ergo oẽs illi motus qui ſunt numero infiniti fiunt in tẽpore finito: ex infinitis autẽ motibus videt̃ componi vnus motus infinitus: ergo motus infinitus fit in tẽpore finito, cuius contrarium demonſtratũ eſt lib. 6. tex. 66. Nec refert an omnes illi motus fuerint eque veloces, an alius alio tardior: nam cum ſinguli ſint finiti (vt dictũ eſt) ſinguli cõſumunt tẽpus finitum: ⁊ cum omnes qui ſunt numero infiniti, ſimul fiãt, fiũt in tp̃e finito.

Textus. vij. ❧ Sic igitur videbitur demonſtrari: id quod ab initio diximus. non tamen demonſtratur: propterea ꝙ nullum imconueniens accidit. contingit enim in tempore finito: infinitum motũ eſſe: non autem eundem: ſed alterum & alterum, multis motis, & infinitis quod quidem: accidit & iis quæ nunc diximus.

¶ Subdit verũtñ Ph. prefatã rationẽ nõ eſſe efficacẽ: nã eſto per impoſſibile infinita mobilia mouerẽtur tp̃e finito: nõ inde ſequeretur motum infinitũ fieri tp̃e finito: quia motus illorũ mobiliũ non faciunt vnũ motũ. Ut ſi infiniti hoĩes ſimul vna hora mouerentur. Qđ autem idem mobile infinito motu moueret̃ tp̃e finito, illud eſſet impoſſibile. Obidq; ſubiũgit demonſtratiuã rõnẽ.

Textus. viij. ❧ Sed ſi id quod mouetur primò, ſecundum locũ & corporali motu, neceſſe eſt tangere, aut continuum eſſe mouẽti, vt videmus in omnibus hoc contingere: erit ex omnibus, vnum: ipſum totum aut continuum. Hoc igitur poſſibile accipiatur: & ſit magnitudo quidem, aut cõtinuum in quo. A B C D. Huius autem motus: E F G H. refert autem nihil: finita ſit an infinita. ſimiliter enim in tempore finito. K. mouebitur, aut finita, aut infinita, horum autem vtrũq;: impoſſibile eſt.

¶ Quoniã defectus ſuperioris rõnis videbat̃ eſſe, ꝙ quãuis concederet̃ infinita mobilia moueri tp̃e finito, puta vna hora, nõ ſequebat̃ motũ infinitũ eſſe in tẽpore finito: eo qđ illi motus, quorũ quilibet erat finitus, non faciebant vnum, vult mõ oſtendere ꝯñiam eſſe bonã, ſi adiũgatur alia premiſſa que eſt maxima in philoſophia. Uidelicet. Mouens ⁊ motũ debent eſſe ſimul. ſ. aut contigua vt manus baculo, ⁊ baculus lapidi: aut cõtinua vt cor maſculis, ⁊ maſculi manui. Et hoc in motibus (inquit) ſecundũ locũ ⁊ in alijs corporeis: nam de motibus ſpiritualibus alia eſt ratio. Cum ergo hoc ſit neceſſarium, poſſibile eſt vt omnia mouentia continuent̃ ⁊ faciant vnum: vt ſi manus continuetur baculo, ⁊ baculus lapidi: aut ſi elementa ⁊ ſibi ⁊ celis continuentur. Tunc ſit illa magnitudo. A B C D. ⁊ motus illarũ partium. E F G H. ⁊ inde ſequitur, ꝙ ſicut mobilia faciunt vnum, ita ⁊ motus facient vnum motũ infinitũ: qui fiet eo tẽpore finito, quo fiebant omnes motus qñ erãt ſeorſum diuiſi. Addit vero Ph. ꝙ nihil refert magnitudinẽ illã eſſe finitã (vt ſi partes ille eſſent proportionales) aut infinitam, vt ſi eſſent equales, q2 cum cuilibet parti correſpõdebat ſuus motꝰ diſtinctꝰ. faciẽt vnũ motũ infinitũ.

Mouẽs et motum debẽt eſſe ſimul.

Textus. ix. ❧ Manifeſtum eſt igitur: quòd ſtabit aliquando, & non in infinitum abibit quod ſemper ab altero, ſed erit aliquid quod primum mouebitur. Nihil autem referat: ſuppoſito quodam, hoc demonſtrari. Eo enim quod eſſe poteſt, poſito: nullum inconueniens oportebat accidere.

Poſſibili poſito in eſſe ⁊c.

¶ Concludit igitur illã rationẽ probare ꝙ ſi ſint infinita mobilia ⁊ mouentia, inde ſequit̃ infinitũ motũ poſſe fieri tẽpore finito: qđ cũ ſit impoſſibile, ſequit̃ neq; eſſe poſſibile vt ſint infinita mouẽtia. At quia poſſet quis dicere non eſſe cõtingẽs omnia mouentia totius orbis eſſe continua, dicit ꝙ quãquã id non ſit contingens, quia repugnat nature particulari ſingulorum elementorũ ⁊ celi, nihilominus loquendo in genere nulla eſt repugnantia, quatenus mouentia continuent̃. Et ideo poſſibili poſito in eſſe nullum ſequit̃ inconueniens. Cum ponatur ad oſtendendum impoſſibilitatẽ ſimpliciter alterius. ſ. infinitas poſſe fieri motiones in tempore finito.

## ❧ QVOD MOVENS ET MOTUM DEBEANT ESSE SIMUL.

## CAPVT. II.

PRIMVM autem mouens, non vt id cuius cauſa, ſed vnde principium motus eſt. ſimul cũ eo eſt quod mouetur. ſimul autem dico: quia nihil inter ipſa eſt. hoc enim commune eſt: in omni quod mouetur, & quod mouet.

¶ Dixerat tex. 8. quaſi aliud agens, mouens ⁊ motum debere eſſe ſimul: at quia ſentẽtia hec, inter dignitates habetur ⁊ principia phyſica, perſeuerat in hoc cap. 2. (qđ quatuor habet textus) eam ex profeſſo ſtabilire. Exponit autem prius in hoc fragmento ſuperioris textus concluſionẽ ex parte mouentis. Eſt enim mouens, aliud finis (qđ dicitur, id cuiꝰ cauſa) ⁊ id non opus eſt contingere mobile. Mouet̃ enim infirmus a ſanitate abſenti vt ſumat potionẽ. Aliud eſt mouens vt cauſa efficiens: qđ appellatur vnde principiũ motus. Sed hoc item eſt duplex: aliud remotum tanq̃ cauſa vl̃is, vt ſol eſt cauſa roſe: ⁊ neq; iſtud tangit mobile. Aliud eſt mouens immediatum. i. inter quod ⁊ mobile non mediat aliud mouens (nam inter ſolem ⁊ roſam mediat planta) ⁊ hoc (inquit) neceſſe eſſe ſimul cum mobili, aut contiguum illi, aut continuum: Nec id (inquit) in motu tantum locali: ſed in alijs etiam motuũ generibus. Sequitur diuiſio ex parte mobilis.

Textꝰ. x. ❧ Quoniam autem tres ſunt motus, is. ſ. qui ſecundũ locum, & qui ſecundũ qualitatem, & qui ſecundũ quantitatẽ: neceſſe eſt & ea quæ mouentur, tria eſſe. Qui igitur eſt ſecundũ locũ: loci mutatio. qui verò ſecundũ qualitatem: alteratio. qui verò ſecundum quantitatem: augmentatio & diminutio. ℂ Primum igitur: de loci mutatione dicamus. hæc enim: primus motuum eſt. Omne igitur quod fertur: aut ipſum à ſeipſo mouetur, aut ab altero. Si igitur à ſeipſo: manifeſtum eſt, quòd cũ in ipſo mouens ſit, ſimul erit mouens & quod mouetur, atque nihil inter ipſa erit. ℂ Quod autem ab alio mouetur: quadrifariam mouetur. motus enim ab altero: quatuor ſunt, pulſio, tractio, vectio, vertigo. etenim, alios omnes ad hos reduci, accidit. ℂ Pulſionem igitur, alia quidem impulſio, alia verò expulſio. Impulſio igitur eſt. cũ mouens ab eo quod mouetur non relinquitur. Expulſio verò: quando expellens relinquitur. ℂ Vectio autem: in tribus erit motibus. nam quod vehitur: non ſecundũ ſe mouetur, ſed ſecundũ accidens. ex eo enim mouetur: quia in eo quod mouetur eſt, aut ſupra id quod mouetur. Id autem quod vehit: mouetur aut pulſum, aut tractum, aut vertigione actum. manifeſtum eſt igitur: ꝙ vectio in tribus erit motibus. Tractio autẽ: aut cum ad ſeipſum, aut ad alterũ, velocior eſt motus trahentis, non ſeparatus à motu, eius quod trahitur. etenim ad ſeipſum eſt tractio: & ad alterum. Et reliquę & iam tractiones eadem ſpecie: ad has redũcentur. vt inſpiratio, & expiratio, & ſputatio, & quæcũq; corporum emiſſiuę, aut receptiuę ſunt, & diuulſio & texio. horum enim aliud quidem congregatio eſt: aliud vero, diſgregatio. & omnis igitur motus ſecundũ locum: congregatio & diſgregatio eſt. ℂ Vertigo autem: componitur ex tractione & pulſione id enim quod mouet, pellit hoc: trahit autem illud. ℂ Manifeſtum igitur eſt, ꝙ ſi ſimul pellens & trahens eſt cum eo quod pellitur & trahitur: nihil eſt mediũ inter id quod mouet & id quod mouetur. Hoc autem, manifeſtum eſt ex dictis. nam pulſio: aut à ſeipſo, aut ab alio ad aliud motus eſt. Tractio autem: ab alio ad ſeipſum, aut ad aliud. Ad hæc autem: compulſio & depulſio. ℂ Proiectio autem, quando velocior motus fit eo qui eſt ſecundũ naturam eius quod fertur, vehementiore facta pulſione. & eo vſq; facta accidit ferri: quo vſq; vehementior ſit motus eius quod fertur. Manifeſtum eſt igitur: quoniã id quod mouetur, & mouens ſimul ſunt, & nihil inter ipſa medium eſt.

Quatuor ſpẽs mot.

¶ Tres ſunt ſpecies motus. ſ. localis ⁊ alterationis ⁊ augmentationis: ſub qua cõprehenditur decretio: nam generatio non eſt motus vt lib. 5. tex. 9. dictum eſt: ſed eſt terminus motus alterationis, ⁊ ideo quantum ad rationem hanc pertinet idem eſt ⁊ alterationis ⁊ generationis iudicium. Atqui iuxta tres ſpecies motuũ tres ſunt ⁊ ſpecies mobilium: in quibus ſigillatim oſtẽdit, ⁊ mouẽs ⁊ id qđ mouetur ſimul eſſe. Haud enim rationem affert a priori, ſed inductione vtitur: idq; prius hoc textu decimo in motu locali: qui vt habetur lib. 8. tex. 55. eſt omnium primus. ¶ Id quidẽ qđ localiter mouetur, aut mouet̃ a ſeipſo .i. a principio intrinſeco actiuo qđ eſt in ipſo. Ut contingit in motibꝰ progreſſiuis animaliũ, quorum pars mouens cõtinuatur parti mote. Supponamus cor, vbi generant̃ ſpiritus vitales, eſſe partẽ mouentẽ. Et in his manifeſtum eſt mouens ⁊ id quod mouetur eſſe ſimul: ſiquidẽ ſunt cõtinua. Aut mouet̃ ab alio. i. a principio extrinſeco, vt cõtingit in nõ viuẽtibus. Et hmõi motuũ quatuor ſunt ſpecies. ſ. pulſus, tractio, vectio, ⁊ vertigo, ſeu volutio. Nã ſi qui alij ſunt, ad hos reducunt̃. Atqui pulſionũ alia eſt impulſio: nẽpe qñ pellẽs non deſerit pulſum: ſed eſt ei ſemper attiguũ: vt cũ hoĩes lacertis magnũ ſaxũ e loco ſummouẽt: alia vero eſt expulſio, vt qñ lapis iactat̃, aut ſagitta. ¶ At vectio (inquit) in alijs tribus motibꝰ fũdat̃. Differt enim vectio ab alijs: nam id qđ vehit̃ nõ mouet̃ per ſe: ſed per accidẽs ad motũ alteriꝰ: qđ mouetur per ſe: vt cũ homo vehit̃ naui, q̃ per ſe mouet̃ impulſa a vẽtis, aut equo. ¶ Tractio differt a pulſione, ꝙ pellẽs eſt in t̃mĩo a quo a tergo tangẽs mobile, trahens vero eſt in t̃mĩo ad quem vel quaſi. Eſt.n. duplex tractio: alia q̃ dicitur attractio, qñ quis ad ſeipſum trahit. vt qui a portu rudẽte traheret ad ſe nauim: alia q̃ dr̃ ſimplr̃ tractio, qñ quis nõ ad ſe ſimpliciter, ſed ad aliud trahit. vt cũ quis capiſtro traheret iumẽtũ ad aquã aliquantulũ diſtantẽ ab ipſo trahẽte. Et qñq; res que trahit̃ etiã per ſe mouet̃, ſed trahens facit vt velocius moueat̃, vt cũ quis motũ iumenti velocius ipſe motꝰ extẽſo capiſtro accelerat. Et ideo ait Ariſt. ꝙ tractio eſt motus velocior trahentis ad ſe, vel ad alterũ non ſeparatus: nã trahens debet eſſe contiguũ; aut tracto, aut feſti per quam trahit. Subiũgit Ph. ꝙ relique motionũ ſpecies ad has ferme reducuntur, nã inſpiratio eſt attractio aeris cõſtricto pulmone: expiratio autẽ expulſio aeris extẽſo pulmone. Sicuti ſputatio eſt expulſio ſputi: diuulſio vero eſt attractio radicũ a terra. Grece eſt, ſpathesis. Qđ aliq̃ putãt dici ab ſpatha, qđ eſt enſis. Nõ tñ dr̃, niſi ab, ſpazo, quod eſt diuello. Et texio eſt expulſio et iactatio radij quo deducit̃ filũ. Horũ.n. (inquit) aliud eſt cõgregatio, aliud vero diſgregatio: nam trahẽs adiungit ⁊ cõgregat vnũ ad aliud: expellẽs autẽ dimouet loco, quia trahens tenet ſe ex parte t̃mĩ ad quẽ: pellẽs autẽ ex parte termini a quo. ¶ Vertigo autẽ, ſeu circularis motus cõponit̃ quodam modo ex pulſu ⁊ tractu. Si fingas enim punctũ in circũferentia rote circulariter late, videbis illud dimoueri a puncto fixo in ſpatio quaſi inde expulſum, ⁊ rurſus reuerti in illud q̃ſi illuc tractũ. ¶ Colligit ex dictis qđ ſi vectio nõ eſt ꝑ ſe motus, ſed conſiſtit in alijs, ⁊ vertigo conſtat expulſione ⁊ tractione, per pulſionem ⁊ tractionẽ iudicandũ eſt de reliquis. Quod autem in his duobus mouens ⁊ motum debent eſſe ſimul, probatur: nam de motu tractionis iam dictũ eſt in eiꝰ diffinitione, ꝙ trahens eſt ſimul cũ tracto: nam ſi quis trahit lapidẽ fune, eſt contiguis funi, ⁊ funis lapidi. Et de pulſione que eſt impulſio idẽ eſt etiã manifeſtũ ꝙ ſemper pellens ⁊ pulſum ſunt ſimul. Et idem patet de expulſione, ſeu depulſione, cuius minor erat apparentia: nã ſaltẽ in principio motus expellens debet tãgere expulſum. ¶ At vero quia id qđ expellit̃ ⁊ iactatur, vt ſagitta qñ actu mouetur, non apparet tunc ſimul eſſe cũ mouente, qđ permanſit in t̃mĩo a quo, amouet Ph. hunc ſcrupulũ dicens proiectionẽ fieri per hoc

Pulſio. Uectio. Tractio. Uertigo. Proiectio

hoc qđ aer pulſus a ſagitta velocius mouetur ꝙ̃ eſſet motus eius naturalis: ⁊ ideo aer ipſe ita velociter motus deffert ſecum ſagittam. vt lib. 4. tex. 68. expoſuimus. Et ideo etiam tunc mouens ⁊ motum ſunt ſimul. Durat enim motus quãdiu durat motus ille velocior defferentis.

Textus. xj. At verò, neq; inter alteratum & alterans, quippiam medium eſt. hoc autem: manifeſtum eſt: ex inductione. In omnibus enim ſimul eſſe accidit alterans vltimum, & primũ quod alteratur. Quale enim alteratur: ex eo quia ſenſibile eſt. Sẽſibilia autem ſunt: quibus differunt corpora à ſe inuicẽ, vt grauitas, leuitas, durities, mollities, ſonus, ſilentium, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, ſiccitas, denſitas, raritas, & horum media. ſimiliter autem & alia: quæ ſub ſenſibus ſunt. quorum eſt & calor, & frigus, & leuitas, & aſperitas. Hæc enim ſunt paſsiones ſubiectæ qualitatis. His enim, differunt ſenſibilia corpora: aut ſecundum horum aliquid magis & minus, & quia patiũtur aliquid horum. nam quia calefiunt, aut frigefiũt, aut dulceſcunt, aut amaricantur, aut ſecundũ aliquid aliud prædictorum: ſimiliter & animata corpora, & inanimata, & animatorum quæcũq; partes ſunt inanimatæ.

¶ Subſequenter cõmento. xi. eandẽ cõcluſionem demonſtrat inductione facta in motu alterationis materialis: nam in ſubſequenti proſequitur id oſtendere in alteratione quodã modo ſpũali. Ait ergo, neq; inter alteratũ ⁊ alterans quippiã eſſe mediũ, ſed eſſe ſemper ſimul agens ⁊ patiẽs. Attamen quoniam contingit, cauſam non per ſe ſtatim agere, ſed per aliã intermediam, moderat̃ concluſionem, vt ſit intelligenda de vltimo alterãte ⁊ primo alterato. Nam ignis dum calefacit eum qui prope ſedet, non eſt vltimũ agens reſpectu hoĩs: neq; homo, primum eius patiens: ſed ignis eſt vltimũ agens reſpectu circũſtantis aeris, qui primũ ab ipſo patit̃: aer vero eſt vltimum agens reſpectu hoĩs, atq; homo viciſſim, primũ eius patiens [quale enim alteratur] ſunt qui hãc putẽt eſſe per ſe rationẽ diſtinctã, at gratius forſan coheret textus, ſi hoc non legatur, niſi tanq̃ explicatio inductionis: nam q̃ dixerat manifeſtum hoc eſſe ex inductione, cõmemorare pergit ſingularia oĩa, q̃ alteratione mutantur. Etenim cũ materialis alteratio, motus ſit ad generationẽ ⁊ corruptionẽ, fit vt corpora proprie alterent̃ ſm ſenſibiles qualites, que ſunt in tertia ſpecie qualitatis, dicũturq; paſſiones ac paſſibiles q̃litates. vt ſunt q̃litates quatuor prime, per quas ſubſtantie precipue permutantur, diſſoluunt̃, ac generãtur, ⁊ alie preterea ſecũde, q̃ ex illis cõſtantur, quaſi ex gñatione cõſequẽtes. vt albedo dulcedo ⁊c. Huiuſmodi aũt qualitates, quoniã obiecta ſunt propria ſenſuũ, nullo vno nomine ſignificatius cõprehẽduntur, ꝙ̃ ſi dicãtur ſenſibilia. Atqui inde dicũtur qualitates paſſibiles, ſeu patibiles, vel quia ſm illas corpus in quo ſunt afficitur, vel q̃ ſenſibus paſſiones ingerũt: vt in predicamento qualitatis mõſtratum eſt. Et hoc eſt qđ ait, quale alterari ea ratione q̃ ſenſibile eſt. Non enim docet, nihil alterari, niſi ſit ſenſibile animal: alteratur enĩ ⁊ lignũ: ſed quod nihil alteratur, niſi quatenus aliqua ſenſibiliũ qualitatũ afficit. Atq; hanc concluſionẽ hoc patefacit ſyllogiſmo corpora non alterantur, niſi illis q̃litatibus, quibus a ſe inuicem differũt, nã alterantis intẽtio eſt ex diſſimili ſimile facere: differũt autẽ corpora ſm ſenſibiles qualitates, q̃les ſunt, grauitas, leuitas ⁊c. ergo ſm eaſdem alterantur corpora. Cum autẽ ſubdit, Hec autẽ ⁊ horum media, puta pallidum ⁊ viride, ſunt paſſiones ſubiecte qualitatis, idem ait, quod, ſubalternate ſpecies ſub genere qualitatis: vtpote ad tertiã eius ſpeciem pertinentes. Heſitabit autẽ quis forſan, ſonum qui fit in aere nõ eſſe qualitatem ſm quam fiat primo ⁊ per ſe alteratio: quoniã nõ eſt diſpoſitio ad generationẽ, neq; generationẽ cõſequens, ſed congignitur ex corporũ colliſione. Reſpõdendum eſt ergo q̃ fortaſſe Ariſt. non loquitur de ſono in actu: quoniã vel nulla eſt qualitas preter motionẽ aeris, vel nõ durat niſi durante in aere motu: ſed loquitur de ſonabili, ſicut de odorabili, ⁊ viſibili, que eſt qualitas rei dure, terſe ⁊ polite ex tẽperamẽto caloris cum puro humido enaſcens hec namq; per alterationem fit, velut reliquae ſecunde qualitates. At quoniam dixerat ſenſibilia corpora his qualitatibus differre, dictum temperat: nam aliquando non differunt corpora ſm hor contrarietatẽ, ſed ſm magis ⁊ minus: vt ignis differt ab aqua ſm calidũ ⁊ frigidũ: ſed ab aere, ſecundũ magis ⁊ minus calidum. ſiue id fit q̃litate innata, ſiue ab extrinſecꝰ recepta. Aq̃ quippe bulliens a ſe ipſa dum naturali viget temperamento, calore differt. Et ideo ait q̃ differũt corpora, aut ſecundũ magis ⁊ minus harum naturalium qualitatũ, aut q̃ aliquid horũ patiunt̃, ſcilicet dum forinſecus caleſiũt, dulceſcunt, vel amaricant̃ ⁊c. [Similiter ⁊ animata corpora ⁊c.] At vero quoniã ſenſibiles nuncupauerat, hmõi qualitates, ne quis eũ ſiniſtre intelligeret, q̃ cogitaret, illas eſſe proprias animalibus ſenſibilibus, ſubiunxit illas etiã eſſe cõmunes rebꝰ inanimis. Caleſcunt enĩ ⁊ frigefiũt ⁊c. inanimata, ſicuti ⁊ animata. Quin vero ⁊ animaliũ partes inſenſibiles, ſicuti ſenſibiles. Sunt etenim in animali partes ſenſibiles, vt oculi, ⁊ caro, vbi ſedes eſt tactus, ⁊ alie preterea inſenſibiles: vti capilli ⁊ vngues ⁊ oſſa, que pariter partes eiſdem qualitatibus ſubinde immutantur.

Textus. xij. Atq; etiã ipſi ſenſus: alterãtur. patiũtur enim actus enim ipſorũ: motus eſt. per corpus patiente aliquid ſenſu. ſecundũ quæ igitur inanimata alterantur: & animata ſecundum hæc omnia alterantur ſecundũ autẽ quæ animata alterantur: ſecundum ea non alterantur inanimata ſecundũ enim ſenſus: non alterantur. & latet inanimata cum alterantur. Nihil autẽ prohibet & latere inanimata, cum alterantur: quando non ſecundũ ſenſus accidit ipſis alteratio. Si igitur ſenſibiles paſsiones ſunt, per has autem alteratio eſt: hoc iam manifeſtũ eſt, q̃ patiens & paſsio ſunt ſimul & inter hæc medium nihil eſt. Huic enim aer eſt continuus: aeri autẽ coniungitur corpus. & ſuperficies quidẽ ad lumen: lumẽ autẽ ad viſum. ſimiliter autem & auditus & odoratus: admouẽs ipſos primum. eodem autem modo: ſimul & guſtus & ſapor eſt.

¶ Cum enarrauerit queãdmodũ corpora ſm ſenſibiles q̃litates primo ⁊ per ſe alterent̃, materiali alteratione, ſermonẽ extẽdit ad ſenſus ipſos, qui ab eiſdẽ ſenſibilibꝰ qualitatibꝰ patiuntur, in quibus res latẽtior eſt, ꝙ̃ in rebꝰ inanimis, propterea q̃ eiuſmodi alteratio, ſpũalis eſt quodãmõ, vtpote media inter intellectionẽ ⁊ alterationes inaĩator. Intellectio enĩ cũ nõ fiat per corporea organa, nõ eſt ſimplr̃ paſſio, ſʒ quodãmõ paſſio, vt habet̃. 3. de aĩa: ſenſatio vero, q̃ fit per organũ corporale, vſq; adeo eſt paſſio, vt fiat nõnunq̃ cũ aliq̃ ſenſus affectione reali ⁊ leſione. Attñ nõ eſt pure materialis: q̃ realis albedo non recipit̃ in oculo, ſed eius ſpecies. Igitur cũ dixiſſet animata corpora ſuo gradu alterari ſicuti inaĩata, ⁊ partes ſenſibiles aĩalis, ſicuti inſenſibiles, declarat in hoc tex. 12. quo pacto ſenſus patiãtur. Qm̃, inquit, actus ipſor fit per motũ, dum ſenſus aliq̃d patit̃ ab obiecto, puta ſenſibiles ſpecies. Unde colligit quod ſm oẽs qualitates, ſm quas patiũtur inanimata, patiunt̃ quoq; aĩata, etiã in partibus ſenſibilibꝰ, que vtiq; caleſiunt pariter ⁊ infrigidant̃, ſicuti lapides: eo q̃ ex eiſdẽ elemẽtis ſunt cõmiſta: attñ non cõuertitur, vt ſm omnia, ſm q̃ alterantur animata, alterentur etiam inanimata: q̃m inanimata non ſentiũt. Accipit. n. hic animatorũ nomẽ, nõ vt cõplectat̃ plãtas, ſʒ p aĩalibus. Unde fit vt rem inaĩatã ſua lateat alteratio: q̃ non recipit illã, ſicuti animal, ſuam. [Nihil aũt prohibet] Neq; vero, inquit, prohibet vt ⁊ ipſum quoq; animal lateat aliquando ſua alteratio, q̃n illam nõ recipit ſm partem ſenſibilem, in qua ſit ſanguis, non enim ſentimus quãcũq; alterationem, q̃ fit in capillis [ſi igitur] colligit concluſionem, q̃ ſi qualitates omnes patibiles, ſenſibiles ſunt, ⁊ ſm eas fit alteratio, non ſolum in ſubiectis, quibꝰ realiter recipiũtur, verũ in ſenſibus, dum earũ ſpeciebꝰ informãtur: ⁊ hmõi omnes alterationes fiunt per contactum agentis ad paſſum, colligitur vt agens ⁊ patiens ſint ſemper ſimul [huic. n. aer eſt cõtinuꝰ] ſupponit exẽplũ, vt res magis ac magis clareſcat: idemq; in ſenſibꝰ, vbi res non eſt adeo peruia. Et ideo illi quos ſupra notauimus, qui volũt, non inductionẽ, ſed ratiocinationẽ hic facere Ariſtotelẽ, dicunt argumẽtari a minori ad maius, hoc pacto. Huic puta ſenſui aer eſt continuus. i. attiguus: aeri autẽ cõiungitur corpus, nimirũ ſenſibile: ⁊ ideo corpus ⁊ aer ſunt ſimul, ſicuti aer ⁊ ſenſus: igitur ſi in ſenſibꝰ, vbi minor erat apparentia, agens ⁊ patiens ſunt ſimul, fortiori ratione colligit, vt in rebꝰ inanimatis agẽs quoq; ⁊ patiens ſint ſimul. At vero forſan (vt dicebamus) non hanc rationẽ intẽdit Ariſt. ſʒ pſequit̃ deductionẽ vſq; ad res magis recõditas. Incipit aũt (vt ait ſimpli) a tactu, dicẽs. Huic, hoc eſt, tactui caleſcẽtis aer eſt cõtiguus, ⁊ illi corpꝰ, puta ignis. Deinde procedit ad viſum. indicãdo quo pacto ſupficies alba terminat̃ ad lumẽ. ſ. ad lucidũ aerẽ, per quẽ multiplicant̃ ſpecies: aer vero ad viſum. ſimiliter autẽ eſt auditꝰ, ⁊ odoratus ad mouẽs ipſos primũ nimirum ad aerem per quẽ deducuntur ſenſibilium ſpecies.

Textus. xiij. Similiter: & in inanimatis & inſenſibilibꝰ. & id quod augetur etiã & augẽs. Appoſitio. n. quædã eſt: augmẽtatio. q̃re ſimul ſunt: & qđ augetur & augẽs. Et diminutio quoq;. diminutiõis aũt cauſa eſt: ablatio q̃dã. Manifeſtũ eſt igitur: q̃ inter mouẽs vltimũ & qđ mouetur primũ, nihil eſt in medio cõſiſtẽs eius qđ mouet & eiꝰ quod mouetur.

¶ Proſequitur in hoc textu idẽ ⁊ de augmẽto ⁊ decremẽto demõſtrare: cõcludit tñ prius vniuerſaliter ppoſitionẽ de alteratiõe, dicẽs, q̃ ſimiliter vt in ſenſibilibꝰ mõſtratũ eſt, vſu quoq; venit ⁊ in rebꝰ inanimatis, atq; inſenſibilibꝰ, dũ alterãtur. At in augmẽto res eſt cõpertior: nã augmẽtũ, appoſitio q̃dã eſt partis ad partẽ: hec aũt fieri non dephendit̃, niſi agẽs paſſum cõtingat. Sed dubitas forte, nõ ſatis rẽ hic pãdere Ariſtotelẽ: nã duplex eſt auctio: q̃dam ppꝛie dicta, q̃ fit ab interna forma ipſiꝰ rei aucte, ppꝛiaq; eſt rebꝰ aĩatis. Et in hac res eſt cõperta: nã dũ creſcit plãta, vel adoleſcit aĩal, virtꝰ augmẽtatiua cõiũcta eſt rei aucte. Alia vero eſt auctio ĩpꝛopꝛie dicta, q̃ eſt additio duarũ rerũ in actu: vt dũ aq̃ infundit̃ aque. Et in hac, licet mõſtret Ariſt. qđ agẽs, acceptũ p parte addita, ſit ſimul cũ re q̃ auget̃, nõ tñ id pbat de vero agente, qđ additionis eſt cauſa. Et põt q̃dẽ remotus hõ infundere aquã in doliũ, qđ nõ tangit. Rñdet̃ ergo quod vel loquit̃ Ariſt. de auctione pꝛopꝛie dicta: vel q̃ p liq̃do relinquit, q̃ etiã, dum fit auctio impꝛopꝛia, agẽs tãgit paſſum, vel per ſe, vel per intermedia. Pari modo diminutionis cauſa eſt, inquit, ablatio quedam: ablatio non fit, niſi ab agente quod rem attingit ex qua fit ablatio. Concludit ergo tãdem, in vniuerſum agens vltimum ⁊ primum patiens ſimul ſe contingere, vbicunq; fit actio.

## CAPVT. III.

QVOD autẽ ea quæ alterantur oĩa à ſenſibilibꝰ alterantur, & ſolum horũ alteratio eſt, quæ ſecũdũ ſe dicũtur pati ab his ex his cõſiderabimꝰ. Textus. xiiij.

¶ Sic ſolet Ariſt. aliã ex alia ordiri. diſputationẽ. In cap. primo inter demõſtrãdũ, agẽs ⁊ patiẽs eẽ ſimul iductionẽ fecit de alteratiõe: ⁊ q̃ illã dixit p ſe pmo fieri ſm ſenſibiles q̃litates, oſtẽdere in hoc cap. pſequit̃, ſm illas ſolas corpora per ſe primo alterari: ſm autẽ alias q̃litatis ſpẽs, minime. Et hoc eſt quod proponit in hoc. 14. textu.

Textus. xv. Aliorũ. n. maximè vtiq; q̃s exiſtimabit: in figuris & formis & habitis, & in horũ remotionibꝰ & acceptionibꝰ alterationẽ eſſe. vr̃. n. eſſe, alteratio: nõ autẽ in his. ſed fiũt, cũ q̃dã alterãtur: hæc. nam dẽſata, aut rarefacta, aut calefacta, aut frigefacta: materia. alteratio autẽ nõ eſt. id. n. ex quo forma ſtatuæ eſt: nõ dicimus formã. neq; id ex quo figura Pyramidis eſt, aut lecti: ſed denominantes hoc q̃dẽ æneũ, illud verò terreũ, aliud autẽ ligneũ. qđ autẽ alteratur: dicimus. æs. n. humidũ eſſe dicimꝰ, aut calidũ aut durũ, & nõ ſolũ ſic, ſed & ipſum humidũ & calidũ, æs, æquiuocè dicẽtes cũ paſsione materiã. Q̃m igitur ex quo q̃dẽ forma, & figura, & qđ factũ eſt æquocè nõ dr̃ cũ figuris q̃ ex illo ſunt, quod aũt alteratur, cũ paſsionibꝰ ęquocè dr̃: manifeſtũ eſt q̃ in ſolis ſenſibilibus alteratio eſt.

¶ In. 10. vero id facit manifeſtũ in q̃rta ſpẽ qualitatis.

litatis. Ait ꝗppe qꝺ aliarũ ſpẽrũ a tertia maxime vtriꝗ ꝗrta ⁊ prima tales exiſtimari poſſunt, vt ſm eas fiat etiã primo ⁊ ꝑ ſe alteratio: propterea qꝺ idẽ manẽs ſubiectũ, apparet in diuerſas figuras ſubĩde diſponi, atꝗ diuerſis habitib⁹ informari. Nã de ſcꝺa ſpẽ, q̃ eſt naturalis potẽtia, nõ erat tãta dubitãdi occaſio, idcirco ꝙ res eadẽ nõ variat ſm naturalẽ potentiam vel impotẽtiam: qm̃ cũ hmõi potentie, rei naturã cõſequatur, nõ variantur niſi rei mutata natura. Probat autem ꝙ neꝗ ſm figuram ⁊ formã, que quarta eſt ſpecies qualitatis fiat ꝑ ſe primo alteratio: idꝗ tribus rõnibus. Preſupponat prius tñ diſcrimẽ inter figuram ⁊ formã: quod quidem nõ eſt reale, ſed reſpectiuum tantũ ⁊ rationis. Etenim figura dicit reſpectum ad terminationem rei: eſt enim figura que trĩs vel terminis clauditur. vt circularis ⁊ figura angularis: forma vero dicit reſpectum ad ſubiectũ ipſum: eſt em̃ forma illud qꝺ dat rei eſſe ſpecificũ. Et accipit hic pro artificiali forma, a q̃ res denominatur, ⁊ domus, ⁊ ſcanum ⁊c. Eſt ergo quantitas figure ⁊ forme proprium ſubiectũ. vnde in re artificiata eadem res ſunt figura ⁊ forma, ratione differẽtes. Ratio ergo prima eſt hec terminus primus alterationis non eſt figura vel forma, ſed aliud prius accidẽs, vt dẽſitas, aut raritas: ex cohertione nãꝗ partiũ ⁊ dilatatione variantur rei trĩ, atꝗ adeo figura ⁊ forma: denſitas autẽ ⁊ raritas ſunt ſecũde qualitates ab infrigidatione ⁊ calefactione profecte: ergo ad figurã non eſt per ſe primo alteratio: ſicuti ad proprias paſſiones ſubſtantie non eſt per ſe primo generatio: quoniam primus generationis terminus non eſt niſi homo. Et hoc eſt quod ait, fiunt hec, puta figura ⁊ forma: cum quedam alterantur: nã denſata materia ⁊c. conſequuntur: ſunt enim illi ablatiui caſus, [id enim ex quo forma ſtatue eſt)) ſubiungit ſecundã rationẽ, que ſumitur ex ratione predicãdi qualitatẽ de ſubiecto. In illis qualitatibus ſm quas eſt per ſe alteratio, quale denominatur de ſubiecto, ⁊ conuerſim ſubiectum de ipſo quali: dicimus enim ꝙ ęs eſt durum, ⁊ ꝙ hoc durum eſt ęs: ⁊ ꝙ lignum eſt molle, ⁊ ꝙ molle eſt lignum: in figuris vero ⁊ formis nõ ꝓdicat figura de ſubiecto, neꝗ ecõuerſo, non enim dicimus ꝙ ęs eſt ſtatua, vel ꝙ ſtatua eſt ęs, ſed denominatiue, ꝙ eſt ęnea, vel lapidea, vel lignea: dicimus tñ ꝙ ęs eſt effigiatũ: ergo ad figurã ⁊ formã nõ eſt per ſe alteratio. Perſpice rationem diſcriminis. Quando res proprie alteratur, eadẽ omnino manet: hoc eſt em̃ alterari, vt idem manẽs ſubiectũ fiat qualitatẽ mutet: ⁊ ideo idẽ manẽs recipit denominatione ſue qualitatis: cũ autem figura ⁊ forma mutatur, variantur rei termini, ⁊ ideo non prorſus manet eadem res, ſed mutatur quodã modo ſubſtantia: quapropter non fit conuerſim predicatio de ſubiecto in recto, ſed denominatiue ꝓdicatur ſubiectũ de re, vt dicat figura eſt enea, quaſi ex ęre facta, nõ autẽ ęs. Sicuti hõ nõ dicitur terra, ſed terrenus: qꝛ ex terra factus. Itaꝗ hec denominatio, ęneum, dicit mutationẽ quãdam ſubſtãtie ęris. In ſumma ſubiectũ qualitatis ſm qua fit alteratio, eſt ſubiectum in quo: ſed tamen ſubiectum figure vel forme eſt ſubiectum ex quo. Niſi qñ figurã denominatiue expreſſeris: non enim dices ꝙ figura triangularis eſt in ligno, ſed ꝙ fit ex ligno, licet lignum ſit triangulare. Quod autem ait, equiuoce dicẽtes cum paſſione materiam, ſic intelligito, ꝙ ſicut accidit lapidi vt ſit durum, ⁊ ideo concedimus ꝙ lapis eſt durus, ita accidit duro, vt ſit in lapide: nam poteſt eſſe in alia materia: quocirca concedim⁹ ꝙ durum eſt lapis. Sed tamen quia hoc, accidere, nõ eſt vno, ſed diuerſis modis: alia quippe ratione qualitas accidit ſubiecto, ⁊ alia ſubiectũ ipſi quali. ait quod equiuoce conuertunt: ergo ſi hec reciproca ꝓdicatio nõ cõtingit figuris cum ſuis ſubiectis, fit vt nõ in illis, ſꝫ in ſolis ſenſibilibus q̃litatib⁹ ſit ꝑ ſe alteratio. Sꝫ rogas, nunqd ⁊ figura ⁊ forma ſenſibilia ꝑ ſe ſunt? Omnino ſunt, verũ tñ, cõia: vt patet. 3. de aĩa. tex. 64. Ariſt. aũt, vult in ſolis proprijs eſſe per ſe alteratiõnẽ: ſicuti ad ſubſtãtiã eſt gñatio, ⁊ augmẽtatio ad quãtitatẽ.

Figura et forma.

Amplius: & aliter incõueniens eſt. dicere. n. hominẽ alteratũ eſſe, aut domum q̃ accepit finem: ridiculũ eſt, ſi perfectionẽ domus parietẽ, aut tegulã dixerimus alterationẽ eſſe, & cũ parietib⁹ clauditur dom⁹, aut tegula tegitur, alterari domum. Textus. xvj.

Tertia rõ eſt. Figura ⁊ forma ſunt rei cõplemẽtũ ⁊ finis, ſicut in ſubſtãtialib⁹, ita in artificialibus: forma. n. domus eſt cõplementũ dom⁹, vnde ſortitur ſpeciẽ: eſſet autem deridiculũ dicere ꝙ hõ aut res q̃uis alia alterat, dum cõplemẽtũ ⁊ perfectionẽ ſuã ſuccipit. Profecto rõ eſt ingenioſa: nã alterari ꝑſupponit iã cõplemẽtũ rei, ergo cũ recipit figurã ⁊ formã potius dicit perfici, q̃ alterari. Ecquis enim diceret, domũ alterari, dum vel parietes eriguntur, vel tecto tegitur: ⁊ non potius perfici ⁊ abſolui. Sicuti dũ ęs liquefit, alteratur quidẽ: ſed dũ infuſum exit in ſtatuã, potius dicit effomatũ q̃ alteratum. Et eſt optima analogia inter formas ſubſtãtiales ⁊ accidẽtales: qm̃ cum forma ⁊ figura cõſequũtur quãtitatẽ, que eſt accidens, ſubſtãtie omnium proximum, fit vt inter omnes qualitates forma ſit, que rei ſpeciem maxime demõnſtrat: vt etiam in plãtis apparet. Aũ fit vt artis, que naturã inquãtum poteſt imitatur, proprium ſit, formas inducere, que ſunt rerũ naturalium imagines. Et ideo, ſicut homo nõ dicitur terra, ſed terrenus, quia ex terra plaſmat⁹, ita neꝗ figura eſt ęs, ſed ęnea: qꝛ non tam in materia fit ꝓprie, q̃ ex materia. Qui cõtẽdũt, figurã nõ eſſe rẽ diſtinctã a ſubiecto, nouerit Ariſtotelẽ hic hñe ↄ̃riũ. Et preterea ſaltẽ loquendi ſtilũ corrigãt: vt lꝫ idẽtice ↄcedãt ꝙ lignũ eſt res q̃ eſt ſtatua, formalr̃ tñ non admittãt, lignũ eſſe ſtatuam.

Manifeſtũ aũt eſt, ꝙ alteratio: nõ eſt in iis quæ fiunt. neq; em̃: in habitib⁹. habit⁹. n. virtutes & vitia ſunt. virt⁹ aũt oĩs, & vitiũ: eorũ ſunt q̃ ad aliqd ſunt. ſicut ſanitas qdẽ calidorũ & frigidorũ cõmẽſuratio q̃dã eſt: aut eorũ quę ſunt intra, aut ad cõtinẽs. Similiter aũt & pulchritudo, & robur: eorũ ſunt quæ ad aliqd ſunt. diſpoſiones. n. quædã ei⁹ quod ꝑſtantiſsimũ eſt ad optimũ, ſunt. dico autẽ ꝑſtantiſsimũ: quod cõſeruat & diſponit circa naturã. Quoniã ergo virtutes quidẽ & vitia ſunt ad aliqd hæc aũt neq; gñationes ſunt, neq; ipſorum eſt generatio, neq; omnino alteratio: manifeſtum eſt ꝙ nõ eſt omnino ipſa alteratio circa habitus. Textus. xvij.

Quod de figuris ⁊ formis efficit, id de habitib⁹ (q̃ ꝑma eſt ſpẽs q̃litatis) demõſtrat: nẽpe in illis nõ eſſe ꝑ ſe primo alterationẽ: idꝗ rõne q̃ ſuperiori ſimillima eſt. Probat id aũt pri⁹ in habitib⁹ corporis q̃les ſunt ſanitas, fortitudo, robur ⁊c. Habit⁹ hmõi in q̃dã cõmẽſuratione pluriũ ↄſiſtũt, vt ſanitas in debita proportione ⁊ cõplexione calidi ⁊ ſicci, frigidi ⁊ humidi: ſicuti egritudo in cõtraria diſproportiõe: pulchritudo aũt in quadã mẽbrorũ colorũꝗ diſpoſitione: robur aũt in neruorꝫ oſſiũꝗ ⁊ accidẽtiũ iuſta habitudine: he aũt habitudines, relationes q̃dã ſunt, ad q̃s (vt lib. 5. monſtratũ eſt) nullus eſt ꝑ ſe mot⁹: ſꝫ cõſequunt trĩos motus: q̃ ad hmõi habitus nõ eſt ꝑ ſe primo alteratio. Atqui qꝺ de habitib⁹ audis, id ⁊ de diſpoſitionib⁹ ſentito: qñquidẽ habitus ⁊ diſpõ hac ſola rõne differũt, vt ille difficile ſit, hec aũt, facile amouibilis. At vero nõ ſic legẽd⁹ hic tex. eſt, vt intelligant hmõi habit⁹ hoc ipm qꝺ ſunt, eſſe ad aliqd: alias eorꝫ ſubſtãtia nõ eſſet q̃litas, ſed relatio, cũ tñ ſint ſpẽs q̃litatis. Sed qꝛ depẽdẽt ex aliorũ relatione ⁊ habitudine, nõ eſt ad iſtos habit⁹ ꝑ ſe alteratio: q̃n vero ꝑ modũ relationis cõſequtur calores, aut colores, aut alia id gen⁹ accidentia. Fit g̃ hinc ↄ̃ñs apud Ariſt. ſanitatẽ eſſe q̃litatẽ diſtinctã a rectificatis humorib⁹: qñquidẽ ad hos eſt per ſe alteratio, nõ autẽ ad illã. Qꝺ aũt ait, ſanitatẽ eſſe cõmenſurationẽ calidorꝫ ⁊c. aut eorũ, q̃ ſunt intra, aut ad continẽs, ſic Cõmẽt. exponit, vt noĩe cõtinentis intelligat circũſtãtem aerẽ: vt ſanitas cõſiſtat in habitudine internorꝫ humorꝫ, quã reſiſti poſſit cõtinẽti aeri, ne animal corrumpat. Et ſequnt eũ Albert. ⁊ Simpli. Appoſitior autẽ vr̃ expoſitio S. Tho. vt noĩe cõtinẽtis intelligatur corp⁹ ipm̃, vel natura aĩalis. Sanitas em̃ cõſiſtit in legitima humorꝫ proportione ſm naturã ⁊ ſpẽm ipſius animalis. Illud namꝗ temperamẽtũ, quod leoni eſſet ſalubre, eſſet hoĩ peſtilẽs ⁊ nocuũ. Neꝗ aĩalis ſanitas eſtimari debet per reſpectũ ad aerẽ: quinimo ecõuerſo aer dr̃ ſanus vel inſalubris ꝑ ordinẽ ad aĩal. [Diſpoſitiõis. n.] Hic probat primã illã aſſumptã hoc ſyllogiſmo. Habitus eſt diſpoſitio eius qꝺ ſm ſubſtantiã ꝑfectum eſt ad id quod eſt ei optimũ, puta ad exercẽdas naturales oꝑationes, q̃ ſunt ſuppoſiti fines: hmõi autẽ diſpoſitiones cõſiſtũt in tali cõmenſuratione: ergo ⁊ habitus in eadem conſiſtunt. Cõmen. hic non exprimit hũc ſenſum ex hac litera. ſed ait ꝙ pulchritudo ⁊ ſanitas ⁊ robur cõſiſtunt in certa ꝓportione humorꝫ vel colorũ ⁊c. q̃ quidẽ iudicari habet ⁊ mẽſurari penes vnũ quod intelligatur ſaniſſimũ vel pulcherrimũ vel robuſtiſſimũ, ⁊ laudatiſſimũ in illo genere animalis. At profecto aberratio eſt hec a mente Ariſtotelica: haud enim per ſe conſiſtit ſanitas mea in habitudine ad ſaniſſimũ hominẽ, ſed in habitudine ad exercendas meas naturales operatiões, in quo opere poſitus eſt finis optim⁹ naturalis: accidit mihi tñ ꝙ aſſimiler ſaniſſimo. Quẽ quidẽ ſenſum ipſe ꝑtinus Ariſt. patefacit dicẽs. Dico aũt ꝑſtãtiſſimũ, qꝺ cõſeruat ⁊ diſponit circa naturã. Metuens. n. ne quis noĩe ꝑſtantiſſimi, animal intelligeret, quod ſuum finẽ eſſet iam aſſequutũ, ait nõ ſic intelligere, ſed quod habit⁹ eſt diſpoſitio ſuppoſiti, qꝺ ſm naturã perfectionẽ habet ſubſtantialem, diſpoſitio inꝗ ad exequẽdum id qꝺ optimum ſibi eſt, puta vitalia nature munera. Eſt ſiquidem habitus, qui bonum facit habentem et eius opus bonũ. Igitur ad ſanitate non eſt ꝑ ſe primo alteratio, ſꝫ ad calorẽ, vel frig⁹ in quorꝫ tẽperamẽto conſiſtit. Et ſimiliter de alijs dicẽdũ.

Neq; igitur: circa animæ virtutes & vicia. virt⁹ enim ꝑfectio q̃dã eſt. vnũquodq;. n. tũc maximè ꝑfectũ eſt, cũ adeptũ eſt propriã virtutẽ & maximè ſecũdum naturã. vt circulus tunc maximè ſecundũ naturã eſt: cum maximè circulus eſt. vitiũ autem: corruptio horum & remotio eſt. Textus. xviij.

Poſt habit⁹ corporis, ad eos q̃ ſunt anime deſcẽdit. vt in illis ſimilr̃ demõſtret, nõ eſſe ꝑ ſe primo alterationẽ: idꝗ prius in moralib⁹: ac mox in intellectualib⁹. Atqui primũ tex. hoc. 18. ſubſternit fundamentũ hoc. Virt⁹ anime, ꝑfectio quedã eius eſt: tũc. n. vnũquodꝗ maxime eſt perfectũ, cum adeptum eſt propriã virtutẽ, eam maxime que eſt ſm naturam: vt homo illa etate perfect⁹ eſt q̃ gignere ſibi ſimile poteſt, ⁊ munia cuncta explere homini naturalia. Probat id autem exẽplo figure: vt circulus quando maxime circulus eſt, puta quando vnica linea ſic circũducitur vt vniuerſe linee a centro ad circunferentiam ſint equales, tunc quidem habet perfecte naturam circuli: quia habet formam que eſt virt⁹ circuli. Pariter ego anima quando eſt adamuſſim ſecũdum rationem diſpoſita, tunc eſt perfectiſſima ſecundũ naturam: id autem obtinet quando habitibus virtutũ eſt maxime imbuta: vitium autẽ eſt perfectionis corruptio, puta horũ habituum obiectio. Super hoc fundamẽtũ extruit Cõmen. rõnẽ hãc. Virtus anime eſt eius ꝑfectio: ꝑfectio aũt rei cõſiſtit in indiuiſibili: non eſt enim circulus magis minuſve perfectus, qꝛ perfectio eſt finis ⁊ forma rei, que cõſiſtit in indiuiſibili: ad indiuiſibilẽ autem formam non eſt per ſe motus, vt lib. 5. monſtratũ eſt, eo qꝺ motus ſucceſſionẽ dicit: non eſt ergo per ſe primo alteratio in habitu, aĩe ſed in paſſionibus q̃, prius ſedãtur. Hec autẽ ratio appelli non põt ad malitiam, ſeu vicium, qꝺ non cõſiſtit in indiuiſibili; eo ꝙ corruptio virtutis multis fit modis: ⁊ ideo S. Tho. ad rem propius accedit dicens, ꝙ intendit Ariſtot. ſimilem rationem illi tertie, quam de figura ⁊ forma premiſerat: vtpote ꝙ cum habitus ſit perfectio rei, velut figura, ſicut ridiculum eſt dicere, aliquid alterari dum effigiẽ aliquã ⁊ formã artificialem acquirit, par ridiculum ſit dicere, ꝙ anima, cum virtutẽ acquirit, alteretur, aut dum vicio illam perdit: ſed perficitur tunc potius aut corrumpitur: quoniam alteratio rem perfectam ſupponit, ⁊ illa ſalua, fit: mutatur enim res de albo in nigrum, eadem ſeruata. At vero ſi planum Ariſtotelis ſenſum rimari volumus nullam in hoc textu abſoluit rationem, ſed tãtum prefigit, aſſumitꝗ vnam premiſſam, puta ꝙ virtus ſit rei perfectio, vitiumꝗ eius corruptio, ſuper quã textu ſequenti ſyllogiſmum conſtruat.

Fit igitur cũ alteratur quippiã: & acceptio virtutis & vicij abiectio. alteratio tñ horũ neutrũ eſt. Quod aũt alteretur aliquid: manifeſtũ eſt, virtus enim: aut impaſsibilitas quædã eſt, aut paſsiuũ ſic vitiũ autẽ: paſsiuũ, aut cõtraria paſsio virtuti. Et in totũ: moralẽ virtutẽ in voluptatib⁹ & triſtitiis Textus. xix.

eſſe, accidit. aut enim ſecũdũ actum, voluptas eſt: aut per memoriam, aut per ſpem: ab ipſo eſt. aut enim ſimilia paſsi ſumus iis qui reminiſcũtur voluptatis: aut ſimilia patiemur, ſperantibus.

¶Conficit ergo in hoc textu.19. rationem ex ſuperiori ſuppoſito, eandem ſimilem illi, quam de habitu corporis inſtruxerat. Argumẽtum eſt hoc. Sicut virtus corporis eſt perfectio illius ad operandũ, ſic ꝛ moralis virtus aĩe: ergo ſicut illa cõſiſtit in cõmẽſuratione humorũ, aliorumve accidentium cõplexione, ꝛ ideo per ſe non fit, ſed conſequitur ad illorũ accidentium acquiſitionẽ, ſic ꝛ acceptio virtutis viciiꝙ abiectio, ꝛ ecõuerſo virtutis abiectio, fit quidẽ dũ alia alterantur. i. cõſequitur ad paſſionũ temperamentum, vel diſtemperamentum, non tñ per ſe primo fit in illa alteratio [Quod autem alteretur aliquid ꝛc.] Oſtendit, que ſit illa precedens alteratio, ad quam cõſequitur virtus vel vicium. Ubi notandum eſt ꝙ ſecundum Stoicos virtus conſiſtit in quadam impaſſibilitate, hoc eſt, in omnimoda paſſionũ omnium extinctione: aiebant enim in ſapiẽtem, hoc eſt, in ſtudioſum, nullam cadere paſſionem, neꝙ minimam quidem: ſecundum autem Peripateticam veritatem virtus non propellit omnem paſſionem, ſed illas ſedat attemperatꝙ, vt ſint rationi obtemperantes, quinimo fortitudo nonnunꝙ vtitur ira, ꝛ miſericordia, ſuam quoꝙ habet cõmiſeratione, ꝛ hoc eſt quod ait. Uirtus aut impaſſibilitas q̃dam eſt, aut paſſiuũ ſic, hoc eſt paſſionum moderatio. Igitur ſm Stoicos ad virtutẽ non eſt per ſe alteratio, ſed fit in paſſionũ abiectione, ad quam illa conſequitur. At ſm Ariſtotelem res eſt lucidior: fit enim virtus, preuia alteratione, hoc eſt, mitigatione paſſionum ſenſus, in quo ſenſu proprie eſt alteratio: illis autẽ compoſitis ꝛ paccatis, conſequitur virtus. Et pariter ex exceſſu paſſionum ſubſequitur vicium. In ſumma virtus ꝛ viciũ in anima, id ſunt, quod ſanitas ꝛ egritudo in corpore: adeo vt vicia, morbi quoꝙ dicantur ꝛ egritudines anime. Et hoc eſt quod ait. In totum, id eſt vniuerſaliter, moralem virtutem (ad differentiam intellectualis) voluptatibus ꝛ triſtitiis eſſe accidit: verſatur enim in huiuſmodi paſſionũ moderamine ſeruando. Subiungit id autem explicatius: nam voluptas aut ſm actum, puta de re preſenti captatur, aut ex preteritorum memoria, aut ex ſpe in futurum: ꝛ pariter nos meror occupat de malo, vel quod preſens eſt, vel cuius memoria premimur, vel cuius torquemur metu. Fit ergo, vt in virtute ꝛ vicio non ſit primo per ſe alteratio, ſed in precurrentibus paſſiõibus ex quibus virtus, vitiumꝙ reſultat.

Textus. xx. At verò: neq; in intellectiua parte animę, eſt alteratio. ſciens enim maximè ad aliquid dicitur. Hoc autem manifeſtum eſt. ſecundum nullã eñ potentiam motis, fit in nobis ſcientia: ſed cum extiterit quiddam. ex ea enim quæ eſt ſecũdum partem experientia: vniuerſalem accipimus ſcientiam. Neque igitur actus: generatio eſt. niſi quis & reſpectionem & tactum: generationes dicat. tale enim eſt: actus. Quæ autem eſt à principio acceptio ſcientiæ: neque eſt generatio, neque alteratio. Nam quia quieta eſt, reſidetq; anima: ſciens fit, & prudens. Vt igitur neq; cùm dormiens excitatus eſt aliquis, aut ebrius eſſe deſiit, aut ægrotans reualuit factus eſt ſciens, quanuis prius non poterat vti, & ſecundum ſcientiam agere, ſed abeunte perturbatione & ad conſtitutionem veniente mente inerat potentia ad ſcientiæ vſum: ſic vtique huiuſmodi aliquid fit id quod eſt à principio in ſcientiæ exiſtentia. perturbationis enim: quies quædam eſt & reſidentia. Neque igitur pueri poſſunt quid dicere, neque iudicare ſenſibus: ſimiliter atque ſeniores. multa enim perturbatio circa ipſos fit: & motus. ſedantur autem & deſinunt perturbari: aliquando quidem à natura, aliquando verò ab aliis. In vtriſque autem his alterari aliquid accidit: ſicuti cum excitatur, & fit vigilãs ad actum. Manifeſtum eſt igitur, quòd alteratio in ſenſibilibus eſt, & in ſenſibili parte animæ. In alio autem nullo: niſi ſecundum accidens.

¶In textu deniꝙ.20. poſtremoꝙ huius capituli concludit, neꝙ in virtute intellectuali eſſe primo ꝛ per ſe alterationem. Ubi tamen apparentior erat dubitãdi ratio: quandoquidẽ ſciẽtia non conſequitur cõmenſurationẽ aliorũ accidẽtium, ſed ingignit per ſpecierũ acquiſitionem. Utitur autẽ rationib⁹ tribus. Ad quaꝝ intellectũ ſupponatur, ꝙ vbi res per ſe eſt ad formam ſuapte natura diſpoſita, tũc ſine vlla alteratiõe, illã recipit ſubito. vt ſi materia prima per ſe daretur oĩ forma nuda, abſꝙ vlla alteratione reciperet formã ſubſtantialẽ cũ ſuis propriis accidẽtibus: tãetſi agens naturale illã non poſſet producere, q̃ habet preſcriptum modum generandi vnum per alterius corruptionẽ. Exemplum tamẽ eſt in aere, qui proprie non dicitur alterari, dum illuminatur, ſed perfici. Intellectus vtiꝙ ſuapte natura eſt appoſitus ad ſcientiam. Hec autem eſt adequatio ipſius ad rem. Et ideo ſcientia eſt relatiuum, non quidem ſecũdum eſſe, vt eius ſubſtantia ſit eſſe ad aliud: alias non eſſet qualitas, ſed ſecundum dici: quia nequit diffiniri, niſi per ordinem ad obiectum. Prima ergo ratio Ariſtotelis eſt. Scientia que eſt habitus vniuerſalis, non fit in nobis, ſecundum aliquam potentiam motis, ſed per hoc quod res ipſe extra mutãtur, quibus intellectus aſſimilatur: vtpote dum res nobis preſentes fiunt, ex quarum particularib⁹ experientiis, ſenſuum, intellectus colligit vniuerſale: ergo ad ipſum habitum intellectus non eſt per ſe alteratio, ſed conſequitur ad motum rerum ipſarũ, cuius eſt adequatio. Sicuti ſi ſpeculo parieti affixo diuerſe ſubinde res obiiciãtur, ſpeculum quidẽ non alteratur, per hoc quod diuerſas imagines recipiat, ſꝫ res ipſe q̃ pmutant. Quod ſi tibi animus non quieſcat, propterea ꝙ illa ſpẽrũ receptio in intellectu ſit alteratio q̃dam, ne cogites id negare Ariſtotelẽ, ſꝫ docet ꝙ vera ꝛ realis mutatio nõ in acq̃ſitione ſciẽtie eſt, ſꝫ in reb⁹ ipſis obiectis: in ſenſib⁹ aũt fit paſſio q̃dã, ſꝫ tñ ſpũalis, vt ſupra declaratũ eſt, verumtamẽ cum conditionibus materialibus. hic ꝛ nũc. Res autẽ corporee non agunt in intellectũ, niſi mediante eius lumine, quod eſt agens quedam virtus abſtrahens a phantaſmatibus vniuerſales ſpecies, quarum receptio proprie non eſt paſſio, ſed pfectio ꝛ illuminatio: vt diximus de aere. Ubidꝙ in.3. de aĩa. nõ concedit ꝙ intelligere ſit pati, nam pati dicit diſcõuenientiam rei, ſed quodam pati, hoc eſt perfectionis receptio [neꝙ igitur actus.] Subdit rationem ſecundam de actu ſcientie, que eſt conſideratio ſecundum habitum. Et ꝙ actuale hoc iudicium nõ ſit alteratio, eleganter profecto probat: quia ille potius eſt vſus ipſius forme iam habite, q̃ noua receptio: ſicuti reſpicere ꝛ videre, non eſt alteratio videntis, ſed vſus ſpecierum que iam ſunt in oculo. Neꝙ tangere eſt alteratio tangentis, niſi quatenus calore, aut frigore leditur. Huiuſmodi enim vſus ſenſuum non ſunt generationes, hoc eſt accidentium conquiſitiones, quibus fiat alteratio: ergo neꝙ vſus ſcientie [Que autem eſt a principio] prima ratio fuit de acquiſitione noue ſciẽtie ſimpliciter per experientiam nouarum rerũ abſꝙ conſideratione acquirentis: ſit ne puer, an vir. Et ſecũda de actu. Tertiam ergo adhibet de initio cõquirẽdi ſcientias in illo iuuene qui antea per etatẽ nõ erat potẽs addiſcere. Et alludit hic ad Platonẽ in Thimeo, vbi docebat iuuenes eo ꝙ perturbationes affectionũ patiunt, nõ eſſe ad ſcientias aptos. Sunt.n. tunc ſenſib⁹ nutuãtes, ac fluctuantes: ꝛ ideo ſicut neꝙ in aq̃, dum turbida eſt, quoad ſedimẽta in fundo conſideant, neꝙ dum vẽticulo moratꝛ, vllus in ea figitꝛ radi⁹ ſolis, ſed verberat, ac reuerberat, ſic iuuenibus nõ inſidẽt ſciẽtie, quouſꝙ feculẽtia illa paſſionũ ſerenet ꝛ clarere rationẽ pmittat: illam ergo pmeuã ſcientie geniturã poterat quis arbitrari fieri per alterationem, qua paſſiones ille attenuantur, et abolentur: ꝛ ideo id refutando ait Ariſto. quod neꝙ illa que a principio fit acceptio ſcientie, alteratio eſt, aut generatio. Et ratio eſt hec. Quietatio, pacatioꝙ animi non eſt eius alteratio dicẽda, nã alteratio potius cõmotionẽ dicit: iſta autẽ mitigatio paſſionũ, quietatio eſt animi: ergo ſciẽtia q̃ ꝯſequitꝛ, nõ eſt alteratio. ſubdit exẽpla in dormiẽte, ꝛ in ebrio ꝛ in egrotante, in quib⁹ humorũ turba dñatur, vſum impediẽs ſciẽtie: quib⁹ abeũtib⁹ affectionib⁹ qui excitatur, ꝛ ſanus eſt, ꝛ mentis cõpos, vtitur ſua ſciẽtia. Neꝙ vero idcirco dicitur alterari, ſed potius alterabatur, dum erat egritudine prepeditus. Et videtur hic Ariſto. ad Platonis dogma de ſcientia alludere. Eſt enim mos eius, vt anteꝙ ſuam conſtituat opinionem, ſm Platonem loquatur, ꝛ ſuam ſententiã de ſciẽtia nõ docuit vſꝙ libros de anima. Fuit autẽ Platonis opinio ꝙ anima infunditur corpori, ſcientiis inſignita, ſicuti creati ſunt angeli, ſed paſſionũ offuſione intercluſus eſt earũ vſus. Et ideo dicebat, noſtrũ ſcire, eſſe quoddã reminiſci. Et propterea dixit Ariſtot. ꝙ ſciẽtie, neꝙ eſt alteratio, neꝙ gñatio, cõparauitꝙ adeo pueros ſapiẽtib⁹, cũ dormiunt, aut ebrii ſunt, in quib⁹ propter oppilationẽ cerebri ſopitos habẽt habitus. Ariſt. aũt poſuit animã tanꝙ tabulã raſam, q̃ poſtea ſcientiis depingitur. Secundum cuius opinionem dicẽdum eſt, ſciẽtiã nõ eſſe per ſe alterationẽ: eo ꝙ intellectus non patitꝛ proxime a ſenſibilib⁹, ſicuti ſenſus: ſꝫ adminiculo ꝓprie virtutis illuminatricis pficitꝛ. Req̃ritꝛ aũt in pueris alteratio ad abigẽdas paſſiones, ſerenãdãꝙ mẽtẽ: vt in calce text⁹ declarat, dicẽs. Neꝙ igitꝛ pueri ꝛc. Hec aũt ſerenatio fit, inq̃t, tũ a natura. q̃ pueri bene nati ꝛ ingenio aucti p exercitiũ ingeniũ expoliũt, ꝛ colũt, tũ etiã ab aliis: nẽpe ſtudio doctorũꝙ ope ꝛ opa adiuti. Qd aũt de pueris audis, id ꝛ de etate ꝓiouectiorib⁹ cẽſeto, q̃ diu corruptic, impuriſꝙ affectiõib⁹ obruũtur: pſertim ĩpudicitia lubrice carnis: a q̃b⁹ niſi expurgẽtur, offuſcãt, ne ſciẽtiis ſint accõmodi [manifeſtũ eſt igitꝛ] ꝯcludit deniꝙ ꝙ alteratio in reb⁹ ſenſibilib⁹ eſt, vtputa ĩ reb⁹ cũctis corpe, ac materialib⁹: ꝛ pterea ĩ ſenſibili pte aĩe, nimirũ in ſenſibus: in habitibus vero ꝛ figuris ꝛ formis, nõ item: niſi ſm accidẽs: q̃ ad aliorum alterationum conſequuntur hec.

QVINAM MOTVS SINT comparabiles.

CAPVT. IIII.

Textus. xxj. DVbitabit autem aliquis, vtrum omnis motus omni comparabilis eſt: an non? ¶Si igitur omnis comparabilis eſt, & æquè velox eſt quod in æquali tempore per æquale mouetur: erit circularis quædam æqualis rectæ, & maior etiam, & minor. ¶Amplius alteratio & loci mutatio quædã, æqualis erit: cum inæquali tempore aliud alteratum ſit, aliud verò latum. erit ergo paſsio, æqualis longitudini. ſed impoſsibile eſt. At ergo cum in æquali tempore per æquale mouetur, tunc æquè velox eſt, æqualis autem non eſt paſsio omnis, longitudini. quare non eſt alteratio: loci mutationi, æqualis, aut minor. Quare non omnis comparabilis eſt.

¶Secũdũ membrũ huius libri, vt in initio dicebamus, in cõparatione motuũ poſitum eſt. Et enim cũ pcipua hui⁹ libri intẽtio ſit agere de ordine, ꝛ cõparatione mobiliũ ꝛ mouentiũ. ſ. ꝙ omne qđ mouetꝛ ab alio mouetur, oportunum erat de comparatione etiã motuũ dicere. Diſcurritur ergo in hoc.4. cap.14. text⁹ habẽte, inter quos: nã mot⁹ eſſe poſſit velocitatis ꝯparatio: ꝛ in quinto, qualiter ſit ꝯparatio hec pẽſanda. ¶In tex. ergo hoc 21. proponit ſtatim phus dubitationẽ in genere, vtrũ quilibet ſit motus cuilibet comparabilis. Et arguit ad vtrãꝙ partẽ. Formatꝙ a parte negatiua duas rõnes. Prima, fit in motibus eiuſdẽ generis. Si omnis motus localis cuicunꝙ locali eſſet comparabilis, ſeq̃retur ꝙ linea circularis, ꝛ linea recta eſſent pariter longitudine comparabiles. Quod falſum eſſe videtur. cum cõparatio fiat in rebus eiuſdem ſpeciei: ꝛ tamen circularis linea ꝛ recta differũt ſpeciẽ. Sequela tamen probatur. Si motus eque velox eſt, qui tempore eq̃li per equalẽ lineã fit, ꝛ mot⁹ qui fit per lineã circularẽ, ꝛ qui fit per lineã rectã, ſunt eq̃les: linea recta ꝛ circularis erũt eq̃les. Et pportionabilr pbabitꝛ ꝙ linea circularis poteſt eſſe maior, aut minor q̃ recta: nã motus velocior eſt qui tpe equali fit per maiorẽ lineã, ꝛ idcirco ſi circularis mot⁹ in eodem tpe eſt velocior, circularis linea erit longior q̃ recta: ſi vero tardior, erit minor. ¶Scđa rõ fit in motib⁹ diuerſorꝰ generũ. Si quis motus, cuiuis eſſet comparabilis, ſequeretur ꝙ qualitas eſſet cõparabilis loco. Detur.n. motus

localis eque velox motui alterationis. Tunc cũ motus eque veloces ſint illi qui equali tempore per equalia fiunt, ⁊ motus localis, ⁊ alterationis ſint eque veloces, ſpatiũ locale quod trãſitur motu locali, eſt equale qualitati que motu alterationis acquiritur: conſequẽs tamen eſt falſum: nã paſſio nulla eſſe poteſt equalis longitudini, aut maior, aut minor: ergo neq; alteratio equalis eſſe poteſt lationi locali.

Textus. xxij.

❧ In circulo autem, & recta: quomodo accidet? Inconueniens enim eſt, niſi ſit in circulo: ſimiliter aliquid moueri: & hoc ſuper rectam. ſed cõfeſtim neceſſe eſt: aut velocius, aut tardius. vt ſi hoc decliue ſit: hoc autem accliue.

¶ In tex. 22. arguit a parte affirmatiua. ſ. ꝙ motꝰ rectus ⁊ circularis, ſint cõparabiles. Dicens, in circulari ⁊ recto quomodo accidet? ſ. erunt ne cõparabiles an non, Et ſubdit incõueniens eſſe dicere, ꝙ in circulo non ſimiliter aliquid moueatur. i. eque velociter, vt ſuper lineam rectam. Et pretendit hanc rationem. Motus circularis et motus rectus ſunt due differẽtie motus localis, veluti aſcenſus ⁊ deſcenſus: ſed aſcenſus ⁊ deſcẽſus comparantur in velocitate: nam motus terre deorſum velocior eſt q̃ eius motꝰ ſurſum: imo forſan q̃ aſcenſus ignis: quia grauitas potẽtior eſt ad ſecandum aerem, q̃ leuitas: ergo pariter motus circularis ⁊ rectus ſunt comparabiles.

Textus. xxiij.

❧ Amplius, nihil differt in ratione: ſiquis dicat neceſſarium eſſe confeſtim velocius, aut tardius moueri. erit enim maior & minor: circularis, recta. quare & æqualis. ſi enim in. A. tempore: hoc quidem lineam. B. tranſiit, illud verò lineam. C. maior erit linea. B. linea. C. ſic enim quod velocius eſt: dicebatur. ergo ſi & in minori equale: velocius eſt. quare erit aliqua pars ipſius. A. in qua B. circuli partem æqualem tranſibit: & ipſum. C. in toto. A. lineam. C.

¶ In text. 23. excludit cauilationẽ, ſi quis diceret motũ circularẽ cõparabilẽ eſſe cum motu recto ſm maiorẽ, aut minorẽ velocitatẽ (vt ꝙ motꝰ primi mobilis ſit velocior deſcenſu grandinis) non tamẽ ſm velocitatis equalitatem. Arguit enim proportione, ꝙ ſi duorum mobilium in eodẽ tempore. ſ. A. vnum decurrat lineã. B. circularem, alterũ vero. C. rectã ⁊ illud quod mouetur per. B. velocius mouetur, neceſſe eſt vt. B. circularis linea longior ſit q̃. C. nã vt lib. 6. tex. 11. dictũ eſt, velocius in tẽpore eq̃li tranſit maius ſpatium: at vero eadem ratione (vt ſtatim illic ſubiungitur) velocius in minori tempore tranſit equale: ergo dabilis eſt pars tẽporis. A. in qua illud mobile qd̃ mouetur p. B. tranſeat portionẽ circuli equalẽ recte linee. C. ⁊ per ꝯñs, ſi circularis motus ⁊ rectus comparantur in maiori vel minori, ſit vt comparentur etiam in velocitate equali.

Textus. xxiiij.

❧ At verò ſi ſunt comparabilia: accidit, id quod nuper eſt dictum, eſſe æqualem rectam, circulo. ſed comparabilia non ſunt. neq; igitur: ipſi motus. ℭ Sed quæcunq; non ſunt æquiuoca: omnia comparabilia ſunt. veluti cur cõparabile non eſt: vtrum acutius ſit ſtilus an vinum, aut nete? Quia enim æquiuoca ſunt: non comparantur. ſed nete ipſi paranete comparabilis eſt: quoniam idem ſignificat acutum in vtriſq;. ergo non idem velox: hic & ibi. multò autem adhuc minus: in alteratione, & loci mutatione.

¶ Tex. 24. duas habet particulas. In priori iterũ repetit obiectionẽ pmã ad partẽ negatiuã. ſ. ꝙ ſi circularis motus ⁊ rectus eſſent ꝯparabiles, ſequeretur ꝙ linee ipſe circularis ⁊ recta eſſent cõparabiles: qd̃ tñ falſum eſſe vr̃, cum non ſint eiuſdẽ ſpeciei. ¶ Occaſione huius, in ſecunda parte textus oſtẽdit illa que nõ ſunt equiuoca, cõparabilia eſſe: que tñ ſunt equiuoca non eſſe cõparabilia. Et q2 acutũ equoce d2 de quãtitate, de ſapore. ⁊ de voce. ſ. de ſtilo, vino, ⁊ nete, que eſt prima chorda lire, nõ d2 ſtilus acutior vino, aut vinum acutius nete: niſi forte per metaphorã: dicitur tñ nete acutior q̃ paranete. i. prima chorda acutior q̃ ſecunda: quia acutũ dicit̃ de illis vniuoce. Pari modo videtur (ait philoſophus) ꝙ motus circularis ⁊ rectus non ſunt comparabiles. ¶ Secunda hec pars textus initium eſt ſecũde partis totius capituli: in qua reſpondet ad principalẽ queſtionem: quippe cum hic in genere premittit tria requiſita, vt res alique ſint inuicem comparabiles.

Textus. xxv. Tria requiſita vt res ſint cõparabiles.

❧ An primum quidem hoc, non verum eſt: ꝙ ſi non ſint æquiuoca, comparabilia ſunt. Multum idem enim ſignificat in aqua & aere: & cõparabilia non ſunt. ſi autem non, duplum quidem, idem (duo enim ad vnum) & non comparabilia ſunt.

¶ Quoniã vniuerſaliter enuntiauerat, quecũq; non dicuntur equiuoce cõparabilia eſſe, obijcit de eo quod eſt, multũ, qd̃ videt̃ dici vniuoce de aqua ⁊ aere, ⁊ tñ non videt̃ dici ſm cõparationẽ de illis. Quod ſiquis heſitauerit de nomine, multum, ſaltem (inquit) duplum vniuoce dicitur de illis: vt enim pugillus aeris ad ſuam medietatem duplus eſt, ita ⁊ aque pugillus ad ſuam: ⁊ tamẽ non dicitur cõparatiue: nam cum eſſe duplũ conſiſtat in indiuiſibili, nulla res eſt magis dupla q̃ alia. Dubitationẽ hanc de, multo, exponit S. Tho. ꝙ alicui poſſet apparere, multũ, propter ſuam cõmunitatẽ, non dici vniuoce de aere ⁊ de aqua veluti, duplum. Non tñ intelligo quare propter comunitatẽ nõ dicatur vniuoce: niſi ꝓpter rõnẽ quam explicabimus ſtatim tex. ſequẽti: q̃ tñ ſimiliter habet de duplo. Forte veriſimilius eſt ꝙ non ponit Ph. differẽtiã inter multũ, ⁊ duplũ, quantũ ad id quod eſt vniuoce dici, ſed quantũ ad hoc, qd̃ nõ eſt tam euidens, multum, non dici compratiue: ſiquidẽ aliqua dicuntur alijs plura (quod eſt comparatiuũ, de, multũ) ſed duplũ, euidentiſſimũ eſt non recipere magis, aut minus.

Textus. xxvj.

❧ An & in his eadem ratio? etenim multũ æquiuocum eſt. ſed quorundam: & rationes æquiuocæ ſunt. vt ſi dicat aliquis: quòd multum eſt tantum & adhuc aliud tãtũ. & æquale æquiuocum: & ſi vnum quidem forte fuerit, confeſtim æquiuocum. ſi autem hoc: & duo.

¶ Reſpõdet in tex. 26. negãdo, ꝙ multum, aut duplũ, vniuoce dicat̃ de aqua ⁊ de aere. Imo dicunt̃ equoce, vt dictũ eſt de acuto, reſpectu ſtilli ⁊ vocis. ¶ Ubi notandum eſt ꝙ, multum, dupliciter dicitur: vno modo relatiue vt opponit̃ pauco: qd̃ etiã quãtitati cõtinue conuenit: dicimus enim ⁊ multã ⁊ paucã aquam. Alio modo accipitur vt opponitur cõtra, vnũ, qd̃ ꝓprie nõ conuenit niſi quãtitati diſcrete: cõtinuũ enim eſt vnũ: qd̃ ſi diuidat̃ in duo vel plura, fit multa. Et rurſus notandũ eſt ꝙ nomẽ, multũ, ſi conſideretur mathematice, vt abſtrahit a rebꝰ naturalibꝰ, non eſt equiuocum. quia in genere ſignificat exceſſum, quicũq; ſit ille: ſi autẽ accipiat̃ vt ſignificat naturas rerum naturaliũ, tunc quodãmodo equiuoce d2 de aqua ⁊ de aere. Eſt enim aer rõne quantitatis multus reſpectu aque: q2 ſub magna quantitate cõtinet paucũ materie: aqua vero ecõuerſo rõne materie dicit̃ multum reſpectu aeris: q2 ſub parua quãtitate continet multum materie. Ait ergo Philoſophus ꝙ multũ eſt equiuocũ: ſed quorũdã. i. nõ in genere ⁊ mathematice, ſꝫ in ordine ad res naturales. Et rões. i. diffinitiones multi in aere ⁊ in aqua ſunt equiuoce [ꝙ ſi dicat aliquis ꝙ multũ eſt tãtũ ⁊ aliud tantũ] alludit ad ſecundã acceptionẽ de, multũ, vt opponitur vni: dicit̃. n. pugillus aque. v. g. multa reſpectu pugilli aeris, q2 cõtinet vnũ equale materie ad materiã aeris, ⁊ aliud tantũ, imo decuplum, q2 ex vno pugillo aque fiunt decẽ aeris. Ait vero ꝙ ſi equale ⁊ vnũ equiuocũ eſt: fit vt ⁊ duo equiuocũ ſit. Qd̃ eſt dicere ſi dentur aqua ⁊ aer ſub eadẽ quãtitate, aq̃ erit duo ratione materie reſpectu aeris imo erit decupla, ſi vero dent̃ aqua ⁊ aer que habeãt eandẽ multitudinẽ materie, tũc aer rõne quãtitatis erit decuplꝰ ad aquã. Atq; adeo, multũ, ſicuti, duplum ⁊ decuplum, vt concernunt res naturales, quodãmodo dicuntur equiuoce de aqua ⁊ aere.

Textus. xxvij.

❧ Quoniã, propter quid alia comparabilia ſunt, alia verò nõ: ſi vna quidẽ eſt natura? an quia ſunt in alio primo ſuſceptiuo? Equus igitur & canis, comparabilia ſunt: vtrum albius. In quo enim primo: idem eſt ſuperficies. & magnitudo ſimiliter. aqua autem & vox: non. in alio namq;.

Requiſitũ ſecũdum.

¶ Poſt primũ requiſitũ ad cõparationẽ nempe, ꝙ ea q̃ cõparantur nõ debẽt equiuoce ſignificari illo noĩe in cuius ſignificato fit cõparatio, ſubdit in hoc tex. 27. ꝙ hoc non ſufficit: ſed eſt ſecũdũ requiſitum ꝙ forma in qua fit comparatio recipiat̃ in eodẽ primo ſubiecto. Interrogat ergo, cur nõ oĩa que vniuocant̃ in eadẽ forma eiuſdẽq; nature cõparationẽ recipiunt. Et rñdet q2 in alio ſunt primo receptiuo, equus. n. ⁊ canis cõparãtur in albedine: q2 albedo non ſolũ eſt forma eiuſdẽ nature in vtroq;, ſed eſt in eodẽ primo ſubiecto puta in ſuperficie. Et pariter comparant̃ in magnitudine: que eſt eiuſdẽ nature ⁊ recipit̃ per ſe primo in ſubſtãtia: aq̃ tñ ⁊ vox nõ cõparantur in magnitudine, q2 magnitudo, licet ſit eiuſdẽ rõnis, tñ magnitudo aq̃ eſt ꝑ ſe pmo in eiꝰ ſubſtãtia. i. attẽdit̃ ſm extenſionẽ materie ⁊ forme: magnitudo vero ſoni: eſt in ſono q̃ eſt q̃litas, nõ. n. eſt magnꝰ ſonꝰ ꝓpter magnitudinẽ aeris in quo recipit̃: ſꝫ ꝓpter vehemẽtiã motꝰ quo corpora colliduntur, aut propter magnitudinẽ, aut alias qualitates corporum colliſorum a quibus efficitur, ⁊ ideo neq; aqua eſt maior ſono, neq; ſonus q̃ aqua.

Textus. xxviij.

❧ An manifeſtũ eſt, ꝙ erit ſic quidẽ: omnia vnũ facere: In alio autẽ dicere vnũquodq; eſſe: & erit idem æquale, & dulce, & album, ſed in alio.



Requiſitũ tertium.

¶ Subſequẽter intẽdit adiũgere tertiũ aliud requiſitũ vt aliq̃ ſint cõparabilia: nẽpe ꝙ forma illa in q̃ fit cõparatio ſit eadẽ natura. i. eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime. Obidq; arguit ꝙ neq; ſcd̃a cõditio ſufficiat, duabꝰ rõnibus. Ad intellectionem prime notato ꝙ d̃ria ſpecifica formarum non attendit̃ penes ſubiecta diuerſa, in quibꝰ recipiuntur: albedo. n. ⁊ dulcedo lactis in eodẽ ſunt pmo ſubiecto. ſ. in quãtitate, differunt tñ penes diuerſas d̃rias cõtrahẽtes genꝰ: d̃ria vero numerica attẽditur penes diuerſa ſubiecta, vt differunt albedo vniꝰ lactis ⁊ albedo alterius. Ait ergo ꝙ cõparatio debet fieri in eadẽ natura, vt tñ ſit eadẽ natura non ſufficit ꝙ ſit forma in eodẽ ſubiecto primo. Alias (inq̃t) eſſet oĩa vnũ facere. i. oẽs forme eſſent eiuſdẽ ſpeciei: ſꝫ ſolũ differrẽt penes ſubiectũ in quo ſunt ⁊ ita q̃titas, dulcedo, ⁊ albedo eſſent vna natura rõne ſolius ſubiecti differentes: qd̃ eſt falſum: nam lꝫ ſint in eodẽ (vt in lacte) differunt ſpecie. Forſan rephendit hic Platonẽ qui ſolũ ponebat d̃riam materialẽ ex pte ſubiecti et nõ ponebat genꝰ ꝯtrahi p diuerſas d̃rias. Sed ſicut indiuidua eiuſdẽ ſpẽi nõ differũt, niſi rõne diuerſarũ materiarum in q̃bꝰ recipit̃ idea hoĩs. ita genus diuidebat̃ ſm Platonẽ in ſpecies: q2 erat vna natura recepta in diuerſis ſpeciebꝰ: ſꝫ q2 idee ſpecifice erãt ꝑpetue, nõ ponebat ideã gñis ſeparatã a ſpeciebus, ſicuti ponebat ideã perpetuã ſpeciei ſeparatam a corruptibilibus indiuiduis. Ariſto. vero nõ ponit d̃riam ſpecierũ propterea qd̃ genꝰ tanq̃ vna natura recipiat̃ in illis: ſed q2 cõtrahitur per d̃rias, vt tex. 31. peramplius exponetur. Quia nullã ponebat ideam generis: ſꝫ tñ ideam ſpecificã receptã in diuerſis indiuiduis.

Genꝰ ſm Platonẽ.

Textus. xxix.

❧ Amplius ſuſceptiuum non quoduis eſt: ſed vnum vnius primum. Sed non ſolum oportet cõparabilia non æquiuoca eſſe: ſed & non habere differentiam, neq; in quo. dico autem, vt color habet diuiſionem. Non ergo eſt comparabile, ſecũdum hoc: vt vtrum coloratum ſit magis, album q̃ nigrum. hæc enim comparantur non ſecundum aliquem colorem: ſed quatenus color eſt, ſed ſecundum albedinẽ. ℭ Sic & circa motum: æquè velox. quod in æquali tempore mouetur per æquale, tantum longitudinis, in hoc.

In ſpẽ fit ꝯparatio.

¶ Tex. hic. 29. tres habet particulas. Prima eſt rõ ſecũda ad probandũ, ꝙ requirit̃ idẽtitas ſpecifica forme, in qua fit comparatio. Et ratio eſt hec. Ad comparationẽ requiritur identitas ſubiecti primi, vt dicit ſecunda cõditio: ſed cuiuſlibet forme eſt ſuum per ſe primum ſuſceptiuum: ergo requiritur identitas ſpecifica forme. Quod ſi quis dubitet, non eſſe tot ꝓpria ſuſceptiua formarum, quot ſunt forme: nã materia prima eadẽ ſuſcipit omnes formas: et quantitas. omnes qualitates corporeas. Reſpondetur ꝙ nomine, ſuſceptiuũ, non intelligitur ſolũ ſubiectum. ſed ipſum cum diſpoſitionibus: quare aliud eſt ſuſceptiuum forme hominis, ⁊ aliud forme equi. Aliud q; temperamẽtum primarũ qualitatũ ad albedinẽ requiſitum aliud vero ad nigredinẽ. ¶ In ſecũda parte textus colligit tres conditiones neceſſarias, vt res alique ſint cõparabiles: dicens, ꝙ cõparabilia

obiectio

 lia

lla non ſolū non debēt eſſe equiuoca, vt dicebat prima conditio, ſed id in quo fit cōparatio debet eſſe tale, vt non habeat differentiā [neq; quod] .i. ſpecificam, ſicuti genus diſtribuitur per ſpecies, vt dicit tertia cōditio [neq; in quo] .i. ratione ſubiecti primi, vt dicebat ſecunda. V.g. in genere coloris non fit comparatio, ſed in ſpecie albedinis. Nihil enim eſt alio magis, aut min⁹ coloratum, ſ3 magis, aut minus album, aut nigrū.

Pars.3.capituli.

¶In tertia particula vbi incipit tertia pars huius capitis, ⁊ vbi aptior eſſet textus diuiſio, applicat ea que dicta ſunt ad motus: concludens ex dictis ꝙ illi motus ſunt proportionabiles, q̄ ſunt eiuſdem ſpeciei. Nam tales non dicuntur equiuoce motus. Et proportionantur in velocitate, que eſt forma ſpecifica: ⁊ eſt in eodē primo ſubiecto, ſcilicet in quantitate. Et hoc eſt quod ait. Motus eque velox eſt, qui in equali tempore mouetur per equalē tantū lōgitudinis [in hoc] .i. in eadem ſpecie.

Textus. xxx.

Si autem aliud quidē alteratum eſt, aliud verò latum: æqualis vè erit hæc alteratio, & æquè velox loci mutationi? Sed incōueniens eſt. cauſa autem quia motus habet ſpecies. Quare ſi quæ in æquali tēpore lata ſunt per æqualē lōgitudinē, æquè velocia: erit æqualis recta & circularis. Vtrum ergo cauſa ſit: quia loci mutatio genus, ſit an quia linea genus? tempus enim idem ſemper, in partibile ſpē. An ſimul illa ſpecie differunt? etem̄ loci mutatio, ſpecies habet: ſi illud ſuper quod mouetur, ſpecies habeat. Amplius autem: ſi per quod. vt ſi pedes, ambulatio: ſi alæ, volatio. An non? ſed figuris loci mutatio alia eſt? Quare quæ in æquali tēpore mouentur per eādem magnitudinem: ęquè velocia ſunt) eandem autem: indifferentem ſpecie) & motu indifferente ſpecie.

¶In text.30. perſeuerat explicans, motus ſpecie, differētes non eſſe comparabiles. Et id primo in his q̄ differūt genere ſubalterno. Interrogans, vtrū alteratio ⁊ loci mutatio ſint comparabiles. Et reſpondent, inconueniens eſſe dicere ꝙ ſunt cōparabiles, eo quod ſpecie differunt. Quare alteratio neq; eque velox eſt motui locali, neq; eo velocior, tardior ve. Idem ſubiungit de motu locali circulari ⁊ recto, que ſunt ſpecies ſpecialiſſime. Et repetit eandē rationē, quam fecerat tex. 21. Scilicet. Si motus circularis ⁊ motus rectus eſſent comparabiles, ſequeretur ⁊ lineas ipſas circularem ⁊ rectam, per quas fiunt, eſſe comparabiles: quod falſum eſt, cum ſpecie differant.

Cauſa incōparabilitatis.

¶Pergit vero percontari cauſam incōparabilitatis horum motuū: an videlicet cauſa ſumatur ex parte ipſorum motuum, quia videlicet motus rectus ⁊ circularis differunt ſpecie ſub genere motus localis: an vero cauſa ſumatur ex parte magnitudinū per quas fiunt: nempe, quia linea recta ⁊ linea circularis ſpecie differunt ſub genere quantitatis continue. Nam tēpus (inquit) in quo fiunt, cauſa eſſe nō poteſt: quia tēpus ſpecies eſt ſpecialiſſima. An forte vtraq; ſit cauſa. ſ. ⁊ dr̄ia ſpecifica motuū, ⁊ dr̄ia magnitudinū: nā ſi magnitudines ꝑ quas fit motus ſpecie differūt, ⁊ motus ſpē differūt. Et hec, q̄uis ꝓponat̄ ꝑ modum interrogatiōis, eſt tñ queſtionis reſpōſio. ſ. ꝙ vtraq; eſt cauſa incomparabilitatis: proxima quidē differētia ſpecifica motuū circularis ⁊ recti: remota vero differentia linearum per quas fiunt, ex qua naſcitur differētia motuū. An forte tertia ſit cauſa inſtrumentum quo fit motus. Vt v.g. progreſſio differat ſpecie a volatu: eo quod illa fit pedibus, hic vero, alis. Cui reſpondet inſtrumēta nō eſſe ſufficiētē cauſam differētie ſpecifice motus, vt ſint incōparabiles. Poteſt enim curſus equi velocitate comparari volatui auis: non enim differunt ſpecie ratione motus, ſ3 tanquā proprie paſſiones diuerſarum ſpecierū animalium, vt libr.5.q.3. dictū eſt. Quod autē ſequit̄ [an non? ſ3 figuris ⁊c.] exponit Cōmētator ꝙ ambulatio ⁊ volatio nō differūt, niſi ſolū ſm figurā, vt clauſula illa adiungatur ſuperiori, qua dictū eſt non differre ſpecie. Melius tamē exponit S. Tho. vt ſit ſermo de motu recto ⁊ circulari. Quaſi dicat ambulatio ⁊ volatio, ſi vtraq; ſit recta nō differunt ſpecie in ratione motus, ſed motus illi qui fiunt per lineas diuerſarum figurarum: quales ſunt motus circularis ⁊ rectus. ¶Concludit ergo motus illos eſſe eque veloces, qui fiunt per eandem magnitudinem in ſpecie .i. vterq; per rectam, vel vterq; per circularē: dummodo motus etiam ſint eiuſdē ſpeciei, puta ambo locales. Et proportionabiliter dicatur de motibus augmētationis. Et pariter de motibus alterationis.

Textus. xxxj.

In gñe latent equiuocationes.

Quare hoc cōſiderandum eſt: quæ ſit differentia motus. ¶Et ſignificat ſermo iſte: ꝙ genus nō vnum quid eſt, ſed ob hoc latent multa. ſuntque æquiuocationum: aliæ quidem multū diſtantes, aliæ autem habentes quandam ſimilitudinem. Aliæ verò propinqueæ, aut genere, aut ſimilitudine rationis. Quapropter nō videntur æquiuocationes eſſe, cùm ſint. ¶Quādo igitur altera eſt ſpecies? ſi idem in alio, aut ſi aliud in alio? Et quænā diffinitio, aut quo diſcernemus, ꝙ idem eſt albū & dulce, aut aliud: quia ne in alio videtur alterū, an quia omnino non idem.

¶Elicit in p̄mis verbis hui⁹ text⁹, ad iudicādum an motus ſint cōparabiles ꝯſiderandū eſſe q̄lis īter eos ſit dr̄ia. Si.n. ſit generica, vt īter alterationē ⁊ motū localē, aut ſpecifica, vt inter motū rectū ⁊ circularē, non ſunt cōparabiles. Si vero accidētaliter differant inquantum motus, vt volatus ⁊ curſus, ij ſunt cōparabiles. ¶Elicit ſcd̄o ex dictis ꝙ genus non eſt ſimpl'r vna natura, qđ erat tertiū requiſitū ad cōparationē. Sed latent (inquit) in gñe multa. Cuius rationē egregie profecto tradit S. Tho. nempe ꝙ ſpecies ſumitur a forma vltima, que eſt ſimpliciter vna exiſtens in rerū natura. Vt ſpecies humana ſumitur ab anima rōnali: que vnica eſt in ſuppoſito, ⁊ equina, ab anima equi. Nō tñ eſt in hoīe preter animam rōnalē alia a q̄ ſit aīal: ſed aīal dicit vnū gradum ſenſitiuū qui ſola operatione intellectus abſtrahitur a formis omniū animaliū. In gñe ergo latere multa, eſt ꝙ non ſit vna forma generis, ſicut eſt vna forma ſpeciei. ¶Sed notandum eſt hic ꝙ Ph. nō ait in genere latere equiuocationes, vt ſolet a nōnullis citari, ſ3, latere multa. Annuit vero hoc eſſe quodā genus equiuocationum non tamen adeo propriū vt canis. Quēadmodum in predi. cap.1. explicatum eſt. Et hoc eſt qđ ait hic. Equiuocationū alie quidē ſunt multū diſtantes, vt canis, qđ eſt equiuocū a caſu, ſignificās marinū ⁊ latrabilē nō ꝓpter aliquē gradū nature aut ꝓportionē: alie vero ſunt minus diſtātes, vt analoga que nō cōueniūt ſimpl'r in aliquo gradu nature, ſed in proportiōe. vt, ſanū ſignificat animal et vrinā. Tertius gradus eſt in ꝓprie equiuocationis: vt in genere: qđ quanq; ſignificat vnū gradū indifferentē oībus ſpeciebus, nō tñ in re reperitur ſcd̄m eandē perfectionē in illis. Senſitiuū enim nō eſt ita perfectū in equo, q̄ in homine: q2 ſenſitiuū in hoīe eſt ab anima rōnali. Et pariter nec corporeū, eſt tā perfectū in equo. Unde propter ſimilitudinē (inquit) rōnis. i. ꝓpter vnū gradū gñis abſtractū ꝑ intellectū nō apparet equiuocatio ſpecierū: cū tñ ſit quodāmodo. ¶Quo fit vt ſi daret̄ vna anima ſenſitiua in hoīe preter rōnalē (vt dicebat Ocam) tunc genus diceret vnā naturā, ſicut ſpecies: ⁊ pariter ſi eſſet vna forma corporeitatis, vt opinat̄ Scotus. ¶In tertia parte textus, quaſi colligens ſuperius dicta percontatur. Unde ergo ſumēda eſt differētia ſpecifica naturarū: vtrū ex hoc quod vna natura gñis recipiatur in alio ⁊ alio .i. in alia ⁊ alia ſpecie? Quēadmodum natura vna ſpecifica petri differt numero ab alia, quia recipit in alia materia. Vt dulcedo, vtrū differt ſpecie ab albedine, q2 natura coloris recipitur in diuerſis, an differūt, quia omnino nō ſunt idem? Et hec nō ſolū eſt interrogatio, ſed determinatio aduerſus Platonem. differebat enim inter Platonem. ⁊ Ariſto. vt Cō.38. dicebamus, ꝙ Plato ponebat vnam naturam generis differentem per hoc ſolum quod recipiebatur in diuerſis ſpeciebus Ariſto. vero non ponit vnicā naturā generis, ſed vnū gradū, qui nō inuenitur in re equalis in ſpēb⁹ (vt mō dicebam⁹) ſed ſolū ponit vnā naturā ſpecificā, que ſumitur a forma. Et quia ſpecies exprimit̄ per diffinitionē, que diſcernit vnā ſpeciē ab alia, ait idē eſſe aliqua differre ſpecie, qđ differre diffinitione, idēq; eſſe aliqua eſſe eiuſdē ſpeciei ⁊ nature, qđ diffinitione conuenire, vt habetur.5. meta. tex.12.

Tres gradus equiuocationis.

Ocam.



Textus. xxxij.

De alteratione autem: quomodo eſt ęque velox alteri altera? Si itaque eſt ſanari alterari, eſt autem hunc quidem velociter, illum autem tardę ſanari, & ſimul quoſdā, quare erit alteratio ęquę velox. In æquali enim tempore: alteratum eſt. ¶Sed quid alteratum eſt? æquale enim hic non dicitur, ſed vt in quantitate æqualitas: ita hic ſimilitudo: Sed ſit idem quod mutatur in æquali tempore: æque velox. ¶Vtrum ergo eo in quo paſſio: an paſſione oportet comparare? hic igitur ꝙ ſanitas eadem ſit, eſt accipere: aut quod neque magis neque minus, ſed ſimiliter exiſtit. Si autem altera paſſio ſit, vt alteratur id quod dealbatur, & id quod ſanatur: his nihil ineſt idē, neq; æquale, neque ſimile, vt iam hæc ſpecies faciunt alterationis. & non eſt vna: vt neque loci mutatio. quare conſiderandum eſt quot ſunt ſpecies alterationis: & quot loci mutationis. Si igitur quæ mouentur ſpecie differunt: quorū ſunt motus ſecundū ſe & nō ſecundū accidēs, & motus ipſi, ſpecie differunt. ſi autē genere: gñe. ſi vero numero: numero.

¶In tex.32. poſt cōparationē motuū localiū proſequit̄ dicere de cōparatione motuū alteratiōis. Motus eñ augmentationis eo hic ſilentio pretermittit, ꝙ eadē ferme eſt eorū rō, que motuū localiū. Vt eñ ſe habet ſpatiū in motu locali, ſe habet et quantitas in motu augmentationis. Quocirca, vt mot⁹ illi locales ſunt eque veloces, quibus equali tp̄e equalia ſpatia peragunt̄, inequales vero quib⁹ tēpore equali trāſeunt̄ inequalia, ita ⁊ motus illi augmentationis ſunt eque veloces, quibus tp̄e equali acquirunt̄ equales quantitates ⁊c. Vt vero de alteratione non eſt ita perſpicua ratio. Obidq; prius oſtēdit ꝙ motus alterationis ſunt cōparabiles in velocitate. Experimur eñ ex duobus egrotis alterū velocius ſanari altero: alios vero ſimul .i. eque velociter ſanari. Cū ergo ſanatio ſit alteratio, ſequit̄ vt alteratio alteri ſit equalis: vt pote q̄ tempore equali fit. ¶Mouet autem queſtionē penes quid attendat̄ equalitas alterationū, nā in motu locali duo requirunt̄ ad equalitatē velocitatis. ſ. identitas tēporis, ⁊ ſpatiorum equalitas. Et proportionabiliter in augmentatione equalitas quantitatum que acquirunt̄. Querit ergo [ſed quid alteratum eſt] .i. quid eſt illud quod acquirendū eſt tempore equali, vt alterationes ſint eque veloces. Nā dicere ꝙ debet acquiri equalis qualitas, ineptū eſt: qm̄, equale, nō dr̄ ſcd̄m qualitatē, ſed ſicut in quātitate eſt equalitas, ita et in qualitate ſimilitudo. Diffiniat̄ ergo (inquit) in genere, eque velociter mutari. Vt ſint illa, que tēpore equali mutant̄: ſiue localis ſit mot⁹, ſiue alteratiōis aut quiuis alius. ¶Hac ſuppōne facta querit Ph'us. vtrū q̄ motus duo alteratiōis cōparant̄ in velocitate cōparare eos oporteat eo in quo eſt paſſio, i. ex parte ſubiecti, puta ꝙ tāta vel tanta pars vtriuſq; ſubiecti ſit in tali tēpore alterata: an oporteat eos cōparare in paſſione ⁊ qualitate que acquirit̄: nā vtrūq; deſignat̄ cū dr̄ alteratū eē. ſ. et ſubm̄ et paſſio. Ad quā queſtionē rn̄det, vtriuſq; habēdam eſſe rationē. Et primo paſſionis habēda eſt ratio, ⁊ quātū ad ſpeciē, ⁊ quantū ad intenſionē. Exēpli gratia, vt due alterationes ſint eque veloces opus primū eſt vt ſint eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime: et hoc eſt quod ait [vt ſit eadem ſanitas.] Quare dealbatio ⁊ ſanatio nō ſunt cōparabiles in velocitate equali, cū nō ſint eiuſdē ſpeciei. Veluti loci mutatio nō comparatur cū alteratione. Et rurſus requirit ꝙ eadē intenſio acquirat̄ eodē tēpore. Et hoc eſt qđ ait. [Nec magis nec minus, ſed ſimiliter exiſtat.] Ex quib⁹ colligit ad cognoſcendam cōparabilitatem motuū, cōſiderandū eſſe quot ſint ſpecies ſpecialiſſime alterationis, lociq; mutationis. Et hoc (inquit) iudicandum eſt ex his ad q̄ mouentur. i. ex terminis per ſe motum: vt dictum eſt libr.5. text.31. vt quia albedo et nigredo et ſanitas differunt ſpecie, dealbatio et denigratio, et ſanatio differant ſpecie. Ex terminis inquam per ſe: nam quamuis aliquis ex curſu ruborem acquirat, alius vero palorem, illi duo curſus nihilominus ſunt eiuſdem ſpeciei, q2 motus locales nō ſunt per ſe ad illius modi qualitates, ſed per accidens. Quod dictū eſt alterationes differentes ſpecie non eſſe equalitate velocitatis comparabiles. q.2. diſputatur.

Textus. xxxiij. ❧ Sed vtrum oportet ad paſsionem reſpicere, ſi eadem ſit an ſimilis, ſi ęque veloces ſint alterationes, aut ad id quod alteratur: vt ſi huius quidem tale dealbatum ſit, huius autem tantum, an ad vtrunq;? Et eadem quidem aut alia, paſsione: ſi paſsio eadem ſit. Equalis autem aut inequalis: ſi illud ſit, in æquale?

¶ In tex.33. diſſoluit priorē partē queſtionis: an.ſ. ſit habendus reſpectus ad ſubiectum. Et hoc eſt quod percontatur, vtrū.ſ. ad ſolā paſſionē oporteat reſpicere ad iudicandū motus alterationis eſſe eque veloces, an etiā oporteat reſpicere ad ſubiectū. Et ait ad vtrūq; conijciendū eſſe oculū: diuerſimode tñ. Nā [ſi paſſio eadē ſit].i. an motus alterationis ſint eiuſdē an diuerſarū ſpecierū, id quidē iudicamus [eadē vel alia paſſione].i. ſolū ex parte termini. Nā oēs dealbatiōes eiuſdē ſpēi
Tria conſiderāda.
ſunt, ſiue magna ſiue parua pars dealbetur. An vero mot⁹ ſint eque veloces, id iudicam⁹ p quātitatem ſubiecti que alterata eſt in tali vel tali tēpore. Hec preſſius in.q.3. examinanda ſunt. Tria enim penſanda ſunt in motibus alterationis cū cōparantur in velocitate. Primū q termini alterationis ſint eiuſdē ſpeciei, vt motus ſint eiuſdē ſpeciei. Mox ſi cōparatio velocitatis fit quo ad extenſionē, requiritur q tēpore equali qualitates extendantur per equales partes ſubiecti. Si autem cōparatio fit quo ad intenſionē, requirit vt equales gradus intenſionis in vtroq; ſubiecto eodem tempore acquirantur.

Textus. xxxiiij. ❧ Et in generatione autem & corruptione, idem conſiderandum eſt: quomodo æque velox generatio eſt, ſi in ęquali tempore generetur idem & indiuiſibile vt homo, ſed non animal. Velocior autem: ſi in æquali, aliud. non enim habemus aliquod duorum in quibus ipſa diuerſitas: vt diſsimilitudo. ℭ Et ſi eſt numerus ſubſtantia: maior & minor numerus eiuſdem ſpeciei eſt. ſed eſt inominatum quod commune eſt: & vtrūq; vt maior paſsio, aut excedens magis, quantum aūt maius.

¶ Tandem in tex.34. cōcludit que ſunt cōſideranda in motibus generationū vt cōparentur in velocitate. Ubi ad notandū eſt q generatio, ſi accipiatur pro acquiſitione forme ſubſtantialis, non eſt velocior: aut minus velox q̄ alia quia non eſt motus, ſed inſtantanea mutatio, vt lib.5.tex.8. dictum eſt. Dupliciter tñ poſſunt cōparari generationes in velocitate: vno modo quantū ad alterationem precedente, que eſt via ad generationem. Velocius enim generatur maſculus q̄ femina in hominibus: nā embrio maſculi animatur quadrageſimo die: femina vero ſexageſimo. Et in ſeminibus & plantis propter diuerſas temperies terre aut aeris, pōt celerior fieri aut moroſior germinatio. Et preterea poteſt eſſe velocior, aut tardior extenſio forme per totum ſubiectum: vt homo incipit animari a corde & ſucceſſiue animet. Ait ergo Phi. idē conſiderandū eſſe in gñatione, qđ de alteratione dictū eſt. Nēpe q ille due gñationes ſunt eque veloces, quib⁹ idē indiuiſibile acquiritur eodē tpe.i. forme ſubſtantiales eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime: que dicit ſpecies atoma.i. indiuiſibilis [vt hō, & nō, vt aīal. Licet eñ vtraq; gñatione acquirat forma animalis, nō erunt cōparabiles: vt gñatio hominis et gñatio canis: ſicuti neq; alteratio ad ſanitatē et alteratio ad albedinē. Id aūt hic notato q ad generationes eſſe eque veloces ſatis eſt q forme ſint eiuſdē ſpeciei: nec requirit vt ſint eque intenſe, vt dictū eſt de formis accidētalibus. nā forme ſubſtātiales, quia nō recipiūt magis aut minus, cū conſiſtant in indiuiſibili, ſatis eſt q acquirantur eiuſdē ſpeciei. Quod ſi acquirant in eodē tēpore, gñationes erunt eque veloces: ſi vero tempore inequali, vbi forma acquirit in minori tēpore, tunc generatio erit velocior. Et hoc eſt qđ ait q nō habemus in gñatione aliqđ duorū in qbus cōſtituatur diuerſitas inter formas ſubſtantiales eiuſdē ſpeciei, ſicut in accidētibus aſſignātur diuerſi gradus intenſionis, in quibus conſtituit diſſimilitudo Hoc itidem, quod ait gñationes differentes ſpecie nō eſſe cōparabiles. q.2. examinatur. ¶ In ſecunda parte huius textus, quia inſinuauerat perfectionē ſubſtantie nō habere latitudinem, nec recipere magis aut minus, introducit opinionē Platonis & Pythagore, qui contrariū videbantur aſſerere. Atqui Paulus venetus legit hanc literā ac ſi Ariſt. arguat cōtra Platonem: ſed. S. Tho. exiſtimat eſſe ſimplicē recitationē opinionis platonice. Dixinus eñ lib.1.cō.48. q Pythagoras inter aſtrologos egiptios nutritus philoſophabat per numeros. Autumans eñ vnū qđ eſt principiū numeri de genere quātitatis, idē eſſe cū vno qđ conuertitur cū ente, & de omni ſubſtātia predicat, oēs naturas rerū cenſebat eſſe numeros quoſdam. Et eadē erat opinio Platonis. Si ergo hec litera inducatur tanq̄ recitatio opinionis, ſic legitur. Si ſubſtātia eſt numerus, ſequit q in forma ſubſtantiali eiuſdē ſpeciei eſt dare maius & minus.ſ. maior & minor numerus: qđ ipſi cōcedebant. At cū arguebatur cōtra eos q ſubſtātia nō recipit magis aut minus, id negabāt: ſed dicebāt nō eſſe cōmune nomē impoſitū, ſed eſſe innominatas illas differētias in ſubſtātia, que nominate ſunt in qualitate & quātitate. Nā in qualitate intenſior paſſio aut excellens, dicit magis aut minus tale: in quātitate vero, maius aut minus. Hec cōfitebant illi. Si vero litera inducat per modū arguēdi, legatur ſic. Si ſubſtantia eſſet numerus, ſequeret q perfectio ſubſtantie haberet latitudinē maioris & minoris numeri: cōſequens eſt falſum: quia tūc reciperet differētias excellētie, licet non eſſent nominate: ſicut in qualitate & quantitate, cū tamen perfectio ſubſtantie conſiſtat in indiuiſibili.

## ❧ DE REGVLIS SEPTEM comparationis motuum.

## CAPVT. V.

Textus. xxxv. QVONIAM autem mouens, mouet ſemper aliquid: & in aliquo, & vſque ad aliquid (dico autem in aliquo: quia in tēpore. vſq; ad aliquid autem: quia per quantam aliquam longitudinē. ſemper enim ſimul mouet & mouit. quare quantum aliquid erit, per quod motum eſt, & in quanto) ſi igitur. A. eſt mouens. B. autem id quod mouetur, per quam autem motum eſt, longitudo. C. in quā

in quanto autē tempus, in quo. D. In ęquali igitur tempore: æqualis potentia ipſi. A. dimidium ipſius. B. per duplam ipſius. C. mouebit. Per lineam autem. C. in dimidio ipſius. D. ſic enim erit analogia.

¶ Subſequēter poſtq̄ viſum eſt quinam motus
Reglę ſeptem.
ſunt cōparabiles, in hoc capi.5. qđ p textus quinq; diſtribuitur, conſtituunt ſeptē regule cōparationis motuū. Ex hoc ergo tex.35. eliciunt due regule. Quatuor enim inquit eſt in vno quoq; motu cōſiderare.ſ. mouens, & id qđ mouetur, et tempus in quo fit motus, et latitudinē ſpatij per quā fit motus. Loquitur enim de motu locali: ex quo facile ſumitur aliorū iudicium. Et quidē, in motu phyſico neceſſe eſt, et mobile, & ſpatiū tēpus eſſe diuiſibilia: propter quod dictum eſt in ſexto text. 52. q ante omne moueri precedit mutatum eſſe per minorem partē ſpatij in minore parte temporis. Et hoc eſt quod ait hic [ſemper mouet & mouit].i. quod mouetur mouebatur. Ex tex.49. eiuſdem lib. dictū eſt q mobilis tranſeuntis per aliquod ſignū prius tranſit vna pars q̄ alia. Secus eſt de motu angeli. Mouens autem phyſicū non eſt neceſſe ſemper eſſe diuiſibile: vt patet de primo motore, & de intelligentijs. Loquitur hic tamen de mouēte diuiſibili. Sit igitur (inquit). A. mouens: id vero quod mouetur ſit. B. & pars ſpatij per quā mouetur dicat. C. tēpus vero. D. tunc inquit alia potentia equalis ipſi. A. mouebit dimidium ipſius. B. in eodē quidē tempore per duplum ſpatiū ad ipſum. C. ſed per ſpatiū. C. mouebit dimidiū ipſius. B. in dimidio temporis ipſius. D. Utroq; enim modo ſeruabitur eadē analogia.i. proportio. ¶ Due ergo hinc colliguntur regule.
Regula.1.
Prima per diuiſionem mobilis et multiplicationem ſpatij, pontentia et tempore manentibus equalibus. Si aliqua potentia mouet aliquam reſiſtentiam per aliquod ſpatium in aliquo tempore, eadem vel equalis potentia in eodem vel equali tempore mouebit ſubduplam reſiſtentiā per duplum ſpatiū. Ratio eſt, q qualis eſt ꝓportio medietatis reſiſtentie ad totam, talis eſt ſpatij ad ſpatium duplū. ¶ Secunda regula eſt per
Regula.2.
diuiſionem mobilis & temporis, potentia et ſpatio inuariatis. Si aliqua potentia mouet per aliquod ſpatium aliquam reſiſtentiam, eadem vel equalis potentia per equale ſpatium mouebit ſubduplam reſiſtentiam in ſubduplo tempore. Probatur: quia quanta eſt ꝓportio totius reſiſtentie ad medietatē, tanta eſt tēporis ad tēpus.

Textus. xxxvj. ❧ Et ſi eadem potētia idem in hoc tempore per tantam mouet: & per dimidiam in dimidio mouebit. & dimidia virtus: dimidium mouebit. in æquali tempore, per æquale. vt ipſius. A. potentie ſit dimidia potentia. E. & ipſius. B. ipſum. F. dimidium. Similiter igitur ſe habet, & ſecundū analogiam: virtus ad grauitatem. Quare per ęquale: & in inequali tempore mouebunt.

¶ In tex.36. cōſtituuntur due alie regule. Tertia
Regula.3.
ergo eſt per diuiſionem ſpatij et temporis, potentia et mobili inuariatis. Si aliqua potentia moueat aliquam reſiſtentiam per aliquod ſpatium in aliquo tēpore, eadē vel equalis potentia mouebit eandē reſiſtentiā per dimidiū ſpatium in dimidio tēpore. Et hāc tanq̄ per ſe notam relinquit. Nam qualis eſt proportio ſpatij ad ſpatium ſubduplum, talis eſt tēporis ad tempus. ¶ Quarta regula eſt econuerſo per diuiſionem potentie Regľa.4.
et reſiſtētie, ſpatio & tēpore inuariatis. Si aliqua potentia mouet aliquā reſiſtentiā per aliqđ ſpatium in aliquo tēpore, ſubdupla potentia mouebit ſubduplā reſiſtentiā per idē ſpatium in eodē tēpore. vt ſi. A. potentia moueat. B. reſiſtentiam per. C. ſpatium in. D. tēpore, medietas ipſius. A. que ſit. E. mouebit ſimiliter medietatē ipſius. B. que ſit. F. Nā ſimiliter ſe habēt hec ſecundū analogiam.i. proportionem. Nempe qualis eſt proportio potentie ad ſubduplam, talis eſt reſiſtentie ad reſiſtentiam.

❧ Et ſi. E. ipſum. F. mouet, in ipſo. D. per lineam. Textus. xxxvij.
C. non neceſſarium eſt in æquali tempore id in quo. E. duplum ipſius. F. mouere per dimidiam ipſius. C. Si igitur. A, ipſum. B. mouebit in ipſo. D. per tantam quanta eſt linea. C. dimidium ipſius. A. in quo. E. ipſum. B. non mouebit in tempore in quo. D. neque in aliquo ipſius. D. per aliquid lineę. C. ſecundum quod analogum eſt ad totam. C. vt. A. eſt ad. E. Omnino enim ſi contigerit: nō mouebit aliquid ſi enim tota virtus per totam mouit, dimidia non mouebit, neq; per quantam vis neque in quanto vis. vnus enim mouebit nauem: ſi nauem quidem trahentium diuidatur virtus in numerum & in longitudinē per quam omnes mouerunt. Propter hoc Zenonis ratio non eſt vera q ſonet milij quæ vis pars. nihil enim prohibet non mouere eum aerem, in vllo tempore quem mouit dum caderet totus modius. neq; itaq; pars, tantum quantum mouebit cum toto: ſi ſit per ſe, hoc mouet. neq; enim vlla eſt: niſi potentia in toto.

¶ In text.37. excludit duas alias regulas, quas falſo quis poſſet elicere ex quarta. Cum eñ dictū ſit, q ſi aliqua potētia moueat reſiſtentiā per aliquod ſpatiū in aliquo tēpore, ſubdupla mouebit ſubduplā &c. poſſet quis inferre q eadē potentia mouebit duplā reſiſtentiā, aut per dimidiū ſpatium in eodē tempore, aut per idē ſpatiū in duplo tēpore, vt additio fiat ad reſiſtentiā & nō ad potētiam. Que tamē regula exceptionē tūc patitur, quādo, multiplicata reſiſtentia potentiam mouentis vel equat, vel ſuperat: tūc enim potentia nullatenus mouebit reſiſtentiā, nec per aliquod ſpatium, nec in aliquo tempore. Quoniam a proportione equalitatis, vel minoris inequalitatis non fit actio. Si tamen multiplicatio reſiſtentie non equaret nec excederet potentiā, tunc regula vera quidē eſſet. Et eſt numero quinta. Perſeuerat ergo in exēplo quarte regule, q ſi. E. medietas ipſius. A. mouet. F. medietatē ipſius. B. nō eſt neceſſariū vt ipſa virt⁹. E. moueat totū. B. duplū ad. F. p aliqđ ſpatiū, quātūcūq; paruū, in aliquo tempore quantuncunq; magno. Eadem ratione Regula.5.
non eſt certa ſecunda regula ſubtrahendo a potentia et non a reſiſtentia. Ut ſi. A. virtus (inquit philoſophus) mouet reſiſtentiam. B. per aliqđ ſpatiū in aliquo tēpore, nō eſt neceſſe vt. E. medietas ipſius. A. moueat totam reſiſtentiā. B.

per

per aliquod minus ſpatiũ, aut in aliquo maiori tempore: quia poterit potentia tantũ minui, vt adequetur reſiſtentie, aut ſuperetur ab ea: & tũc non poterit eã mouere. Alias (inquit) homo poſſet mouere nauim, immo quantancunq; magnitudinem. Nam ſi decẽ homines. v.g. mouere poſſunt totam nauẽ, per aliquod ſpatiũ in aliquo tẽpore, tunc, ſi teneret proportio, poſſet vnus homo mouere totã nauem, aut per ſubdecuplũ ſpatium in eodẽ tẽpore, aut in tẽpore decuplo ꝑ idẽ ſpatium. Si tamen potentia diminuta ſemper excedit reſiſtentiam, vera eſt regula: eſtq; numero

Regl'a.6. ſexta. ¶ Exẽpla harũ regularũ, quã verũ habeãt, quã vero minime, ſic accipito. Si potẽtia vt quatuor mouet reſiſtẽtiã vt vnũ ꝑ aliqđ ſpatiũ in aliquo certo tẽpore, eadẽ potẽtia mouebit reſiſtentiã vt duo per ſubduplũ ſpatiũ in eodẽ tpe: ſed tamen reſiſtentiã vt quatuor nullatenus mouebit: quoniã a proportione equalitatis non fit actio. Pari ratione ſi potentia vt quatuor mouet reſiſtẽtiam vt vnũ per aliquod ſpatiũ in aliquo tempore, potentia vt duo mouebit eandẽ reſiſtentiã per ſubduplũ ſpaciũ in eodẽ tempore: ſed tamen potentia vt vnũ nullatenus mouebit eã. ¶ Hinc colligit Phi. ſolutionẽ cuiuſdã ſophiſmatis Zenonis, quo arguebat ſi modius milij cadens in terram ſonũ aliquẽ facit, granũ per ſe cadens faciet ſonum, minorẽ quidẽ ſono totius modij, ea proportione qua granum minus eſt toto modio: erat enĩ muſicus qui ex proportione ponderum malleorum iudicabat proportionẽ ſonorũ. cui reſpondet Ph. falax eſſe argumentum: nam poteſt eſſe tam minima moles, que aut non diuidat aerẽ vt vllus fiat ſon⁹, aut ita ſenſim diuidat, vt nõ ſit perceptibilis ſonus. Neq; enĩ pars ſeparata, tantum mouet q̃tum coniuncta: quia quãdo eſt coniuncta nõ eſt per ſe ens, ſed potentia in toto.

Textus. xxxviij. ❧ Si vero duo, & vtrunq; horum vtrunq; mouet per tantum in tanto: & compoſite potentie compoſitum ex ponderibus per æqualem mouebunt longitudinem, & in æquali tempore. analogum enim eſt.

¶ In tex. 38. ſubditur regula ſeptima a diuiſis ad coniuncta. Si due ſunt virtutes motiue, quarũ ſeorſum ſingule ſingulas reſiſtentias. ſ. pondera moueant, per aliquod ſpatiũ in aliquo tempore, virtus compoſita ex ambabus mouebit agregatum ex ambobus põderibus per idẽ ſpatium in eodem tẽpore. Et ratio eſt quia ſeruatur ſemper proportio potentie ad reſiſtentias. At ſi ſingule potentiarum ſint vt duo, & ſingule reſiſtẽtiarum vt vnum, ambe ſimul potentie erunt vt quatuor: ambeq; reſiſtentie: vt duo: atqui quatuor ad duo eadem eſt proportio, que eſt duorum ad vnum.

Textus. xxxix. ❧ Num igitur ſic eſt: & in alteratione & in augmentatione? aliquid enim eſt augens: aliquid autem & id quod augetur. in quanto autem tempore, & quantum: aliud quidem auget, aliud autem augetur. Et alterans & id quod alteratur ſimiliter. & aliquid & quantum ſecundum ipſum magis & minus alterata ſunt: & in quanto tempore. ¶ In duplo duplum: & duplum in duplo. dimidium autem in dimidio tempore: aut in dimidio dimidium, aut in æquali duplum. ¶ Si vero alterans aut augens, tantum in tanto aut auget aut alterat: non neceſſe eſt & dimidium in dimidio, & in dimidio dimidium. Sed ſi contigerit: nihil alterabit aut augmentabit, ſicuti & in pondere.

¶ In tex. deniq; 39. aſſerit eaſdem tenere regulas in alijs generibus motuum. ſ. augmentationis & alterationis nam quemadmodum in motu locali conſiderantur quatuor. ſ. mouens, & motum, et tempus, & ſpatium: ita et in augmentatione ſunt augens & auctum & tempus & quantitas que accreſcit. Et pariter in alteratione eſt alterans et alteratum et tempus et qualitas ſeu intenſio que acquiritur. Et eſt notandum quod quantitas que acquiritur in augmentatione, et qualitas que acquiritur in alteratione, reſpondent ſpatio in motu locali. Tunc ait q̃ ſicut dictum eſt de motu locali, q̃ potentia que mouet aliquam reſiſtentiam per aliquod ſpatium, in aliquo tempore, eadem potentia mouebit eandem reſiſtentiã: per duplum ſpatium, in duplo tempore, vt colligitur ex tertia regula, ita ſi aliqua potentia auget aliquam rem per aliquam quantitatẽ, puta pedalem, in aliquo tempore ſcilicet. A. eadẽ potentia, ſi in duplo tempore augeat eadem rẽ, augebit ad duplam quantitatẽ: & econuerſo, ſi auget ad duplam quantitatem, id faciet in duplo tempore: & ſi in dimidio illius tẽporis. A. augeat, augebit per dimidiã pedalitatem. Res eſt clara. Nam qualis erit proportio temporis ad tempus erit inter quantitates que acquiruntur. Quare illud accuſatiuum, duplum, non deſignat rẽ que augetur, ſed quantitatem que acquiritur. Si vero potentia augens vel alterans fuerit dupla, tunc (inquit) eãdem rem augebit in tẽpore equali per duplam quãtitatem. ¶ Subdit tandem falſas regulas ſicuti in motu locali. ſ. q̃ ſi aliqua potentia alterat vel auget aliquã rem in aliquo tẽpore, non eſt neceſſe vt dimidium. ſ. illius potentie, augeat eandem rem in dimidio per dimidiã quantitatẽ. Nam ſi potentia diminuitur reſiſtentia non diminuta, poterit contingere vt potẽtia et reſiſtentia ſint equales, vel potentia ſit minor: et tunc nullatenus potentia augebit aut alterabit reſiſtentiam vt de motu locali in ſexta regula explicatum eſt.

Finis ſeptimi Phyſicorum.



# ❦ Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper octauum Phyſicorum Ariſtotelis Commentaria.

## ❧ QVO DISPVTATVR, an ab æterno fuerit motus.

## CAPVT. I.

Textus. j. VTRVM autem factus eſt aliquãdo motus, cum non eſſet prius, & corrumpitur rurſus adeo vt moueatur nihil: an neque factus eſt, neque corrumpitur, ſed ſemper erat & ſemper erit? & hoc immortale & ſine quiete ijs ineſt quę ſunt: veluti vita quędam quæ ineſt natura ſubſiſtentibus omnibus. ¶ Eſſe igitur motum omnes affirmant de natura aliquid dicentes: propterea quod mundũ faciunt & de generatione & corruptione eſt contemplatio omnibus ipſis, quam impoſsibile eſt eſſe, niſi ſit motus. ¶ Sed quotquot quidẽ infinitos mundos & eſſe dicunt, & quoſdã quidẽ fieri quoſdam autem corrumpi mundos: ſemper dicunt eſſe motum neceſſarium enim eſt generationes & corruptiones ipſorum: eſſe cum motu. Quicunq; autem vnum & ſemper eundẽ, aut non eſſe ſemper: etiam de motu ſupponunt, ſecundum rationem.

¶ Adhuc vſq; peruentum nobis erat, cum ad ſacrum conciliũ euocatus ab hoc mihi deſtinato opere auulſus ſum. Sed neq; concilio in fauſte intermiſſo, alia defuere negocia publica que ad iuſtum me iã quinqueniũ implicarũt. Quo tempore feliciora ſacrorum ſtudia, quibus me prorſum addixeram, multo me iã longius ab his abduxerant Phyſicis, q̃ vt putaſſem illa a me vnq; reuiſum iri. At regreſſus in Hiſpaniã audire mihi videor, non haberi omnino hos noſtros labores ſcholaribus deſpectui, quin eſſe forſam nõnihil emolumenti, ſi abſoluãtur, allaturos. Quocirca deuorare hoc tedium ob publicũ cõmodum decreui. & quibus longum iam valedixerã, eadem, alioqui mihi ingrata, ſtudia repetere. Nam & cupido mihi ſe etiã nunc in animũ inſinuauit progrediendi ad libros de generatione, et ad alios ſaltẽ de aĩa. Liber hic igitur octauus, vt omniũ eſt Phiſicorũ poſtremus, ita eſt & inter eos precipuus.

Dignitas huius lib. Etenim poſtq; in ſeptimo in genere viſum eſt, omne qđ mouetur ab alio moueri (tametſi diſputationẽ illã huc vſq; diſtulerimus) atq; adeo in genere inde illatum eſt, in ordine mouentiũ, mobiliũ, & motuũ, in neutrũ extremũ abiri in infinitum, ſed exiſtere primũ motorẽ, primũ motũ ac primũ mobile: deſcendit iã modo. Phi. in hoc octauo, in particulari tria hec perſcrutatũ, quis videlicet, qualiſq; ſit primus motus, primũ mobile, & primus motor.

Materia huius li. Ubi proinde ſupra ſenſibilia conſcendẽs per multa ſpeculatur diuina. Atqui totus liber in decẽ capita diuiſus, per tex. 86. a cõmentatore diſtribuitur. Secari tamẽ poteſt amplioris lucis cauſa, in ſex membra. In prioribus nãq; duobus capitulis, diſputat diffiniturq; preambula quedã dubitatio, vtrũ fuerit motus aliquis ab eterno, an cũ antea nullus fuerit, aliquãdo fuerit inceptus. In duob⁹ vero ſequentib⁹, veſtigare incohans qualis ſit primus motus ac primus motor, diſſerit in particulari ſententiã illã, quã in principio ſeptimi enũtiauerat. ſ. omne qđ mouetur ab alio moueri. Et tertio exinde capite. 5. colligit, in mouentibus & motis, deueniendum eſſe ad vnũ primũ motorẽ. Ac rurſus cap. 6. oſtendit primũ motorẽ eſſe immobilẽ et incorruptibilem. Et ſubſequenter in tribus capitulis. 7. 8. et. 9. diſcutit, primus motus, qualis ſit nature qualeſq; habeat ꝓprietates. Sexto deniq; et poſtremo in cap. 10. cõtemplat anguſtiſſimã naturã primi motoris. Diſtributio.

¶ Capitulũ ĝ hoc primũ duodecim textus cõtinet. In quorũ primo, mouet queſtionem vtrũ factus fuerit aliqñ, an ab eterno fuerit motus, ſitq; ſemper futurus. Queſtio primi. ca. Ubi adnotandũ eſt, cõmentatorẽ teneri hic opinione ſingulari aduerſus Auicenã et reliquos arabes (vt ipſe fatetur) Cõtra Cõ. nempe q̃ intentio Ariſt. non fuerit hic diſputare in genere an ab eterno fuerit motus, necne: ſꝫ in particulari, vtrũ mot⁹ celorum fuerint eterni. Et ratio eſt (inquit) quia ſi ſolũ in genere determinaſſet hic, motũ ſemper fuiſſe, puta ante omnẽ motum fuiſſe motũ, non ſatis probaſſet ſucceſſionẽ motuũ: quomodo. ſ. conecteret cathena, vt ſemꝑ vnum motũ alius antecederet, aliuſq; ſubſequeretur: atq; adeo mancus fuiſſet ſermo Phi. At vero vt ait. S. Tho. falſiſſima hec eſt cõmentatio, et abſq; apparẽtia. Quin vero vt arabes, & Themiſti⁹, ſimpliciuſq;, & ferme oẽs cõſentiũt qſtio eſt gñalis, vtrũ ſemper fuerit, futuruſq; ſit motus. ¶ Primo quia obſeruãtiſſimũ eſt Ariſt. ex vniuerſalibus ad particularia deſcẽdere, vt in proemio huius libri viſum eſt. ¶ Secũdo, quia forma ipſa queſtionis, non proponitur in particulari de motu celi, ſed in genere, vtrum factus eſt aliquãdo motus, & corrumpit aliquando, an ſemper fuit et ſemper erit. ¶ Tertio, quia media omnia, quibus vtitur ad hãc queſtionem, procedunt de motu in genere. vt in ſubſequẽtibus patebit: & preſertim in hoc text. vbi tanq; principiũ huius concluſionis, nõ ſupponit ſpeciatim, motũ celorũ eſſe, ſed generaliter motũ eſſe: inſinuãs queſtionẽ eſſe generalẽ, an ſemper fuerit motus. ¶ Quarto, q̃ infra tex. 53. queſtionẽ diſputat in particulari, vtrũ aliqua, puta primum mobile, ab eterno moueat: et tamen ſi modo id fuiſſet in particulari conſtitutũ, ſuperuacanea fuiſſet poſtea eadẽ queſtio. Quin vero hac cõcluſione generali, quã hic prefigit ſcilicet ſemꝑ fuiſſe motũ, vtitur tanq; principio

cipio ad ꝓbandũ in particulari ꝙ datur motus ſempiternus vt tex.49.cõſtabit. Sed nõ eſt pluribus opus: nã certe imaginatio hec Cõmentatoris toti proceſſui Phi. aduerſat, vt in ſubſequentibus erit manifeſtum. Neq; ratio ſua alicuius eſt momenti: quin Phi. modo tantum definit in genere ſemper fuiſſe motum: quomodo autẽ id fuerit, inferius explicaturus eſt.

Motꝰ ab eterno bifariam.

Biſariam nãq; id verum eſt ſecundũ ipſum vno modo, ꝙ idẽ numero motus, puta celorũ, fuerit eternus, et alio modo, ꝙ ſeries motuũ horũ inferiorũ, fuerit perpetua, ſcilicet ꝙ ante omnẽ generationẽ ⁊ alterationẽ, fuerit gñatio et alteratio. Et eternitas primi motus, eſt cauſa eternitatis ſeriei iſtorum.

Inuentio. Ariſto.

¶ Ad rem ergo vt redeamus, intentio Ariſt. eſt, diſſerere in his duobus capitulis generatim, an motꝰ ſemper fuerit, ſemperq; ſit futurus. Tres igitur particulas dignoſcamus in hoc.1. textu, quas facit ſimplicꝰ. tres diuerſos textꝰ In prima em̃ ſectiuncula proponit queſtionẽ ſit ne motus ambifariã eternus, in preteritũ ſcilicet ⁊ futurũ: ſubiũgitq; analogiam ad animaliũ vitã. Nã cum natura (vt lib.2.prehabitũ eſt) principiũ ſit motus et quietis eius in quo eſt, conſequitur vt res quelibet naturalis principiũ in ſe habeat ſui motus: actiuũ videlicet, vel paſſiuũ. Hoc autẽ dignoſcũtur a ceteris viuentia (vt illic exponebamus) ꝙ principiũ in ſe habeãt actiuũ ſui motus: hoc eſt, moueantur a principio intrinſeco: in anima vero, nõ, niſi paſſiuũ, vt moueant ab alio, actiuũq;, vt moueant extra ſe alia. Conſtat ergo inde analogia inter animã et formã generaliter materialiũ, ꝙ ſicut illa eſt actiuũ principium ſui motus, qui quidẽ motus eſt vita, ſic et in genere materialis forma ſit principium motus. Et ideo non ait quod omnis motus ſit vita, ſed, veluti vita. Si modo vitam accipias, nõ pro actu primo, ſcilicet pro forma, ſed pro actu ſecũdo. Sic em̃ apud Ariſ. 2. de aĩa diſtinguit aĩa. Cũ em̃ eſſe, viuentibꝰ, idẽ ſit quod viuere neq; ſint, niſi quandiu viuũt, ſi rerum vniuerſitati materialiũ fuerit motus inſeparabile accidẽs, fit inde cõſequens, vt motus huiuſmodi (de hoc em̃ corporali habet hic ſermo) analogiã in vniuerſum hac parte habeat ad vitam animantiũ. Ita vt moueri corporibus, idem quodã pacto ſit, qđ eſſe. Nẽpe in hoc ſenſu ꝙ ſicut ab anima neceſſario permanat vita, ita ⁊ a forma materialiũ, mobilitas. Hanc forſan cõparationẽ a Platone deſumpſit Ariſt. 10. dialogo de legibꝰ. vbi per ſimile verbum habetur. Quo fit vt pares ſint hac ratiõe, motus ⁊ mũdus: puta vt ſi motus ab eterno fuerit atq; in eternꝰ, et mundũ quoq; ſit ſempiternus. Quin vero ex perpetuitate motus collecturus eſt poſt Ariſto. euiternitatẽ vniuerſi.

Rñſio tacite q̃õnis.

¶ In.2. particula, eſſe igitur, duo pariter expedit Ariſt. eaq; reſpondẽs latenti queſtioni. Etenim cũ motum, tẽporalem, eternumve eſſe, diuerſe ſint qualitates motus, interrogare q̃s potuiſſet Ariſt. cur queſtioni, qualis ſit motus, non ꝓmiſſerit duas alias, an ſit, et, quid ſit. Ait ergo quaſi repetendo doctrinã ſuperiorũ librorum, queſtionẽ, an ſit motus, nõ eſſe preſcrutandã Phyſicis, ſed eſſe illis potius ſupponendũ, motũ eſſe: vt predixit li.1.tex.11. Nã (vt illic premiſſerat text. 8.) illi q̃ motũ negãt, nõ naturaliter loquũt. Quid autẽ ſit motus, diffiniuit lib.3. vbi dicens ꝙ ſit actus entis in potẽtia, definiuit nõ eſſe per ſe ens, ſed accidens rei materiate. Aptiſſime ergo hic vtrunq; ait: videlicet ⁊ eſſe motũ, a cunctis affirmari, hoc eſt ſupponi, qui de natura loquunt, et eundẽ ignotuiſſe per ea que rebus accidũt. Nẽpe propterea ꝙ ſunt qui mundũ faciũt, hoc eſt factum fuiſſe adſtruunt, ⁊ de generatione ⁊ corruptione cõtemplantur. Haud veruntamen alluci neris affirmare hic Ariſt. ꝙ fuerit vniuerſorum opinio, mundũ fuiſſe factũ: quippe qui id ipſe diffitetur plane, ſed ait ꝙ cũ Ph. partim affirment mundũ fuiſſe genitũ, et vniuerſi ſalrẽ de generatione rerũ elementariũ, corruptioneq; loquant, omnibus in cõperto eſt ⁊ confeſſo, motũ eſſe, eundemq;, nõ per ſe ens, at entis indiuiduũ accidẽs.

Diſſenſio Ph. de motu.

¶ In tertia demum particula, ſed quotquot ⁊c. Poſtq; cõſenſum propoſuit Philoſophorum vnanimiter recipientiũ, motũ eſſe, ſubdit eorũ diſſenſionẽ de eiuſdẽ eternitate de qua propoſita nimirum fuerat queſtio. Hãc autẽ diſſenſionẽ vt explicatꝰ cõmonſtret, diſtinguit inter philoſophos: quorũ alij plures excogitabãt mundos: eoſdẽq; infinitos, alij vero vnũ, eundemq;, aut eternum, aut talem, qui initium habuiſſet, plures enim finitos neminem cõmemorat conſtituiſſe. Auctor primus huius mundorũ infinitatis fuit Anaximander, a quo per Leucippũ deriuata fuit opinio ad Democritum, quã deinceps profeſſi ſunt Epicurei.

Anaximander.

laborabant em̃ hac intellectus lippitudine, vt cogitarent, mundum ex atomis quod eſt, inſectilibus corpuſculis conſtare, que quidẽ in cõtinuo erant motu: eorũ porro inſtar que ad radiũ ſolis motitantur: ex quorũ vtriq; vario congreſſu ac cõplexu varia cõflabantur indiuidua. Neq; vero ea tantũ, ſed pari ratione, ⁊ mundi innumeri: quorũ alij alijs abſq; termino ſuccedebant. Hos igitur probe ait Ariſto. eternitatẽ motus plane confiteri: nam huius modi gñationes mundorũ, eſſe nequiuerant abſq; perpetua motuum ſucceſſione. Itaq; nullum adſtruebant continuũ ⁊ ſempiternũ motum: qualem. Ariſto. concedit in celeſtibus orbibus, ſed eternũ mundorum fluxũ, ut ipe de indiuiduis arbitratur. Sequitur in text. opinio altera [Quicunq; autem.] Hic veruntamen textus corruptus eſt in tranſlatione illa veteri, vbi habet. Quicunq; autẽ vnũ, et non eſſe ſemp. Nam grece nõ eſt, et, ſed, aut, vt hic iacet. Quicunq; aut vnũ aut non eſſe ſemper Eſt autem ſermonis breuitas nimiũ conciſa eademq; adeo manca, vt Simplicius adnotauit: explicandaq; cũ Argiropilo hoc modo. Qui vero vnum, eandẽq; ſemper, aut vnum, et non ſemper dicunt. Ubi bipartita diſcernitur opinio ſtatuentium vnũ mundũ: nempe quorũ partim affirmabant eũ eſſe eternũ, partim vero habuiſſe: ſeu initium, ſeu finem, ſeu vtrumq;. Ait igitur ꝙ quicunq; vnũ profeſſi ſunt mundũ, vtrolibet modo de illo loquantur, pari ratione loquntur et de motu: hoc eſt, ſi mundum illum opinentur eſſe eternum, idem et de motu dicant oportet, ſi vero temporariũ ⁊ finitũ ſecundum eandẽ rationem reſpondendũ ab illis eſt et ad queſtionẽ de motu neganter, puta neq; fuiſſe ſemper, neque fore: ſiquidem mundum ⁊ motum coeua eſſe neceſſum eſt.

Si igitur contingit aliquando nihil moueri, dupliciter neceſſe eſt hoc accidere. Aut enim, vt Anaxagoras dicit. Inquit enim ille. ſimul omnibus exiſtentibus, & quieſcẽtibus in infinito tempore intellectum, feciſſe motum & diſgregaſſe. Aut vt Empedocles, in parte moueri, & rurſus quieſcere. moueri quidem, cum amicitia ex multis facit vnum, aut lis multa ex vno quieſcere vero in inter medijs temporibus, ſic dicens. Quatenus vnum quidem ex pluribus conſueuit naſci. Et rurſus vno generato plura perficiuntur. Eatenus quidem & fiũt, & nõ eſt ipſis firmum ęuum. Quatenus vero permutantur omnino neq; ſimul deſinũt, eatenus ſemper ſunt immobiles ſecundũ circulum. Hoc enim quatenus permutantur: hinc illuc dicere ipſum opinandum eſt.

¶ Sequitur ſecundus text. quo dilucidatur, quibus modis excogitari poteſt, tempus fuiſſe aliquando, in quo nullus fuiſſet motus. Quos quidem modos proponit Ariſt. tanq; ſcopũ quẽ ſuis telis confodiat, vt ſuã contrariã ſententiam ſtatuat de motus eternitate. Biſariam em̃ id potuit accidere, ſcilicet, aut ſecundũ Anaxagorã, aut ſecundũ Empedoclẽ,

Anaxa. et Empe. diuerſi.

Anaxagoras em̃ arbitratꝰ eſt omnia fuiſſe per infinitũ tẽpus in vnũ chaos congeſta, cõmixtaq;: ex quo tandem mens, pura intellectus ſeparatꝰ ⁊ impermixtus, per diſgregationẽ ſimilarũ particularũ ſingula indiuidua ac perinde ipſum orbẽ conſtruxit. Secundũ quã opinionem infinitũ tempus. ſeu duratio vacauit motu. At poſtquã mundus ſemel fabricatus eſt, nunq; motus ceſſauit. Qua itaq; ratiõe, motus. exordiũ quidẽ habuit, finẽ vero minime eſt habiturus. At vero Empedocles poeta, non quidẽ mentẽ conſtituebat effectricẽ cauſam mũdi: ſed litem, ⁊ concordiam. Exiſtimabat em̃ mundũ per vices infinities, edificari, et rurſum ex edificari. Effingebat inquã non atomos, vti Democritus atq; Anaxagoras, ſed elementa in vnũ coaceruata, que quidẽ ꝑ ſubortã litẽ ex vno illo globo prodeuntia efficiebant multa, puta diuerſa mixta ſecundũ diuerſum ac diuerſum coitum elementorum in alio ⁊ alio mixto. Sed rurſus eiſdẽ elementis in concordiã reconciliatis fiebat vnũ chaos ex multis. Itaq; lis illa generalis diſſoluendo illum confuſum globũ, per diſſociationẽ elementorũ mixtorũq; generationes, que erant particulares concordie, extruebat mundũ. Sed rurſus redeunte generali concordia inter totam elementorũ ſubſtantiã, diruebat, mundus reſolutus in illum cõfuſum globũ

Mẽs Ariſ. de Empe.

attribuit aũt Ariſt. Empedocli ꝙ illic generationes corruptioneſq; mundi interrũperentur per quietes medias. Idẽq; ſenſit Themiſtius ſecundũ quod interpretamentũ non ſemel. temporeq; infinito, vt dixit Anaxagoras, ſed infinities recurrebat tẽpus, in quo nullꝰ erat motus. Alexander vero, cui libentius ſubſcribit Simplicꝰ, cogitat Ariſtotelẽ impoſuiſſe Empedocli eiuſmodi quietes interſecantes motum, cũ potius Empedocles docuiſſet perpetuũ eſſe illũ circulũ gñationis, corruptioniſq; mũdi, abſq; vlla intercepta requiete. Sed illã perpetuitatẽ reciprocationis in gñationibus ⁊ corruptionibus appellabat immobilẽ circulũ.

Empe. carmina.

Neq; vero huic opinioni admodũ refragãtur Empedoclis carmina, que ſubſequũtur. Quatenus vnũ quidem ex pluribus (verba ſunt Empedoclis) conſueuit naſci, hoc eſt, vnus globus ex multis indiuiduis, dum mundus corrũpitur. Et rurſus, vno generato, plura perficiuntur dũ ſcilicet vice verſa ex illo rurſus globo diſſociantur elementa ad generationẽ mundi. Eatenus quidẽ ⁊ fiunt, ⁊ nõ eſt ipſis firmum euum ſiquidẽ neq; globus ille perpetuus eſt, neq; vero indiuidua q̃ ex illo conflantur. Sequitur in carmininibus. Quatenus vero permutantur omnino hoc eſt globus diſſoluitur in indiuidua, rurſuſq; indiuidua reſoluuntur in globũ. Neq; ſimul deſinunt, nam cũ globus deſinit, indiuidua fiunt, quibus deſinentibus reficitur globus. Eatenus ſemper ſunt immobiles ſecundũ circulũ. Depravatus eſt textus vbi habetur, immobilẽ, veluti adiectiuũ accuſatiui circulum. Eſt quippe grece nominatiuus pluralis eſtq; Ariſtotelis ſenſus, ꝙ res oẽs tã globus ille quã indiuidua ſunt ſemper immobiles ſecundũ circulũ. i. viciſſim quieſcunt interpolatis tẽporibus inter generationes generales, ⁊ corruptiones. Alexan. aũt, non ita ſentit Empedoclis mentem, at ꝙ nunq; quieſcunt, verũ ſunt in continuo circulo ⁊ viciſſitudine, ſed dicuntur immobiles, quia certũ immobilemq; ordinẽ ſeruant in circulo illo generationis ⁊ corruptiõis. Ac ſi dixiſſet, immobili ac firma lege verſantur ſemper in gyro Veluti ſi affirmes orbes celeſtes immobilẽ ſeruare legẽ in ſuo perpetuo circulo. Subdit Ariſt. expoſitionẽ illius verbi Empedoclis. Quatenꝰ permutãtur. Intelligebat em̃ hinc illuc, hoc eſt ab illo confuſo aceruo ad generandũ mundũ, ⁊ rurſus a corruptiõe mundi, ad eũdẽ aceruum.

Conſiderandum igitur de hoc: quomodo ſe habet. operepretium enim eſt non ſolum ad eam que natura eſt, conſiderationem aſpicere hanc veritatem: ſed & ad ſcientiam quæ de principio primo eſt. Text.iij.

Bina vtilitas.

¶ Sequenter in.3. text. admonitos nos vult, binę vtilitatis huius diſputationis. Prima ſpectat ad naturaliũ cognitionẽ. Etenim quoniam motus eſt accidẽs rerũ naturaliũ, et accidẽtia multum conferunt ad cognitionẽ ſubiecti, per eternitatẽ motus rimatur Ph. ſecundũ ſuã opinionẽ, eternitatẽ orbis. Altera vtilitas eſt pluſq; Phyſica: videlicet reſpectu prime cauſe, que ad Metaphyſicam ſpectat conſiderationẽ. Nã ab eternitate motus argumentũ ducitur, vnã eſſe primã cauſam. eandẽq; ſempiternam. Quinimo ab vtraq; queſtionis parte efficax nobis extruitur argumentũ vnius, eiuſdẽq; ſempiterne prime cauſe. Nã ſi eternus mundus abſq; vno eterno motore conſiſtere non poteſt, multo minus, ſi mundus initium habuit tẽporis, fieri nequiuit niſi ab vna prima ſempiternaq; cauſa. Alias abitio eſſet in infinitum in cauſis.

Incipiamus autem primum: ex definitis à nobis Phiſicis prius. Dicimus itaq; motum eſſe: entelechiam mobilis ſecundum quod eſt mobile. Neceſſe eſt ergo exiſtere res quæ poſſunt moueri ſecundum vnũquẽq; motum. & ſine etiam motus diffinitione: omnis vtiq; confitebitur neceſſarium eſſe moueri id quod poteſt moueri, ſecundum vnumquemq; motum: vt alterari quidem al Tex.iiij.

bile: tera

terabile:ferri autem ſecundum locum mutabile. quare prius oportet combuſtibile eſſe, quã comburatur: & combuſtiuum priuſquã comburat.

¶ Preiactis ergo huiuſmodi preambulis, exorditur in hoc tex.4. ſuã perſuadere ſententiã de motus eternitate, quã in his duobus capitulis inſtituit triplici via. **Triplex via.** Primum rationibus ſumptis ex rei ipſius natura, mox confutando aduerſarior opiniones: ac tertio reſpondendo eorũ rationibus. Sumit ergo diſputationis exordium a loco diffinitionis. Hanc aũt, ait, conſtituiſſe in Phyſicis, hoc eſt naturalibus libris, ſic enim appellat priores .4. Phyſicorum libros, in quibus agit de principijs: nam quatuor reliquos inſcripſit de motu. **Syllogiſmus.** Primus aũt ſillogiſmus quem hic extruit Ariſto. eſt huiuſmodi. Omni motui preſupponit mobile ⁊ motiuũ, ſꝫ omne mobile applicatur ad motorẽ, producitur q; antea per motum ergo omni motui antecedit alius motus. Unde liquet, nõ eſſe eius nunc intentionẽ ſtatuere motũ aliquez ſingularẽ, eſſe perpetuũ, ſed id tñ ꝙ in preteritũ ante omnẽ motũ fuit motus. Maiorẽ aũt patefacit preſenti textu. Primo ex diffinitione motus, quã tradidit in .3. Phyſicorũ, vbi, ait, motũ eſſe entelechiã, quod eſt actũ mobilis inquãtum mobilis, tandiu enim durat motus, quãdiu potentia mobilis ad formã vel terminũ, ceſſatq; tunc primũ, cũ mobile conſequitur terminũ. Hinc enim plane colligitur, neceſſarium eſſe, vt mobile ſubſternatur motui tanq̃ ſubiectũ quo recipitur accidens. Secundo eandẽ premiſſam corroborat, et preter diffinitionẽ ex cõmuni animi cõceſſione ⁊ confeſſione, quam termini ipſi pre ſe ferunt. Nihil enim mouetur aliqua ſpecie motus, niſi quod ſuapte natura eſt tali motu mobile, nihil inquã caleſit niſi quod eſt calefactibile, neq; fertur localiter, niſi quod eſt mobile ſecundũ locũ, neq; vero generatur (vt ad mutatiões quoq; protendatur ſermo) niſi quod eſt generabile. Potentia ergo precedit actum, vt neceſſe ſit eſſe cõbuſtibile antequã cõburatur. Neq; vero ſolũ potentia paſſiua p̄cedit receptionẽ, verũ ⁊ potentia actiua, p̄ductionẽ, vt cõbuſtiuũ, cõbuſtionẽ. Hec aſſerta propoſitio, ſi hoc ſenſu intelligatur, vt cuius motui antecedat mobile, et motiuũ natura, compertiſſima eſt. **Dubitatio contra Ariſto.** Inde tamẽ non fit palam conſequens, non eſſe dabilẽ primũ motũ. Nam cum ignis. v.g. eodẽ inſtanti, quo ginitur incipiat moueri, poſſet eiuſmodi motus deſignari primus, ante quẽ nullus prefuit. Si vero velit Ariſto. vt mobile prefuerit motui tempore, et ſucceſſione, hoc certe falſum eſt: vt patet in motu celi, qui eodem momento tẽporis cepit, quo celũ. Et in motu leuiũ ⁊ grauiũ. ſecluſo impedimento, idẽ contingit. Argumenta ſunt Philoponi que cõmentator nititur diluere. Itẽ generationi non ſupponit generabile: quinimo fit per ipſam. Hoc aũtẽ examen iuxta inſtitutũ noſtrũ queſtione prima fiet exactius. **Reſpõſio.** Nunc aũt ad intelligentiã Ariſtotelis ſatis eſt adnotaſſe ꝙ ſupponit illud axioma antiquis receptiſſimũ. Ex nihilo nihil fit. Tunc nãq; in mobilibus, que generabilia ſunt ⁊ corruptibilia, neceſſe eſt vt mobile precedat motum tempore, vel quod mouetur illa ſpecie vel alterum. Nam ſi ignis. v.g. moueatur ſurſum neceſſe eſt ipſum natura ſaltẽ preexiſtere. Qui cũ nõ ſit perpetuus, neceſſe eſt fuiſſe genitum, cũ aũt generatio nõ ſit motus, ſed terminus motus, ignis non preſupponitur ſue generationi, ſed tamẽ preſupponitur aliud mobile, quod mouetur ad talẽ generationẽ, vt puta lignum, quod preuia altera mutatione vertit in ignẽ. Qua ratione fit manifeſta demõſtratio, ante omnẽ motũ fuiſſe alium motum. Abnegata vero illa maxima, receproq;, aliquid exortũ fuiſſe de nihilo, tota argumentatio corruit. Sed de hoc in queſtionibus. Regrediamur ergo ad Ariſtotelem.

Textus.v. Ergo & hæc neceſſarium eſt, aut facta aliquando eſſe cum non eſſent: aut perpetua eſſe.

¶ Facta ergo hypotheſi, ante omnem motum eſſe ⁊ mobile ⁊ motiuũ, in tex.5. proponit dilemma ſub diſiũctiõe. Neq; op⁹ fuerat vt tã minutatim Cõmentator diſſecuiſſet hos textus, ſed aptius totã rationẽ cõprehendiſſet vno. Dilemma autẽ eſt, ꝙ hec ſcilicet mobile ⁊ motiuũ, antecedentia motum, neceſſariũ eſt vt ſint, vel facta, vel perpetua, ⁊ ex vtroq; mẽbro demõſtrat ſempiternitas motus, nempe ante omnẽ motũ fuiſſe motum.

Text.vj. Si igitur factum eſt mobilium, ac motiuorũ vnumquodq;: neceſſariũ eſt priuſquam accepta aliam eſſe factam mutationem, & motum ſecundum quem factũ eſt id quod poteſt eſſe motum, aut mouiſſe.

¶ Si em̃ inquit primũ dederis membrum, videlꝫ vnumquodq; mobiliũ aut mouentiũ factũ fuiſſe tunc neceſſe eſt accipere mutationẽ aliã priuſq; hec accepta, per quã mobile, ⁊ motiuũ facta ſint, puta alterationẽ ſubiecti, ex quo ſunt genita.

Tex.vij. Si autem quæ ſunt ante erant ſemper. motu non exiſtente, irrationabile quidẽ videtur, etiam ijs qui à ſeipſis ſciũt At vero magis vltra progreſſis hoc neceſſarium eſt accidere. Si enim alijs quidem mobilibus exiſtẽtibus, alijs autem motiuis, aliquando quidem erit quid primũ mouens, aliquid autem quod mouetur, aliquando autem autem nihil, ſed quieſcit: oportet hoc mutari prius: erat enim aliquid cauſa quietis. quies enim priuatio motus eſt. Quare ante primam mutationem, erit mutatio prior.

¶ Proſequitur in tex.7. vt oppugnet alterũ membrum. Si em̃ alterã (inquit) malueris partẽ admittere: nẽpe, mobile ⁊ motiuum infinito tẽpore duraſſe anteq; efficerẽt motũ, (quibus verbis videtur Anaxagorã aſpicere, qui opinabat infinito tempore mentẽ expectaſſe, vt ex chao mobili, per infinitũ tempus immoto fabricaret mundũ) tunc duplicato ſpiculato lederis. Primũ nanq; ⁊ ijs etiam inquit, ipſis, qui a ſeipſis ſciunt, ideſt qui abſq; doctrina arbitratu ſuo de rebus iudicant, videbit irrationabile. Sciſcitabunt em̃ q̃d per infinitũ tempus expectaret cauſa illa effectrix, quo minus antea moueret mobile, quandoquidẽ inclinatio naturalis illius ſit vt moueat, hui⁹ aũt vt motũ ſubeat. At vero magis, inq̃t, vltra progreſſis, hoc eſt rerũ cauſas penitius perſcrutãtibus, neceſſarium eſt accidere vt illud videatur irrationabile. Enimuero cum quies, priuatio ſit motus: puta carẽtia ipſius, ad quẽ ſuapte natura, ⁊ motiuum, ⁊ mobile inclinata ſunt ⁊ propenſa, neutiquã poſſent motiua et mobilia a motu quieſcere, niſi aliquo obſtante impedimẽto vel diſtãtia. **Quies, priuatio motus.** Ait alijs mobilibus alijs vero motiuis exiſtentibus, quoniam natura non feciſſet mouẽtia, niſi ſimul faceret mobilia. Quin vero, vt lib.3. tex.8. edoctum eſt, omne paſſiuum eſt actiuum, ⁊ e diuerſo, in rebus creatis. Igitur ſi eiuſmodi motiuum ⁊ mobile per infinitum tempus ceſſarunt, motus ille quo motiuum mouet mobile, eſſe nequit primus: quippe cui preire neceſſum eſt alium motum vel mutationem, per quã, vel applicatio fiat, vel dimoueatur obſtaculum. Haud enim cognouit. Ariſto. poſitum eſſe in immutabili voluntate et arbitrio Dei, vt dum ipſe vellet, abſq; motu ex nihilo depromeret orbem. Quod ſi eo perfugeris, vt illum motum vel mutationem, per quam fit applicatio, amoueturve impedimentum, exhibeas tanquam primam, nondum diſſoluiſti nodum: nam tunc reſpondẽdum tibi reſtat cur prius non fuerit facta appropinquatio, ſublatumve impedimentum. Neq; vllum inuenies reſpõſum, niſi aliud antiquius impedimentum allegaueris, quod neceſſariũ fuit auferri per priorem aliam mutationem, et ſic in infinitum.

Text.viij. Alia enim mouent, ſingulariter: alia autem ſecundum contrarios motus. vt ignis quidem calefacit: frigefacit autem, non. ſcientia autem: videtur contrariorum eſſe vna. Videtur igitur & illic: eſſe aliquid eius modi. frigidum em̃ calefacit verſum quodam modo, & abſcedens: ſicut & peccat volũtarius, ſciens quando contrario vtitur ſcientia. At vero quæcũq; poſſunt facere aut pati aut mouere aut moueri: ea moueri non penitus poſſunt, ſed ſi ſic ſe habeant & appropinquent ſibi inuicẽ. Quare cum propinqua fuerint & ita fuerit vt ſit hoc quidem motiuum illud autem mobile: aliud quidem mouet aliud autem mouetur.

¶ Textus hic octauus depulſio quedam eſt exceptionis, quam quiſpiam poſſet meditari aduerſus rationem proximam, ac perinde eiuſdem rationis confirmatio. Alebat enim ꝙ mouente et mobili exiſtentibus perpetuis, non eſt poſſibile, vt motum inchoarent cum antea quieuiſſent, niſi alio preeunte motu per quem cauſa remoueretur quietis. Sed excipere quis fortaſſe poſſet, non eſſe id neceſſariũ in cauſis rationalibus, et per intellectum agentibus, vt a quibus exoriri de improuiſo videtur poſſe motus abſq; vlla preuia mutatione per ſolum arbitriũ motricis cauſe. Obidq; ſubdit duo mouentium genera. Quedam enim ſunt que mouẽt ſingulariter, hoc eſt, vnico modo, ad quem ſuapte natura ſunt deſtinata, vt ignis qui ſuapte natura calefacit, frigefacit autem minime, nix autẽ ecõuerſo. Sed alia videntur eſſe cauſe contrariorũ, vt ars medica, que cauſa eſt, tum ſanitatis, tum etiam aduerſe egritudinis [Uidetur igitur ⁊c.] Cõmentator videtur hoc loco intelligere Ariſto. quaſi admittẽtem predictũ diſcrimẽ inter cauſas naturales et cauſas rationales, puta ꝙ ille non agant niſi vno per ſe, determinatoq; modo, ſed contrario per accidens, iſte vero vtroq; modo per ſe licet forſan priori modo, per ſe primo, contrario vero, per ſe ſecundo. Sed tamen profecto Ariſto. nullum vult admittere diſcrimen, quinimo hinc exorditur reſponſum, vt talẽ repellat differentiã. Ait quippe, ⁊ illis quoq;, puta in cauſis naturalibus idem vſu venire, quod in ſciẽtia: frigidũ em̃ quod per ſe frigefacit, eſt etiam contrariorũ per accidens, quoniã bifariam per accidens calefacit: ſcilicet ⁊ verſum quodammodo: hoc eſt, dum circundans ſapienſq; calorem, ad interiora eum cogit, et per antipariſtaſin inflamat. vt patet in nube obſeſſa frigore inflamante incluſam exhalationem: et in putealibus aquis hiemali tempore. [⁊ abſcedens] Nam ſicuti abſentia naute cauſa eſt ſubuerſiõis nauis, ita et abſcendẽs frigus cauſa eſt per accidens vt calidum, cui admouebatur, calorem ſuum recuperet: ſicuti e conuerſo abſcedente igne frigeſcit aqua. Paribus autem modis ars medica, que per ſe eſt effectrix ſanitatis, eſſe ſolet per accidens egritudinis cauſa; nẽpe dum vel ſciens, ideſt artis peritus medicus meditato, iniquaq; voluntate cogitat egrotum enecare, abutendo ſcientia: vel dum imperitus. ob inopiam, abſentiamq; ſcientie ipſum interimit. Tametſi ab hoc ſecundo exemplo abſtinuerit. Ariſto. vt ab eo quod ex ſuperioribus facile colligitur. [At vero] Concludit ergo ex his vniuerſaliter ꝙ quecunq; facere poſſunt, aut pati, puta calefacere aut frigefieri ⁊c. [Aut mouere aut moueri] quod propter motum localem adhibuit, ea nec facere poſſunt, nec pati, neç mouere nec moueri, ſed ſi ſic ſe habeant, ⁊ appropinquẽt ſibi inuicem: nam que per ſe naturaliter mouẽt id non agunt, niſi certo ſpacio applicata: vt ſit hoc quidem motiuum, hoc eſt in potentia propinqua accomodatum ad mouendum, illud autem mobile, hoc eſt in vltima diſpoſitione, vt moueatur. Et idem patet in mouentibus per antipariſtaſin: ⁊ ſuo modo in his que mouẽt per abſceſum: vt ignis niſi ad bonam diſtantiam elongetur ab aqua non erit cauſa per accidens vt illa frigeſcat. Idemq; ⁊ in ſciẽtia meditari tu ipſe potes, que non aperatur niſi applicata ad opus.

Text.ix. Si igitur nõ ſemper mouebatur: manifeſtum eſt, ꝙ non ſic ſe habebant, vt poſſet hoc quidem mouere, illud autem moueri, ſed oportebat mutari alterum ipſorum. neceſſe eſt enim in ijs quæ ſunt ad aliquid hoc accidere. vt ſi non erat duplũ, nunc duplum eſt: mutari, ſi non vtrunq;, alterum erit ergo quædam mutatio: prior prima.

¶ Text. nonus ſupremam continet collectionem totius rationis. Concludit (inquam) ꝙ ſi motiuo et mobili exiſtentibus perpetuis (de his nanq; perpetuatur adhuc ſermo) non ſemper fuit motus, manifeſtum eſt (ex his nimirum que dicta ſunt) id fuiſſe in cauſa, ꝙ non ſic ſe habebant: ſcilicet non erant in tali propinquitate et diſpoſitione vt poſſet motiuum quidem mouere, mobile vero moueri, ſed oportebat mutari alterum ipſorum: que quidem mutatio iam eſſet prior q̃ illa quam tu dabas tanquam primam. Interſerit autem nonam huius probationem, vbi ait oportere alterum mutari: nam motiuum et mobile relatiue dicũtur, in relatiuis autem, ſi quidpiam. v.g. nunc incipit eſſe duplum, neceſſe eſt,

O ſi non

*Relatio nō diſtinguit a ſubiecto.*

ſi non vtrunq;, ſaltim alterum mutari. ¶ Atqui hic, locus inſignis eſt ad diſſuadendum, relationem diſtingui a ſubiecto. At enim ego duplus efficiar ad meam vmbram, que modo eſt mihi equalis, nulla mei prorſus neceſſaria eſt mutatio, ſed ſatis eſt quod aſcendente ſole vmbra decreſcat ad ſubduplum. Ac pari modo, vt incipiat eſſe mutatio mobilis a mouente, neceſſaria eſt alia prior ſeu in motiuo, ſeu in mobili, vtpote approximatio. Et rurſus ante approximationem preterea alia, per quam ſublatum ſit impedimentum quo minus antea approximabant. Et ſic abſq; initio vllo. At vero ſtatim hinc ſe illuc confert cogitatio, vbi vera eſt horū enarratio: nempe ꝙ voluntas immutabilis Dei eſſe potuit cauſa, vt primo res fierent, mouerenturq;, nullo antecedente motu. Hanc nihilo minus ſolutionem abigere conatus eſt. Commentator. Ait enim. Id quod dicūt loquentes noſtre gentis, puta Sarraceni (vt ait alibi) qui hoc loco veritatem catholicam amplexi ſunt, videlicet ꝙ per voluntatem Dei abſque vlla preuia tranſmutatione fieri id potuit quod antea non extiterat. Hoc (inquit) non eſt intelligibile: quia neceſſe eſſet tunc aliquam exoriri concupiſcentiam in volente, que citra mutationem non innaſcatur. Hinc autem mahometicus nō nouit quemadmodum Deus in tempore abſque vlla ſui mutatione potuit ex nihilo fabricare mundum: id quod .1.qō. explicaturi ſumus.

*Vera ſolutio.* *Commentator.*

Textus.x. Ad hæc autem, prius & poſterius quo nã modo erunt, tempore non exiſtente: aut tempus, nō exiſtente motu? Si vero tempus eſt ipſius motus numerus, aut motus quidam: ſi quidem tempus ſemper eſt, neceſſe eſt & motum perpetuum eſſe. At vero de ipſo quidem tempore: præter vnū concordes eſſe videntur omnes. ingenitum enim: eſſe dicunt. & propter hoc Democri. monſtrat: ꝙ impoſſibile eſt omnia eſſe facta. tempus enim ingenitum eſſe. Plato vero: ipſum generat ſolus. ſimul enim ipſum cum cœlo factum eſſe: cœlum autem factum eſſe ait.

¶ In textu .10. pergit eandem concluſionem demonſtrare, ratione prioris et poſterioris: que ſunt differentie temporis. Attamen prima verba huius tex. biffariam interpretari poſſumus. Primo vt ſit per ſe vna ratio que concedentem primum motum contradictione conuoluit, hoc pacto. Qui concedit primum motum, fatetur ante hunc nullum fuiſſe alium, in hoc autem ꝙ ait, ante, confitetur ordinem prioris. Arguit ergo Ariſtote. Prius et poſterius intelligi nequeunt, niſi in tempore: nam vt habetur in .4. textu. 101. nihil aliud eſt tempus quam ſucceſſio ipſa prioris et poſterioris ergo qui dat primum motum, concedit prius tempus in quo non fuit motus, tempus autem non eſt ſine motu, nam tempus eſt numerus motus prioris et poſterioris ergo concedit ante primum motum fuiſſe motum. Et ad hanc expoſitionem inclinat. Themeſtius ſecundum quam in illo verbo, Si vero tempus, incipitur ſecunda ratio. Poſſunt veruntamen ſecūdo modo legi ambe particule, vt non ſint due rationes, ſed duo potius pfata et ſuppoſita duobus ſubſequentibus rationibus ſeruentia. Prior hypoteſis eſt prius et poſterius eſſe nequeunt niſi in tempore. Et hec ancillatur rationi ſequentis text. Poſterior vero eſt ꝙ neq; tempus intelligitur eſſe ſine motu. Vtranq; vero hypoteſim manifeſtam facit ex diffinitiōe temporis, eſt quippe tempus, numerus motus ſecundum prius et poſterius. Subdit autem, aut motus quidam, quia hic non erat locus diſceptandi, eſſet ne tempus, accidens motus (vt vult Ariſto.) an motus ipſe, vt aliorum ferebat opinio. Inſtituit ergo rationē ex poſteriori hypoteſi hoc pacto. Tempus non eſt ſine motu, tempus eſt perpetuum: ergo et motus. Minorem autem probat authoritate hic, et ratione in ſequenti textu. Ait ergo ꝙ de tempore, preter vnum Platonem, omnes Philoſophi fuerunt concordes, fuiſſe ingenitum: adeo vt Democri. inde demonſtraret impoſſibile omnia eſſe facta, quod receptiſſimum eſſet, tempus eſſe ingenitum, quod tamen inter entia connumeratur. Ex eo nanq; ꝙ eternum diuiditur contra temporale, colligebant, quicquid fit, in tempore fieri. Si ergo nihil niſi in tempore fit, conſequitur vt ante omne tempus fuerit tempus: nam alias dabis tempus factum non in tempore. Hoc autem quod hic Ariſtote. enunciat de Platone cenſent Platonici, quorum eſt Simplicius impoſitionem eſſe. Nam genitum et factum non vno, ſed duobus accipitur modis. Dicitur nanq; factum, id quod eſſe habuit, cum prius non fuiſſet, et altero modo, id quod, licet ſit perpetuum, habet tamen effectricem cauſam, vnde eſſe recepit. Quando ergo Plato in Timeo celum edocet, ſicuti omne ſenſibile, eſſe factum, non id quidem intelligit (aiunt iſti) priori, ſed poſteriori ratione. Quocirca tempus quod accidit celo, ſecundum Platonē nec initiū habuit nec habiturū eſt finem, cuius hic contrariū citat Ariſt. At de Platoni, ſententia. q.1. exactius.

*Due hypoteſes.* *Primaratio.* *Falſo imponit Platoni.* *Factū dupl'r dicit.*

Text, xj. Si igitur impoſſibile eſt, & eſſe, & intelligere tempus ſine ipſo nunc, nunc autem eſt medium quoddam, & principium & finem habens ſimul, ſed principium quidem futuri temporis, finem vero præteriti: neceſſe eſt ſemper eſſe tempus. vltimum enim finiti accepti temporis: in aliquo ipſorum nunc, erit. nihil enim eſt accipere in tempore: præter nunc. Quare quoniam eſt & principium & finis ipſum nunc: neceſſe eſt ipſius vtraq; ex parte, ſemper eſſe tēpus. At vero ſi tempus: manifeſtum eſt ꝙ neceſſe eſt & motum eſſe. ſiquidem tempus, paſsio quædam motus eſt.

¶ In textu vndecimo probat eandem ſubſumptam propoſitionē ratione a natura ipſius, nunc, accerſita. Et eñ, nūc, momentū & inſtans ꝑ quod fluxe partes tēporis continuātur, ſicuti per punctum partes linee. Quo circa de tēpore nihil poteſt eſſe preſens niſi, nunc, Et hoc eſt quod ait impoſſibile eſſe intelligere tempus ſine ipſo, nunc, Quod quidē mediū eſt, & principiū habēs preteriti tēporis, & finē futuri: ſunt ergo qui hoc pacto hanc intelligūt Ariſto. rationē. Ante omne nūc eſt tēpus: alias nō omne nunc eſſet initiū & finis tēporis: ergo tēpus eſt perpetuū: tēpus aūt non poteſt eſſe ſine motu, vt ſuperiori textu monſtratum eſt ergo & motus eſt ꝑpetuus. At ſtatim hec ratio ſuā prodit egritudinē & fallentiā: nā ſicuti in linea alia ſunt interna puncta cōtinuātia, alia vero extima veluti termini linee, ita de ipſis, nūc, et momētis tēporis reſpondere vtiq; licet, quod non omne eſt finis tēporis: imo ante primū, nūc, non eſt tēpus, neq; poſt vltimū. Qua propter ſicuti ratione punctorū demonſtrari nequit linea eſſe infinita, quin vero ſupponēda eſt eſſe infinita ad demonſtrandū, omne punctum, et finē eſſe vnius partis, & alterius initiū, ita & Ariſt. inepte indocteq; ſupponeret, omne, nūc, & finē eſſe elapſi tēporis, & principiū vēturi ad probandū tempus eſſe ſempiternū. Quin potius vice verſa deberet pre monſtrare tēporis eternitatē, vt id quod de ipſo, nūc, ſupponit inde colligeret. Neq; vero colloratio Commentatoris, vllius eſt momēti. Ait quippe diuerſam eſſe rationē partiū tēporis eo quod fluxe ſunt, & cōtinuo curſu dilabentes, ab ea que eſt partiū linee. Coloratio inq; hec, fucus eſt potius: nā fluxus partiū ſolū facit ꝙ idē nunc nō permaneat ſicuti punctū linee, ſed tamen nihil vetat quominus poſſit ita initiū eſſe: vt nō ſit finis: atq; ita finis, vt nō ſit initiū, quando quidē terminatio finitioq; in omnibus cōtinuis eiuſdē ſit rationis, ſeu fluētia ſint ſeu permanētia. Alia ergo eſt ratio quã hic Ariſto. meditabatur, quippe qui illã ſubſtrauit priorē hyppotheſim in ſuperiori textu, nimirum ꝙ prius & poſterius deſignare non valēt niſi in tēpore: ex hoc eñ argumētatur eternitatē motus hoc pacto. Si tēpus non eſt eternū, detur ergo, nūc, atq; inſtans quod primū fuit, vnde incepit tēpus. Quod quidē ſi primum eſt, ſit vt illud ſit inſtãs ante quod nullum fuit tempus. Tunc ſic. In hoc quod ais, ante, ſeu, prius, iam denotas tēpus, vt patet ex hyppoteſi. ergo nullū indicabis inſtans, cui non prefuerit tempus: atq; adeo fateberis cōpulſus tēpus eſſe perpetuū. At vt probe reſpondet Philopo. & hec quoq; ratio ſophiſtica eſt. Cū eñ probemus primum, nunc nolumus affirmare, ante illud, ideſt preterito tēpore nihil fuiſſe, ſed neganter loquimur: hoc eſt, ꝙ nihil temporis preceſſit: illo enim nunc, quo creauit Deus celum, nihil anteceſſit, indeq; adeo cepit, tam tempus, quam motus.

*Natura nunc.* *Vera ratio Ariſto.*

Tex.xij. Eadē aūt eſt ratio: & de eo quod eſt, incorruptibilē eſſe motū. Vt in eo quod eſt, factum eſſe motum, accidit quandã eſſe priorē mutationē prima: ſic hic poſteriorē vltima. nō eñ ſimul deſinit moueri & eſſe mobile: vt cōburi & cōbuſtibile. contingit enim combuſtibile eſſe, quod non cōburitur. Nec motiuū & mouens. & ipſum autem corruptibile: oportebit corruptum eſſe cum corrumpitur. & huius corruptiuum: rurſus poſterius. corruptio enim mutatio quædam eſt.



¶ Quoniam vtrūq; in queſtionē protulerit, vtrū motus ſcilicet, & ita inceperit, vt nullus preceſſerit alius, et ſic ceſſabit, vt nullus ſit alius ſucceſſurus, et horum prius iam hactenus expediuerit, aggreditur hic poſterius membrum, vt pari ratione cōmonſtret perpetuitatē motus in futurum. Proponit ergo Ari. dicens eandē eſſe rationē cur motus non ſit corruptibilis ſcilicet cur poſt omnē motum futurus ſit motus, cū illa qua monſtratū eſt, ante omnē motum fuiſſe motum: nam pari artificio quo deductū eſt, dato primo motu, accidere vt ſit mutatio prior prima, deducet, dato vltimo, vt ſit & poſterior q̃ vltima. Subiūgit autē probationē nimis conciſam, eandemq; ſuboſcuram. Quia nō deſinit (inquit) ſimul moueri et eſſe mobile Ennititur ergo probatio hoc axiomate, ꝙ omnis potentia diuturnior eſt ſuo actu, ſiue actiua ſit, ſiue paſſiua: inde nanq; extruit Ariſto. in virtute hūc ſyllogiſmum. Sicuti prius eſt res mobilis q̃ moueatur, ita poſtq̃ moueri deſinit ſuperſtes eſt res mobilis: nã eadem eſt vtrobiq; ratio, nempe diuturnitas maior potentie q̃ actus. Et hoc eſt quod ait. [Cōtingit cōbuſtibile eſſe quod non cōburit] Des igitur. v.g. vltimum motū eſſe cōbuſtionē, tunc ſit, vt detur poſterior poſtremo motu: nam poſtq̃ mobile puta combuſtibile, ſuperſtes eſt ſit vt tandem corrumpetur, cuius ideo corruptio, que eſt motus vel mutatio erit poſterior cōbuſtione. Similem ſyllogiſmū inſinuat a parte motiui: ceſſante eñ motu, qui deſignatus eſt vltimus, permaneat neceſſe eſt motiuum, a quo motus ille emanabat quod cum ſit corruptibile, poſterior erit eius corruptio. Hec autē ratio trifariã videt delinquere. Primo videt maxima Ariſt. ſuo ſe exēplo perimere. In ea ſiquidem re que localiter mouetur, verum apparet ꝙ ceſſante motu reſtet mobile: in re autem que cōburitur, non item: nam cū combuſtio, motus ſit per quem ſtupa. v.g. corrumpitur, non eſt neceſſe abſoluta combuſtione vt ſuperſtes ſit ſtupa. Quod ſi intenſio fuit Ariſto. diſtinguere inter combuſtionem, que eſt alteratio ad corruptionem tendens, et corruptionem ipſam ſubſtantie, que non eſt motus ſed inſtantanea mutatio, atq; poſterior combuſtione, tunc ſignabo corruptionem ipſam, veluti poſtremam mutationem, qua profecto Ariſto. non demonſtrat ſuper eſſe poſteriorem. Secundo peccat ratio ex parte motiui: nam dicam ꝙ licet poſt illū vltimum motum ſuperſtes ſit motiuum, illud non eſt neceſſarium eſſe corruptibile: nam licet non admiſerit Ariſto. Deum ſe ſolo eſſe cauſam alicuius corruptionis, ſaltem vbi defixus imbecillus oculus in ſolem corrumpitur, ſol remanet qui non eſt corruptibilis. Et idem patet de plantis, que eius ardore exicantur. Et tertio manca eſt eadem ratio quippe vbi nulla ſit mentio motiui et mobilis incorruptibilium. Sicuti neq; in alia ratione que fiebat in preteritum. Poſſet eñ reſpondere quiſpiam, ceſſare vltimum motum quieſcentibus in perpetuum motiuo et mobili. Sed vt ab hoc poſtremo exordiamur, dicendum ꝙ abſtinuit Ariſto. a mentione incorruptibiliū. pro eo ꝙ quã facillime poteſt ratio ſuperior huc vice verſa applicari. Nam tunc pariter inquiritur cur perpetua illa motiuum et mobile a motu nunc ceſſant, ꝙ ſi reſpondeas, propter aliquod impedimentum, ſit vt illud intercedat per motum qui ſuperuenit, ſitq; poſterior alio ceſſante: & ſi iſte ceſſat, ceſſabit per impedimentum aliud: et ſic in infinitum. Sed in rebus corruptibilibus

*Potētia dicitur maior actu.* *Contra Ariſto.* *Rñſio ad obiecta.*

verum eſt ꝙ ait Ariſto. ſane intellectus: ceſſante enim combuſtionis motu, cuius terminus eſt corruptio combuſtilis, neceſſe eſt corruptibile manere, vel illud, vel aliud: Eſt enim corruptio vnius generatio alterius ex eadem materia. Ita ꝙ ſicut in inceptione non eſt neceſſarium ꝙ res mobilis antecedat ſuum motum niſi natura, neceſſe eſt tamen precedere aliam tempore ex qua hec fuit genita, ita in corruptione reſtat ſemper aliud corruptibile, quod eſt poſt corrumpẽdum. Sed quantum ad motiuum negaret. Ariſto. ſolem et ſuperiores cauſas agere niſi mediãtibus ſecundis, que ſunt corruptibiles, ſi ſol enim corrumpit, vel viſum, vel planta, id facit per infectũ aerem: qui poſt corruptionẽ plante reſtat in corruptibilis. Rationes ergo iſte que rerum naturis comituntur quo articulo per fidem noſtram iugulenter, monſtrabitur queſtione Prima.

## QVO ADVERSARIORUM ſententiæ obuiatur.

## CAPVT. II.

Text. xiii. SI igitur hæc, impoſsibilia ſunt: manifeſtum eſt, ꝙ eſt perpetuus motus, & non aliquando quidem eſt, aliquando autem non. Etenim ſic dicere. figmento magis aſsimilatur.

¶ In hoc. 2. cap. per. 8. textus diſtributo deſcẽdit ad particulares aduerſariorũ opiniones confutandas: que eſt ſecunda via demonſtrandi veritatem. In quarũ cõfutatione ſpeciatim luceſcũt rationes iſte que facte ſunt. Concludit ergo ꝙ ſi hec impoſſibilia ſunt, nempe ꝙ vel poſt motum corruptiõis nõ reſtet aliꝺ corruptibile, vel ꝙ detur mutatio aut prior ꝑma aut poſterior vltima, cõſequẽs ſit manifeſtũ, vt motus ſit vtrinq; ꝑpetuꝰ nã dicere ꝙ aliqñ fuerit motus, futuruſue ſit, aliqñ vero nõ, niſi rationẽ ſubdideris figmento aſſimilabitur. Figmẽtũ quid. Eſt em̃ figmentũ ꝙ ad libitũ abſq; vllo exẽplari ⁊ arte ⁊ rõne confingit. Niſi vbi diuina interceſſerit fides, que Phyloſophos latuit.

Tex. xiiij. Similiter aũt & dicere, ꝙ aptum natura ſic eſt: & hoc oportere putare principiũ eſſe. Quod quidem videtur Empedo. dixiſſe: ꝙ vincere & mouere in parte amicitiam & litem, ineſt rebus ipſis ex neceſsitate. quieſcere vero: in medio tempore.

¶ Quoniã dixerat per ſimile eſſe figmẽto, quicq; abſq; ratione adſeuerare profert in mediũ Empedoclis opinionẽ q̃ huiuſmodi comittebat peccatũ. Empedo. Aiebat em̃ motũ ⁊ quietẽ alternis vicibus ſe intercalare. dum em̃ diſcordia et lis vincebat, fiebat mundus per motũ elementorũ diſgregantium ſe ex chao: ac rurſus cum per amicitiã ſe illuc recipiebant, manebãt in requie. Quod ſi ratio huius ab eo querebatur, nullã reddebat, ſed talem aiebat eſſe rerum naturam: qua propter illud ſupponebat tanq; principium, veluti quod omne totum eſt maius ſua parte. Reprobat ergo hoc Ariſto. eo ꝙ hec rerum varietas et viciſſitudo non poteſt eſſe, vt primum principium: ſed eſt potius prioris cauſe effectus: nam omnis ordo in aliquam cauſam referendus eſt: vt cur motus augmenti in animalibus vſq; ad certam progreſſus etatem illic ſiſtat. Eſt enim cauſa tam defectus caloris, q̃ humidi. Et cur hyems vſq; ad certum tempus protẽdatur vnde incipit ver, in cauſa eſt obliquus motus ſolis.

Tex. xv. Fortaſsis autẽ & vnũ principiũ facientes, vt & Anaxa. ſic vtiq; dixerint. At vero nihil inordinatum eſt: eorum quæ natura, & ſecuudum naturam fiunt. natura enim: cauſa ordinis eſt omnibus. infinitum autem: ad infinitum nullam rationem habet: ordo autem omnis: ratio eſt. Infinito autem tempore quieſcere, poſtea motum eſſe aliquando, huius autẽ nullam eſſe differentiã quare nunc potius quã prius, neq; rurſus aliquem ordinem habere: non amplius naturæ eſt opus. aut enim ſimpliciter ſe habere oportet id quod natura eſt: & non aliquando quidem ſic, aliquando vero aliter (vt ignis ſurſum natura fertur: & non aliquando quidem, aliquando vero non) aut rationem habere quod non ſimpliciter. ¶ Quare melius eſt, vt Empedocles & ſi quis alius dixit, ſic ſe habere: in parte vniuerſum quieſcere, ac rurſus moueri: ordinem enim iam quendam habet: quod tale eſt. Sed & hoc dicentem oportet non affirmare ſolum: ſed & cauſam ipſius dicere, & non ponere neque cenſere vllam ſententiam irrationabilem. Sed aut inductionem aut demonſtrationem afferre. hæc enim quæ ſuppoſita ſunt: cauſæ non ſunt. Neque hoc erat, litis vel amicitiæ eſſe: ſed huius quidem aggregare, illius vero diſgregare. Si vero inſuper determinetur ipſum in parte: dicendum eſt in quibus ſic. vt ꝙ eſt aliquid quod congregat homines, ſcilicet amicitia: & fugiunt inimici ab inuicem. hoc enim ſupponitur: & in toto eſſe: videtur enim in quibuſdam: ſic eſſe. Hoc autem & per æqualia tempora: indiget & aliqua ratione. ¶ Omnino autem exiſtimare principium eſſe hoc ſufficiens, ꝙ ſemper aut eſt ſic, aut fit non recte eſt opinari. ad quod Democritus reducit de natura cauſas: ꝙ ſic & prius fiebat. ipſius autem ſemper: non vult principium quærere dicens in quibuſdam recte: in omnibus autem non recte. Etenim triangulus habet duobus rectis ſemper angulos æquales: ſed tamen eſt quędam perpetuitatis huius altera cauſa. principiorum tamen quæ perpetua ſunt: non eſt altera cauſa. Quod igitur nullum tempus aut erat aut erit quando motus aut non erat aut non erit: tot dicta ſint.

¶ Textus hic. 15. iuſto ſane longior eſt quiidcirco congrue a Cõmẽtatore in tres poterat diſtingui, quos nos ꝑ paragrafos deſignauimꝰ. Inducit em̃ primũ Ari. Anaxagore dogma irrationabilius opinione Empedoclis. Mox regredit ad reprobandũ Empedoclẽ, ac demũ ellidit vnũ cauillũ, q̃ erat vſurpatꝰ a Democrito. Ait ꝗ fortaſſe et Anaxagorã ſuũ dogma pariter ſtatuiſſe, tanq; primũ principiũ, veluti Empedoclẽ. Differt inter Empe. et Anaxa. Ubi adnotãdũ Anaxagorã longo interuallo diſcrepaſſe ab Empedocle. Haud. n. docebat viciſſitudinẽ generatiõis ⁊ corruptiõis mũdi ꝑ vices motus ⁊ quietis: ſ; dixit tẽpore infinito vniuerſa delituiſſe in chao, vnde poſtea mens cuncta congregauit diſſociauitq; locis. Huius autem cauſam nullam reddebat, ſed id putabat veluti primum principiũ naturale, ſcilicet congruẽs nature illius effectricis mẽtis, que erat ſempiterna. Monſtrat ergo Ariſto. huiuſmodi opinionẽ maiorẽ pre ſe ferre abſurditatẽ, q̃ illa Empedoclis. Ille ſiquidẽ ꝑ definita, ſtataq; tẽpora defenſare poterat ordinatã viciſſitudinẽ motus ⁊ quietis: q̃q; illic deficeret, ꝙ nullã ſpeculabat illius: ordinis cauſam. Anaxa. autẽ nõ ſolũ in hoc delinquebat, ſ; in eo preterea, ꝙ inter duo infinita tẽpora motus et quietis nullũ quiuerat cõſtituere ordinẽ. Eſt ꝗ rõcinatio Ari. Nihil inordinatũ cõuenit natare. Nihil inordinatũ cõuenit rebꝰ natura ſua: q̃nquidẽ natura cauſa ordinis eſt oĩbus: inter illud infinitũ tẽpus, quo oĩa requieuerũt in chao et hoc infinitũ quo eadẽ mouent nullus põt eſſe ordo: q; infiniti ad ĩfinitũ nulla eſt rõ hoc eſt ꝓportio (ordo autẽ idẽ eſt ꝙ rõ, ⁊ proportio) ergo q̃es infinita ⁊ motus infinitꝰ nõ poſſunt accipi velut primũ principiũ ex rerũ natura deſumptũ. et preterea nulla inq̃t, põt cõſtitui differẽtia cur potius nũc incipiat motꝰ, q̃ ꝑus. Imo vero (vt referẽte ſimplicio ait Eudemꝰ) neq; põt afferri rõ talis ordinis ꝙ quies q̃ eſt ꝑuatio motꝰ anteceſſerit motũ, quin potius videt motũ debuiſſe ꝑcedere. Ait ergo ꝙ nõ habere ordinẽ, nõ põt eſſe opus nature quoniã ea que a natura proficiſcũtur, aut ſimpliciter ⁊ perpetuo eodem ſe habẽt modo, ſicuti ignis ſemꝑ natura ſua ſurſum fertur, ac terra ſimpliciter deorſum, et nõ aliq̃n ſic, aliquãdo non, aut, ſi ſit aliq̃ variatio naturalis, illa ꝑcedit certo ordine ⁊ mõ ob cauſam q̃ fixa eſt ⁊ firma: vt hyems ſemꝑ ſequit autumnũ, hyemẽ aũt, ver primũ, mox eſtas, ꝓpter motũ ſolis ſub flexo Zodiaco. Cõmentatoris confeſſio. Cõfeſſus eſt hic merito Cõmentator autores ſue legis, veluti xp̃ianos, ad rõnis metã propius accedere, q̃ Anaxagorã, quippe q̃ rõnem, cur potius tũc mũdus incepit q̃ antea, nõ in rerũ naturã, ſ; in diuinã referũt voluntatẽ: immerito tñ et hac nixus eſt demoliri rõnẽ, vt. q. 1. elucidabitur. Neq; vero xp̃iani cõcedimus cũ Anaxagora infinito tp̃e quieuiſſe deũ: q; ante cõditũ orbẽ nullũ fuit tp̃s. Sed de his, q. 1. abſolutiꝰ. [Quare melius eſt] in. 2. ergo particula textꝰ regredit ad Empedoclẽ, Contra Empe. quẽ fatet vtcũq; meliꝰ dixiſſe q̃ Anaxagoras eo ꝙ inter definitas portiões tp̃is poterat vtcũq; excogitare ordinẽ inter ſuccedentes ſibi quietis ⁊ motꝰ: nã finiti ad finitũ nihil vetat eſſe ordine. At vero nõ oĩno fuit abſq; reprehẽſione: q̃m ſuppoſuit illã ſententiã irrationabilẽ, hoc eſt nulla rõne ſuffultã: cũ potius deberet aſſumere cauſam rõnabilẽ ſiue inductiõe (per quã via dilucidant principia, ſiue demõſtratione (per quã cõſtituunt cõcluſiones. Nã cauſa q̃ ab ipſo ſuppoſita eſt, nulla eſt prorſus. Si. n. tñ hoc aſſeruiſſet, ꝙ lis eſſet cauſa diſgregatiua rerũ: amicitia vero cauſa cõgregatiua, ⁊ hoc ꝓuenire ex natura rerũ, nihil ſane tũc dixiſſet abſurdum: nã talis eſt natura litis, taliſq; itẽ amicitie: ſed inſuꝑ addere ꝙ viciſſim ꝑſtata tp̃a lis mõ vinceret amicitie amicitiaq; poſtea litẽ, hoc nõ põt ex huiuſmõi rerũ natura ꝑmanare. S; ꝑſpice egregiã ꝓbationẽ Ariſt. Id quippe q̃d vt primũ principiũ propoſuit, debet ſaltẽ a poſteriori ꝑ inductionẽ manifeſtũ fieri. Principia inductione mõſtrãtur. Inductio aũt eſt, q̃n indicatis dinumeratiſq; ſingularibꝰ, q̃ experimẽto nouimus, colligimus ita eſſe in aliis q̃ a ſenſibus nr̃is abſunt: vt ſi hic ignis calefacit, ⁊ hic, ⁊ hic, documẽtũ eſt talẽ eſſe naturã ignis. Et hoc eſt q̃d ait Ariſt. Si vero inſuper determinet ipm in parte hoc eſt concludat vniuerſale principiũ ꝑ aliqua ſingularia, debẽt receſeri illa et oſtẽdi in quibꝰ ita cõtingit, vt nos mõ faciebamꝰ. Empedocles vero hñ poterat inductionẽ facere ex his que hoĩbus accidũt ad colligendũ, ꝙ lis diſgredat, amicitia vero cõgregat. Experimur em̃ amicos libentiſſime ꝯuenire inimicos vero a ſe inuicem diffugere. Ob idq; ex hoc particulari ſuppoſito colligimꝰ ita eſſe in toto vniuerſali, ſc; ꝙ lis diſgregat amicitia vero cõgregat. S; hoc tñ q̃d inſuꝑ addebat, nimirũ ꝙ hoc fieret ꝑ equalia tp̃a vt nũc amicitia vinceret poſt vero lis, nulla põt inductiõe fulciri, ſ; opus h; noua rõne, q̃ cauſa ſit illius viciſſitudinis atq; ordinis. [Omnino autẽ] Tertia deniq; particula cõfutatio eſt cuiuſdã cauilli. Potuiſſet cauillare ſeu Empedo. ſeu ex diſcipulis eiꝰ q̃ liber, nullã eẽ exigendã cauſa; cur nũc amicitiã lis vincat mũdũq; cõſtituat, nũc vero ſuperior lis ipm diruat: nã cũ hoc ſemꝑ eternũq; ita fiat ꝑ equalia tp̃a, ſuſcipiẽdũ eſt tãquã principiũ, cuiꝰ nõ eſt expectanda alia cauſa. Phy. Democri. Ad hũc em̃ modũ phyloſophabat Democri. q̃ppe q̃ diuerſar cõgreſſionũ cõplexionũq; atomorũ ex quibꝰ varia diuerſaq; conſtant mixta nullã afferebat cauſam, ſ; ſatis eſſe aiebat ita ſemꝑ fieri, vt habeat velut principiũ. Repellit ergo Ariſt. hãc inſcitiã: nõ. n. ob id ꝙ aliquid eſt eternũ aut ſemꝑ eodẽ modo fit, caret cauſa; quin imo cũ res eadẽ vim habeãt in eo ꝙ ſunt, ⁊ in eo ꝙ vera ſignificat, fit vt queadmodũ in cogitationibꝰ ꝑpetue veritatis aliqua ſunt prima principia, vt, omne animal rõnale eſt riſibile: alia vero habeãt cauſam, vt omnis triangulus habet tres ⁊c. ita ⁊ res extra infraq; Deum, licet cõcederentur eterne dependerent nihilo ſecius et ſuis cauſis. Eternorũ et neceſſariorum eſt cauſa. Doctrina eſt memorabilis eiuſdẽ Ari. 2. Metha. tex. 4. ex qua colligitur ꝙ ⁊ ſi cõcedatur eiuſdem fuiſſe opinionis vt mundus fuerit ab eterno, nõ ſubinde cenſendus eſt negaſſe quin dependeat a Deo tanquam a prima cauſa.

Tex. xvj. Contraria aũt his non difficile eſt ſoluere. Videbitur autem ex hiſce, conſiderantibus: contingere maxime, motum eſſe aliquãdo, cum nõ eſſet omnino. Primo igitur: quia nulla perpetua mutatio eſt. mutatio enim omnis: apta natura eſt eſſe ex quodam in quidam quare neceſſe eſt: omnis mutationis terminum eſſe contraria in quibus fit in infinitum autem: moueri nihil.

¶ Tribus viſis dicebamus ſuper text. 4. proſequi Ariſtotelẽ hanc ſuã diſputationẽ: nam in ſuperiori capitulo mõſtrauit eternitatem motus rationibus ſumptis a re ipſa: ⁊ in his proximis tribus textibus confutando aduerſariorum dicta: hic autẽ iam aggreditur eorũ rationibus reſpondere. Reſpondet autẽ hic potiſſimũ ad tres. Argumentatio ꝑma. Prima eſt huiuſmodi, Nulla mutatio eſt infinita ergo

go neq; vlla poteſt eſſe perpetua: atq; adeo mo-
tus incepit poſtq; nō fuerat. Primū aſſumptum
probatū eſt lib.6.a textu.91. vſq; ad finem, cuius
probationē hic ſummatim repetit. Omnis enim
mutatio eſt inter duos terminos, ſcilicet a quo &
ad quem quos neceſſe eſt eſſe duo contraria, aut
ſecundū poſitionem loci vt ſurſum & deorſum &c.
aut ſecundū qualitatē, vt a nigro in album: aut
ſecundū cōtradictionem, vt a non eſſe hominem
ad eſſe hominē: inter duos autē tales terminos,
non poteſt eſſe infinita diſtantia alias nunq; per
ueniretur ad finem: nulla ergo eſt infinita muta-
tio ſecundū latitudinē, quare nec perpetua eſſe
poteſt ſecundū tempus: Hec autē ratio debiliſſi-
ma eſt, vt iacet: nam neq; de motu circulari ar-
guit non eſſe perpetuum, neq; admiſſo nullā eſſe
mutationem perpetuam, demolitur illam ratio-
nem perpetuitatis in motibus infinitis, ne ante
omnem motum fuerit motus. Quid autē virium
afferat liquebit ex ſubſequentibus.

Tex. xvii. ¶ Amplius videmus, q; poſsibile eſt id moueri:
quod neque mouetur, neq; habet in ſeipſo vllū
motum. vt in inanimatis quorum neque pars vl-
la neq; totum mouetur, ſed quieſcēs mouetur ali
quando. Oportebat autem aut ſemper moueri
aut nunquam: ſi non fit cum non eſſet. Multo au
tem magis quod tale eſt in animatis eſſe: manife-
ſtum eſt. cum enim in nobis nullus in ſit motus
aliquando, ſed quieſcamus: mouemur tamen ali-
quando, & fit aliquando in nobis ex nobis ipſis
principiū motus, & ſi nihil extrinſecus moueat:
hoc enim in inanimatis ſimiliter nō videmus, ſed
ſemper mouet ipſa aliquid aliud eorum quę ſunt
extra. Animal autē ipſum: dicimus ſe ipſum mo-
uere. Quare ſi quieſcit aliquando penitus: in im-
mobili motus vtique fiet à ſeipſo & non ab ex-
terno. Si autem in animali hoc poſsibile eſt fieri:
quid prohibet idem hoc accidere & in vniuerſo?
ſi enim in paruo mundo fit: & in magno, & ſi in
mundo: & in infinito. ſi contingit quidem: mo-
ueri infinitum totum & quieſcere.

¶ Adhibet in textu.17. ſecundā rationē, quam ac
cipit ab experientia mobiliū particulariū. Et eſt
enthimema tale, vel forſan inductio. Experimur
in ſingulis ſublunariū mobilium ſic motum no-
uum gigni in aliquo mobili, vt neq; in illo, neq;
in aliqua eius parte anteceſſerit alius (nā ſi non
inciperet nouus oporteret huiuſmodi mobilia,
vel ſemper moueri, vel nunq;: quorū vtrunq; ad-
uerſatur experiētie) ergo idē exiſtimandū eſt de
toto vniuerſo, cuius partes ſunt indiuidua hec:
nēpe q; aliquando in mundo exortus fuerit no-
uiter motus, quem nullus pceſſerit, quoniā ea-
dem eſſe videtur natura totius, & partium. Ponit
exemplū in inanimatis, que ſimul incipiunt mo-
ueri ſecūdum totum & partes: eo q; animal prius
mouet vnā partem q; aliā, in quo ideo non quaq;
vſq; liquet, motū incipere in mobili ſecundū to-
tum. ¶ In ſecunda vero parte textus ſubdit ter-
tiam (vt alij volunt) rationem, veluti ſecunde cō
firmationem: que tamen potius eſt confirmatio
eiuſdē antecedētis ad eandē cōcluſionē: et ideo
non eſt prorſus diuerſa ratio etenim cū inanima

tum non moueatur a ſe, ſed vel a generante vel a
remouente prohibens, vel a violentiā inferente
(vt in tex.23. patebit) cauillari quis poſſet exem-
plum Ariſtotelis, dicens, q; cum graue precipi-
tari incipit, vel leue ſubleuari, ante illū motum
fuit alius mouentis tale mobile, ſed tamen ani-
mal, cum in ſe habeat principium actiuū ſui mo-
tus (vt libro.2.q.2. diſſerebamus) maius de ſe pre
bet documentum inchoationis motus: ſaltim
ad ſenſum, dum enim homo, vel ſurgit vt ambu-
let, vel expergefit a ſomno, videtur a ſe ipſo mo-
tum nouū in generare, cui neq; in ſe neq; in alio
prefuit motus alius. Infert ergo per locū a par-
te ad totum, q; ſi in homine hoc experientia te-
ſtatur, nihil vetat, quin etiam in vniuerſo ſimpli
citer de nouo fuerit inchoatus motus ſi enim in
paruo mundo, hoc eſt in homine, qui dicitur mi
crocoſmos, id vſu venit, quid prohibet & magno
idē mundo accidere. Quod ſi mūdo accidit, cōſe
quēs fit, vt poſſit & ipſi contingere infinito. Allu-
dit, ſecundū Alexandrū, ad infinitū chaos Ana-
xagore vt pote ex atomis infinitis cōgeſtū: nam — Anaxago re argm.
hoc ille forraſſe argumento colligebat potuiſſe
ex templo incipere moueri in tēpore. Addit autē
ſi cōtingit infinitum moueri totū, aut quieſcere
quoniā lib.3. palā fecit infinitum non poſſe motu
cieri neq; ſi moueretur, a motu ceſſare. Explicāt
non nulli hominē inter animalia rationē habe-
re microcoſmi propter id q; habet quatuor hu- — Homo mi croſmus.
mores & cōplexiones vice quatuor elemētorum
et preterea mixta organica membra et rurſus,
viuit, ſentit, & intelligit, vt (qđ ait magn⁹ Grego-
rius) ſit velut oīs creatura. At teſte Alberto con
gruētior pſenti loco eſt ſimilitudo quantū ad ei⁹
partes motrices & motas. Habet eñ intellectū,
ſeu primū motorē, phātaſiā vero & appetitū, tan-
q; mouētia mota, ſʒ corporea mēbra, tāq; ſimplr
mota. Hac.n. ſilitudine forſan Anaxagoras rō ci
nat⁹ aiebat, q; ſicut in hoīe itellect⁹ p phātaſiā in-
choat i tpe motū corporis, ſic & ſepata mēs cepit
diſgregare atomo ex chao, mundūq; cōpingere.

¶ Horū igitur id quod primū dictū eſt nō eūdē — Tex. xviij.
ſemper & vnū numero eſſe motū quiad oppoſi-
ta ſit, recte dicitur hoc eñ fortaſsis neceſſariū eſt,
ſi nō ſemper vnū & eūdē nūero eſſe poſsibile eſt
vnius & eiuſdē motus. Dico autē, vt vtrum vnius
chorde vnus & idē ſonus ſit an ſemp ali⁹ ipſa ſi-
militer ſe habēte & mota. At tñ qualitercūq; tan-
dē ſe habeat, nihil prohibet vnū & eundē eſſe ali-
quē quo continuus eſt at quæ perpetuus manife
ſtum autem erit magis, ex ijs quæ poſterius.

¶ Soluit, quo ordine propoſite ſunt, prefatas in- — Solutio prime rationis.
ſtātias. Ad primā diſtinguit aſſumptū, concedit
inq; q; motus q eſt a cōtrario in cōtrariū, qualis
eſt alteratio, & rectus mot⁹ localis, eſſe neqt cōti
nenter vnus durationis infinite, alias nūq; mobi-
le attingeret metā & ſic mot⁹ eſſet fruſtrane⁹, vt in
calce lib.6. viſum eſt. Negat vero omnē motū fie-
ri a cōtrario in cōtrariū, vt in celorū circū latio-
ne cōpertum eſt: cuius ideo nature nihil obſtat
quo min⁹ iugis ſemperq; ſit, ac ſine fine perpes,
Attamen ne quis obijciat priori mēbro, cōtinge-
re motū a contrario in contrariū, qui tamē infini — Nota de mot⁹ idē titate.
tum durat, argutiſſime reſpondet occulte huic
obiectiōi. Poſſet enim quis falſo cogitare idēti-
tatem



tatem motus attendi penes vnitatē mobilis et
mouentis: nempe vt vnius mobilis vnus ſit mo
tus, tūc vel maxime, cū nulla ſenſu percipit pen
ſatio: vt dum corda lire identidē percuſſa nunq;
motari ceſſat ſurſum ac deorſum. Tūc q̄ppe idē
ſemper videtur eſſe ſonus, atq; adeo idē motus.
Hinc eñ (vt ait Albertus) argutari quis poſſet,
pariter iuges aſſiduaſq; alterationes horū infe-
riorum eiuſdē generis, vnā in texuiſſe continuā,
eandemq; infinitā motionē ab eterno hucuſq;:
per reciprocationē: ſcilicet a calore in frigus et
ecōuerſo & ab albore in nigredinem & vice verſa
ſi quidē oēs fiunt ab eodē primo motore per obli
quum motū ſolis cōtinenter mouente eandē ma
teriam, que vna eſt horū inferiorū, in qua perin-
de generatio vnius eſt corruptio alterius. Ne-
gat veruntamē Ariſtoteles eundē eſſe, vel ſonū,
vel motū corde identidē tacte, ac multo minus
idē motus conflatur ex contraijs reuerſiſq; alte-
rationibus: quia omne mobile in puncto refle-
xionis quieſcit. At quia nō eſt huic diſputationi
proprius hic locus, pretermitit, illam, & ait, quid
ſit de motu inter cōtraria, poſſit ne vn⁹, infinituſ-
q; eſſe, nec ne, illi tamen qui non eſt inter cōtra-
ria, vt circulationi, nihil aduerſat, quo min⁹ per-
petuus infinituſq; eſſe poſſit, vt in ſubſequenti-
tibus manifeſtum fiet.

Text.xix. ¶ Moueri autem id quod non mouetur nullum
eſt in conueniens, ſi aliquādo quidem ſit id quod
mouet extrinſecus aliquando autem non. Hoc
tamen quomodo vtique erit, inquirendum eſt,
dico autem, vt idem ab eodem motiuo exiſtente,
aliquando quidem moueatur aliquando autem
non, nihil enim aliud dubitat hoc dicens, quam
propter quid non ſemper eorum quæ ſunt, alia
quidem quieſcunt, alia vero mouentur.

¶ In text.19. progreditur ad ſecundā rationē di-
luēdā: quā facile dat expeditā p ea q dicta ſunt.
Negat quippe aſſumptū: nempe dū inanimatū
moueri incipit ſcđm ſe totū, tunc de nouo ſimpli
Solutio ſecūde rationis. citer exoriri motū: quādo quidē mouent eiuſmo-
di mobilia ab extrinſeco, vt dicebamus text.17.
Ob idq; qđ moueri incipiāt poſt quietē, aut hoc
contingit q2 mouēs nō dū erat, puta q2 mouens
erat corruptibile, vt tex.6. ppoſuit, et tūc neceſſa
riū eſt vt pceſſerit motus, p quē tale mouēs geni
tū fuit, & ante illū eadē rōne alius in agētib⁹ cor-
ruptiuilibus. Si vero cauſa motrix ppetuo fue-
rat cū mibili, tūc redit (inquit) eadē inq̄ſitio cur
videlicet mobili & mouēte ſemp exiſtētibus non
ſequit ſemp motus. Ad qđ iā partim reſponſum
eſt paulo ſuperi⁹, pleniuſq; infra rñdebit, nimirū
q; vel nō eſt agēs applicitū paſſo, vel nō eſt impe
dimentū ſublatū. Quā ob rē neceſſe eſt (vt iā an-
te dicebat) precedere alium motum ante hunc,
quem arguens aſſerebat primum.

Tex.xx. ¶ Maxime autem videbitur tertium habere du
bitationem propterea quod ſit cū non eſſet prius
motus, id videlicet quod accidit in animatis quie
ſcens enim prius poſtea vadit, mouente exterio-
rum nullo vt videtur: hoc autem falſum eſt: con-
ſpicimus enim ſemper aliquid eorū quæ cōgeni-
ta ſunt, moueri in animali: huius aūt motus ipm
animal cauſa nō eſt ſed cōtinens forſitā. Ipſum au

tem dicimus ſe ipſum mouere, nō ſecundū omnē
motum ſed ſecundū motum ſecundū locū. Nihil
igitur prohibet, magis autē fortaſsis neceſſarium
eſt, in corpore multos fieri motus à cōtinente ho
rum aūt quibuſdā, intellectū aut appetitū moue-
re: illo autē totū iā animal mouere quale accidit
circa ſomnos ſenſibili eñ nullo exiſtente motu
inexiſtente tñ aliquo, rurſus excitatur animalia-
ſed manifeſtum erit & de his, ex ſequentibus.

¶ In hoc tandē.20.tex. diſſoluit argumentationē — Solutio tertie rationis.
tertiā, q erat ſcđe cōfirmatio. Et perſpice qđ po-
tuiſſet Ariſ. ad eā dē rñdere negādo cōſequentiā
hanc. In ſingulis indiuiduorū in naſcit de nouo
motus q in toto vniuerſo ſimplr exortus eſt: q id
circo nō tenet, qđ motus huiuſi ſublunariū, oīs
eſt inter cōtraria: qui ideo nō pōt eſſe in infinitū
perpetuus, orbicularis vero celorū pōt fuiſſe ab
eterno, vt paulo ante dicebat. Attamē q2 nō ſolū
hoc pſeuerat ſuſtinere, verū qđ in his quoq; cor-
ruptibilib⁹ ante omnē motū fuerit mot⁹, perſpe-
ctius rñdet negādo antecedēs: nēpe qđ motus
aīaliū, de quo appar ōtius oſtendit a nullo priori
extrinſecus dependere, ſit ſimplr primus: quini-
mo habet extrariā motricē cauſam, in qua necef — Proprius mot⁹ aīa- malis eſt localis.
ſe eſt prius infuiſſe motū, q; aīal moueat. Ad no-
tari hic aūt oportet, quo textus hic planus fiat,
motū localē, pprie eſſe motū aīalis, quo ſecernit
ab inſenſibilib⁹. Enim vero & ſi grauia & leuia ſcđm
locū moueant, nō tñ niſi ſm vnā differentiā poſi
tionis: illa q̄dē deorſum, hec vero ſurſum: atq; id
a generāte dū extra ſuā ſunt naturalē diſpoſitio-
nē. Et plante q;uis moueant a pñcipio intrinſe-
co, motu augmētationis, nō tñ, pprie ſcđm locū,
qm̄ nō relinquūt priorē, ſʒ protendunt ad amplio
ra. At aīalibus ſic natura pſperit, vt p motū pro-
greſſiuū perq; alios locales mēbror cōquirerēt
ſibi alimēta. Et hoc eſt qđ ait hic Ari. Ipſum dici
mus ſeipm mouere nō ſm omnē motū, ſʒ ſm loca
lē. Caleſit nāq; & frigeſit aīal a circunſtāte, ſicuti
inanimata, quor motuū nō hʒ in ſe principiū, ni-
ſi paſſiuū. Ait g Ari. falſum eſſe illū motū localē, — Rationes mot⁹ ani- malis.
q propri⁹ eſt aīalis, eſſe ſimplr primū. nā cōſpici-
mus (inq̄t) ſemp aliq̄d eorū q cōgenita ſunt, hoc
eſt homini innata, puta ſenſum vel phātaſiā an-
tea moueri: quor motuū aīal nō eſt cauſa ſcilicet
effectrix, tāq; aīal p appetitū, ſʒ ſit circūſtante, ni
mirū ab aere. v.g. infrigidāte corp⁹, introrſumq;
cōcludente calorē naturalē ad digeſtionē pficiē-
dā, vnde oborta fames, q eſt appetit⁹ ſibi, mouet
aīal ad ipm cōquirendū: & ſic de alijs alterationi
bus corpis vnde excitat appetitus ad ſuas volu
ptates p motū localē diſquirēdas. At q in ſpūali-
bus obiecta mouēt ſenſuʒ, & p ſenſum, intellectū
q eſt primū mouēs in hoīe is aūt p intentionē, fi-
nis mouet appetitū & p ipm mēbra ad pſequēda
media. Ecce queadmodū, ſʒ motus localis ſit a
pñcipio intrinſeco, nō tñ eſt ſimplr prim⁹ quippe
quē alij externi antecedūt. Et hoc eſt qđ cōclu-
ſit hoc loco Ariſ. Nihil igit phibet, magis aūt for
taſſis neceſſariū eſt multos fieri motus a cōtinē-
te. Ubi fortaſſis, nihil dubitatiōis pfert, ſʒ ſtilus
eſt peripatetic⁹. Qđ aūt ait, multos fieri motus — Motus na turales a- nimalis triplices.
a cōtinēte, puta q ſunt mere naturales, inſinuat
alios itidem eſſe pure naturales internos. Tres
eñ motuū differētias dignoſcim⁹ in aīali. Primi

 ſunt

ſunt mere naturales, quoꝝ in ipſo tm̃ eſt pͥncipiũ paſſiuũ: vti calefactio in vere ⁊ frigefactio in hyeme: alijs ſunt ſimiles iſtis, a pͥncipio tñ intrinſeco actiuo: vt nutritio ⁊ augmẽtatio, q̃ ſunt ꝓprij forme viuẽtiũ, atq; adeo cõmunes plãtis: q̃ quidẽ dicunt mere naturales, q2 nõ fiũt per cognitionẽ et appetitũ. Alijs deniq; ſunt ꝓprij animaliũ: vt preter ſpirituales, localis motus, q̃ fit ꝑ appetitũ ſenſitiuũ. Ubi autẽ ſubdit, quibuſdã motibus **Dominiũ in nos celo.** moueri intellectũ et appetitũ, oſtẽdit quatenus in nos dñium exercẽt celeſtia corpora. Haud enĩ ꝑrime afficiunt aĩam, ſed omnino corpus, cuius affectionibus ſepe intingit aĩa, trahiturq; volũtas: nũq; tñ neceſſitatẽ patit: adeo eius libertas eſt ab omni celeſtium terreſtriũq; coactionibus exẽpta. Cũ aũt ſubdit, appetitu a cõtinente moto, ſubmoueri totũ aĩal ſcd̃m locũ, exẽplũ ſupponit doctiſſime in illo qui excitat a ſomno: idcirco, qđ talis motus videt de repẽte exoꝛiri nullo pre**Cauſe ſomni.** eunte alio. Ait ḡ qđ licet nullus ſenſibilis appareat anteceſſiſſe in doꝛmiẽte, ꝓceſſerunt tñ intus quippiã: ſunt enĩ in cauſa ſomni, vapores exalati a cõiunctione ſibi vſq; ad cerebꝛũ, indeq; recidẽtes ad coꝛ, in frigidãteſq; ſpm, impediẽteſq; perinde ſpũs vitales, ⁊ ex alia parte humectantes hebetãteſq; oꝛgana ſenſuũ, q̃rũ ceſſatio ⁊ q̃es. eſt ſomnus. Haud verũ tñ eatenus q̃eſcit doꝛmiẽs, vt nullatenus moueat: eſt enĩ intus iugis continuaq; actio caloꝛis in cibũ, quo digeſto, calefactoq; coꝛdi, reſolutiſq; vapoꝛib⁹, ſubſequit vigilia ſenſuũ. Refert ſe de his tñ ad ſubſequẽtia, nẽpe ad tex. 51. ſ3 foꝛte et ad libꝛos de motu aĩaliũ et de ſomno ⁊ vigilia. Expediuit igit. Ariſ. hoc membꝛũ, quo (vt in ſua erat opinione) cõſtituit nunq; fuiſſe genitũ pꝛimo motum, ſed ante omnẽ fuiſſe aliũ. Idq; argutiſſime poſtremo pati fecit exemplo aĩalis, qđ, licet videat aliq̃n quieſcere, ac deinceps moueri (vt dũ q̃s poſt ſomnũ euigilat) nũq̃ tñ viuẽs q̃eſcit. Hui⁹ .n. iſtar cẽſendũ eſt ⁊ de toto vniuerſo, vt pote qđ nũq; ſimpl̾r moueri cepit.

## QVO DIVISIO MEMBRORVM quinq; diſcutitur.

## CAPVT. III.

**Tex. xxj.** PRincipiũ autẽ conſiderationis id erit, quod & dicte dubitationis: quare quędam eorũ quę ſunt, aliq̃n quidẽ mouẽtur, aliq̃n aũt rurſus quieſcũt. Neceſſe eſt aũt, aut omnia q̃ſcere ſemper aut oĩa ſemper moueri, aut alia q̃dẽ moueri, alia aũt quieſcere. Et rurſus horũ aut ea quę mouẽtur, moueri ſemꝑ, quę q̃ſcunt, q̃ſcere. Aut oĩa apta nata eſſe ſimiliter moueri & q̃ſcere, aut reliquũ adhuc & tertiũ. Cõtingit enĩ eorũ quæ ſunt alia q̃dẽ ſemꝑ immobilia eſſe: alia vero ſemꝑ moueri, alia autem vtraq; participare. Quod quidẽ, à nobis dicendũ eſt. Hoc enim habet ſolutionem omnium dubitatorum, & finis nobis eſt huius negotij.

¶ Poſtq̃ id cõſtituit Ariſt. qđ ſemꝑ fuit motus, et lib. 7. tex. 3. ⁊ infra conſtitutũ reliquerit, in mouẽtibus ⁊ mobilibus nõ eſſe abitionẽ in infinitum, eo iam nunc pergit, vt cõditiones pꝛimi motus, ac pꝛimi motoꝛis ſpeculet. In hoc autẽ tertio capite membꝛatim examinat partitionẽ quãdam generalẽ omniũ entiũ reſpectu motus et quietis in quinq; membꝛa diſtributã: quã vtiq; partitionẽ pꝛoponit in hoc textu. 21. At quoniã inter ſoluendum rationẽ ſecundã pꝛedixerat, eum qui inde arguit motum aliquando incepiſſe, quod alias, vel omnia ſemper mouerẽtur, vel nunquã eum inquã nihil aliud exigere arguendo, q̃ cur res quepiam quandoq; moueantur, quandoq; vero rurſus quieſcant, ait modo hinc ſumendũ eſſe pꝛincipiũ ſubſequẽtis cõſiderationis, vnde et pꝛedicta dubitatio oꝛtũ trahit. Quod quidem vt perſpectius fiat, diſtinguendũ in vniuerſum **Quinque mẽbꝛorũ diuiſio.** cenſet de his que ſunt in rerum natura. Neceſſe quippe eſt (inquit) aut omnia ſemper quieſcere, aut moueri omnia ſemper, aut alia quidẽ moueri, alia autẽ quieſcere. Sed tertiũ hoc membꝛũ, rurſus ſubſequatur in tria. Aut enĩ illa que mouentur, ſemper mouentur, ⁊ que quieſcunt ſemper quieſcũt, aut omnia apta nata ſunt quãdoq; moueri, quandoq; vero quieſcere, aut (quod reliquũ eſt ac tertium) tria ſunt rerũ genera, nempe vt ſint aliqua ſemꝑ immobilia, alia vero ſemper mobilia ac mota, ſed alia quandoq; mota, quandoq; vero quieſcentia. Uide quã ex re et arte vniuerſam rerũ naturã in quinq; mẽbꝛa partitus eſt in oꝛdine ad motũ et quietem. In tribus quippe membꝛis non fit ſubiectoꝛũ diuiſio, ſed qualitatis, puta motus ⁊ quietis, vt omnia entia ſe habeant ſimiliter. Eſt inquã pꝛimum mẽbꝛum vtrum omnia entia ſemper quieſcant, quod fuit **Zeno.** Zenonis placitũ. Cũ parmenide ⁊ Meliſſo. Secũdũ vera vtrũ omnia ſemper moueantur, que fuit **Heraclit.** opinio Heracliti. Et ſunt iſta duo mẽbꝛa ſimpliciter contraria, tam ex parte ſubiecti vniuerſalis, quã ratione modi pꝛedicati ſemper. Sed quartũ eſt vtrũ omnia aliquando moueantur, ⁊ aliquãdo quieſcant, vt explicatũ ſupꝛa eſt de Anaxagora et Empedocle: Et ſunt quidem iſti duo modi ſub contrarij ratione modificationis pꝛedicati aliquando, ſed cõtrarij ex parte ſubiecti, omnia. At vero in tertio et quinto membꝛo res ipſe diuiduntur, dum in tertio queritur vtrum rerum, alique ſemper moueantur, et alique ſemper quieſcant quod referente Alberto, fuit in dogmatib⁹ Pythagoꝛe ⁊ poſt Epicuri. Hi autẽ modi ſunt vice verſa ex parte ſubiecti ſub contrarij ſed a parte pꝛedicati contrarij pꝛopter aduerbiũ, ſemper. Tu ipſe rotulũ oppoſitoꝛũ conſtitue. Sed tamen in mẽbꝛo quinto queritur vtrũ eoꝛum que ſunt, alia quidẽ ſemper ſint mobilia ⁊ mota, alia vero ſemꝑ immobilia, ſ3 alia que quãdoq; moueãtur ⁊ quandoq; quieſcant. Atq; hoc quintũ mẽbꝛum pertinet ad Ariſtotelicã ſententiã: ſunt enĩ intelligẽtie ſemper immobiles, ⁊ omniũ maxime pꝛima cauſa, celeſtes vero oꝛbes, ſemꝑ moti: at ſublunaria vniuerſa: quandoq; mouentur quandoq; vero quieſcunt. Obidq; concludit, hoc, ſcilicet poſtremum, ſolutionem habere omnium dubitatoꝛum huius libꝛi, ⁊ finem eſſe totius negotij: nempe dum monſtrat fuerit non omnia moueri viciſſim et quieſcere, ſed eſſe vnum pꝛimum mouẽs immobile, ⁊ alia mobilia ſempiterne mota: atq; adeo ab vno pꝛimo motoꝛe immobili ꝑ celeſtes oꝛbes, ꝑpetuo motos, viciſſitudines ſubinde fieri iugiter ſublunariũ mutationũ, vt pote rerũ, q̃ q̃ñdoq; mouent, et q̃ñq; q̃eſcunt. Que quidẽ mutationes, ſicuti neq; motu ipſi celoꝛum, neq; initium habuerunt vllum, neq; habiture ſunt finem. Et notato cur de pꝛioꝛi membꝛo non dixit, quod illa ſint ſemper quieſcẽtia, ſed immobilia: nempe, quoniã quies eſt pꝛiuatio motus in ſubiecto nato moueri, pꝛima autem cauſa non eſt apta moueri: neq; vero intelligentie. loquẽdo, vt hic fit ſermo, de motu ſenſibili.

**Textus. xxij.** Dicere igitur omnia quieſcere, & huius rationem quęrere, dimittentes ſenſum, infirmitas quędam eſt intellectus. Et de toto aliquo: ſed non de parte, ambiguitas eſt neq; ſolùm contra Phyſicũ. ſed omnes ſcientias (vt ita dicam) & omnes opiniones, propterea quod motu vtuntur omnes. Amplius autem de principiis inſtantiæ, vt in his quæ circa mathematica ſunt, rationib⁹ nihil ſunt ad mathematicum, ſimiliter autem & in aliis, ſic neq; de eo quod nunc dictũ eſt ad Phyſicũ. Suppoſitio .n. eſt, quod natura principium motus eſt.

¶ Repellit ſubinde quatuoꝛ pꝛioꝛa membꝛa pꝛefixe diuiſionis, vt quintũ (que ſua eſt ſententia) ſtatuat. Exoꝛditur autẽ in hoc. 22. text. ab opinione **Expugnat primũ mẽbꝛũ diuiſiõis ꝯ Zenonem.** Zenonis que longe minimum pꝛeſefert pꝛobabilitatis: eamq; ideo quatuoꝛ argumentis repꝛehẽdit. Pꝛimũ. Dicere omnia quieſcere, huiuſq; perpetue quietis rationẽ querere, poſt habẽdo, negãdoq; ſenſile experimẽtũ motus, infirmitas eſt imbecillitaſq; intellectus: futilis igitur eſt talis opinio ⁊ a veritate detoꝛta. Perſpice Ariſtotelis acutiẽ. Quoniã vis intellectus inde reſplẽdet, quod rerũ rationes exquirit, redarguit e cõtrario Zenonẽ q̃ excogitare rationes cõtrarias experientie ſenſuũ, argumentũ eſt potiſſimũ remuitatis, inconſtantieq; intellectus neſciẽtis diſcernere inter id quod perſpicuũ eſt ⁊ euidens, ⁊ id quod eſt dubitabile, atq; ideo neq; valẽtis cõſiſtere, vbi rei euidentia deberet ipſum affirmare. Eo pꝛeſertim quod pꝛincipia naturalis philoſophie ſenſibus noſcuntur, vt. 1. Poſterioꝛũ autoꝛ eſt Ariſtoteles. Quocirca, cum motum eſſe, tam certa ſenſuũ experientia depꝛehendatur, vitium eſt coꝛrupti intellectus aſſeuerare, vniuerſa quieſcere. De hac delira opinione diximus in pꝛimo aduerſus Parmenidẽ, ⁊ Meliſſ. dicentes omnia eſſe vnum pꝛincipiũ immobile. Uſq; adeo enim iſti ſenſibus deſipientes diffidebant vt nullam eoꝝ apparentiã exiſtimarent verã, ſed ſemper veritatẽ crederent pugnare cum ſenſibus. Qui ideo iam nunc, quid per eiuſmodi phantaſmata ſibi vellent, haud ſane poſſumus intelligere. Secunda ratio. Qui motũ abnegat rebus naturalibus, licet ſolam videatur partẽ tollere vniuerſi, puta vnam eius qualitatẽ, totũ tamen funditus euertit: nam cum quies ſit pꝛiuatio motus, negando motũ, negat ⁊ quietẽ, atq; adeo generationes omnes omniũ rerum ſubceleſtium. Quinimo ⁊ celos ipſos, generationũ cauſas, in caſſum eſſe pꝛofitetur: non ergo auſcultãdus eſt, ſed explodendus. Tertia. Imo vero talis philoſophus, non modo philoſophie naturali, verũ ⁊ ſcientijs cunctis ⁊ artibus bellum indicit, haud enim ſolum phyſicus naturã motus ſpeculatur, verũ ⁊ metaphyſicus, de altiſſimis eius cauſis, ⁊ pꝛincipijs. Sed ⁊ moralis philoſophia ⁊ Rhetoꝛica, de actionibus docet q̃ in motu conſiſtũt, de quibus ⁊ dialectica ratiocinatur. Quin vero ⁊ mechanice artes motuum ſunt etiã directiue: vt ars extruendarũ nauium, ⁊ nautica motũ nauis conſiderant, ſicut ars equeſtris ⁊ frenefactiua, motũ equi. Adde quod ⁊ mathematicus, qui abſtrahit a motu, nõnullã eius imaginationem habet, dum ait, a quolibet in quodlibet punctũ lineam duci. Qui ergo motũ aufert, omnes vult ſcientias ⁊ artes de medio ſublatas: eſt ergo intolerabilis talis opinio. Quarta ratio, nulli ſciẽtie licet de ſuis pꝛincipijs, vel diſputare, vel certe heſitare vt puta, que in vnaquaq; pꝛeſupponẽda ſunt: mathematic⁹ enim ſua ſtatim figit pꝛincipia de quibus citra diſputationẽ fidem habet: cũ ergo motum eſſe, pꝛincipium ſit phyſicũ, nullatenus incumbit philoſopho eiuſmodi diſputatio. Neq; hic Ariſtoteles tam diſputat contra negantes pꝛincipia, q̃ eoꝝ pꝛodit, traducitq; pꝛauitatem ingenij. Repulſa ergo eſt Zenonis opinio de vniuerſali rerum quiete.

**Textus. xxiij.** Ferè autem & omnia dicere moueri, falſum quidem eſt, minus autem. hoc præter methodũ. poſita enim eſt natura in phyſicis, principium ſicuti motus & quietis. Similiter autem phyſicum eſt, motus. ¶ Et dicunt quidam moueri, eorũ quæ ſunt, nõ aliqua quidem, alia verò non, ſed omnia & ſemper, ſed latere hoc noſtrũ ſenſum. Ad quos quamuis non determinent, quo motu dicant, an vniuerſis, non eſt difficile occurrere. neq; enim augeri, neq; minui poſsibile eſt continuè, ſed eſt & medium. Eſt autem ſimilis ratio illi quæ eſt de eo quod eſt guttam conterere, & enaſcentia, lapides diſcindere. non enim ſi tantũ expulit, aut remouit gutta, & dimidium in dimidio tempore prius. Sed vt nauis tractio, ita & guttæ tot, tantũ mouent. pars autem illarum, in nullo tẽpore tantũ. diuiditur enim quod remotũ eſt, in plura, ſed nihil eorum motum eſt ſeorſum, ſed ſimul. Manifeſtum eſt igitur, quod non eſt neceſſarium ſemper aliquid abire: quia diuiditur ipſa diminutio in infinita, ſed totum aliquando abire. Similiter autem, & in alteratione qualibet. nõ enim ſi partibile eſt in infinitum id quod alteratur, ob id & alteratio, ſed ſimul vniuerſa fit ſæpe, ſicut congelatio. Amplius cùm ægrotauerit aliquis: neceſſe eſt tempus fieri in quo ſanabitur, & non in termino temporis mutari. neceſſe eſt autem in ſanitatem mutari, & in aliud nihil. Quare dicere continuè alterari, valde manifeſtis eſt aduerſari. in contrarium enim, alteratio eſt. Atque lapis, neque durior fit, neque mollior.

¶ In tex. hoc. 23. expugnat Heraclytũ, qui ſecundum membꝛum pꝛepoſite diuiſionis opinabat: nẽpe omnia ſemper moueri. Quin vero ſunt inter Italos cõmentatoꝛes, qui eius opinionem pꝛetendunt defenſare, vt eſt Nimphus, qui ait **Falſa opinio Nimphi.** nihil aliud hic condemnare Ariſtotelẽ, q̃ quod omnia per ſe ſemper moueantur, quod autẽ vel a ſe, vel extrinſecus, omnia ſunt in perpetuo motu, id (inquit) non negat. At vero iſti non modo

Aristoteli (vt tex.74. euidētius est) verum experientie sunt prorsus insensi. Ecquis enim ambigat mōtē quiescere simpliciter? De quibus sane inanimatis assertio fuit superi⁹ Aristotelis, qđ incipiunt simpliciter secundū se tota moueri, vt in quibus nullus prefuerat motus. Ad rem ergo vt redeamus, cum dixisset, eum qui negat motum, non solū ipsum, verū ꝛ quietem pariter ꝛ totū vniuersum diruere, subdit cōparationē, quod qui negat quietē, dicens omnia semper moueri, falsum quidem profert, attamen mitius pugnat cum rerū natura: quoniā minus loquitur preter methodū, hoc est minus aberrat a via: nam etsi quies proprie non sit nisi in re apta moueri, pōt tamen esse motus in re que non est apta quiescere, vt patet in celo: vnde licet qui tollit motū, tollat pariter quietē, tamē dicēs omnia moueri, etsi quietē prorsus eliminet, non omnino totam naturā exterminat: quoniā retinet motū, atq; adeo rerū generatiōes, ꝛ causarū deniq; fines. Et ideo dixit [Fere falsum] puta quasi tam falsum. Neq; id solū, verum neq; tam aperte contradicit experientie: nam sunt aliqui motus tam patentes, vt sit prorsus stolidorum hominū eos diffiteri, quietes vero non sunt vsq; adeo patule: nam cum sint aliqui exiles occultissimiq; motus (vt patet in altissimo somno) posset quis dicere, illa que apparent quiescere: latente motu cieri, vt iamiam in Heraclyto deprehendetur. Quod autem subdit, Posita enim est natura ꝛc. bifariam potest ad superiora referri, vno modo, vt sit probatio illius, falsum quidē dicere, qui negat quietem, siquidē natura principiū est, sicuti motus, ita ꝛ quietis. Sed tunc duriuscule assuitur subsequens particula, similiter physicū est, motus. Nam que cōsequentia est, quod si natura est principiū quietis, sicuti motus, quod similiter motus sit quid naturale, hoc est passio naturalis entis, vt quidā glossant? Nisi dicamus deesse particulā, vt, ꝛ reddere sensum, quod similiter quies, est quid physicum, vt motus. Tunc enim pertinebit ad probandum falsam esse negationē quietis. Attamē si phrasis Greca libenter ferret versionem Argiropili, libētissime dicerem, totū hoc referri ad probandum, non quod sit falsum negare quietē, sed quod sit minus falsum quā negare motum. Est nāq; versio Argi. hec quanq; enim in naturalib⁹ posita est natura motus ꝛ quietis, tamen motus, naturale magis esse videtur. In Greco tamen codice, neq; est, tamē, neq;, magis, sed, similiter. Nisi forsan Argi. alium nactus est codicē. [Et dicūt quidam]. Descendit igitur Arist. ad Heraclitū affirmantem omnia moueri, cuius itidē opinionis ꝛ

Impugnatur opinio Heracliti ꝙ erat secūdū mēbrū.

Plato meminit in Cratilo. Hic Heracli. cum obijciebatur illi experiētia eorū que apparent quiescere, respondebat ꝙ omnia quidem mouentur, sed tamen multorū motiones latent sensum nostrum. Putabat nāq; omnia, sicuti flumē, esse in perpetuo fluxu augmēti, vel decrementi, vel ali⁹ cuiusuis motus. Hanc vtiq; opinionem reuincit hic Aristoteles trib⁹ argumentis. Primū exorditur a motibus augmenti ꝛ decremēti in quibus Hera. potissimū fundabat suū dogma, sic. Quānuis isti, inquit, non se explicēt an vno genere motus quiduis semper moueatur, an vero vno tantum, facile tamen demonstratur id non posse cōsistere de motibus augmenti ꝛ decrementi: nam si animal v.g. (vbi est maior probabilitas perpetui augmenti ꝛ decremēti) augeatur vsq; ad certum etatis tēpus atq; inde incipiat senio insumi ꝛ decrescere, necesse est vt in illo pūcto reflexionis quiescat, atq; adeo interpelletur motus per quietē: quod ꝛ in lapide sursum proiecto apparet dum incipit cadere. Unde si cōplexim sumas ambos motus, non continuantur. Sed neq; diuisim sumpti, sunt cōtinui. Arguebat .n. forte Heraclitus, vt hinc colligitur, continuitatē motus augmētatiōis, hoc pacto. Si animali v.g. in vno mēse, accrescit certa quantitas, fit vt in dimidiato mense accrescat medietas, ꝛ in vna hebdomada, vna quarta, ꝛ sic continuo diuidendo tēpus iuxta diuisionē motus, vt lib.6. text.3. ꝛ infra visum est. Tametsi quod in singulis horis augetur, non percipiatur. Atq; idē sentiebat de rebus caducis in vniuersum. Etenim cū vniuersa tēpus augeat primum, mox corrodat, ꝛ tandē absumat (vt ꝛ natura sua docet, ꝛ experiētia cōtestatur) documētum est, omnia perpetuo moueri. Subuertit ergo Aristoteles eius fundamētum, inficiando consequentiā illam. Si animal in tēpore certo, certā adquirit partē quantitatis, fit vt in dimidiato tēpore adquirat dimidiū, ꝛ in subquadruplo subquadruplū ꝛc. Et peccatū illationis patefacit exēplo triplici. Est .n. inquit, simile in lapide frequētia cadentis gutte excauatio, vbi contrariā apparet: videmus .n. certo tēpore diuelli certā lapidis particulā, cuius medietas nō fuit effossa in medietate temporis, nec quarta, in quarta parte, siquidē videtur quandoq; tota simul abrūpi.

Triplex exēplū Hera.

Et hoc est quod ait, diuidetur enim quod remotū est in plura, sed nihil eorū motum est seorsum, sed totū simul. Quod confirmat altero exēplo trahentiū nauim, qui licet certo tēpore pertrahāt ipsam, haud tñ dimidius numerus hominū in medietate tēporis mouebit eandem per medietatem spatij: quia neq; dimoueri loco fortasse valēt, vt in calce septimi physicorū explicauim⁹. Pari ergo modo priores gutte nihil distrahunt lapidis, sed emolliunt, preparantq; ad discesionē. Tertiū exēplum est, quando dumus, vel caprificus enascitur per mediū saxū, licet illud diffindat dum prorūpit foras, non consequitur vt in p̄cedēti tēpore continērer ipsum diuiserit, sed p̄parabat, vt fodet, perforaret. An vero augmētatio, sit motus continuus, necne, ī libris de generatione copiosius disputabitur. Est .n. Cōmentatoris opinio, augmētationem fieri per minima, ita vt nihil accrescere possit ligno min⁹ minimo: alias daretur (vt putat) minus minimo. Et quia requiritur tēpus anteq; generentur singula minima, hac ratione cōmētatur hic Aristotelē dicērē, non esse motū continuū, sed interpollatū, sicut dū gutta cauat lapidē. Haud verū tamē necessariū est incidere in talē opinionē: q̄ licet in aīalis augmētatiōe min⁹ minimo accrescat priori substantie, non sequitur, vt detur per se minus minimo, quandoquidē ex alimēto non prius generatur substantia aliti ꝙ ei vniatur. Est nihilominus discontinuus motus, pro eo quod non in quacunq; tēporis particula qua nutritur aīal, augetur. Sed disponitur ad augmentum. Quin vero defectu alimēti, nonnunq; exinanitur. Nunq; .n. fit augmētū, nisi dum copios⁹ fuerit versum alimētum in substantiam aliti, ꝙ fuerat

Augmētatio non est continua.



Scđm argumentū.

fuerat exhaustū per actionē calidi in humidū. At de hoc alias [similiter autem] secundo argumēto procedit ad alterationē, quam triplici ratione probat, non necesse habere, vt sit motus cōtinuus. Primo quia non semper successiue inducitur accidēs in subiectū, vt pri⁹ sit in parte quā in toto: idq; palam facit in parua aqua, quam sepe contingit simul totā congelari.

Quod alteratio nō est motus cōtinuus.

Animaduerte quod non negat hic continuā successionē intensionis, prius enim frigescit aqua, ꝙ indurescat, sed negat successionē ad diuisionē subiecti: eo ꝙ simul in tota incipit esse idem gradus, propter equalē applicationē agētis. Ubi tñ est aque plurimū, prius congelabuntur exteriores partes ꝙ intime. Secunda ratio est hec. Alteratio est motus a contrario in contrariū, vt sanatio ab egritudine in sanitatem, que ideo latitudo finita est: cū ꝙ alterabile peruenerit ad terminum, cessabit alteratio: neq; .n. restat quo progrediatur vlterius: igitur alteratio non est motus p̄petuus. Tertia experimēto dedicimus, lapidē, vt adamātem, ꝙ longissimo tēpore neq; molliorē fieri, neq; duriorē: signum ergo est, alterationē nō esse motum continuū, neq; per minutissimos additissimosq; grad⁹: alias vel lōgissimo tpe īnotesceret.

Textus. xxiiij.

¶ Et de ipso ferri, mirabile est, si latuit lapis deorsum ferri, aut manere in terra. Amplius autem, terra & aliorum vnumquodq;, ex necessitate manet quidem in propriis locis, mouentur autem violente ex his. Si igitur quædam ipsorum sunt in propriis locis: necesse est neq; secundum locum, omnia moueri. Quod igitur impossibile sit, aut semper omnia moueri, aut semper omnia quiescere, ex his & aliis similibus crediderit vtiq; aliquis. ¶ At verò neq; alia quidem contingit semper quiescere: alia verò semper moueri, aliquando autem nihil quiescere, aliquando verò moueri. Dicendum est autē quod impossibile sit, quēadmodū & in dictis prius & in his. videmus enim in eisdem fieri dictas mutationes. Et ad hæc, quia aduersatur manifestis qui contendit. Neq; enim augmentatio, neq; violentus erit motus, si nō mouebitur præter naturā quiescens prius. Generationem igitur aufert & corruptionem hic sermo. Ferè autem & ipsum moueri: fieri quippiam & corrumpi videtur omnibus. in quod enim mutatur: fit hoc, aut in hoc. ex quo autem mutatur: corrumpitur hoc, aut hinc.

¶ Tertiū principale argumētū accumulat in prima particula tex.24. de motu locali, idq; bipartitum. Aiebat enim Heraclitus, omnia semper moueri, sed nonnulla latēter redarguit Aristoteles id non esse possibile de motu locali, quippe qui adeo est oculis patens, vt delitescere nequeat. Est .n. nobis de lapide patētissimū, quod dū deorsum fertur, tunc mouetur, sed ꝛ quod tunc etiam quiescit, cum terram pertingit: quare si mōtes ꝛ ingētissima saxa secundū locū mouerētur, nō posset hoc nos celari. Sed ꝛ manifeste experientie adiungit naturalē rationē. Naturale quippe terre est, ꝛ vnicuiq; rerum naturaliū, vt in suo queq; proprio loco quiescat. vnde non nisi per violentiam depellitur, que quidem quietis inclinatio in causa est, vt grauia, sublato impedimento corruant, ad cētrum: leuia vero, ferantur sursum: cū ergo proculdubio sint aliqua in suis proprijs locis, siquidē neq; centrū terre vacuū est, sed illic est terra, neq; vero concauum lune, quia illic est ignis: fit vt illa diutissime quiescant, tantū abest vt peremniter moueantur. Concludit igitur Aristoteles ex hac inductione facta per omnes species motus, non posse consistere opinionē Heracliti adstruētis omnia iugiter mutari, seu certo genere motus, id sentiat, seu cunctis: atq; adeo duo priora membra expedita relinquit, videlicet quod neq; omnia semper quiescunt, vt post Parmenidē ꝛ Melissum philosophabat Zeno: neq; vero omnia semper mouētur, vt placebat Heraclito. [At vero ꝛc.] Progreditur ad cōfutandam tertiū mēbrū prefixe diuisionis: vbi multo apti⁹ designasset Cōmētator cōmentū.24. postq; incipitur noua materia, ꝙ in precedēte particula: q̄ sane germanior erat superiori disputationi. Erat ergo tertium mēbrum per diuisionē rerū, scilicet quedā moueri ꝛ alia quiescere, sed tamen vniuersaliter: videlicet omnia que mouentur, semp moueri, ꝛ omnia q̄ quiescunt semper quiescere, neq; pari mediū mobile quod aliquando moueatur ꝛ aliquādo idē quiescat.

Tertiū mēbrum diuisionis impugnat.

Hoc aūt cōfutat prius experientia, deinde ratione. Ait enim perinde hoc esse īpossibile, atq; superiora. Etenī quēadmodū experimur aliqua moueri, per quod damnatur prima opinio, ꝛ item aliqua quiescere, per quod condēnatur secunda, ita ꝛ experimētum quorūdam habemus, que vicissim quiescunt ꝛ mouentur: idq; maxime liquet in motu locali. Sed ꝛ ratione id confirmat: nam qui hec, inquit, contendit, manifestis aduersatur: qui enim ait nihil posse prius moueri ꝛ post quiescere, aut vice versa: denegat imprimis augmentationis motū, ꝛ violentum localē. Et quidē de violento patet: nam motus violentus est, quo inde submouetur res, vbi naturaliter quiescebat, fit ergo in eadē re vicissitudo quietis ꝛ motus.

Mot⁹ violentus.

De auctione autē pretermisit idē probare. Quod ideo Alexander sic colligit. Accretio in animali non fit, nisi prius nutrimentū quiescat, deinde concoctum ad superiora feratur, qui est motus preter naturam grauis: igitur sublato motu violento, aufertur ꝛ augmentatio. At forsan aliud voluit Aristoteles videlicet quod augmentatio est motus qui terminatur ad quietem: augetur nāq; homo ab infantia vsq; ad terminū iuuentutis, tunc demū in virilitate fit illi status, ac deinde in senio fit diminutio, composuit ergo duos contra se motus, scilicet motū adolescēdi, qui terminatur ad quietē, ꝛ motū qui e cōtrario proficiscitur a quiete.

Sensus Aristo.

Neq; hos tantū motus, inquit, sed generationē quoq; ꝛ corruptionē abnegat, qui non fatetur idem moueri ꝛ quiescere. Primū quia non admisso violento motu, impossibilis est corruptio, qui est mot⁹ contra naturā eius quod corrūpit, puta quo res a sua naturali abducitur quiete: tametsi nō sit simpliciter violentus ob naturalē appetitum materie, qui est in passo ad aliā formā, si autē non est corruptio, neq; generatio: quoniā corruptio vni⁹ est generatio alterius. Preterea omni generationi admiscetur augmentatio vel diminutio: fiunt enim ex vno pugillo aque decē aeris, ꝛ ecōverso:

uerſo: neq; ſemen animatur quoad certã augeſcat quantitatẽ: ergo dempta augmentatione pereunt generationes. Addit deniq; Ariſtoteles ꝙ generatione ſublata ⁊ corruptione, ipſum moueri, hoc eſt mot⁹ in vniuerſum de medio tollit. Quoniã in omni, inquit, motu, ſit terminorũ ſummutatio: que eſt formarũ corruptio ⁊ generatio, ſm quid. Quandocunq; enim res aliqua mouet fit hoc ex hoc, puta album ex nigro, aut calidum ex frigido per alterationem: aut fit in hoc, vt cũ per motum localem aliunde peruenitur huc. Ex quo autẽ mutatur corrumpetur hoc, puta, nigredo, ⁊ frigiditas, que erat terminus a quo in alteratione, aut, hinc, puta, vbi, quod erat terminus a quo motu locali. Neq; tamen intelligas, vbi, eſſe aliquam rem diſtinctã a locato, nihil. n. aliud vult q̃ quod per motum localẽ alius locus amittitur ⁊ alius acquiritur.

Textus. xxv. Quare manifeſtum eſt: quòd alia quidem mouentur alia verò quieſcunt. cenſere autem omnia aliquando quidem quieſcere, aliquando verò moueri: hoc iam coniungendum eſt ad olim dictas rationes.

¶ Concludit igitur hoc tex. 25. premiſſorũ concluſionẽ: vtpote, neceſſarium eſſe aliqua confiteri quandoq; moueantur ⁊ quandoque quieſcant: quapropter repulſum eſt tertiũ mẽbrum puta, omnia que ſunt, in duo tantum diuidi mẽbra. ſ. in ea que ſemper quieſcunt, ⁊ ea que ſemper mouẽtur, ſine medio. (Quartum membrũ.) At vero quartum mẽbrum, illud erat, quod hanc modo concluſam particularẽ, faciebat vniuerſalẽ. ſ. omnia quandoque moueri ⁊ quãdoque quieſcere, ita vt nihil detur ſemp immobile, neque aliquid ſemper motũ. Sed hoc tñ, inquit, quartum mẽbrum, cẽſere coniungendum eſt olim dictas rationes, videlicet factas, contra Anaxagorã ⁊ Empedoclẽ, quorũ primus dicebat omnia infinito tẽpore quieuiſſe in chao, poſtq; inde moueri: alter vero per vices omnia quandoque moueri. quãdoque quieſcere, alternatione litis ⁊ amicitie infinities mundum conſtituentium ac deſtruentium.

Textus. xxvj. Principium autem rurſus idem faciendum eſt à nunc determinatis: à quo quidem incœpimus prius. aut enim omnia quieſcunt, aut omnia mouentur: aut eorum quæ ſunt, hæc quidem quieſcunt, hæc autem mouentur. Et ſi eorũ quæ ſunt, alia quidem quieſcunt alia verò mouentur: neceſſe eſt aut omnia aliquando quidem quieſcere aliquando verò moueri, aut ipſorum quædam quidem ſemper quieſcere, alia verò ſemper moueri, alia autem aliquando quidem quieſcere. aliquãdo verò moueri. Quòd igitur nõ poſſibile ſit omnia quieſcere: dictum quidem eſt & prius. Dicamus autem: & nunc, etſi enim ſecundum veritatem ſic ſe habet, ſicut quidam dicũt, eſſe id quod eſt infinitum & immobile: attamen non videtur aliquid ſecundum ſenſum, ſed mouentur multa eorum quæ ſunt. Si igitur ſit opinio falſa, aut omnino opinio: & motus eſt, etiam ſi phantaſia ſit, etſi aliquando quidem ſic videatur eſſe, aliquando autem aliter. phantaſia enim & opinio: motus quidam eſſe videntur. Sed de hoc quidem conſiderare, & quærere rationem eorum quæ melius habemus quàm ſi ratione indigeremus: malè iudicare eſt id quod melius eſt & peius, & credibile & non credibile, & principium & non principiũ. Similiter autẽ: impoſſibile eſt & omnia moueri, aut alia quidem ſemper moueri, alia verò ſemper quieſcere. Ad omnia enim hæc: ſufficiens eſt vna fides. videmus enim quædam: aliquando quidem moueri, aliquando quieſcere. Quare manifeſtum eſt, quòd impoſſibile ſit ſimiliter: omnia quieſcere, & omnia moueri continuè, eò ꝙ alia quidem ſemper mouentur, alia verò quieſcunt ſemper.

¶ Conſequenter in hoc tex. 26. vt hoc quartũ mẽbrum accuratius repudiet, ſuũq; quintũ introducat, repetit prefatã iam ſupra diuiſionẽ, dicẽs ab eis reſumẽdũ eſſe principiũ, que determinata ſunt, ⁊ quãuis Coment. hãc clauſulã in calce collocet ſuperioris textus, huic tñ aptius inſeritur. Pretermittit autẽ in repetitione diuiſionis hoc quartũ mẽbrũ, ſcilicet quod omnia quãdoq; mouentur, quandoq; quieſcant: tum quia iam proxime dixerat, impugnatũ eſſe in ſuperiorib⁹ aduerſus Empedoclẽ, tum etiã quia ſtatim reſumpturus ipſum eſt, ⁊ robuſti⁹ expugnaturus. Repetit ergo ex ordine ſingula iam refutata mẽbra. Quod igitur inquit non ſit poſſibile omnia quieſcere, dictũ eſt quidẽ prius, ſed ſuperaddẽda eſt etiam nunc alia ratio ad hominẽ, vt qui contraria dicũt, ſuis ipſorũ dictis reuincantur. Nã eſto, illud verum eſſet, quod Meliſſus aiebat, ſcilicet oĩa eſſe vnũ infinitũ ⁊ immobile, quanq; id non appareat ſecundũ ſenſum, ſed videamus multa moueri (quã quidẽ apparentiã ipſe negare nequiuerat) inde nihilominus conuincitur, motũ cõfiteri: nã ſit. v. g. noſtra opinio falſa, vel ſit prorſus opinio, ſiue vera, ſiue falſa: inde fit cõſequẽs motũ eſſe: etenim opinio eſt aſſenſus inter duo cõtraria. ſ. aſſertio vnius cũ formidine alterius, que ideo eſſe nõ poteſt niſi de rebus, vel ſm rem mutabilibus, vel ſm apparentiã. (Opinio.) Dupliciter ergo ſequitur motũ eſſe, ſi opinio eſt: primũ in anima que ex quibuſdã rationibus, vel coniecturis mota procedit ad aſſenſum, quẽ antea non habebat: deinde in phantaſia ipſa, que eſt locus phãtaſmatũ in ſenſu cõmuni. (Phãtaſia.) Adiecit mẽtionẽ phantaſie, vt valentius eſſet argumẽtũ: nã etiã ſi nihil moueretur in rebus, ſola apparentia ſenſuũ faceret motũ phantaſmatũ in ſenſu cõmuni, vt patet in dormientib⁹. Et id inde potiſſimũ confirmatur, quod hec ſenſuum apparentia variatur ad variationẽ rerum: iudicamus enim quãdoq; ſortem ſedere quandoq; vero ambulare, fit ergo variatio opinionum ac phãtaſmatũ ex diuerſis rerum apparitionibus: non ergo negari poteſt motus aliquis in rebus. Dum enim collum colũbe diuerſorum apparet colorum, quãuis illic ſit illuſio ſenſuũ iudicantiũ colorem vbi non eſt, tñ colorũ varietas ex diuerſo ſitu colũbe ad radios ſolis cõparet, ſicuti varietas colorũ in Iride ex diuerſo aſpectu ſolis [ſꝫ de hoc ⁊c.] Deinde tãdẽ repetit explicatius rõnem, quã ſupra fecerat: nẽpe ꝙ iſti qui contra euidentiã ſenſuũ, q̃ circa propria obiecta nõ fallunt, cauſas exquirũt, nihil aliud agũt q̃ eorũ perſcrutari rationes, que melius habemus, hoc firmiori perſpicacioriq; cognitione tenemus, q̃ vt ratione alia indigeant, eo ꝙ habẽtur vt per ſe nota. Quod quidẽ perinde eſt, ac ſiquis dijudicare neſciat inter melius ⁊ peius, credibile, ⁊ non credibile, principiũ ⁊ nõ principium: melius ſiquidẽ ſcitur per experientiam res, q̃ per probabilem rationem. Et ideo talis optat id quod peius eſt: ⁊ illius rei que per ſe eſt credibilis rationem rimatur, ac ſi nõ eſſet credibilis, niſi per aliud: tandem id quod eſt principium, contẽdit ex alio priori deducere. Que omnia vitia ſunt philoſopho. [Similiter autẽ] Tranſit deinde ad ſecũdum membrũ Heracliti, quod impoſſibile. ſ. eſt omnia moueri, deinde ad tertiũ iam impugnatũ videlicet quod impoſſibile ſit, omnium que ſunt, alia quidem ſemper moueri, alia vero ſemp quieſcere, ſine tertio medio: que quidem tria membra vnica experiẽtia ſimul repelluntur: nempe cum videmus quedã que medio modo ſe habent: nimirum que quandoq; mouentur, eademq; quandoq; quieſcũt. Concludit igitur confutationes trium membrorum, ſcilicet quod ſit impoſſibile, vel omnia quieſcere ſemper, vel omnia ſemper moueri, vel aliqua ſemp moueri, ⁊ alia ſemper quieſccre, ſine mediis rebus que viciſſim moueantur ⁊ quieſcant.

Textus. xxvij. Reliquum eſt igitur conſiderandum: vtrum omnia ſint huiuſmodi vt moueantur & quieſcãt an aliqua quidẽ ſic, aliqua verò ſemper quieſcãt, aliqua autem ſemper moueantur. hoc enim demonſtrandum eſt à nobis.

¶ In tex. iam demum. 27. ad diſputationẽ deſcendit, quã pretendit ab initio: nempe cũ cõſtitutum iam ſit aliqua viciſſim moueri ⁊ quieſcere, vtrũ omnia ſic ſe habeãt (quod erat quartum mẽbrũ diuiſionis) an vero non niſi aliqua, alia autẽ ſemper quieſcãt, quin vero immobilia ſint prorſus: ſed alia preterea ſint, que ſemper moueant, vt in quinto tripertito membro propoſitum eſt. Hoc enim (inquit) demonſtrãdum eſt a nobis. Quod eſt dicere. Hoc eſt ꝑpoſitũ noſtrũ in hoc poſtremo libro, vt duo hec demonſtremus, puta ⁊ primi motoris immobilitatem, ⁊ ſempiternitatem primi motus: quorum prius diſputat vſq; ad tex. 52. poſterius vero exinde.

## QVOD OMNE QVOD mouetur ab aliquo mouetur.

## CAPVT. IIII.

MOuentium igitur & eorum quæ mouentur: alia quidem per accidens mouent & mouentur, alia autem per ſe ipſa. Per accidens quidem: vt quæcũq; ex eo quia ſunt in mouentibus, aut iis quæ mouentur, & quæ per partem. Per ſeipſa autem, quæcunq; non ex eo, quia ſint in mouente, aut in eo quod mouetur, neque ex eo quia pars aliqua ipſorum mouet, aut mouetur. Eorum autem quę per ſe: alia quidem à ſeipſis, alia verò ab alio. Et alia quidem natura: alia verò violentia & præter naturã: quod enim ipſum à ſemetipſo mouetur: natura mouetur. vt vnumquodq; animaliũ. mouetur enim animal: ipſum à ſeipſo. quorũcunq; autem motus principium in ſeipſis eſt: hæc natura dicimus moueri. Quapropter, animal quidem totum: natura ipſum ſeipſum mouet. corpus tamen contingit: & natura, & præter naturam moueri. Refert enim, & quali motu moueatur: & ex quali elemẽto conſtet. Et eorum quæ ab alio mouentur: alia quidem mouentur natura, alia verò præter naturam. præter naturam quidem, vt terra, ſurſum: & ignis deorſum. Amplius autem partes animalium: ſæpe mouentur præter naturam, iuxta poſitiones & mutationis modos.

¶ Poterat quidem diſpoſitius vel hoc caput deſignari in ſuperiori particula, vbi eſt initiũ text⁹, vel hic diſtingui textus: ſed noluimus demutare partitionem antiquã. Premittit ergo in demõſtrationis veſtibulo diuiſionẽ triplicem tam mouentium, q̃ mobilium. Prima eſt eorum que mouent, alia mouent per accidens, alia per ſe. (Moueri ꝑ accidẽs et per ſe.) Nomine accidentis complectitur ⁊ partes, vt illud dicatur mouere per accidens, quod mouet, vel ideo quod accidit mouenti, vel q: mouit ſm partem: vt ſi dicas. Muſicus ſanat: non enim neceſſarium eſt medico, muſicum eſſe, dum ſanat, ſed accidit ei. Vel ſi dicas medicus tãgit pulſum q̃ñ digitis tangit, Pariter moueri ſm accidens eſt, vel quod ſit accidens rei mote, vel quod res moueatur ſm partem. At ſi dicas: muſicus ſanatur, vel homo ſanatur, cum ſolus digitus recuperet ſanitatem. Et vterq; modus per accidẽs venit in ſubſequentibus ad propoſitum. Per ſe autẽ mouere ⁊ moueri diffinit per negationem: nempe ꝙ illa mouent per ſe, que mouent non propterea quod ſunt in mouẽte tanq; accidens, nec q: mouent ſm partem. Et pariter dicendũ de his, que mouẽtur. Et licet videatur artem peruertere diffiniendi, dum diffinit id quod eſt per ſe. per id qđ eſt per accidens, id tamen fecit, authore Alberto, quia accidens notius nobis eſt, q̃ intima natura rerũ: obidq; diffinit per ea que nobis ſunt notiora illa que ſunt notiora ſm ſe. De hac autẽ diuiſione in fronte libri quinti dictum eſt. Secũda diuiſio. Eorum que per ſe mouentur alia quidem a ſeipſis mouentur, alia quidem ab alio extrinſeco. (Moueri a ſeipſis vel ab alio.) Tertia. Et eorũdẽ, ſiue a ſe, ſiue ab alijs moueantur, alia, quidem mouentur natura, alia vero per violentiam, ⁊ preter naturam. (Moueri ſm naturã ⁊ ꝑ violentiam.) Oſtẽdit deinde hoc quod eſt ſecundum naturam moueri, vtriſq; competere, ſcilicet tam his que mouentur ab alio, q̃ his que a ſeipſis, ⁊ equa ratione id id quod eſt per violentiam moueri. Et quidem, ꝙ ea que a ſeipſis mouentur, moueantur ſm naturam, cuius generis ſunt animalia vniuerſa, probat: quoniam (vt dictum eſt lib. 2.) illa mouentur ſm naturam, quorum principium motus eſt in ipſis. Caue ergo fallaris arbitratus, idẽ eſſe moueri a principio intrinſeco, ⁊ taliter moueri, vt principium motus ſit in ipſo quod mouetur, hoc enim ſm plura comprehẽdit q̃ illud. Enimuero vt aliquid moueatur ſm naturam ſatis eſt quod principium motus ſit in ipſo, ſiue actiuum, ſiue paſſiuum: moueri autem a ſeipſo, eſt principiũ, non qualecunq;, ſed actiuum eſſe intus in mobili, non velut accidens, ſed velut ſubſtãtia. Procedit ergo

dit ergo ſyllogiſmus Ariſtotelis a ſuperiori ad inferius ſic. Omnia quorum principium motus eſt intus in ipſis, ſiue actiuum, ſiue paſſiuũ, mouentur ſm naturam, oĩa que mouentur a ſeipſis habent intra ſe principium actiuum, ergo mouẽtur ſm naturam. Et quãuis exẽplum afferat animalium, conuenit tamen ⁊ plantis a ſeipſis moueri. At vero quoniam animal ex anima conſtat ſpirituali, ⁊ materiali corpore, moderatur cõcluſionem: nimirũ quod animal, ſi totũ contempleris compoſitum a ſeipſo mouetur vt inferius fiet patentius, ſed tamen corpus animalis, ſi compararetur, non ad motricẽ animã, ſed ad elementa ex quibus conſtat, poteſt moueri ⁊ ſm naturam, et preter naturam. Etenim quia in corporibus animalium terreſtrium predenominatur terra, fit vt cum hõ aſcendit, corpus moueatur cõtra naturã, non quidẽ totius animalis, ſed elementi. ⁊ ideo id non fit ſine laſſitudine. Cum autẽ deſcendit, mouetur ſm naturam. Si autẽ daretur aliqḋ animal, cui predenominaret elementũ aeris (vt aliqui fingunt) illius quidẽ corpori aſcenſus eſſet naturalis, deſcẽſus vero, preter naturã. Quo fit, vt intelligentie citra laſſitudinem circũ agãt orbes, non ſolũ quia ipſe ſpirituales ſunt, ſed qꝛ orbes nullũ habent elemẽtũ repugnans ſuis nationibus. Eorum pariter que ab alio mouentur, alia mouentur ſm naturã, vt grauia deorſum ad ſuum natiuum locũ, quorũ ideo principium paſſiuum eſt in ipſis, vt infra patebit: eſt enim eorũ forma ſic inclinata, que ideo a generãte, ceu pulſa fertur deorſum, ſicuti ⁊ grauia ſurſum. Subdit quod non ſolũ ſm corpus ob naturã elementi, verum ſm partes contingit animalia moueri, ⁊ ſm, ⁊ preter naturam, propter naturales diſpoſitiones ⁊ modos quos membra ſortita ſunt ad motum. Si enim tibias hominis ſpeculeris, que per genua retrorſum flectũtur, ⁊ formam pedũ, intelligẽs motum verſus anteriorem partẽ, eſſe nobis naturalẽ, ⁊ illũ qui eſt retrorſum eſſe preter naturã: ſicuti manibus ambulare. Brachia nãqꝫ in anteriorem flectuntur partẽ ad amplexandũ, non ad anbulandũ. Sed in brutis pedes contra anteriores flectunt retrorſum ⁊ poſteriores verſus caput: qꝛ ita adaptantur ſuo motui.

Aĩalia et ſm ⁊ p̃ter naturam mouẽtur.

Mot⁹ ſm pres aĩaliũ.

❧ Et maximè moueri ab eo quod mouetur in iis quæ præter naturam mouentur: eſt manifeſtũ propterea qḋ manifeſtũ eſt ab alio moueri. poſt ea autem quæ ſunt præter naturam: eorum quæ ſecundum naturam, ipſa quæ à ſeipſis, vt animalia. nõ enim hoc eſt immanifeſtum, an ab aliquo mouentur: ſed quomodo oportet accipe id ipſi⁹ quod mouet & id quod mouetur. Videtur enim vt in nauibus, & in ijs quæ non natura conſtant: ſic & in animalibus eſſe diuiſum id quod mouet & id quod mouetur, & ſic totum ipſum, ſeipſum mouere. Maximè autem dubitatur: reliquum dictæ vltimæ diuiſionis, eorum enim quæ ab alio mouentur: hæc quidem præter naturam poſuimus moueri, alia autem relinquuntur opponi, quia natura. Hæc autem ſunt: quæ dubitationem afferunt, à quo moueantur. vt leuia, & grauia: hęc enim ad oppoſita quidem loca violentia mouentur. ad propria autem: leue quidem ſurſum, graue autem deorſum natura.

¶ Superiori premiſſa diuiſione, in textu hoc. 28. diſputationem init illius concluſionis, cuius in principio ſeptimi meminerat, omne quod mouetur ab aliquo mouetur, que quidẽ neceſſaria eſt ad demonſtrandũ primum motorẽ eſſe immobilẽ. Obidqꝫ non eſt inanis repetitio, vt quidam autumãt, illic nãqꝫ in ĩgreſſu diſputatiõis de primo motu ⁊ p̃mo motore demõſtrauit hanc preãbulã propoſitionem in genere ex natura motus, hic autẽ ad oſtendendũ quiſnã, qualiſqꝫ ſit primus ille motor, cõmonſtrat eandem in ſingulis ſpeciebus motus. Pretermittit autem illa q̃ per accidens mouentur, vtpote que ad motũ moueãtur alienũ: ſed in ijs que per ſe mouentur illã patefacit. At vero hoc in initio ſtatim animaduerte ꝙ axioma hoc non conſtituitur a pħo ſub hac forma. Omne quod mouetur ab alio mouet: eo ꝙ moueri ab alio pro eo vſurpat, quod eſt moueri ab extrinſeco ſuppoſito. Sed eſt, omne qḋ mouetur, mouetur ab aliquo: puta diſtincto a mobili, ſiue illi intrinſeco, ſiue extrinſeco. Alias nihil eſſet dicere: nec quicqꝫ propoſito inſeruiret. Incipit ergo a notiſſimo, dicens, id quod mouetur. moueri ab aliquo, in ijs maxime manifeſtũ eſſe, que preter naturam mouentur, eo ꝙ ſit cõpertiſſimũ moueri ab alio: vide quõ moueri ab alio, eſt moueri ab extrinſeco. violẽtũ enim authore Ariſtotele. 3. ethi. eſt, cuius principiũ eſt extra, nullã conferente vim paſſo. Unde Themiſ. nihil ſe (inquit) contra naturã moueret, niſi externa vis cogeret, ⁊ alienus impulſus. Caue autẽ auerſione illa que habet, moueri ab eo quod mouetur ⁊c. Grece namqꝫ non eſt niſi, ὑπό τινος, hoc eſt, ab aliquo. Nec relatiuum refert dictum ablatiuũ, ſed ſenſus eſt, rem motã moueri ab aliquo [poſtea] diuiſim legendũ eſt. i. Poſt illa autem que preter naturam mouentur, vti animalia, videlicet habentur: hoc eſt, mouentur quoqꝫ ab aliquo. Et quoniam de his non eſt adeo euidens, [illegible] in ſecundo gradu, non dixit, hoc eſſe manifeſtũ, ſcilicet ad ſenſum, ſicuti de violenter motis, ſed, non eſſe immanifeſtũ an ab aliquo moueantur: qm̃ ratione ⁊ diffinitione aĩe ⁊ corporis deprehẽditur, illam eſſe, per ſe motricẽ, hoc autẽ, per ſe motum. Eſt enim anima, actus corporis phyſici organici potentia vitam habentis. Hoc verũtñ nõ vſqꝫ adeo pateſcit, quomodo diſtinguatur in animali ipſius, hoc eſt, illa pars ipſi⁹ animalis, que per ſe mouet, ab illa que mouetur: vtrum re ſcilicet, an ſola ratione: nam prima fronte videt vulgo ꝙ omnino in naturalibus animatis perinde res habeat vt in his que, non natura conſtãt, puta in artificialibus: nempe ꝙ ſicut in nauibus ⁊ in curribus nauta ⁊ auriga mouet gubernando nauim, vel currum ad cuius motũ ſedẽs ipſe per accidens mouetur, ita ſit ⁊ de anima reſpectu corporis: quãdoquidẽ per artẽ innoteſcit natura, quam imitatur. At vero vtrum anima ſe habeat vt nauta, primo de anima diſputatur, vbi latum ſtatuitur interſtitium: nam anima eſt actus corporis, qualis non eſt nauta nauis. Quomodo aũtẽ diſtinguatur pars per ſe mouens ab ea que per ſe mouetur, ſtatuere id pergit in ſubſequentibus. [Maxime aũt ⁊c.] Trinam diuiſionẽ premiſerat

Nota oẽ qḋ mo. ab aliq̃ mo.

Quo pacto aĩalia a ſeipſis mouẽtur.



premiſerat eorũ que mouentur: vtpote eorũ que per ſe ⁊ per accidens mouentur. Et hoc ſecundo mẽbro intermiſſo, ea que per ſe mouẽtur, quedã, inquiebat, mouentur a ſeipſis, vt aĩalia, de quibus iam modo dictũ eſt, moueri ab aliquo coniuncto principio. Eorum autẽ que mouentur ab alio (quam vocat hic vltimã diuiſionem) aliqua mouentur preter naturã, que antea dixerat perſpicuum eſſe moueri ab aliquo forinſeco principio. Reliquũ ergo inquit, mẽbrum dicte diuiſionis dubitationẽ haber: nimirũ graue, ⁊ leue, dũ ad proprias mouẽtur ſedes, a quo moueant̃: nã dum ad oppoſita mouẽtur, vt graue ſurſum, ⁊ leue deorſum, iam conſtat moueri per violentiam.

Textus. xxix.

❧ A quo autem, non adhuc manifeſtum: vt cùm mouentur præter naturam. etenim ipſa à ſeipſis dicere: impoſsibile eſt. vitale enim hoc: & animatorum eſt proprium. Et ſiſtere poſſent: ſeipſa. dico autem: vt ſi ambulandi cauſa ſit ſibi, & non ambulandi. Quare ſi in ipſo igneẽ eſt, ſurſum ferri: manifeſtum quod in ipſo & deorſum. irrationabile autem eſt illud: vno motu moueri ſolum à ſe ipſis, ſi ipſa ſeipſa mouent.

¶ Diſpertitur autem diſputationẽ hanc de motu naturali grauiũ, ⁊ leuiũ: qm̃ primo conſtituit. 4. argumẽtis non moueri a ſeipſis, ⁊ deinde oſtendit a quo moueantur. Cauſa igitur dubitãdi eſt, ꝙ ſi ſm ſe ⁊ naturaliter mouentur, fit vt in ſeipſis exiſtat principium motus: eſt ſiquidẽ natura (vt in. 2. viſum eſt) principium motus eius in quo eſt ⁊c. Ex quo rurſus videtur cõſequens, vt a ſeipſis moueãtur. At primũ in contrariũ, Ariſtotelis argumentũ eſt. Moueri a ſeipſis eſt proprium animatorum veluti peculiare officium vite, grauia, ⁊ leuia non viuunt, ergo neqꝫ a ſeipſis mouẽtur. Prior aſſumpta eſt omnibus philoſophis in cõfeſſo, vt patet ex Ariſtotele. 1. de anima, ⁊ ex Platone, in phedro. Ubi ait qḋ externo cieri motore, inanimum eſt: ſed illud cui internum adẽſt mouens: ⁊ a ſeipſo agitatur, animatum eſt. Animatum, inquit, qꝛ nõ ſolum animalib⁹, ſed etiam viuentibus plantis conuenit. Secundũ argumentũ eſt. Quecũqꝫ ſibi ſunt cauſa motus, ſunt etiã, ⁊ ſibi quietis: nẽpe vt ſiſtere ſeipſa poſſunt vbi voluerint: que enim ambulandi poteſtate pollent in poteſtate quoqꝫ habent ſua gradũ ſiſtere, vt in animalibus compertum eſt, grauia ⁊ leuia ceſſare nequeunt a naturali motu niſi extrinſecus cohibita ergo. At ne vllus ſit locus cauillo, ꝙ quieſcunt in ſuis natiuis locis, adhibet ſyllogiſmum tertium validiorẽ. Si in igne. v. g. eſſet ferri ſurſum, hoc eſt ſi principiũ ⁊ facultatẽ haberet mouẽdi ſe ſurſum, eadẽ valeret mouere ſe deorſum, ⁊ quoquo verſum: cum enim in animalibus, eo ꝙ a ſe mouentur, perſpicuum ſit, non ad vnã tantum differẽtiã poſitionis, moueri, irrationabile eſt illud igni ⁊ terre tribuere, quod moueantur a ſe ipſis, ⁊ tamẽ vnico rectiſſimo motu per lineã breuiſſimã. Hec duo tamen argumẽta, de motu locali, qualẽ grauibus ⁊ leuibus cõpetere cernimus, proprie intelligito: nam plãta licet a ſeipſa moueatur, motu. ſ. augmentationis, non tamen poteſt pauſare motũ, niſi alimentũ illi adimas: nec proprie mouetur ad omnem differentiã poſitionis: qꝛ nec mutat locũ: mouet ſe tñ pluribus motibus: ſiquidem nutrimentum alterat, quo nutritur, ⁊ augetur. At quoniam motus localis ab intrinſeco fieri nequiat niſi per appetitum, inde fit vt quoquo verſum procedat, ⁊ ſiſti quoqꝫ poſſit ab intrinſeco.

Cauſa dubitandi.

Grauia et leuia non mouent̃ a ſeipſis.

❧ Amplius quomodo contingit: continuum aliquod, & conſitum ipſum ſeipſum mouere? Quatenus enim vnum & continuum, non tactu: eatenus impaſsibile eſt, ſed quatenus ſeparatum eſt: eatenus hoc quidẽ aptum natura eſt facere, illud verò pati. neq; ergo horum vllum: ipſum ſeipſum mouet (conſita enim ſunt) neq; aliud continuum vllum. ſed neceſſe eſt diuidi mouẽs in vnoquoq;: ab eo quod mouetur. vt in inanimatis videmus: cùm aliquod animatorũ, mouet illa. ſed accidit: & hæc ab aliquo ſemper moueri.

Textus. xxx.

¶ Quartam demũ rationẽ ſubtexit in textu hoc 30. que paulo eſt alijs inuolutior: in ſubſequentibus autẽ textu, ſcilicet. 4. ⁊ infra perſpectius explicatur: vbi in his que a ſeipſis mouent̃: diſcernet pars per ſe mouens a parte per ſe mota. Nititur aũt huic fundamẽto, qḋ moueri dicit potentiã, mouere vero actũ, nihil. n. caleſit niſi q̃tenus caret gradu quopiã caloris ad quẽ eſt ĩ potẽtia: neqꝫ mouet ad talẽ gradũ niſi ab eo qḋ actu habet illum. vñ fit qḋ ſi aliquid mouetur a ſe, diſtinguenda ſit pars q̃ ſit in potẽtia ad talem locum, vel formam, ab illa que eſt in actu, vt totum ſm diuerſas partes, ſcilicet mouentẽ, ⁊ motam, moueat̃: que ſunt ideo quodã modo contigue. Eſt ergo ſyllogiſmus talis. Cõpoſitũ, quatenus vnum ſimpliciter, non tactu, hoc eſt, non contiguũ, ſed cõtinuum, ⁊ conſitum, hoc eſt vnitas habẽs partes impaſſibile eſt (ſcilicet a ſeipſo) quia non poteſt ſeipſum mouere, at quatenus ſeparatũ eſt, id eſt conſtans ex partibus quodam modo diſiũctis ⁊ tactu cõtiguis, ea ratione ſeipſum mouet: quia diſtinguitur in duo, quorum vnum eſt aptũ facere ⁊ aliud pati: elemẽta vero, quibus primo cõueniunt motus de quibus nunc loquimur ſurſum ⁊ deorſum, ſunt ſimpliciter continua ex partibus haud quaquam diſſimilibus: ergo neque ipſa, neque alia ſimilia cõtinua poſſunt a ſe ipſis moueri, ſed neceſſe eſt vniuerſaliter diſtinguere mouens ab eo quod mouetur: vt patet in inanimatis quando ab animalibus mouentur, vt cum homo manu iactat lapidem, vel nauta mouet nauim. Sed redarguet protinus quiſqꝫ, ſicut in animali diſtinguitur anima, velut pars per ſe mouens a corpore, velut parte per ſe mota, ita ⁊ in graui ⁊ in leui diſtinguitur forma a materia: mouetur ergo graue a propria forma, ſicuti ⁊ a ſua, animal. Reſponſio tamen eſt Commentatoris, eademqꝫ legitima, quod potẽtia materie tantum eſt ad eſſe ſimpliciter qḋ actu ſortit̃ a forma: mouere aũt ⁊ moueri ſupponit actu eſſe ſubſtantiale, obidqꝫ in quocunqꝫ motu diſtinguẽda ſunt duo actu entia, quorum alterum ſit mouens, alterum mobile. Un̄ aĩa nõ dicitur actus materie, ſꝫ act⁹ corporis phyſici organici ⁊c. qḋ in aĩatis nõ cõperit. Sed de hoc limati⁹ in queſtione ſecũda.

Mouere ⁊ moueri dicũt actũ ⁊ potentiã.

compositũ

❧ Fiet autem vtiq; manifeſtum diuidẽtibus cauſas: eſt autem & in mouentibus accipere quæ dicta ſunt. alia autem præter naturam ipſorum motiua

Textus. xxxj.

tiua ſunt. vt vectis: non natura põderis motiuus eſt. alia verò, natura. vt actu calidum motiuũ eſt calidi potẽtia. Similiter autem & in aliis huiuſmodi. & mobile autem ſimiliter natura: quod eſt potentia quale, aut quantum, aut, vbi, cùm habeat principium tale in ſeipſo, & non ſecundũ accidẽs. erit enim idem: & quantum, & quale, ſed alterum alteri accidit & non ſecundũ ſe ineſt. ignis itaq; & terra mouentur ab alio. violentia quidẽ: cùm prę-ter naturam. natura autem: cùm ad ſuos ipſorum actus, potentia exiſtunt.

¶ Deſcendens in textu hoc demum. 31. vt cauſas afferat quibus, & grauia, & leuia mouentur, ait, ꝙ ſicuti inter mobilia, ſic inter mouentia eſt diſtinguere, ꝙ alia eſt cauſa per accidens mouens, vt vectis. Nomen eſt a vehẽdo tractum: & eſt palus vel ligneus, vel ferreus, qui cementariis in plurimis eſt vſui: quibus aſſeribus (vt legitur in Exodo) baiulabatur archa teſtamenti. Alij (vt Albertus) volunt eſſe ferreas machinas ad iactãdos lapides in bello: ac ſi dixiſſet balliſta: huiuſmodi enim inſtrumẽta cũ ſint grauia & organis careant, non ſuapte natura mouent pondera, ſed arte: quandoquidẽ contra naturã grauis mouent illa quãdoq; ſurſum. alia vero per ſe mouent, vt ignis per ſe calefacit: & calefaciendo per ſe ſulphureos pulueres, per accidẽs emittit glãdẽ. Similiter & mobile, aliud eſt natura ſua potentia mobile: vel ad qualitatẽ, vt aqua eſt potẽtia calida. vel ad quantitatẽ, vt exigua plãta, eſt potentia magna. vel ad, vbi, vt ignis in furno calcis, eſt potentia naturali in concauo lune, & quẽ exurit lapis, in centro terre. Et ne obiicias non ineſſe iſtis intus principiũ actiuũ taliũ motuũ: ſubdit ꝙ habet vnũquodq; principiũ per ſe & nõ ſm accidens (que eſt deſinitio nature) paſſiuum ſaltem, quod ſufficit, vt motus ſit naturalis. Et quia dixit, non ſm accidens, ſubiungit ꝙ põt res eadẽ eſſe in potentia ad quantitatẽ, & ad qualitatem, ad vnã per accidens & ad alterã per ſe: vt ſi dicas frigidus infans eſt in potentia procerus. hec eſt per accidẽs: q2 accidit paruo, vt ſit frigidũ, ſed eſt per ſe in potentia ad calorẽ, ſicut paruum ad magnitudinẽ. Itaq; ignis & terra ſunt in potentia duplici, ſcilicet, in non naturali, ſed per violẽtiã, vt ille moueat deorſum, hec vero ſurſũ & naturali, cũ cõtra ad ſuas ꝓprias ſedes ferunt.

Sufficit principiũ paſſiuũ vt motus ſit naturalis.

Textus. xxij.

Quoniam autem quod potentia eſt, multipliciter dicitur: hæc cauſa eſt, vt non ſit manifeſtum a quo hæc moueantur. vt ignis ſurſum & terra deorſum. eſt autem potentia aliter ſciens: qui diſcit & qui habet iam & non contẽplatur. ſemper autem, cùm ſimul actiuum & paſsiuũ ſint: fit aliquando actu quod eſt potentia, vt ipſum diſcens. & ex eo quod potentia eſt: alterum fit potentia. qui enim habet ſcientiam non autem contemplatur: potentia eſt ſciens quodam modo, ſed non vt antea quàm diſceret. cùm autem ſic ſe habet: ſi aliquid non prohibeat, operatur & contemplatur, aut erit in contradictione, & ignorantia. ſimiliter autem hæc ſe habent: & in phyſicis. frigidum enim in potentia calidum eſt. Cùm autem fuerit mutatum, iam ignis eſt. vrit autem: niſi quid prohibeat, & impediat. ſimiliter autem ſe habet & circa graue & leue. Leue eñ fit ex graui. vt ex aqua, aer. hoc enim potentia primum: & iam leue eſt. & operabitur confeſtim: niſi quid prohibeat. actus autem ipſius leuis: eſt alicubi eſſe & ſurſum. prohibetur autem cum in contrario loco eſt. & hoc ſimiliter ſeſe habet: & in quanto & in quali. Attamen quæritur hoc: quare ad ſuum locum mouentur leuia & grauia. Cauſa autem eſt: quia apta natura ſunt aliquo. & hoc ineſt ipſi graui, & leui: eſſe hoc quidem ipſo ſurſum, illud autẽ ipſo deorſum, determinatum. Potentia autem eſt & leue & graue multipliciter: ſicut dictũ eſt. cùm enim eſt aqua: potentia quodã modo eſt leue. & cùm aer eſt: adhuc potentia eſt. contingit enim impeditũ: non ſurſum eſſe. ſed ſi auferatur impedimentum: agit, & ſemper ſuperius fit. ſimiliter autẽ & quale: vt actu ſit, mutatur. ilico enim contemplatur ſciens: niſi aliquid prohibeat. Et ipſum quantum extenditur: niſi quid prohibeat. Qui autem id quod ſuſtinet & prohibet amouit: eſt vt moueat, eſt, verò vt nõ. vt qui columnam diuulſit: aut qui lapidem remouit à vaſe in aqua. ſecundũ accidẽs enim mouet. ſicut reflexa ſphæra: non à pariete mota eſt, ſed à proiiciente. Quòd igitur nihil horum ipſum mouet ſeipſum: manifeſtum eſt, ſed motus habet principium, non mouendi, neq; faciendi, ſed patiendi.

¶ In tex. igitur. 32. conſtituit huiuſmodi motuum naturales cauſas, premiſſa etiãnum alia ſub diuiſione huius quod eſt eſſe potentia mobile: ob cuius inquit inſcitiam, ignoratur a quo hec moueantur. Eſt enim potentia, altera remota, altera vero proxima. Diſcipulus namq; eſt potentia remota ſciens, quãdiu diſcens nondum acquiſiuit habitũ: Philoſophus vero doctor habituali ſcientia imbutus, dum dormit, vel alia curans, eſt proxima potentia ſciens: quia nõ exercet cõtemplationis actum. At lõgum intereſt diſcrimẽ, quod, qui priori modo eſt in potentia, non fit in actu, niſi per extremum agens: vt diſcipulus per doctorem: q2 non habet in ſe formã, qua moueatur. Et hoc eſt quod ait, ꝙ ſemper, ſi actiuum & paſſiuum ſint ſimul applicita, fit aliquando, id eſt, aliquo tractu temporis, in actu, quod erat in potentia: vt qui erat diſcẽs, fit doctus. Sed tamẽ ex priori potentia naſcitur potentia alia: nã qui euaſit doctus, dum non contẽplatur, eſt in potentia quodam modo ſciens: at, non vti antea: quia iam nõ eget extero motore, quin per ſe ſtatim, niſi impediatur, reducetur ad ſupremũ actũ cõtẽplando. [Similiter autem] Applicat hec intellectualia ad ſenſibilia Phyſica: & primo ad qualitatem. Id enim (inquit): quod eſt ſuapte natura frigidum, vt aqua, potentia (ſcilicet remota, naturali tamen ratione materie) eſt calidum: cum autem fuerit mutatum, hoc eſt ex aqua ab extrinſeco fuerit genitus ignis, iam actu calidũ eſt. Quare ſtatim vrit, niſi prohibeatur. At dum cohibet, erit in potentia propinqua vrens: quia habet in ſe formam vrendi. Similiter, & ſe res habet circa graue & leue: aqua enim eſt in potentia remota leuis: ad cuius actũ forinſecus reducitur quãdo vertitur in aerem: et tunc niſi impediatur confeſtim operabitur, vtpote aſcendendo: ſed quãdiu inhibetur, eſt in potentia propinqua aſcẽdẽs: nã actus ipſi⁹ leuis eſt, alicubi eſſe, puta ſurſum. Et hoc (inquit) ſimiliter habet in quãto & in q̃li. Horũ forraſſe exẽpla ideo pretermiſit noua, quod et pauxilum aque eſt in potẽtia remota ad decuplã quantitatẽ, ad quã augeſcit dum transformatur in aerẽ. At ſi hic diſtantiam nequiueris tam lucide deprehendere inter potentiã propinquam et remotam ad quantitatẽ, eſto tibi exẽplũ, paruũ animalis ſemen, quod in potentia remota eſt ad quãtitatẽ animalis, cuius actũ acquirit cũ fit animal: ſed deinceps vbi defectu alimẽti vel aliũde pauſatio fit in augmẽto, auget in potentia ꝓpinqua, idcirco ꝙ habet formã, per quã augeri põt. Atq; idẽ cõtẽpleris in q̃litatibus: eſt. n. ſemen humanũ in potẽtia remota ad riſum, ſanitatẽ, letitiã &c. Sz aĩatũ, ſi vel per morbũ vel per aliud obſtaculũ cohibeat, erit in potẽtia ꝓpinqua, ſan⁹, letus, ridẽs &c. [Attñ queret] At cum enunciauerit, leue ſuopte ingenio ſurſum, graue vero, deorſum ferri, interiexit interrogationem, quã poſſet q̃ſpiã facere. Cur vl3 ad talia loca mouent: aliud eñ eſt q̃rere, a q̃ cauſa moueantur, aliud, cur. Et hui⁹ cauſam nullã ꝑterea reddit, q̃ ipſarũ naturã rerum, que. ſ. apta ſunt moueri aliquo. i. ad locũ aliquẽ ſue quietis. Et hoc ineſt ipſis a natura: vt eẽ hoc. ſ. ipſi⁹ leuis, ipſo ſurſũ determinatũ, ſit ſicuti eſſe illud, puta ipſi⁹ grauis, loco deorſum. Quaſi dicat, hec eſt dr̃ia inter graue & leue: nã ſicuti ꝓprium hoĩs eſt ridere, ita propriũ eſt leuis, aptitudo ad ſurſum. [Potẽtia aũt eſt &c.] Repetit ſub epilogo duplicẽ potẽtiam grauis, & duplicẽ leuis, q̃ iam ſatis dilucide expoſite ſunt. [Qui autẽ id q̃d ſuſtinet mouet &c] Ex his demũ colligit cauſas motrices grauiũ, & leuiũ, quarũ altera eſt per acidens, altera vero per ſe: At pretermittit repetere cauſam per ſe, quam textu ſequenti palã ꝓfert, & in ſuperiorib⁹ ſatis ac ſup aperuit: nã generãs aerẽ ex aqua, impartiendo illi formã leuis effert per ſe illã ſurſum: & illa cauſa que in ſublimi ex vaporib⁹, ſeu aquã gignit, ſeu grãdinẽ, defert illos deorſum. Sed tñ q̃m vſu venit hec impediri a remorantib⁹ eiuſmodi motus, ait, ꝙ qui id amouit, quod ſuſtinebat molẽ, eſt vt moueat, eſt vero vt non moueat: hoc eſt, quodãmodo mouet, quodãmodo vero minime. At qui colũnam diuulſit, qua ſtructura domus erat enixa, is quidem ſm accidẽs rectũ deorſum mouit, tanq̃ remouẽs prohibẽs. Sicuti ille qui lapidẽ remouit a vaſe in aqua. Sunt qui intelligãt de lapide obſtruente os vaſis, quo ore effundit aqua, verũ tñ tam ratio, q̃ phraſis aliorſum ſpectat. Exemplo namq; de caſu grauis ſubiecit alterũ de aſcẽſu leuis. Appellauit. n. vas, vel inflatum vtrem, vel vacuum doliũ ligneũ, quod ſuperpoſito lapide, detinetur in fluminis fundo, quo dimoto lapide, vter, propter incluſum aerem, aſcẽdit protinus, vt ſupernatet aque. Sed intuere ingenium philoſophi, q̃ pulchro exemplo, ſub tacitã per ſe cauſam pandit. Sicuti iactata (inquit) ſphera, ſeu pila in parietẽ, a quo reflectitur, nõ per ſe mouetur a pariete motu reflexo, ſed per accidẽs, per ſe autem a proiciente, qui impreſſit impetũ, ſic generantia per ſe mouent graue & lege. [Quod igitur nihil horum &c. Infert concluſionem cum moderamine: ſcilicet ꝙ nihil horum ſeipſum mouet, ſed eſt nihilominus in ipſis principium talium motuum: non quidem actiuum, ſed paſſiuũ, tam videlicet materia, q̃ forma, q̃ preterea grauitas, vt queſtione. 2. explicabitur: et ideo ſunt motus naturales.

Potentia ꝓpinquiſsimo.

Cauſeque mouent grauia et leuia.

In graui eſt princ. paſſ. ſui motus.

Textus. xxxiij.

Si igitur omnia quæ mouẽtur, aut natura mouentur, aut præter naturam, & violentia: & quæ vi & pręter naturam omnia à quodam & ab alio. eorum autem quę natura rurſus, & quæ à ſe ipſis mouentur, ab aliquo mouentur: & quæ non à ſe ipſis, vt grauia & leuia (aut enim ab eo quod generauit, & fecit leue, aut graue: aut ab eo quod impedientia & prohibentia ſoluit) omnia vtiq; quæ mouentur, ab aliquo mouebuntur.

Recapitutio.

¶ Text. hic deniq; trigeſimus tertius, inductio eſt qua princeps concluſio colligitur. Si igitur, inquit, omnia que mouentur, aut natura, aut preter naturam & violentia mouentur: & que violentia mouentur, a quodam mouentur, puta ab extrinſeco: et eorum rurſus que natura mouentur, ea que a ſeipſis motu cientur, vti viuẽtia, ab aliquo etiam mouentur, ſcilicet a diſtincto a ſe principio coniuncto: ſed et ea que non a ſeipſis mouentur, vt grauia et leuia, vel a generante, vel a remouente prohibens mouentur, conſequens fit, vt omne quod mouetur, ab aliquo mouetur. Intellige (vti ſupra premonuimus) ab aliquo, quoquo pacto diſtincto, alias propoſitio nõ erat digna tanta diſputatione, neq; ad rem preſentẽ quicq̃ conduceret.

## DE IMMOBILITATE primi motoris.

## CACPVT. V.

Fragmentũ eiuſdẽ textus. xxxiij.

HOC autẽ dupliciter. Aut enim nõ per ſe ipſum mouens, ſed per alterũ quod mouet mouẽs: aut p ſe ipſum. Et hoc: aut primum poſt vltimũ, aut per plura. Vt baculus mouet lapidem & mouetur manu mota ab homine hic autem: non amplius ex eo quia ab alio moueatur. Vtraq; igitur mouere dicimus & primum & vltimum mouentium: ſed magis primum. Illud enim mouet vltimum, ſed non hoc primum: & ſine primo quidẽ vltimum non mouebit: illud autẽ: ſine hoc, vt baculus non mouebit, non mouente homine.

¶ Hic diſiungitur capitulum quintum, vbi potuiſſet Commentator deſignare textu. 34. ſed maluit fragmentum hoc, ob perpetuitatem orationis, aſſuere textui trigeſimo tertio. Exorditur hic autem demonſtrare immobilitatem primi motoris ex prefixa nunc cõcluſione, id quod per totum hoc capitulum abſoluit textibus vndecim. Procedit aũt gradatiõe optima, ordine pene mathematico p ꝓpõnes. Preiacta naq; vti pma baſi, oẽ q̃d mouet ab aliquo moueri, ſupſtruit ſcdaz ꝓpoſitionẽ, vl3 in mouẽtib⁹ & motis non abiri in infinitum,

Scda propoſitio.

[Diuiſio.] infinitū, ſed in vtráq; partē puenīri, aſcendēdo ad primū mouēs, ⁊ deſcendēdo ad vltimū. Huic aūt pmittit talē diuiſionē, quā appēdit ſuperiori fundamēto. Cū oīa q̄ mouent, moueātur ab aliquo, hoc cōtingit dupl'r: ſ. vel ab eo qđ nō eſt p ſe, hoc eſt, propria virtute mouēs, ſed eſt mouēs p alterū, puta virtute alteri⁹, qđ mouet virtute ꝓpria: vt cū lapis mouet a baculo, vel a manu, q̄ nō p ſe mouet, ſed virtute hoīs p ſe mouētis ipſaꝫ. Scđo mō aliq̄d mouet ab eo, qđ p ſe mouet: ſicut lapis ⁊ man⁹ mouētur ab hoīe. Et qđ mouet ꝓpria virtute dicit primū mouēs: mediū vero mouēs motū, appellat ſcđm: ſed res mota nō mouēs, noīat vltimū. [Et hoc] Scilicet ꝙ aliq̄d moueat p ſeipꝫ, ꝯtingit dupl'r: vꝫ aut p vnū mediū, vt principale agēs moueat illud qđ primū eſt poſt vltimū, Exēpli gr̄a qū hō mouet manu lapidē, mouet illā, q̄ eſt pma poſt vltimū. i. prima lapidi. Aut p plura media: vt cū ludētes pueri certatim baculis agitāt lapideū globū. Tūc. n. bacul⁹ mouet lapidē, ſed bacul⁹ mouet a manu, mota ab hoīe: hic aūt puta, hō, nō ampli⁹. ſ. mouet: ex eo q: ab alio mouetur. i. tanq̄ ab alio motus, ſed virtute ꝓpria. Hec eſt expoſitio Alberti ⁊ S. Tho. ſed tunc pter mittit mod⁹ quo aliq̄d mouet ſine medio ab ipſo per ſe mouēte, vt cū aer caleſit ab igne, ⁊ celū voluitur ab intelligētia: quare forſan placebit alia lectio, vt (primū) nō ſit accuſatiu⁹, ſꝫ noīatiu⁹, in hoc ſenſu, ꝙ per ſe mouēs, vno pacto mouet ſine medio, ſed eſt primū poſt vltimū, hoc eſt ꝓximū rei poſtremo mote, aut p vnū, aut per plura media. [Vtraq; igr̄] Prehabitis diuiſionib⁹ adhibet documētū, ꝙ lꝫ vtraq; dicātur mouere, nimirꝫ tā vltimū q̄ꝫ primū mouētiū, ⁊ pariter intermedia, tn̄ primū. i. qđ propria virtute mouet, ⁊ vn̄ enaſcitur motus, magis, potiuſq; mouet: tum ꝙ illud, veluti motus origo, reliqua moueat, non autem cōuerſim mouetur ab illis, tum etiam ꝙ reliqua a primo dependent, vt ſine quo moueri nequeūt, nō aūt viceuerſa, ſꝫ pōt pmū abſq; alijs mouere.

Textus. xxxiiij.

Si ergo neceſſe eſt omne quod mouetur, & ab aliquo moueri, & aut ab eo quod mouetur ab alio, aut non: & ſi ab alio quidem quod mouetur: neceſſe eſt aliquid eſſe primum mouens: quod nō ab alio. Si autem huiuſmodi eſt primum: non neceſſe eſt eſſe alterum. Impoſsibile enim eſt in infinitum abire mouens & ipſum quod mouetur ab alio infinitorum enim nihil eſt primum. Si ergo omne quidem quod mouetur ab aliquo mouetur, primum autem mouens mouetur quidē, non autem ab alio: neceſſe eſt ipſum à ſe ipſo moueri.

¶His piactis ordit in hoc text. 34. ratiocinationē oſtēdentē deueniendū eſſe ad primū p ſe mouēs. Que erat ſcđa propō. Eſt id verūtn̄ operepreciū adnotare ꝙ (vt hic Cōm. ⁊ infra tex. 39. ⁊ Eudem⁹ referēte ibidē Siplicio, ⁊ enarratores oēs aiūt) [Platonis dogma.] Plato ꝑſiſtit in illa ſnīa, ꝙ oē qđ mouet moueat, atq; adeo pmū mouēs, cū nō moueat ab alio, moueri a ſeipo. Et iō pri⁹ hic Phus vſq; ad tex. 39. ꝯſtituit cū Platone nō eē ꝓceſſum in īfinitū in mouētib⁹ motis: at deueniēdū eſſe ad pmū mouēs, qđ nō ab alio, ſꝫ a ſeipſo mouet. Et deinde ꝯ Platonē ex ſua ipſius ꝯceſſiōe, infert pueniendū tandē ad primū mouēs immobile. At vero de Ariſt. dubiū multis authorib⁹ adhuc eſt, q̄dnā de hac re ſenſerit, vꝫ vtrū primū mobile ſeipm moueat: ⁊ ideo verba ſemp ei⁹ obſeruabim⁹ vſq; ad q̄ōnē tertiā in q̄ res examinabit, ⁊ pro parte negatiua definiet. Attn̄ q: idētidē hic recurrit hec Platonis opinio, pfunctorie adnotabo, nō eſſe tātā diſſenſionē inter eū ⁊ Ariſtotelē, quāta appere alicui forte pōt. Haud enim cogitauit, primū mobile, hoc eſt celum, ſeipm mouere: ſed primū ſeipm mouēs cēſebat eſſe aīam, tā celi q̄ꝫ nr̄am: vt pꝫ in Timeo ⁊ in Phedone, ⁊ de legib⁹ li. 10. Neq; vero (vt S. Tho. in fine. 7. ⁊ cōtra Gētiles. c. 13. adnotauit) ita multū ab Ariſtotele differebat: haud eñ dicebat, animā per ſe moueri motu corporeo, ſed ſolū motu ſpūali: qđ Alber. infra ſup text. 42. admonet. Differebāt ergo, ꝙ Plato ponebat aīam celi ex eo mouere orbē, ꝙ ſeipſa mouebat: faciendo. n. p intellectū in ſe formas intellectuales, putabat mouere orbem. Id qđ ⁊ nr̄is animis tribuebat reſpectu corpoꝝ. Ariſt. vero negat aīam mouere ſeipſam ꝓprie p ſe fert. vt. 1. de aīa latiſſime ꝯ Platonē ⁊ reliquos phōs docet: vbi text. 45. refert verba Platonis in Timeo, vbi dicebat aīam reflectēdo ſe ſupra ſe mouere ſe q̄dā mō circul'r ⁊ ideo ſimil'r mouere orbē. Ariſto. igr̄ docet, id qđ mouet, haud neceſſe eſſe vt p ſe moueat. Quin vero intelligere aīe potius eſt quieſcere: mouetur aūt p accidēs ad motū corporis. De hoc aūt plenius. q. 3. Hac ḡ via ingredit ad demōſtrandū primū motorē eſſe imobilē: nimirū partiēdo in duo hāc diſputationē, vt in quinq; pōrib⁹ textib⁹ demōſtret, ꝙ neq; ſi admittat, oē mouēs moueri, ſit talis ꝓceſſus in infinitū, vt oē mouēs moueat ab alio, verū deueniēdū eſſe ad primū mouēs, qđ nō ab alio mouet, ſꝫ a ſeipſo moueat: ⁊ in q̄nq; deinceps ſubſequētib⁹ ex hoc ipſo cōſtituto elicit ſuā veritatē: nēpe inficias a nemine iri poſſe, cuiuſcūq; ſit opinionis, quomin⁹ deueniēdū ſit tandē ad primū mouēs, qđ ſit oīno immobile. Eſt ergo demonſtratio hmōi. Cū oē qđ mouetur moueat ab aliquo, neceſſe eſt vt moueat, vel ab eo qđ ab alio mouet, vel ab eo qđ nō ab alio, ſꝫ a ſe mouet. [Demōſtratio.] Si ab eo qđ ab alio mouet, neceſſariū ſit, vt deueniat ad primū mouēs, nō motu ab alio. ſ. ſuppoſito diſtincto. Si aūt deuētū fuerit ad pmū, nō neceſſe eſt eſſe alterū, vn̄ motus depēdeat: qm̄ cū illud non moueat ab alio, in illo erit caput ⁊ origo mot⁹. [Impoſſibile. n. eſt in infinitū abire motū] Hāc nō exiſtimes demōſtrationē eſſe ſnīe huius prime, ꝙ vbi puenit ad id qđ non mouet ab alio, nō neceſſe eſt eſſe alterū. Sed eſt demōſtratio alteri⁹ ſnīe ſupioris. Si id qđ mouet, mouet ab alio qđ mouet ab alio, ⁊ illud rurſus ab alio, deueniēdū eſt ad primū. alias abitio (inquit) eſſet in infinitū: qđ eſt impoſſibile. Hāc. n. impoſſibilitatem aliter ſtabiliuit in ſeptimo, hic vero hac rōne manifeſtam facit. Infinitoꝝ verſus illud extremum quo procedunt, nō dat primū: nam infinitum dicit negationem principij, vbi autē in mouentib⁹ non eſt primum, nullus poteſt exiſtere motus, q: (vt paulo ante dicebat) primū mouet ſubſequētia: quare vbi, non eſt primū mouens, nullū ſubſequētiū mouebitur: vt ſi homo nō moueret, nec moueret man⁹, nec bacul⁹, nec lapis. [Si ḡ oē.] Cōcludit ergo ꝙ ſi oē qđ mouet, mouetur ab aliquo. ſ. vel coniuncto, vel extraneo: ⁊ primum mouens (vt oſtēſum eſt (non mouetur ab alio, nimi-



rū diſtincto ſuppoſito, mouetur tamē (vt ait vulgus phōꝝ) neceſſe eſt vt moueat a ſeipſo, hoc eſt vt in ſeipſo habeat principiū ſui motus. [Notabile.] Animaduerte ꝙ ſyllogiſmus non cogit, niſi, ſtatuendū eſſe primum, qđ per ſe moueat ſiue moueatur ipm, ſiue immobile ſit. At admiſſa pauliſper opiniōe Platonis concludit ſolum qđ primū mouens nō mouetur ab alio, ſed vel a nullo, vel a ſe.

Textus. xxxv.

Amplius autem: & ſic ipſam hanc rationē eſt, aggredi. omne enim mouens, & aliquid mouet, & aliquo. Aut enim ſeipſum mouet ipſum mouēs: aut alio. vt homo ſeipſo aut baculo. & ventus deiecit, aut ipſe, aut lapis, quem impulit. Impoſsibile eſt autem mouere ſine eo quod, ſeipſo mouet, id quo mouet: ſed ſi ipſum ſeipſo mouet: non neceſſe eſt aliud eſſe quo mouet. ſi verò ſit alterum id quo mouet, eſt aliquid quod mouebit, nō quodam, ſed ſeipſo, aut in infinitum abibit. Si verò aliquid quod, mouetur mouet: neceſſe eſt ſtare & non in infinitum ire. ſi enim baculus mouet ex eo quia mouetur à manu: manus mouet baculū ſi autem & hanc aliud mouet: & hunc aliud aliquid mouens eſt. Cùm itaq; aliquo moueat ſemper alterū: neceſſe eſt prius ipſum eſſe ſeipſo mouens. Si igitur mouetur quidem, hoc, non aūt eſt aliud mouens ipſum: neceſſe eſt ipſum ſeipſo mouere. quare & ſecūdum hanc rationem, aut mox id quod mouetur, ab eo quod ipſum ſeipſo mouet, mouebitur: aut venit aliqn̄ ad aliquid tale.

¶In tex. 35. rationem proximam quā aſcendendo deduxerat, ꝯuerſim deſcēdēdo magis illuſtrat. [Mouere p ſe vel per aliud.] Quocirca mouere p ſe, vel p aliud, aliter hic q̄ꝫ illic vſurpat. Dicebat enim illic, mouere per ſe, idē eſſe, quod mouere propria virtute, ⁊ mouere per aliud, virtute aliena. Ut homo mouet p ſe, baculus aūt per hominē: hic aūt contra: mouere p ſe, aut ſeipſo, eſt mouere attingendo mobile abſq; medio, qđ ſit eius inſtrumētū: ⁊ mouere p aliud, ſeu, alio, eſt mouere per inſtrumentū. Sicuti hō mouet per baculū: bacul⁹ vero, p ſe. Habet quidē ⁊ hoc verū in quibuſcūq; cauſis ſubordinatis: celū quippe mouet per cauſas particulares: ſed tn̄ vtit exēplis inſtrumentorum, que noſtris ſunt ſenſib⁹ familiaria. Ait igitur ꝙ eandem ipſam rationē aliter eſt aggredi, q: omne mouens ⁊ aliq̄d mouet ⁊ aliquo, igit aut ipſum mouēs ſeipſo mouet abſq; medio inſtrumento, vt intelligētia mouet celū: aut alio: vt ventus ſeipſo mouet lapidē, [Differētia] lapide vero demolitur obiectā arborē, vel edificiū. Et ſubdit oſtiam ꝙ id quo mouet, puta inſtrumētum, impoſſibile eſt mouere ſine eo qđ ſeipſo mouet: vt baculus non poteſt mouere ſine homine: q: cū oē agens agat per cōtactū, neceſſe eſt inſtrumenta attingi ab eo qđ ſeipſo mouet: attn̄ nō eſt viceuerſa neceſſariū, ꝙ ſi aliq̄d ſeipſo mouet, ſit aliud quo moueat. Arguitur igit inde, ꝙ ſi id quo mouēs mouet, ſit alterū ab ipſo, tunc, neceſſe eſt vel ꝙ deueniat ad aliq̄d qđ mouebit nō quodā (ſcilicet diſtincto inſtrumento) ſed ſeipſo, vel procedatur in infinitum. Atqui hic proceſſus vtroq; verſus decurrit, ⁊ verſum mobile deſcendendo per inſtrumenta, ⁊ verſum mouēs aſcendendo. Enimuero niſi daretur inſtrumentū vltimum ſeipſo tangens mobile, nō magis ſequeret motus q̄ꝫ ſi non daretur primū mouēs ſeipſo tangens proximū inſtrumētū. [Si uero aliquid] Cū proceſſus in infinitū monſtratus iam ſit eſſe impoſſibilis, cōcludit ꝙ ſi aliq̄d quod mouetur mouet. i. q: mouetur mouet, neceſſe eſt aſcendendo ſtare, ⁊ nō abire in infinitū. Si eñ bacul⁹ mouet ex eo quod mouet a manu, ⁊ manū q̄ mouet baculū, aliud ſuperius mouet, et hunc puta hominē, aliud aliq̄d mouens eſt, ⁊ ſic in infinitū, nunq̄ꝫ ſequeret motus: igit cū aliquo moueat ſemper alterum. i. cum inſtrumēto mouens moueat, neceſſe eſt tunc, vt illud mouēs vel aliquod ſummum quod ſit caput omniū motuum, ſit ſeipſo mouēs. Perſpice ⁊ hic ſicuti, ſuperius, deductionem tantū fieri ad illud quod ſeipſo mouet. Sed q: ſemper pſiſtit in mouētib⁹ motis, iuxta vulgarē opinionē, colligit ꝙ illud primū mouēs mouet, ⁊ nō eſt aliud ſuperius mouens, q: illud datum eſt primum, neceſſe eſt vt illud ſeipſo moueat ſeipſum. Quare ⁊ ſm hanc, inquit, rationē, aut mox, hoc eſt ſtatim ſine medio id quod mouet, puta vltimo motum, mouebitur ab eo qđ ſeipſo ſeipſum mouet, aut ſi mouetur per aliqua intermedia, aliquando venit, hoc eſt, pertingit ad aliquid tale.

Textus. xxxvj.

Poſt ea autem quæ dicta ſunt, ſic conſiderantibus: accident hæc eadem. Si enim ab eo quod mouetur. mouetur omne quod mouetur: aut hoc rebus ipſis ineſt ſecundum accidēs (vt moueat quidem id quod mouetur, non tamen propterea ꝙ mouet ipſum ſemper) aut non, ſed per ſe. Primū igitur: ſi ſecundum accidens, non eſt neceſſe moueri id quod mouetur. Si autem hoc eſt: manifeſtum eſt, quòd contingit aliquando nihil moueri eorum quę ſunt. Non enim neceſſarium eſt, accidens: ſed contingit non eſſe. Si ergo ponamus poſsibile eſſe: nullum impoſsibile accidet, falſum autem fortaſsis. Sed motum non eſſe: impoſsibile eſt. oſtenſum. n. eſt prius, hoc: quòd neceſſe eſt motum ſemper eſſe.

¶Rationes quas hinc iam Ariſt. orditur plus efficiūt, q̄ꝫ ipſe concludit: nam eiſdē poſt vtitur ad demonſtrandū, peruenienđū eſſe ad motorē immobilē, ſꝫ tn̄ vt a notiorib⁹ procedat, ſatis ducit perſuaſum id modo facere qđ ceperat: nēpe non abiri in infinitū in his que ab alio extrinſeco mouētur, ſed primum mouēs, ſi mouet, moueri a ſeipſo. Ait igitur ꝙ poſt illa que dicta ſunt, ſic. i. hoc modo qui ſequitur, cōſiderātibus hec eadē accidēt: hoc eſt, eadē cōcluſio que mō demonſtrabat fiet cōfirmatior. Arguit aūt more ſuo bidēti argumēto. Si q̄cq̄d mouet, mouet ab eo qđ mouetur, ita vt vnūqđq; mouēs (vt vel Platonicis vel certe vulgo placet) moueat, aut hoc reb⁹ ipſis per accidēs ineſt, ⁊ nō ꝓpterea ꝙ mouētes ſunt, ſicuti accidit, vt ſcribēs caleſcat, aut nō p accidēs, ſꝫ per ſe: puta ea rōne, q̄ mouet. Si ſm accidēs, ergo nō eſt neceſſaria illa connexio, ſed pōt prim⁹ motor nō moueri: qđ ſi dederis, ſequit hoc impoſſibile ꝙ ceſſaret oīno mot⁹ in mūdo: nā ſi primū mouēs nō mouetur, ⁊ tu aīs omne qđ mouet, moueri, fit vt tūc neq; moueat. ipſo autē nō mouēte, vniuerſus diſperibit mot⁹. Et nota ꝙ vnū impoſſi-

bile ſequit̃ ad alterum, nihil prohibet, ꝙ aũt poſſibile poſito ſequatur impoſſibile, hoc ratio priorũ Analecticorũ abhorret. Et ideo ſubdit ꝙ id qđ accidit .i. qđ eſt ꝑ accidẽs, nõ eſt neceſſariũ, ſed contingit nõ ineſſe. vt patet ꝑ accidẽtis diffinitionẽ. Ponatur ergo illud quod eſt poſſibile .ſ. primum mouens non moueri: hoc autem poſito, nullum ſm leges dialecticas, deberet ſubſequi impoſſibile: ⁊ etſi ſequat̃ fortaſſis .i. quãꝙ falſum, nimirũ quã illud poſſibile eſt falſuꝫ. At vero motũ ſimplr̃ ceſſare, impoſſibile eſt, qꝛ oſtẽſum iã eſt, neceſſariũ eſſe vt ſemꝑ ſit motꝰ: ad impoſſibile ergo ꝑducit̃ qui ſimul affirmat, ⁊ primum mouẽs per accidẽs moueri, ⁊ tamen omne mouens moueri.

Textus. xxxvij.

Et rationabiliter hoc accidit. Tria enim neceſſe eſt eſſe, quod mouetur, & mouẽs, & id quo mouet. Id igitur quod mouetur, neceſſe eſt quidem moueri: mouere autem non neceſſe eſt. Id autem quo mouet: & mouere & moueri. Pariter enĩ mutatur hoc: ſimul & ſecundũ idẽ cum eo quod mouetur exiſtens. Manifeſtum autem eſt: in mouentibus ſecundum locum. Tangant enim ſe inuicẽ: neceſſe eſt, ſic vſq; ad aliquid. mouens autem ſic vt ſit non id quo mouet, immobile. Quoniam autem videmus, vltimum, quod moueri quidem poteſt, motionis autẽ principiũ non habet, & quod mouetur quidem, ab alio autem, ſed nõ à ſe ipſo: rationabile eſt (vt neceſſarium dicamus) & tertiũ eſſe quod mouet quidẽ, cùm ſit immobile. Quapropter & Anaxagoras rectè dicit intellectũ impaſſibilẽ inquiẽs & immiſtũ eſſe: qm̃ motꝰ principiũ, ipſum facit eſſe. Sic .n. vtiq; ſolũ mouebit cũ ſit immobilis: & vincet cùm ſit immiſtus.

¶ In textu. 37. adiungit ⁊ alteram eiuſdem confutationem. Ait inquam rationabiliter hoc accidere: nempe ꝙ mouens, non omne moueatur: ⁊ quia eſt ratio probabilis, dixit, rationabiliter.

Tria in ordine motꝰ

Tria enim (inquit) eſt conſiderare in ordine motus: vꝫ id qđ mouetur, ⁊ id qđ mouet ⁊ quo mouet. Atꝙ id quod mouetur, neceſſe quidem eſt moueri: nimirum in ſenſu cõpoſito, ſi mouetur: non autem neceſſe eſt vt moueat: ei autem, quo mouet, vtrunꝙ neceſſariũ eſt, ſcilicet ⁊ mouere, ⁊ quãdo mouet, moueri. Cuius ratio (inquit) eſt quia pariter inſtrumentum mutatur, et particeps ſit motus eius quod mouetur. Participat enim inſtrumentum ⁊ quecunꝙ cauſa ſecunda, tam rationem primi mouentis, a quo recipit virtutem motiuam vt moueat, ꝙ rationem rei motę: quia primum mouens non mouet rem poſtremo motam niſi mouendo intermedias cauſas. Et hoc eſt quod ait. Tãgant enim ſe inuicem neceſſe eſt, ſic vſꝙ ad aliquid: videlicet vt primum tangat ſecundum: et ſecundum, tertium vſꝙ ad ad aliquod mobile non mouens: quia non fit deſcenſus in infinitum. Infert hinc ergo ꝙ illud qđ non eſt id quo mouet, puta quod non eſt inſtrumentum. ſed mouens primum, nihil vetat nõ moueri, atꝙ adeo eſſe immobile. [Quoniam autẽ] Dilucidat planius cõſequentiam, moueri nãꝙ et mouere, iunguntur (vt fatetur aduerſarius) per accidens: in hoc enim membro perſiſtit: ergo, ſicut iũgunt̃ in intermedio motore, ⁊ moueri ſeparatur ab eo quod eſt, mouere, vt patet in eo quod poſtremo mouetur, quod nullo opus habet motionis principio, rationabile (inquit) eſt, id eſt probabile (vt ne interim neceſſarium dicamus) quia locus probandi, neceſſarium eſſe, inferius dabitur. Rationabiliter (inquit) colligitur, vt in tertio. puta in primo motore ſeparetur mouere .a. moueri. ita vt ſit immobilis. At vero apparet tibi fortaſſe duplex prodi peccatum in his rationibus Ariſtotelis. Primum ꝙ ſi aduerſariꝰ diceret, moueri, adiacere mouenti tanquã accidens proprium, non procedunt, ſed neꝙ ſi ſit accidens, vt quintum predicabile, vlla ineſt vis in hac ſecunda ratione: nam ſicuti ſubſtantia eſſe poteſt ſine accidente, non tamen naturaliter accidens ſine ſubiecto, ita non ſequitur, vt ſi in vltimo mobili detur moueri abſꝙ mouere, in primo mouente detur mouere, ſine, moueri. Reſponſio tamen eſt ꝙ qui dat mouere, ⁊ moueri, conuenire eidem per accidens, non intelligit tanꝙ proprium, alias conueniret illi, moueri, inquantum mouenti, velut, riſibile, homini inquantum homini. Atqui licet accidens accidat ſubſtantię, eſt tamen ei natiuum non poſſe exiſtere ſine illa, mouere, tamen et, moueri, non ſic: ſed concedũtur accidere vim tertio [quapropter] confirmat ſuam concluſionem auctoritate Anaxagorę, cuius in hoc ſententiam probat, ꝙ intellectum illũ ſeparatum, quem ſtatuebat, vt primum motorẽ, profitebatur eſſe impaſſibilẽ, hoc eſt vndequaꝙ immobilẽ, ⁊ non per miſtum materię, ac deniꝙ ſimpliciſſimum: vt, quatenus immobilis, fons eſſet vniuerſi motus, ⁊ quatenꝰ oĩ materia ⁊ miſtione ſuperior, oĩa ſubiugaret, ꝓprioꝙ agitaret nutu.

Anaxagoras.

Textus. xxxviij.

At verò, ſi non ſecundum accidens ſed ex neceſſitate mouetur mouens, ſi autem non moueatur non vtiq; mouebit: neceſſe eſt mouens quatenus mouetur, aut ſic moueri vt ſecundum eandẽ ſpeciem motus, aut ſecundum alterã. Dico autem quale eſt aut calefaciẽs & ipſum calefieri, & ſanãs ſanari, & ferens ferri, aut ſanans ferri, ferens autẽ augeri. Sed manifeſtũ eſt: ꝙ impoſſibile eſt. Oportet igitur, vſq; ad indiuidua diuidentẽ: dicere. Vt ſiquid docet geometricè operari: hoc doceri geometricè operari ſecũdũ idem. Aut ſi proiicit: proiici ſecundũ eundem modũ proiectionis. Aut nõ ſic quidem: ſed ſecũdum aliud ex alio genere. Vt quod fert quidẽ, augeri: quod autem hoc auget, alterari ab alio. Quod autẽ hoc alterat: ſecundũ alium quendam moueri motum. Sed neceſſe eſt ſtare. finiti enim ſunt: motus ipſi. Rurſus autem reflectere, & alterans dicere ferri: idem facere eſt, acſi mox dicat ferens ferri, & doceri docens, manifeſtum enim eſt ꝙ & à ſuperiore mouente mouetur: id quod mouetur omne, & magis à primo mouentium. At verò, hoc quidẽ impoſſibile eſt. Docens enim accidit diſcere: quorum hoc quidẽ non habere, illud autem habere ſcientiam neceſſarium eſt. Amplius autem, his magis irrationabile eſt: quod accidit omne motiuum eſſe mobile, ſi omne quod mouetur ab eo quod mouetur moueatur. erit enim: mobile. vt ſi aliquis dicat, ꝙ oẽ

ſanatiuum:



ſanatiuum: & ſanans & ſanabile erit. & ædificatiuum: ædificabile aut ſtatim, aut per plura. Dico autem, vt ſi mobile quidem ab alio eſt omne motiuum, ſed non ſecundum eundem motũ mobile quo mouet propinquũ, ſed ſecundũ alterũ. Vt ſanatiuum, diſcibile. Sed hoc aſcendendo perueniet aliquãdo ad eandẽ ſpeciẽ: vt diximus prius. Alterum igitur horum, impoſſibile eſt: alterum autem figmentum. inconueniens enim eſt alteratiuum: augmentabile ex neceſſitate eſſe.

¶ In tex. 38. proſequit̃ aliã partẽ dilematis, vt propugnet, ac defendat, ꝙ neꝙ omne mouẽs per ſe mouet̃. Et vtitur familiari ſuo bipeni argumẽto. Si .n. inquit, cõtrariũ dederis, aut intelligis eodẽ gñe ⁊ ſpẽ motꝰ per ſe moueri, res que mouet, aut alio ⁊ diuerſo. Si primũ, puta ꝙ calefaciens per ſe calefit, ⁊ ſanãs per ſe ſanatur ⁊c. manifeſtũ eſt eſſe impoſſibile. Nam deſcendendũ eſt ad ſpecialiſſimas ſpecies. (q̃s hic appellat indiuidua.) vt nõ modo qui docet doceat: ſed qui docet geometriã, eandẽ per ſe doceatur, hoc eſt eadẽ rõne qua docet, doceatur. Et nõ ſolũ ſi mouet quis localiter, moueatur localiter, ſed qui iacit lapidẽ, iaciatur ⁊ ipſe. Quo nihil eſt abſurdius ⁊ ſenſibꝰ magis obuerſum, Põt quidẽ qui docet, doceri, inueniẽdo q̃ ignorauerat, attñ nõ docet id numero, qđ docet. Sicut qui calefacit vno gradu non ꝑ ſe calefit eodẽ: quippe quo iam viget. [Aut non ſic quidẽ] Trãſit ad aliã partẽ, vt oſtendat ꝙ neꝙ omne qđ mouetur, per ſe mouetur alio gñe motus. Hoc aũt perſuadet duabꝰ rõnibus, Prior eſt. Cum motuũ genera et ſpecies in numero ſint finito, nõ potes dicere ꝙ homo. v.g. qui mouet lapidem, per ſe tunc augeatur: ⁊ illud a quo augetur, per ſe calefiat: ⁊ ſic aſcendendo in infinitum: qꝛ neceſſe eſt peruenire ad vltimã ſpeciẽ motus, ⁊ rurſus reuerti ad primã. Si autẽ cauillãdo, reflexionẽ admiſeris, ita vt illud primũ mouens ꝑ ſe moueat̃ prima ſpecie motꝰ .ſ. locali, qua homo mouebat lapidẽ, idẽ, inquit, facere eſt, acſi mox dicas, ferrẽs ferri: hoc eſt in eadẽ abſurditatẽ ſuperioris rõnis relaberis: quipote cõfiteris, id qđ mouet, eadẽ per ſe ſpecie motus moueri. Hoc autem eſt impoſſibile: nã licet accidat, vt qui docet grãmaticã doceatur dialecticam, tñ, eum qui docet vnã ꝯcluſionẽ, ꝑ ſe doceri eandẽ, ⁊ ſic de alijs ſpeciebꝰ motus, eſt impoſſibile: ſiquidẽ mouere dicit actum, moueri aũt carentiã. [Amplius autem] Repetitio eſt fere ſuperioris rationis, niſi ꝙ illa gradiebatur in ſpecie per motus particulares, hec autem generaliter per rationes motus. Ait ergo ꝙ magis irrationabile eſt his, id eſt ꝙ̃ hec que dicta ſunt (eſt enim Grece quaſi ablatiuus) quod inde ſequitur in genere ꝙ omne motiuum ſit mobile. Appropinquat enim iam ad ſuũ propoſitũ de immobilitate primi mobilis. Seq̃la aũt patet. Si omne ꝙ mouet̃, mouetur ab eo qđ mouet, fit tunc vt omne mouens ſit mobile. nẽpe vt oẽ ſanatiuũ, ſit ſanãs ⁊ ſanabile, vt oẽ edificatiuũ, edificãs ⁊ edificabile. Et tũc medicina erit ſanabilis, ⁊ hõ, edificabilis: qđ ridiculũ eſt. Et qđ ſeq̃tur iã deductũ eſt, ſiue ſtatim .i. ꝙ abſꝙ medio ſanãs ſanet̃, ſiue ꝑ plura media, vt qđ ꝑ ſe ſanat, doceat̃ ab eo qđ ꝑ ſe edificat̃: nã cum ſpẽs nõ ſint infinite, fiet reflexio ad priorẽ: vt paulo ante ꝑmõſtrabat̃. Et alterum (inquit) horum .ſ. prius, impoſſibile eſt, vꝫ, vt nullus ſanet, niſi ea rõne qua tunc ſanatur. Alterũ autẽ, puta per plura media, vt nihil. v.g. alteret niſi dũ augetur, eſt de gñe impoſſibiliũ, q̃ abſꝙ vlla ratione finguntur ab ijs, qui ſuarum ſunt opinionum pertinaces.

Textus. xxxix.

Nõ ergo neceſſe eſt: ſemꝑ moueri qđ mouetur ab alio, eoq; moto. Stabitur ergo. Quare aut à q̃eſcente mouebitur id qđ mouetur primũ. aut ipm̃ ſeipm̃ mouebit. At verò ſi oportet etiã conſiderare, vtrũ cauſa motionis ſit & principiũ, ipm̃ ſeipm̃ mouẽs, an id quod ab alio mouetur: illud omnis vtiq; ponet. id .n. quod per ſe eſt cauſa: ſemꝑ priꝰ eſt eo etiam ipſo quod ſecundum alterum eſt.

¶ Concludit ergo in tex. 39. non eſſe neceſſariũ oẽ qđ mouetur, moueri ab alio ſemꝑ qđ mouetur: ſꝫ ſtãdum eſſe in primo, qđ vel moueat quieſcens .i. tanꝙ immobile, vel moueat̃, nõ ab alio, ſed a ſeipſo. Concludit .n. ſemꝑ ſalua opinione Platonis, tunc vulgari quã hic S. Tho. ⁊ Eudemꝰ referẽte Simplicio, ⁊ Cõmẽtatore tribuũt Platõi: nẽpe ꝙ omne quod mouet, mouet̃. Sed de hoc. q. 3. Subdit aũt Ariſtote. in cõfirmationẽ ſue cõcluſionis, tanꝙ a Platone vel a triuiali opiniõe accerſitũ: ꝙ ſiquis conſiderauerit, vtrum prima cauſa ⁊ origo motionis, ſit principiũ ſeipſum mouẽs, an id qđ ab alio mouetur, illud vtrꝙ nimirũ prius, oĩs homo ponet: nam id quod per ſe eſt cauſa, prius ſemper eſt eo quod eſt ſecundum alterum.

Textus. xl.

Quare hoc conſiderandum eſt, ſumpto alio principio: ſi quid mouet ſeipſum quomodo mouet, & ſecundum quem modum. Neceſſe igitur eſt omne quod mouetur eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Hoc enim oſtenſum eſt prius, in iis q̃ vr̃ de natura: ꝙ omne quod per ſe mouetur, continuũ eſt. Impoſſibile igitur eſt: ipm̃ mouẽs ſeipm̃ penitꝰ mouere ipm̃ ſeipm̃. Feretur .n. totũ & feret ſecũdũ eandẽ loci mutationẽ: vnũ exiſtẽs & indiuiduum ſpecie. & alterabitur, & alterabit. Quare docebit vtiq; & docebitur ſimul: & ſanabit & ſanabitur ſecũdũ eandẽ ſanitatẽ. Amplius aũt determinatũ eſt: ꝙ mouetur, id quod mobile eſt. Hoc aũt eſt potentia cũ mouetur non actu. Quod aũt potentia eſt: ad actum pergit. Eſt aũt motus: actꝰ mobilis imꝑfectus. Mouẽs autẽ: iam actu eſt. Vt calefacit, calidum: & oĩno id quod habet ſpeciem generat. Quare ſimul, idem & ſecundũ idem: calidum erit, & non calidum. Similiter autẽ: & aliorum vnumquodq;, eorum quę neceſſe eſt mouẽs habere vniuocum. Eius ergo quod ſeipſum mouet: hoc quidem mouet, illud autem mouetur.

¶ Peruenit ergo Ariſtoteles ad ſuum ſcopum, vt tandem demonſtret, primum motorem eſſe immobilẽ: obidꝙ ait ꝯſiderandũ eſſe, ſumpto alio ꝑncipio, ſi qđ mouet ſeipm̃, quõ mouet, ⁊ ſm quẽ mouet̃. Ait ſumpto alio ꝑncipio vel qꝛ diſtincte queſtiones ſunt, vtrũ aliquid ſeipſum moueat, ⁊ quo pacto ſe moueat, vel qꝛ noua vtendũ eſt diuiſiõe ⁊ rõne, nõ vtrũ moueat̃ a ſe vel ab alio extrinſeco, ſed vtrũ totum a ſe toto, vel a parte, vel vna

 pars,

pars,ab alia.Sumit autē exordiū ab illa propoſitione,que in ſuperioribus demōſtrata eſt, omne qđ per ſe mouet(motu corporeo de quo loq̄mur) eſſe cōtinuū,atq; adeo diuiſibile in ſemp diuiſibilia.Dixerim p ſe,q2 pueꝛū ⁊ rōnalis aīa p accidēs mouētur.Atq; id inq̄t in ijs oſtenſum eſt,q̄ vl'iter de natura dicta ſunt.Simpliciꝰ putat Ariſt.ſe citare in lib.5.tex.41.At vero illic nō tā de ꝯtinuitate mobilis tractat,q̄ de cōtinuitate motꝰ.Sed citat ſe in li.6.tex.32.vbi p hoc demōſtrat oē mobile ēē cōtinuū,qđ partim eſt in t'ro a quo,⁊ partim in t'ro ad quē.Appellat autē pcedētes libros vl'iter de natura,nam priores quatuor inſcribit de pncipijs,⁊ ceteros,de motu in gn̄e:atn̄ in hoc pſenti agit ſingul'r de primo mobili,motore,⁊ motu. Igitur Ariſt.duabus iam preſtitutis propoſitionibꝰ.ſ.omne quod mouetur,moueri ab aliquo, ⁊ peruenien dum eſſe in mouentibus ⁊ motis ad vnū primum qđ vel ſit immobile,vel mouet ſeipſum,copulat iam nunc tertiā.ſ.ꝙ cuiuſcūq; mouētis ſeipſum(qđ iam ſupponit eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia)neceſſe eſt diſtinguere duas partes,quarū altera ſit mouens:⁊ altera,mota.

Tertia ꝓpoſitio.

Ad quā demonſtrationē ſupponit,omne qđ mouetur eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia.Et ſunt qui putant primū mouens ſeipſum ſm Ariſt.eſſe celum:quā diſputationē iam cōmen.34.in tertiā noſtrā queſtionē repoſuimus.[Impoſſibile igitur eſt)Aggreditur demonſtrare tertiā cōmemoratam propoſitionē hoc ſyllogiſmo.Impoſſibile eſt ipſum ſeipm mouens penitus mouere ſeipm, quin ſit in illo aliquid mouēs,⁊ aliquid motū, ſiquidē mouet ſeipm:id autē in quo eſt aliquid mouens ⁊ aliquid motū,nec ſm ſe totum mouet,nec ſm ſe totum mouet,ſed diſtinguitur in duas partes,alteram mouentē,⁊ alterā motam:ergo concluſio vera.Minorem probat:qm̄ alias recideret in abſurditatem ſuperiorꝫ rōnum,vl'z ꝙ id qđ mouet ſm locū,mouebit eadē prorſus ſpē motus: et qđ docet,docebit ⁊c.qđ mōſtratum eſt impoſſibile.Atn̄,vt patentiorē faciat eandē abſurditatem ſubdit.[Ampliꝰ aūt]Qđ nō accipias tanq̄ rationē ſcđam,ſed tanq̄ manifeſtationē abſurditatis illate.Determinatum.n.inquit,eſt(in.3.li.tex8.⁊ 9.)ꝙ id quod mouet eſt in potētia quaſi pgēs ad actū.Eſt.n.motus,actus mobilis impfectus:qđ em̄ nihil habet de actu,nōdū mouet,⁊ qđ habet cōpletū actū,iam tūc nō mouet,ſed illud.v.g.caleſit,qđ in acquiſitione caloris.At vero mouens iam eſt actu,vt in calidū, anteq̄ calefaciat,⁊ hō anteq̄ generet hoiem.[Quare ſimul]Concludit intentū vl'z impoſſibile eſſe,vt totū ſe totum moueat.Nam tunc idē ⁊ ſm idem ſimul eſſet in actu ⁊ potentia,qđ eſt cōtradictionis implicās:vt calidū ⁊ nō calidū:tantū ⁊ nō tātum,homo ⁊ nō hō ⁊c.Ait autem,eorum que habent mouens vniuocū,vt in his inferioribꝰ corporibꝰ eſt neceſſariū,in quibus nihil calefacit,niſi ſit formaliter calidū, neq; gignit hominē,niſi quod eſt formaliter hō: ſol autē,qui eſt cauſa equiuoca,nō eſt niſi altiori modo ſm virtutē calidus.In quo ideo ⁊ verum ſuo modo habet ꝙ non mouet,niſi res q̄ eſt actu talis.Ubi ſm Cōmentatorem momordit Ariſto. vellicauitq; Platonē:nā etiā ſi animā vel motorē celi admitterēmꝰ mouēdo ſe mouere corpora,ille motꝰ aīa mouet ſe p ſe,nō eſt eiuſdē rōnis cum motu locali,quo mouet corpꝰ:nā tali motu ſolū

Mouēs vniuocum.

mouetur per accidēs.Cōcludit igit,id qđ ſeipm mouet,de neceſſitate diſtingui in duas partes, quarum altera mouet ⁊ altera mouet.At qui hoc memoria retine,ne in ſubſequentibus allucineris:vl'z ex hoc dūtaxat qđ aliqđ ſit ſeipm mouēs, in quo ideo eſſe debet,⁊ mouēs ⁊ motū,adiuncto ꝙ nihil pōt ſeipm ſecūdū totū mouere, ſine alia pmiſſa ꝓpſitiōe,ꝯſeq̄ vt tale ſeipm mouēs diſtingat in partes duas,mouētē ⁊ motā.Et rurſus hic adnotato,ex eodē pncipio, quo ſit manifeſtū,id qđ ſeipm mouet,nō mouere ſe totū,ſm ſe totum, cōfici pterea ꝙ neq; ideo mouet ſeipm, ꝙ totum mouet partē aut pars totū:nā ſi totū eſſet rō mo mouendi,⁊ pars moueretur,in illa eſſet ſimul actus ⁊ potentia,⁊ eadem ratione ſi totum eſſet ratio mobilis,⁊ pars moueret,in illa eſſet vtrunq;.

Dē ſeipm mouēs diſtinguit i partē mouētē ⁊ partem motā.

Quòd autē non eſt ipſum ſeipm mouens ſic, vt vtrūq; ab vtroq; moueatur:ex his manifeſtum eſt.Nec.n.erit primū mouēs vllū:ſi vtrūq;,vtrūq; mouebit.Quod.n.priꝰ:magis cauſa eſt mouēdi q̄ ſequens,& mouebit magis.Dupliciter.n.mouere eſt:aliud q̄dē id ipm quod ab alio mouetur,aliud aūt à ſeipſo.Proximꝰ aūt eſt,quod lōgiꝰ eſt ab eo quod mouetur,principio: q̄ quod in medio eſt. Ampliꝰ nō neceſſe eſt mouēs moueri:niſi à ſeipo. Secūdū accidēs ergo:cōtra mouet alterū.At ſumpſi:cōtingere nō mouere.Erit ergo aliud q̄dē qđ mouetur:aliud aūt mouēs immobile. Ampliꝰ nō neceſſe eſt mouēs cōtra moueri:ſed aut immobile aliq̄d mouere neceſſe eſt,aut ipm à ſeipo moueri,ſi neceſſe quidem eſt ſemper motum eſſe. Amplius ſecundum quem mouet motum etiā vtiq; mouebitur,quare calefaciens:calefit.

Textus. xlj.

¶Atteñ ſemp ſis ad ordinē,quaſi mathematicū Ariſt.Qm̄ admiſſo ⁊ cōfeſſo,illius qđ ſeipm mouet duas eſſe partes,mouentē ⁊ motā,nihil vetare videbat,quominꝰ vel ſe mutuo mouerent,vel ſeipſam vtraq;,has duas quoq; partes pſequit deſtruere.Eſt ergo quarta propoſitio in tex.hoc 41.qua ad ſuū progredit ſcopū.Id qđ ſeipm mouet,nō eſt idcirco ſeipſum mouens,ꝙ vtraq; eiꝰ pars ab vtraq; moueatur.Hanc probat quatuor rōnibus,q̄ ſunt quaſi repetiones ſuperiorꝫ.Nam q̄ in diuerſis motoribꝰ diſſeruit,eadē ⁊ ad diuerſas partes eiuſdē motoris accōmodat.Prima igitur rō eſt,illatio huiꝰ abſurdi,qđ ſeq̄ret inde, nullū exiſtere primū mouēs,atq; adeo(vt mōſtratū eſt text.34.)neq; vllū motū:ſiquidē a motore primo dimanat motꝰ oīs.Seq̄la eſt manifeſta:nā ſi a.pars mouet.b.⁊ viceuerſa.b.mouet.a.neutrū eſt primū.At neq; cōmentet,ꝙ.a.v.g.ſit primū, lꝫ rurſus moueat a.b.ſubdit elegantē rationē ex text.33.Si em̄.a.mouet.b.⁊.b.a.reciproce,neutrū magis mouet:ſed primū mouēs magis mouet:ḡ neutrū eſt primū.Sic formāt hic q̄dā ſyllogiſmū. At forſitā rō altioris eſt ſenſus.Etem̄ ſi.a.mouet b.⁊.b.a.ſit vt.a.moueat ſe potiꝰ q̄ moueat a.b.nā pmū inquit,magis eſt cauſa mouēdi, q̄ ſequēs, vt ſi hō moueat baculū:⁊ baculus lapidē,potius hō mouet lapidē q̄ baculus.Pari ratione,ſi.b. mouet.a.⁊.a.b. b.potius mouet ſe q̄ moueatur ab.a.in quo ideo circulo non poteſt diſtingui, vtrum ſit prius;atque adeo nec das primum.Et ſecundo

Quarta ꝓpoſitio.

Altior ſenſus.



ſecundo reciditur in aliud ſuperius impugnatū, ꝙ totum a mobile ſeipſum totū mouet.Quod autem id quod eſt prius,magis moueat,q̄ id quod eſt ſubſequēs,q2 id nō patefecerat priꝰ,explicat modo.Dupliciter enim,inquit,cōtingit mouere, ſcilicet vt vel illa res moueat,q̄ ab alio mouetur, vel illa que ſeipſa mouet:illa aūt que longius diſtat ab eo quod mouetur,puta que ſeipa mouet, proximior eſt primo principio mouendi,q̄ illa q̄ eſt in medio:vt homo baculo mouens lapidem, quo magis diſtat a lapide,coniunctior eſt primo principio,q̄ baculus:atq; ideo primū magis mouet,quod erat illatū.[Amplius ⁊c.]ſecundam rationē varie ⁊ ſubobſcure explicatā video a diuerſis:videtur autē eſſe ad hominē talis.Secundū Platonem(vt paulo ante dicebamus)q̄uis omne mouens moueatur,primū tamen non eſt neceſſe moueri,niſi a ſeipſo,diſtinctis ergo in primo motore duabus partibus,ſi.a.v.g:eſt primū mouens.i.prima rō mouendi,illa nō per ſe neceſſe mouet niſi a ſeipſa,ergo ſi mouetur ab altera, id erit per accidens:at vero(vt ſupra argumētatum eſt)poteſt accidēs a ſubiecto ſeparari:ſeparato ergo dabitur pars mouēs non mota,qui eſt Ariſtotelis ſcopꝰ.¶Tertia rō deriuatur ex eodē principio,vti ſupra dicebamꝰ.Si pars illa pmū mouēs,p accidēs mouet ab altera,pōt nō moueri,⁊ ſi cū hoc piter ſuſtines,oē mouēs moueri,fiet vt primū mouēs nō moueat:quo nō mouēte oīs motus peribit:ergo ſi motum ſemper eſſe neceſſe eſt,cōſequens eſt,vt nō omne mouēs moueat. Quarta rō,reſūptio eſt alteriꝰ ſupra formate i diuerſis motoribꝰ.Etem̄ ſi reciprocatio cōtingit in patibꝰ ſeipſas vicarie mouentibꝰ,fiet tūc ꝯn̄s vt pmū mouēs moueat eo motu q̄ mouet,vt calefaciens calefiat,nā ſi.b.mouet.a.q̄ motu mouet ab ipſo,palā id ſequit:ꝙ aūt moueat diuerſo,nō eſt poſſibile,q2 totiꝰ mouentis ſeipm vnicꝰ eſt motꝰ.

Textus. xlij.

At verò neq; ipſius primò ſe ipſum mouētis, aut vna pars aut plures mouebunt,ipſa ſeipſam vnaquæq;.Totum enim ſi mouetur ipſum à ſeipſo aut ab aliquo eorum quæ ſunt ipſius mouebitur,aut totū à toto.Si igitur quia mouetur aliqua pars,ipſa à ſeipſa:hæc vtiq; erit illud primū ipſum ſi ipſum mouens.Separata enim hæc quidem:mouebit ipſa ſeipſam.Totum autem:nō amplius.Si verò totum à toto mouetur:ſecundū accidens hæ mouebūt ipſę ſeipſas.Quare ſi non neceſſariò:accipiantur non moueri à ſeipſis. Ipſius igitur totius,nō aliud mouebit cū immobile ſit: aliud autem mouebitur.Solū enim ſic poſsibile eſt:aliquid per ſeipſum motiuū eſſe.Amplius ſi linea tota ipſa ſeipſam mouet:hoc quidē mouebit ipſius,illud autē mouebitur.Linea igitur à b: & à ſeipſa mouebitur & ab a.

¶Tertius modꝰ quo excogitari pōt pmū mouēs moueri a ſeipſo,eſt ꝙ det vna pars q̄ ſeipſam moueat,aut plures quarū ſeipſam vna q̄q; moueat, qđ reprobat in pſenti tex.duabꝰ rōnibꝰ.Prior eſt hec.Si totū ſeipſum mouet,aut hoc aſſerit ꝓpterea ꝙ ab aliquo eorꝫ q̄ ſunt ipſiꝰ,hoc eſt ab aliq̄ ex ſuis partibus mouet,aut q2 mouet a toto,ſi primū dederis,illa erit primū mouens:⁊ ideo,nō totum,ſꝫ pars illa eſt illud qđ ſeipm eſt mouēs:nā ſi illa primo mouet,ſepata q̄dē mouebit ſeipſam ceſſante motu totius.Et idē ſequit ſi largiaris,totū eſſe ſeipſum mouēs,ꝓpterea ꝙ mouet a pluribus partibꝰ,ſeipſam vnaquaq; mouēte.Si autē cōceſſeris ſcđm.ſ.ꝙ totum a toto mouet,tunc ſit vt partes,nō per ſe,ſꝫ p accidēs ſeipſas mouēat, nimirū ad motū totius:q̄re non eſt neceſſariū vt p ſe moueant(vl'z a ſeipſis)obidq; pōt ꝯtingere, vt non moueantur a ſeipſis.Cōcludit igit ꝙ ſi detur aliquid ſeipſum mouens,neceſſe eſt ſignare partē illius mouentē immobilē,⁊ alterā que mouetur:nam hoc inquit ſolū pacto cōtingere pōt, vt aliquid ſeipſum moueat.Fit autē ſubobſcure collectio hec,niſi conſiderate reſpexeris precedentia.Etenim vt nos ſupra,⁊ hic S.Tho.annotauit,non vult hoc loco elicere Ariſto.ꝙ ſi detur aliquid mouēs ſeipſum,illud diuidatur in duas partes,quarum vna mouet,⁊ altera mouet.Hoc enim ſatis confectum erat in tex.40.At q2 p hoc non excludebatur quominus,vel vtraq; vtrāq; viciſſim moueret,vel vna queq; ſeipam,hec duo deinceps mēbra repulit:ex quibus iam nunc tribus mēbris facit hanc collectionē.Si totum ſeipſum mouet,datur in ipſo pars mouens ⁊ pars mota,⁊ ille necſe mutuo,nec ſeipſas mouent,ergo datur pars mouēs nullatenus mota,qđ erat intentū,⁊ altera pars mota,ꝯn̄ia tenet ab omnibus modis ſufficienter numeratis,quibus excogitari pōt aliquid ſeipſum mouere.Et hoc eſt qđ ait,hoc ſolum modo id contingere.Quāobrē nō opus fuit Ariſtoteli vti diuiſione illa quinq; mēbrorꝫ,quam deſignauit Themiſtiꝰ.Si primū mouens ſeipm mouet:aut totum ſe totū, aut totum partē,aut pars totū,aut pars alterā,aut ſeipam. Nam ſecundū et tertium includuntur in primo, vt diximus cōmen.40.qua nāq; rōne totū nō mouet ſeipm,ſeq̄tur ꝙ nec totū moueat partem,ne pars,totū.[Amplius ſi tota]Adhibet ſecundam rationem ad eandem concluſionem,ꝙ ſi totum ſeipſum mouet,nō eſt pro eo ꝙ aliqua eius pars ſeipſam moueat:nam arguitur de illa parte ſicut de toto.Etenim cum illa non poſſit tota ſe totam mouere:alias idem ſecūdū idem eſſet in actu ſimul ⁊ in potentia,ſit vt illius partis ſit deſignare duas particulas,puta.a.⁊.b.quaꝫ altera mouet et altera mouetur:quapropter illa que mouet, erat primum ſeipſum mouēs,⁊ nō tota pars.a.b.

Neceſſe ē peruenire ad motorē imobilē.

Nō eſt opꝰ diuiſione mēbrorꝫ quinq;.

Quoniā autē mouet aliud quidē quod mouetur ab alio,aliud autē immobile exiſtēs,& mouetur hoc quidē mouens,illud autē nihil mouens: ipſum ſeipſum mouens neceſſe eſt ex immobili eſſe mouente tn̄,& adhuc ex eo quod mouetur non mouet autē ex neceſsitate,ſed qualitercunq; euenit.Sit em̄.a.mouens quidē,& immobile:b.verò id quod & mouetur ab.a.& mouet id in quo c.Hoc autē:motū quidē ab ipſo.b.mouens autē nihil.Si em̄ & per plura veniat aliquando in.c:ſit per vnū ſolū.Totū ergo.a b c.ipſum ſeipſum mouet.ſed ſi aufero ipſum c:ipſum quidē.a b.mouebit ſeipſum.ipſum enim.a.eſt mouens:b.verò id quod mouetur.ipſum autem.c.non mouebit ſeipſum,nec penitus mouebitur.At verò nec linea.

Textus. xliij.

Primum mouẽs immobile.

b.c:mouebit ipſa ſeipſam ſine ipſo.a. Nam.b:mouet ex eo: quia mouetur ab alio, non quia à ſui ipſiꝰ parte aliqua. Ipſum igitur a.b.ſolũ:ſeipſum mouet. Neceſſe eſt:igitur ipſum ſeipſum mouẽs: habere mouens, immobile tñ, & id quod mouetur, nihil autẽ mouet ex neceſsitate: tangentia autẽ, aut vtraq; ſe inuicẽ, aut alterũ alterũ. Si igitur continuũ eſt id quod mouet (quod enĩ mouetur: continuũ eſſe neceſſariũ eſt) manifeſtũ eſt ꝙ totũ ipſum ſeipſum mouet, nõ eo ꝙ ipſius aliquid huiuſmodi ſit vt ipſum ſeipſum moueat, ſed totum mouet ipſum ſeipſum & mouens & motum, eo quòd ipſius aliquid eſt ipſum mouẽs, & id quod mouetur. Non enim totum mouet, neq; totum mouetur: ſed mouet quidem ipſum.a, mouetur autem ipſum.b.ſolum. Ipſum autem.c.ab ipſo.b. non amplius. impoſsibile enim eſt.

¶Cõſtituto ergo ꝙ ſi primũ mouens, ſeipm mouet, neceſſe ſit diuidi in duas partes, quarũ vna moueat, ſitq; immobilis, altera vero moueatur: adijcit demõſtrare, nõ eſſe neceſſariũ vt illa pars mota ampliꝰ moueat. Proponit ergo ꝙ cũ duplex ſit id qđ mouet. ſ. vel ab alio motũ, vel exiſtẽs immobile: ⁊ pariter qđ mouetur, duplex: vtpote vel qđ ſimul mouet, vel qđ nihil mouet, neceſſe eſt vt id qđ eſt ſeipm mouẽs, cõſtet ex parte immobili ſʒ mouente, ⁊ altera q̃ moueatur, non tñ que ex neceſſitate moueat. Ubi qđ ait ex neceſſitate bifariã intelligit: vnꝰ.n. ſenſus eſſe põt ꝙ: põt q̃dẽ mouere, ſed nõ ſit neceſſariũ vt moueat, ⁊ hoc eſt verum ſi intelligatur de mouere extra. Nihil enim vetat quin pars illa mota moueat rem aliã ſuppoſito diſtinctã, vt ſi homo eſſet primum ſeipſum mouẽs, nihil phiberet quominus aĩa moueret corpus ⁊ corpus baculum. Alter vero ſenſus eſt hic Ariſtotelicus, nimirũ ꝙ ſit impoſſibile illam partẽ motã mouere intus aliam tertiam eiuſdẽ totius, ſi totũ erat primũ ſeipm mouẽs. Itaq; cũ deuentum fuerit ad primũ mouens, qđ ſeipſum mouet, neceſſariũ eſt dare duas tm̃ partes puta vnam immobilem mouentem, et alteram motã, nullo modo in tres mouentem. Demõſtratio autem eſt hec, detur contrarium: nempe ꝙ illius ſeipſum mouentis pars mouẽs immobilis ſit.a: mota vero.b. moueat ergo.b. tertiam que ſit.c. nam ꝙ moueat ſeipſam: dici non poteſt, q̃ quidẽ mouetur ab.a. Illud autẽ.c. ſit.v.g. motum, nihil vlterius mouens. Nec refert inquit ſi per plura veniatur ad.c. hoc eſt ſi plures partes intermedie moueant et moueantur: omnes ergo illas vſurpemus vice vnius, vt ſint tantum tres ordines. ſcilicet mouẽs immobile, motum mouẽs, et motum non mouens. vt ſi homo. v.g. ſit primũ ſeipſum mouens. a. ſit anima mouens immobile, manus vero.c. ⁊ omnia intermedia, puta cor, nerui, ⁊ muſculi. b. Arguit ergo ſic demonſtrando ꝙ primum per ſe mouens non poteſt diſtingui in tales tres partes: nam ſi adimas.c. ipſum quidẽ.a b. erit ſeipſum mouens, ſiquidẽ.a. eſt mouens, b. vero id quod mouetur, c. aũt cum nõ moueat, non mouebit ſeipm, nec tota pars.b c. mouebit ſeipſam abſq; .a. nã.b. non mouet niſi q2 mouetur ab alio diſtincto, nimirũ ab.a. et nõ q2 mouetur ab aliqua ſui parte, quod requiritur vt aliquid ſit ſeipſum mouens: ergo.a b. erit prius ſeipſum mouens q̃ totum.a b c. [Neceſſe eſt igitur] Cõcludit ergo neceſſe eẽ vt ipm ſeipm mouẽs, puta primũ, ex duabꝰ tm̃ partibꝰ cõſtet, vel habẽtibus ſe per modũ duarũ, vlʒ altera mouente, immobili tamen, ⁊ altera que mouetur, nihil autem mouet ipſius per ſe mouẽtis. Quas quidem partes neceſſe eſt, inquit, vt vel vtraq; ſe mutuo tangãt, vel altera alterã. Hãc autẽ diſiũctionem adiecit propterea quod nõdũ hactenus meminit de primo motore, vtrum ſit ſimplex puruſq; et materie omnino expers: quod in fine libri docturꝰ eſt, id quod ⁊ Plato etiã docebat: obidq; ſalua illa ſententia, cum eſſent multi Philoſophi qui adſtruerent, omnem ſubſtantiam, etiam primum motorem habere materialem magnitudinem, loquit ſub diſiunctione. Etenim ſi tam mouens q̃ mobile, materialia ſunt, mutuo ſe contingũt, ſi vero mouens ſit immateriale et incorporeum, tanget quidem virtute ſua mobile materiatum, haud tamen viciſſim mobile attinget motorẽ. Sicuti intelligentia tangit celum, non autem cõuertitur [ſi igitur cõtinuum] colligit ergo que dicta ſunt, dicens ꝙ ſi id quod mouet ſit continuum, queadmodum id quod mouetur (quod de neceſſitate eſſe continuum probatum eſt in. b. textu. 32.) factum eſt iam manifeſtum, id quod ſeipſum mouet, nõ ideo ſeipſum mouere, q2 aliqua eiꝰ pars ſeipſam moueat: alias per accidens hoc conueniret toti, ſed totum eſt quod ſeipſum mouet, et quod eſt mouens, ⁊ motum. Tametſi hec tria predicata ratione diuerſarum partium conueniunt toti: dicitur enim mouens ratione partis mouentis immobilis, et motum, ratione partis mote, ſed mouere ſeipſum conuenit ei ratione ambarum ſimul: non enim (inquit) totum per ſe primo mouet, nec totum per ſe primo mouetur, ſed a ſolum mouet, ⁊.b. ſolum mouetur, c. autem non amplius mouetur ab ipſo. b, immo hoc non eſt poſſibile: ſi dederis illud quod eſt primum per ſe mouens, vt ſupra probatum eſt.

Dubitationem autem habet: ſi auferat aliquis aut ab ipſo.a, ſi continuũ eſt, id quod mouet quidem ſed immobile eſt, aut ipſo. b. quod mouetur, an reliquum vtiq; ipſius.a. mouebit, aut reliquum ipſius.b. mouebitur? ſi enim hoc: non vtiq; erit quæ primo mouetur à ſeipſa linea.a b. remota enim linea a b.a b: adhuc mouebit ſeipſam, reliqua.a b. An potentia quidem vtrunq; nihil prohibet, aut alterum id ſcilicet quod mouetur diuiſibile eſſe: actu autem indiuiſibile? ſi autem diuidatur: non vlterius eſſe eandem habens potentiã? quare nihil prohibet in iis quæ diuidi poſſunt: potentia primo ineſſe. Manifeſtum eſt igitur ex his: quòd eſt primũ mouens, immobile. Siue enĩ cõfeſtim id quod mouetur ab aliquo autem mouetur ſtet ad immobile primum, ſiue ad id quod mouetur quidem, ipſum autem ſeipſum mouens eſt & ſiſtens: vtroq; modo accidit vtiq; id quod primũ mouet in omnibus eſſe motis, immobile. Textus. xliiij.

¶Mouet aũt hoc poſtreõ tex. dubitationẽ hãc. Cũ ꝯtinuũ ſit diuiſibile in ſemp diuiſibilia vñ li. 6.tex. 6.tex.46. demonſtratũ eſt ꝙ non datur primum eſſe motus ratione temporis: quia dato quocũq; tempore motus antea fuit motus, nec ratiõe cõtinui, quia ante quamlibet partem mouetur alia minor, vt alteratione: et pariter in motu locali, dum continuũ tranſit per tranſuerſam lineã non datur pars que primo tranſiuit. Cum hec inquit Ariſto. vera ſint, videtur nõ dum eſſe conſtitutũ primum mouens ſeipſum. Enim vero eadẽ arte quadempta particula.c. reſidua puta. abeſt pus ſeipſum mouens, demã aliquid ab.a. parte mouente, ſi eſt diuiſibilis vel.a.b. mota que de neceſſitate eſt diuiſibis, ⁊ tunc de reſiduo exiſtit idem argumentũ, ꝙ ſit ſeipm mouens, ideoq; .a.b. non ſit primũ ſeipſum mouens. Et eadẽ ratione demptis particulis ab illo reſiduo, id qđ ſuper fuerit, erit ſeipm mouens: ⁊ ſic in infinitũ [An potentia quidem] Reſponſio conſiſtit in hoc ꝙ licet omne continuũ ſit potentia diuiſibile in ſemper diuiſibilia, tamẽ poteſt cõtigere, vt in ratione mouentis ⁊ in ratione mobilis deueniat ad aliq̃d quod non poſſit actu diuidi. In primis hoc patet vbi mouens ⁊ mobile eſſent incorruptibilia, ſicut ſi dares animã vel intelligentiã eſſe primã partem mouentẽ, et ſol vel aliud aſtrum, primã motã. Et preterea in caducis ⁊ corruptibilibus põt deueniri ad minima ſub quibus poteſt cõſeruari, tam virtus motrix, q̃ ratio mobilis, vti ait Cõmentator: nã datur minimus ignis, ⁊ minima pars materie que põt calorem recipere. Et in ſerpẽtibus, ſectilibus, ſic nominatis eo quod inciſi viuũt, id cõperitur, quod dabitur tam parua pars anime viuentis, vt ſub minore quãtitate non poſſit vita ſeruari. Quare nihil vetat, hac ratione ſignari primum ſeipm mouẽs. [Manifeſtum eſt igitur.] colligit ergo concluſionẽ ab initio propoſitã videlicet quod vtrauis procedas via, ſiue aſcẽdendo ſtatim ad primũ mouens immobile, que eſt via Ariſtotelica, ſiue aſcendẽdo ad primũ ſeipm mouens, que erat Platonica, vel vulgaris neceſſe eſt tandem deuenire ad primum motorem immobilem.

## DE PERPETVITATE ET primi motoris & primi motus.

## CAPVT. VI.

Tex.xlv. QVONIAM autẽ oportet motum ſemper eſſe, & non intermitti: neceſſariũ eſt eſſe aliquid perpetuũ quod primum mouet ſiue vnũ ſit ſiue plura, & primum mouens immobile eſſe.

¶Poſtquam conſtituit de primo motore, immobilem eſſe, proſequitur in hoc capite alterã eius naturam, puta perpetuitatẽ demonſtrare ac ſimul vnitatẽ, idq; duabus vijs: prima vſq; ad tex. 49. et deinde altera. At q2 per hoc quoq; firmius ſtabilitur eius immobilitas, vtrũq; proponit neceſſariũ in hec tex. 45. ſcʒ ⁊ primũ motorẽ ꝑpetuũ eſſe, ſiue vnum ſit ſiue plura, adq; idẽ immobile. Et vtriq; eandẽ tribuit neceſſitatẽ: ex eo enim inquit ꝙ in prioribus duobus capitulis cõcluſſum eſt, oportere motũ ſemper eſſe abſq; principio et fine, fit neceſſariũ vt detur primũ mouẽs, tũ perpetuum, tum etiã immobile: nam etiã ſi eſſet ſeipſum mouens, in eſſe illi oporteret (vt demonſtratum eſt) partem mouentem immobilem.

Vnum quodq; igitur immobilium quidem non autem mouentium, perpetuum eſſe: nihil ad præſentem ſermonem. Quod autem neceſſarium eſt eſſe aliquid quod ſemper immobile quidem ipſum ſit omni extranea mutatione & ſimpliciter & ſecundum accidens, motiuum autẽ alterius: manifeſtum eſt cõſiderantibus ſic. Sit autẽ ſiquis velit: in quibuſdã contingens, vt ſit aliquãdo & non ſit ſine generatione & corruptione. fortaſsis enim neceſſarium eſt, ſi quid impers aliquãdo quidem eſt, aliquando autem non eſt: ſine mutatione aliquando quidem eſſe, aliquando autem non eſſe omne tale. Et principiorũ immobilium quidem motiuorum autem quedã aliquãdo quidem eſſe aliquando autem non eſſe: contingat & hoc. Sed nequaquã omnia quidem poſsibile eſt. Manifeſtum enim eſt: ꝙ cauſa quædam ijs quæ ipſa ſeipſa mouent, ineſt vt aliquando quidẽ ſint aliquando autem non ſint. ipſum enim ſeipſum mouens omne, neceſſe eſt magnitudinem habere: ſi nihil mouetur impers. Id autem quod mouet: nulla neceſsitate eſt ex dictis. Vt igitur alia quidẽ generentur, alia vero corrumpantur, & hoc ſit cõtinue: nulla cauſa eſt, immobilium quidem, non ſemper autem exiſtentium. Neq; eorum quæ ſemper quidem hæc mouẽt, his autem alia. Ipſius enĩ quod ſemper eſt, & continui: neq; vnumquodq; ipſorum cauſa eſt, neq; omnia; Nam ſic ſe habere: perpetuum & ex neceſsitate eſt. Omnia autem, infinita: & non ſimul omnia ſunt. Tex. xlvj.

¶At quoniam a Peripateticorũ ingenio alieniſſimum eſt, queſtiones permiſcere ⁊ cõfundere, ⁊ animalia omnia ſeipſa mouent, in quibus anima eſt pars illa mouens per ſe immobilis, ⁊ fuit Pythagoricorũ opinio (vt extat. 1. de anima) vniuerſas animarũ ſpecies, eſſe perpetuas, abſtinet modo ab hac diſputatione, dicens, ꝙ vnumquodq; immobilium mouentiũ puta animarũ, perpetuũ eſſe, nihil ad preſentem ſermonẽ: quãuis ſola rationalis ſit perpetua. Appellat iã hinc animas, mouentia immobilia ſecundũ propria opinionẽ, contra Platonẽ: qui dicebat eas a ſeipſis per ſe proprie mouerı: vt ſuper tex. 34. explicuimꝰ. Sed tamen hoc tantũ conſtituere vult in ſingulari, ꝙ ſit aliquid ſemper immobile omni extranea mutatione. Quod adiecit ne excluderet internam operationẽ intellectus anime, que dum mouet corpus, intelligit: ⁊ ideo quodã modo patitur vt habetur. 3. de anima: licet non ſit proprie motus: id quod ⁊ intelligentijs preterea conuenit, et citra fidem noſtrã opinari quis poterat cõgruere prime cauſſe de qua nihil in ſuperioribus definiuit. Sed ait, immobile, ⁊ ſimpliciter ⁊ ſecundũ accidens, ad ſignificandũ primum motorem, altioris eſſe nature et multo magis a materia abſtracte, q̃ animã, nam hec licet per ſe ſit immobilis, mouetur tamẽ ad motum corporis per accidẽs: primus autẽ motor nec per ſe nec ꝑ accidẽs mouetur illo motu quo mouet corpora [Sit autem ſi quis velit] Hic anteq; ingrediatur veram legitimamq;

mamq; rationem refutat aliã, qua forſan antiqui vtebantur ad ratiocinandũ perpetuitatẽ primi motoris, que tamen non eſt concludens. Arguebant enim ſic fortaſſe ab immobilitate ad perpetuitatem. Nihil ingenerabile et incorruptibile poteſt quandoq; eſſe, ⁊ quandoq; non eſſe: omne mouens immobile eſt ingenerabile ⁊ incorruptibile: ergo non põt quandoq; eſſe ⁊ quandoq; non eſſe: eſtq; ideo perpetuum. At vero maior eſt falſa, ſi intelligatur de ingenerabili ⁊ incorruptibili per ſe, nam indiuiſibilia puncta non per ſe generantur aut corrũpuntur, quia neq; per ſe ſunt: imo nõ generatur niſi cõpoſitum, vt habetur .7. meta. cetera vero cõgenerantur, ⁊ idcirco abſq; gñatione per ſe conuenit illis qñq; eſſe ⁊ qñq; nõ eſſe. [Et principiorũ] Pari ergo ratione concedit principiorum immobiliũ, mouentium tamen, vt pote animarũ aliquas quandoq; eſſe et quãdoq; non eſſe: atq; adeo neq; eſſe perpetuas (excepta rationali in futurum) ꝗq; ſint per ſe ingenerabiles ⁊ incorruptibiles: ſi quidẽ non generãtur per ſe niſi homo ⁊ equus, ſed anima eſt id quo generatur. Attamen ꝙ omnia immobilia mouentia quandoq; ſint, quandoq; nõ ſint, hoc eſt impoſſibile. Animaduerte quã ſe acute inſinuat ad celeſtes motores omnino ſeparatos, vt qui non ſunt actus cõiuncti corporibus: hos enim oſtendere pergit, oẽs eſſe perpetuos. [Manifeſtũ enim eſt] Prima ergo via demõſtrandi ꝑpetuitatẽ primi motoris initur ex perpetuitate curſus generationum. Aſſumit enim conceſſionẽ ꝙ ſint quedã mouentia ſeipſa: vt ſũt aĩalia, ex quo fit vt in illis ſit aliqua magnitudo: nam quicquid mouetur, eſt partibile, vt ex lib. 6. identidem inculcat: quãuis id, inquit, quod mouet, non ex neceſſitate ſit partibile, vt patet ex dictis de anima. Omne autem partibile, ſi ſit compoſitum, eſt generabile ⁊ corruptibile, fit ergo vt talia ſeipſa mouentia aliqñ ſint ⁊ aliquãdo non ſint per generationem ⁊ corruptionem. Eſt ergo Syllogiſmus talis. Huius quod eſt, aliquando eſſe et aliquando non eſſe, idq; nunq; deficere ſed per continuas generationes ⁊ corruptiones perpetuari, aliqua eſt cauſa: nã nihil in natura fit ſine cauſa: alias fieret a caſu: eius autem cauſa non põt eſſe aliquid illorum immobiliũ non ſemper exiſtentium, puta aliqua anima: quia temporariũ nequit eſſe perpetuitatis cauſa: neq; vero rationalis, anima quia licet ſit in futurum perpetua, non tamẽ in preteritum: ergo confitenda eſt aliqua cauſa perpetua eiuſmodi viciſſitudinis. Minorem ſubdit illic [vt igitur] Quod autem ſequit. Neq; eorũ que ſemp ⁊c. in vniuerſis tranſlationibus, quas viderim, corruptum eſt. Habent enĩ Nec rurſus: eorũ que ſemper quidem hec mouent, horũ autẽ alia. Quod nullatenus eſt intelligibile. Sʒ tamẽ ambiguus caſus grecus fuit illis cauſa vertendi per genitiuum horum id quod vertendũ erat per ablatiuũ his Eſt enim ſenſus. Nec aliquid eorum que mouent hec, his autem, id eſt, per hec alia. At duo nihilominus ſenſus tribuuntur huic litere. Aliqui enim, vt Nimphus, ſentiunt literam hanc de celis: vt velit Ariſto. dicere, ꝙ neq; aliquid immobilium quandoq; non exiſtentiũ, vt puta animarum, neq; rurſus aliquid eorũ (nimirum intelligentiarũ) que mouent corpora celeſtia ⁊ per illa hec inferiora, poteſt eſſe cauſa perpetuitatis generationis. At vero nulla hic intelligentiarũ videtur in mentẽ veniſſe Ariſto. nam ille perpetue ſunt apud ipſum, vult igitur hic prorſus oſtendere (vt colligitur ex ſubiuncta ſtatim ratione) ꝙ nulla cauſa eorũ, que oriuntur ⁊ occidunt poteſt eſſe cauſa illius perpetuitatis generatione. Commentator ergo legit expoſitorie ſcilicet ꝙ nullũ immobiliũ aliquando non exiſtentium, vt pote animarum: eſt cauſa perpetuo ſucceſſionis, per hoc ꝙ vnũ ꝑducat aliud, ⁊ aliud aliud. Sed hũc ſenſum nullo modo fert greca lectio. Senſus igitur planiſſimus eſt per negationẽ prius animarum, deinde totius generis formarũ cauſarũq; generabiliũ ⁊ corruptibiliũ. Quaſi dicat. Cauſa illius perpetue ſucceſſiõis nec eſt aliquid immobilium, puta animarũ, que ſunt partes mouentes, ſuo gradu immobiles, nec vero aliquid eorũ que mouent hec, et per hec alia: hoc eſt neq; formarũ omnino aliqua corruptibiliũ, neq; ſuppoſitorum vllũ, vt ignis, qui generat alterũ ignẽ, per quem rurſus generat aliũ. [ipſius enim] Probat eandẽ minorẽ ſic. Ipſius quod ſemper eſt ⁊ continuum, nõ põt eſſe cauſa aliqua temporaria, neq; oẽs ſimul collectim: influxus autẽ generationũ, perpetuus eſt ⁊ neceſſarius: ergo cauſe corruptibiles non ſunt cauſe illius. Probat maiorẽ: nã qd vnum ſeorſum eorũ non poſſit eſſe cauſa, manifeſtum eſt, cum illa cauſa corrupta, poſt durat generationis curſus: ſed ꝙ neq; oẽs ſimul, patet duplici doctiſſimo verbo ſic. Cauſe per ſe alicuius rei, ſi conſtat ex pluribus cauſis, nec debent eſſe infinite: alias non ſequeretur motus (vt probatũ eſt tex. 34.) ⁊ preterea debent eſſe ſimul alias non eſſent ex ſe cauſe, quando quidẽ aliqua deficiẽte, relique nihilo ſecius agunt quãuis poſſit precedens diſponere ad effectũ ſubſequentis, vt vſu fit in guttis perforantibus lapidẽ: iſte cauſe corruptibiles, quia ſecundũ Ariſto. non habuerunt principiũ, fuerunt infinite, neq; vero ſunt ſimul, ſed dillabũtur curriculo temporis, ergo nõ ſunt per ſe cauſe talis perpetuitatis: ob idq; indaganda eſt alia perpes, perpetuoq; mouens.

Manifeſtum eſt igitur ꝙ quãuis decies milies aliqua principia immobilium quidem mouentiũ autem, & multa eorum quæ ipſa ſeipſa mouent corrumpantur, alia vero inſuper generentur, & hoc quidem immobile exiſtens hoc mouet, alterum autẽ, hoc: at nihilominus aliquid eſſe quod continet. Et hoc præter vnũ quodq; eſſe id quod eſt: cauſa vt alia quidem ſint alia vero non, & continuæ mutationis. Et hoc quidem, his hæc autem alijs, cauſa motus ſint, — Textus. xlvij.

¶ Confirmat ergo in tex. 47. apertius prehabitã rationem, dicens, ꝙ quãuis decies milies (accipit finitum numerum pro infinito) aliqua principia immobiliũ mouentiũ. nimirũ animarum, et multa eorũ que ſeipſa mouent, ſcʒ, aĩalia, corrũpantur: ⁊ eorũ loco generent ſubrogẽturq; alia: ⁊ inter hec, hoc qdẽ immobile exiſtens, puta hec aĩa moueat hoc animal, et hoc alterũ: id eſt alia cauſa moueat alterum mobile, ita vt ſingulis mobilium ſingule adſcribantur mouentes forme et cauſe, hoc non ſufficit ad ꝑpetuitatẽ gñationis: eo ꝙ cauſe huius modi claſſis ſuccũbunt et deficiunt, ſeries autẽ generationũ perpetuo eſt per-

manſura.



manſura. Sed aliud eſt horũ prima cauſa, cui nimirum hec omnia competãt. (Virtutes primi motoris.) Primũ vt ſuprema ſua virtute caducas has cauſas cõtineat. Secũdo vt ſit preter hec inferiora, id quod eſt, hoc eſt ſtabile ⁊ firmũ ⁊ nunq; caſſurum principium, propterea enĩ ſubſtantia dicitur id quod eſt, q2 omnia ſuſtinet. Et tertio ſit cauſa, vt alia diſſoluantur et pereant, alia vero ſubſtituantur ſufficianturq; illis ad perpetuandã ſpeciẽ, ne interrumpatur. Et quarto deniq; ijs atq; alijs, nempe diffluentibus ac ſibi ſuccedẽtibus particularibus cauſis cauſa ſit vniuerſalis motus: hoc eſt fons ſit et origo vnde virtutes he inferiores motrices deriuentur. Ac ſi dicat Nunq; hoc mixtum aliud gigneret, qd poſt ſe relinqueret, niſi a cauſa perpetua, cui negotium perpetuitatis competit, talem virtutem ſuſciperet.

Textus. xlviij. Si igitur perpetuus motus eſt perpetuum erit & mouens primum ſi vnum eſt. Sin vero plura: plura perpetua. Vnum autem magis quam multa: & finita quã infinita oportet exiſtimare. eiſdẽ enim accidentibus: ſemper finita magis accipere oportet. in ijs enim quæ natura ſunt: oportet finitum, & id quod melius eſt, ſi contingat, eſſe magis. Sufficiens autem eſt, etiam ſi vnum: quod cũ primum in mobilium perpetuũ ſit, erit alijs principium motus.

¶ In hoc vtiq; text. 43. quoniã propoſuerat in. 45. ex perpetuitate motus, que neceſſaria eſt ꝑpter perpetuam generationũ ſeriem, inferre a poſteriori neceſſitate vnius primi ſempiterniq; motoris, concludit eandẽ concluſionẽ cum eadem ratione, dicẽs ꝙ ſi perpetuus eſt motus, neceſſum eſt, vt perpetuũ ſit mouens primũ quidem ſi vnũ eſt: ſin vero plura, ꝙ oĩa ſint perpetua. Sed animaduerte ꝙ intelligit de ſingulari motu celi, de quo vſq; ad text. 49. nihil meminit: ſed in genere ſicut dixerat tex. 45. quoniã oportet motũ eſſe [vnum aũt] De vnitate quidẽ primi motoris non erat hic proprius locus dicendi, ſed. 12. meta. tex. 49. ⁊. 1. de celo. text. 90. (De vnitate primi motoris.) internectit nihilominus hic obiter aſſertionẽ hanc, quã duabus ratiunculis confirmat. Prima eſt Peripateticis genuina. Fruſtra fit per plura ⁊c. Ait ergo ꝙ ſi vnum poſſit ſufficere, vnum potius aſſerendum eſt, ꝗ multa: ꝙ ſi multa ſunt neceſſaria, magis conſentaneum eſt, finita exiſtimare, ꝗ infinita. Eiſdẽ enim accidentibus: hoc eſt ſi indifferens eſt ijdemq; effectus cõtingunt, magis accipere ⁊ confiteri oportet finita, ꝗ infinita: quia hoc melius eſt. Etenim ſi infinitum accipias ex parte forme ⁊ actus, puta infinitam virtutem vnitam in vno, quẽadmodum deus infinita virtute poſſet, multo id preſtãtius eſt, ꝗ finitum. Et de hoc infinito hic loquit Ariſt. ſi autem accipias infinitum ex cauſa materie, vel quaſi materie, puta infinitum numerum, imperfectionẽ dicit, puta carentiam termini qui eſt velut rei forma. Atq; id maxime in cauſis eſt impoſſibile: nam tunc, vt probatum eſt, nunquã inciperet motus. Eadem ratiõe cum pluralitas ad vnitatem per ſe reducatur, vnum ſupremum confiteri oportet, quod cum ſit primum omnium immobilium, perpetuum ſit, ⁊ aliorũ principium: a quo ⁊ intelligentie quoq; ipſe, quãuis (ſecundũ Ariſtotelem) ſint eterne, nihilominus (ſecundũ eundem dependeant.

Manifeſtũ autem eſt ex his: ꝙ neceſſe eſt eſſe aliquid vnum, & perpetuum primum mouens. Oſtenſum eſt enim: ꝙ neceſſe eſt, ſemper motum eſſe. Si vero ſemper: neceſſe eſt & continuum eſſe. Etenim quod ſemper eſt: cõtinuum eſt. Quod autem conſequenter eſt: non eſt continuum. At vero ſi continuus eſt: vnus eſt. Vnus autem: ſi & ab vno mouente, & vnius ſit quod mouetur. Si enim quiddam aliud & aliud mouebit: non continuus totus motus, ſed conſequenter erit. — Tex. xlix.

¶ Subdit vnitatis eiuſdem ſecundã rationẽ Syllogiſmus eſt hic Oſtenſum eſt in ſuperioribus, motũ ſemper eſſe: ſi aũt ſemper eſt, neceſſe eſt et continuũ eſſe: nam ſi motus nõ eſt cõtinuus, ſed ſit fluxus tantũ diuerſorum motuũ, non erit ſempiternus, ſed cõſequenter ſe habens, atq; deinceps ticius puta vnus poſt alium: quod autẽ ſic ſe habet, non eſt neceſſe eſſe ſemper: quoniam intercidit ergo id quod eſt ſemper, opus eſt eſſe continuũ. In. 5. enĩ lib. diſtincte ſunt tres differẽtie quantitatis: ſcilicet cõtinue, contigue, ⁊ conſequenter ſe habentis: ⁊ idem eſt de motu, qui fit in tẽpore. Locus hic fauere videtur Cõmentatori, qui (vt in exordio lib. 1. annotauimus) opinat illic cõſtituere Ariſto. vnum ſingularem motum ſempiternũ. (Fauet cõmẽtator.) Ait ſiquidẽ hic oſtenſum eſt, ſemper motum eſſe: ⁊ ſi eſt ſemper fit ⁊ continuũ eſſe, atq; adeo vnũ: hoc autẽ nullibi videtur oſtenſum, ꝗ in prioribus duobus capitulis. Ad dicendum eſt nihilominus, quod phraſis ipſa teſtatur non eſſe oſtenſum, niſi in genere quod ſemper fuerit vnꝰ aut alter motus. Sed tamẽ ꝗuis ſint qui exiſtiment, nullã hic ſub inferri mentionẽ vnius ſingularis motus perpetui, qualis in celo eſt: arbitrãtes in tex. 53. ſermonẽ illius inchoari (cuius opinionis eſt illic. San. Tho.) nihilominus iudicio meo manifeſte fit hic deſcenſus a motu in genere ad ſingularẽ perpetuũ, vt ex vno eliciat alterũ indeq; aſcendat ad demonſtrandã perpetuitatẽ primi motoris. Sic enim palã arguit oſtẽſum eſt ꝙ neceſſe eſt ſemper motũ eſſe: videlicet in genere. Si vero ſemper, neceſſe eſt ⁊ continuũ eſſe. Nõ intelligas eundẽ ipſum quẽ oſtenſum eſt ſemper eſſe: ſed nititur conſequentia cuidam ſententie, quã infra profert tex. 56. ſcilicet, ꝙ motum, continue eſſe, cõtingit dupliciter: vno modo vt infiniti cõſequenter ſe habeant: ⁊ hic pacto non eſt proprie ſempiternus: motus eo quod interrũpitur. Altero modo, vt ſit vnus continuus: et hic proprie eſt ſempiternus. Intendit ergo hic docere ꝙ id quod improprie eſt ſempiternũ per ſucceſſionem pluriũ, neceſſe eſt reduci ad vnũ motum qui ſit proprie ſempiternus: nã quod imperfecte eſt tale, reducitur ad perfectũ ex quo pendet. Et hic ſenſus maxime cõfirmatur: quia profecto in toto hoc libro nõ eſt proprior locus in quo demõſtretur motus ſempiternus continuus, ꝗ hic: vt tex. 53. ⁊. 54. apertius monſtrabimus. Arguit igitur ꝙ cũ oſtenſum ſit ſemper motũ eſſe, fit vt ſit aſſignandus vnus motus cõtinuus: nã quod ſemper eſt, ſcilicet proprie, continuũ eſt. Etenĩ quod conſequenter eſt, licet ſit quodammodo ſemper non eſt continuũ, ſed eſt deinceps ⁊ cõtiguũ per interciſas partes: quod idcirco referri ſuperius

oportet

oportet in motum proprie ſempiternum.

Textus .l. ❧ Ex his igitur crediderit aliquis eſſe quid primum immobile: & rurſus cum reſpexerit ad principia mouentiũ. Eſſe igitur quædam entium quæ aliquando quidem mouentur, aliquando vero quieſcunt: manifeſtum eſt. Et per hoc fuit manifeſtum: ꝙ neq; omnia mouentur neq; omnia quieſcunt, neq; alia quidem ſemper quieſcunt alia vero ſemper mouentur. Quæ nãq; ad amba prona ſunt & potentiam habent vt aliquando quidem moueantur, aliquando vero quieſcant: demonſtrant de ipſis. Quoniam autem huiuſcemodi, omnibus ſunt manifeſta, volumus autem demonſtrare & duorum vtrãq; naturam, ꝙ ſunt alia quidẽ ſemper immobilia, alia autem quę ſemper mouẽtur, procedentes autem ad hoc & ponentes omne quod mouetur ab aliquo moueri, & hoc eſſe aut immobile aut quod mouetur, & quod mouetur aut à ſeipſo aut ab alio ſemper: proceſſimus vt accipiamus quod eorũ quæ mouẽtur eſt principiũ. Eorum quidẽ quæ mouentur, id quod ipſum ſeipſum mouet. omnium autem: id quod immobile eſt. Videmus autẽ & manifeſte eſſe eiuſcemodi: quæ mouent ipſa ſeipſa: vt animatorum & animalium genus. Hæc igitur & opinionem præbebant: ne forte contingat motũ fieri, cum nõ eſſet omnino. Propterea: ꝙ nos in his videmus hoc cõtingere. Immobilia enim cum ſint aliquando: mouentur rurſus vt videtur.

¶ Poſt priorem locum probandi perpetuitatem primi motoris ex ꝑpetuitate viciſſitudinis generationum & corruptionum, commigrat ad ſecundum, qui ſumitur ex natura principiorũ mouentium animalia, puta animæ, que ſuo gradu ſunt mouentia immobilia. At qm̃ c.3. duo hec propoſuerat demonſtranda, que ſunt immobilitas primi motoris, et eternitas primi motus, que quidẽ iam iam concludere properat, particionem prope modum repetit illic prefatam. Reſumit inq̃ manifeſtũ eſſe & ſenſibus peruium, exiſtere entium quedã que ad vtrũq; potentiam habent nimirum vt quandoq; moueãtur, quandoq; vero quieſcãt: & per hoc iam fuit exploſa Heracliti opinio, ꝙ omnia ſemper mouẽtur, atq; altera Zenonis ꝙ alia ſemper quieſcũt, alia vero ſemper mouentur. Hec enim tria membra vno experimẽto refutantur, earũ rerum que prone ſunt & propenſe, vt aliquãdo quidẽ moueantur, aliquãdo vero quieſcant. Hec igitur, inquit, cũ ſint omnibus in propatulo, alia duo (tex.27. propoſita) nobis reſtant demonſtranda: nempe ꝙ ſint alia quidem ſemper mobilia, vt celi, alia vero ſemper immobilia, vt intelligẽtie, ac potiſſimum prima cauſa: vt rerum vniuerſitas in tria pateat diſpertita, in hec nimirũ duo ſublimium genera, & tertium ſublunarium mixtorũ, que viciſſitudini motus & quietis obnoxia ſunt [Procedentes autẽ] Recolit deinde proceſſum, quo in huiuſmodi demonſtrandis progreſſum eſt: nam ſuppoſito illo fundamẽto, omne qđ mouetur ab aliquo mouetur, atq; id preterea a quo res mouetur aut immobile eſſe, aut quod mouetur, & tertio id ꝙ mouetur aut a ſeipſo moueri, aut ab alio, inde, inq̃t, proceſſimus vt acciperemus principiũ eorũ que mouentur: atq; id quidẽ duplex nam in ordine eorum quedã mouent mouentur, conſcendimus vſq; ad vnũ quod mouet non motum ab alio, ſed a ſeipſo: in ordine vero mouentiũ ſimpliciter ſtatuere conamur vnum ſummũ principium immobile, quod ſit omniũ caput, ſupremaq; cauſa, etiã eorum que ſeipſa mouent. Hic videtur affirmare primũ mobile mouere ſeipſum, ad quod reducitur ordo eorũ que mota mouent. ſed de hoc. q.3. Nam exemplũ mouentiũ ſeipſa ſolum ponit in animalibus, ſicuti in tex.20. Hac habita repetitione deſcendit ad propoſitũ, dicens [videmus autẽ] Hoc eſt oculata experiẽtia cõperimus, eſſe aliqua que ſeipſa mouent, vt genus animaliũ. Et hinc, inquit, ſumebatur ſupra, puta tex.20. argumentũ, motũ in orbe toto aliquando incepiſſe, per quod argumentũ videtur corruere id quod modo conitimur ſtatuere, puta tam primum motorẽ eſſe perpetuũ, q̃ p̃mũ motũ. Argumẽtum autẽ ſumebatur a ſimili, ꝙ ſi in animali & preſertim in homine hoc vſu venit, vt moueri incipiat cum antea quieuerit, cur non idẽ & de vniuerſo orbe confiteamur?

❧ Hoc autem oportet accipere ꝙ ſecundũ vnũ motum ipſa mouent, & ꝙ ſecundũ hunc non proprie. Non eñ ex ipſis eſt cauſa: ſed inſunt alij motus naturales animalibus, ſecundũ quos non mouentur per ſeipſa. Vt augmentatio, diminutio reſpiratio: quibus mouetur animaliũ vnũ quodq; cum quieſcit: & non mouetur ſecundũ eum motum qui eſt à ſeipſo. Horum autem cauſa eſt: continens, & multa ingredientiũ. Vt quorundam alimentum. Nam dum concoquitur, dormiũt: dum autẽ diſgregatur, excitantur & mouẽt ſeipſa, cum primũ principiũ ab externo ſit. Quapropter: non ſemper mouentur continue à ſeipſis. Aliud enim eſt mouens ipſum quod mouetur & mutatur: ad vnum quodq; mouentiũ ſeipſa. In omnibus autẽ his mouetur primus mouẽs: & cauſa eſt vt ipſum ſeipſum moueat à ſeipſo, ſecundũ accidẽs tamen. Mutat enim locũ: corpus. Quare & quod in corpore exiſtit, & vectis motione, mouet ſeipſum. Tex.lj.

¶ Obiecto igitur argumento in contrariũ diſſoluit ipſum in tex.51. que quidem ſolutio, probatio eſt deſtinate concluſionis. Ait ergo quod ad diluendam hanc obiectionẽ, premonendi ſumus hic ſuppoſitionis illic facte, videlicet ꝙ proprius motus animaliũ, quo ſcilicet a rebus ceteris diſcernuntur, eſt motus localis, vt dictũ eſt text.20. veluti progreſſiuus & alij aliorũ membrorum, hic enim tum appetentia excitatur, tum etiã volũtatis imperiũ ſubit, quorũ alterũ eſt animalibus proprium, alterũ vero homini. Sed tamẽ hic nihilo ſecius nõ omnino proprie tribuitur animali, hoc eſt non ita enaſcitur a principio interno animalis, vt non alij extrarij ab obiectis ſenſuum antecedant, quibus forinſecus animal prius immutatur, q̃ ſeipſum hoc motu cieat. Et hoc eſt quod ſubdit. Non eñ ex ipſis eſt cauſa. At vero (vt illic partim admonuit Ariſto. & hic apertius edocet) ſunt et alij preterea motus naturales animaliũ, ſecundum quos non mouentur per ſeipſa: vt augmentatio, diminutio, reſpiratio, quibus animal incipit nonnunq; de nouo moueri, licet non a ſeipſo: q2 non eſt in ſua poteſtate illis moueri dum vult, niſi aduẽtãtibus extrinſecus prioribus cauſis. vt aere ad reſpirandũ, aut calore aut frigore, que omnia prouenĩũt a continenti puta et a celo et ab aere. Et preterea miniſtrato alimẽto, quod dum cõcoquitur (vt comento.20. exponebamus) ad funiculos cõſcendentes, cerebrum ac torpore afficientes ſenſoria organa cauſa fit ſomni ſed perfecta tamen digeſtione, et per venas diſtrato alimento, redit vigilia, atq; adeo localis motus, qui fit ab intrinſeco per appetitũ: cuius tamẽ primum principiũ fuit extrinſecus. [Quapropter.] Confirmat eandẽ aſſumptã propoſitionem nimirum predictum motũ localẽ, nõ eſſe omnino proprium animaliũ: nam ſi a ſeipſis omnino mouerẽtur, continue quidem ſine ceſſatione mouerentur: at vero non ita fit, ſed fit frequenter pauſatio propter mouẽs extrinſecũ, puta aerem qui dum mouet mouetur: nam calefactus aer calefacit animal, & infrigidatus infrigidat &c. quibus alterationibus varie afficit, inficitq; animal, vt modo benigna ſit nutritio, modo maligna: cuiꝰ vtiq; gratia languidum animal nõ perinde ſe mouet, ac dum eſt firmum. [In omnibus autem his] Cõfirmat varietatem motuum animaliũ, & docet huiuſmodi motus non eſſe in illis perpetuos ex eo quod nõ modo circũſtantia mouẽtia extrinſeca non mouent niſi mota, verum neq; anima: quippe que dum corpus mouet, mouetur et ipſa non quidem per ſe, at per accidens ad motum corporis, rationalis ſcilicet, motu locali, relique vero que educuntur de potentia materie, motu etiam augmẽtationis, anime potiſſime ſerpentũ, qui viuunt inciſi: que quidẽ anime citra controuerſiam ſectiles ſunt & augmenti decremẽtiq; capaces. Subiungit exemplum vectis, qui motus ab alio mouet lapidem, ad cuius motum per accidens & ipſe mouetur. Cũ ait motũ animali intercipi, nec eſſe continuũ, haud ſic abſolute intelligas, vt actio calidi in humidũ, in quo vita conſiſtit ceſſare, niſi per mortem, poſſit. Sed loquitur de alijs motibus.

Tex.lij. ❧ Ex quibus credere licet, ꝙ ſi quid eſt immobilium quidẽ, mouentium autem, & ipſorum quæ mouentur ſecundũ accidens: impoſſibile eſt continuo motu mouere. Quare ſi neceſſe eſt quidem continue eſſe motum: eſſe quid oportet primum mouens immobile, & non ſecundum accidens, ſi futurum eſt (vt diximus in ijs quæ ſunt vt ſit inceſſabilis quidã & immortalis motus, & manere ens ipſum in ſeipſo & in eodem. Principio enim manente: neceſſe eſt & omne manere continuum exiſtens ad principium. Non eſt autem idem: moueri ſecundum accidens a ſeipſo, & ab altero, moueri enim ab alio: & eorũ quæ ſunt in cœlo quibuſdam principijs in eſt quæ ſecundum plures ferũtur lationes. Alterũ autẽ corruptibilibus ſolũ.

¶ Hac prehabita ſuperiorũ recapitulatione, probat perpetuitatem, in hoc quidem text.52. primi motoris, & in ſequenti, primi motus. Ait ergo per hec que dicta ſunt confectum eſſe, vt cum immobilia mouentia, puta anime, moueãtur ſecundũ accidens, impoſſibile ſit eorum quippiã eſſe cauſa vt cõtinuo ſit motus: nam quod eſt mobile, nõ ſemper eodem modo ſe habet, et ideo nequit eſſe cauſa continuitatis motus. Eo preſertim cũ anime moueantur per accidẽs ad motum corporis caduci et quod laſſitudine poteſt ſuccũbere. Fit igitur vt ſi neceſſe ſit continuũ eſſe motum, oporteat ſubinde & primũ eſſe mouens immobile omnino, tam per accidens: q̃ per ſe: at monſtratum iam eſt in ſuperioribus, in his que ſunt: id eſt in partibus vniuerſi inceſſabilem quendã & immortalem motum eſſe, & manere ens ipſum, puta totum vniuerſum in ipſo & in eodem, puta in ſua figura, ſtatu, ordine et modo. Subticet concluſionem, quã tu ſupple; ergo neceſſe eſt exiſtere vnũ immobile, idemq; perpetuum principium. Et ratio conſequẽtie eſt, ꝙ totũ vniuerſum nunq; per labiles cauſas et tranſitorias perpetuo manere valeret niſi vno principio eternum permanente, ad quod vniuerſum ipſum ab illo dependens, referretur. [Nõ eſt autẽ] Satiſfacit obiectioni, que illico ſe offerebat. Dixerat enim, propterea nullam animarũ exiſtere cauſam perpetui motus ꝙ ſit & ipſa per accidens mobilis, contrarium autẽ videtur contingere motoribus Planetarũ quippe qui perpetuo, continuoq; motu circum volũt ſuos orbes ab occidente in orientem ſuper ſuos ipſorum polos, non obſtante ꝙ per accidens moueantur ad motũ primi mobilis contrario motu ab oriente in occidentẽ ſuper polos mundi. Reſpõdet ergo ꝙ cõmoueri quippiam per accidẽs, ſtat dupliciter: vno modo a ſeipſo: & hoc cõuenit animabus corruptibilium, anima enim mouendo corpus ſeipſam mouet, ſed alio modo contingit moueri per accidens, non a ſeipſo, ſed ab altero: & hoc inquit conuenit quibuſdam principijs eorum que ſunt in celo littera hec tamen, anceps eſt & explicatu neceſſaria, vtrum intelligat motores ipſos orbium per accidẽs moueri ab alio, an non niſi ſolos orbes. Alexander eñ & qui putant motores orbium eſſe coniunctos orbibus, veluti corporibus animas, aiunt & motores ipſos ſicuti aĩe circũferri ꝑ accidens circulatione orbis, et ita hic intelligũt Ariſtotelem. At tunc profecto nullũ eſſet diſcrimen hac parte inter animã & motorem celi: qm̃ motor mouendo orbẽ a ſeipſo per accidens moueretur. Cuius cõtrariũ ait Ariſto. Indubie ergo dicendũ eſt ꝙ Phyloſophus non ſenſit, motorem celi moueri per accidens ad motum ſui orbis: qm̃ non ineſt illi tanq; forma ſ3 eſt vno loco immobilis, vnde orbem mouet. Quare neq; ab oriente in occidentem, neq; econuerſo mouetur. veruntamen ait ꝙ improprie & per abuſum poſſet dici moueri per accidens ab altero, id eſt, ratiõe alterius, puta ſui orbis, quem mouet: qui quidem mouetur per ſe proprio motu, et per accidens motu primi mobilis: cũ tamen intelligentia ſit ſimpľr immobilis. Qua de cauſa perpetuo continuoq; motu & ſibi ſemper ſimili mouet.

❧ At vero ſi aliquid eſt ſemper huiuſmodi, mouens quidem, immobile autem & ipſum perpetuum: neceſſe eſt & ipſum primum quod ab hoc mouetur, perpetuum eſſe. Eſt autem hoc manifeſtum quidem: & ex eo ꝙ non aliter eſſet generatio & corruptio, & mutatio in alijs, niſi aliquid moueat id quod mouetur. Immobile enim: Tex.liij.

eodem

eodem & vno motu ſemper mouebit eodem modo, tanquã nihil ipſum mouetur ad id quod mouetur. Quod autẽ mouetur ab eo quidem quod mouetur, ab immobili autem mouetur iam propterea ꝙ aliter ac aliter ſe habet ad res ipſas, non eiuſdem motus erit cauſa. Sed propterea quod in contrarijs eſt locis aut ſpeciebus: contrarie pręſtabit vt moueatur vnũquodq; aliorum, & aliquando quidem quieſcat, aliquãdo autem moueatur. Manifeſtum igitur factum eſt ex dictis, & quod in principio dubitabamus: cur nam non omnia aut mouentur aut quieſcunt, aut alia quidem mouentur ſemper alia vero quieſcũt, ſed quædã aliquando autem non. Huius enĩ cauſa: manifeſta nunc eſt, ꝙ alia quidem ab immobili ſempiterno mouentur. Quapropter ſemper mutantur. Alia vero, ab eo quod mouetur & mutatur. Quare: & ipſa neceſſarium eſt mutari. Immobile autem, vt dictum eſt; tanquam ſimpliciter; & eodẽ modo, & in eodem permanens: ſecundum vnum & ſimplicem mouebit motum.

¶ In hoc. 53. tex. arbitratus eſt. S. Tho. Ariſtotelem mõſtrare perpetuitatẽ primi motus, obidq; reprobat Cõmentatorẽ dicentem, in ſuperiorib⁹ Ariſtotelem meminiſſe primi motus: nam tunc circulari vicioſaq; adeo demonſtratiõe vſus fuiſſet, dum in precedentibus per eternitatẽ primi motus demõſtraſſet eternitatem primi motoris: nunc vero conuerſim per eternitatem primi motoris demonſtrat eternitatẽ primi motus. At vero vt facile crediderim cõtra Cõmentatorem, in duobus primis capitulis nihil fuiſſe locutũ Ariſtotelem de primo motu, ſed de perpetuitate motus in genere, tamen in tex. 59. id, ni fallor, negari non poteſt. Et preterea in tex. proximo forſan, licet non ita clare eundẽ cõmemorauit per illa verba. At ſit inceſſabilis quidam et immortalis motus. Igitur ſi verum habet quod hic demonſtratur eternitas primi motus, dicendũ eſt ꝙ hactenus probauit a poſteriori per continuitatem primi motus eternitatem primi motoris, nunc vero a priori cõuertitur demonſtratio. Attamen aperte videtur Ariſtote. hic demonſtrare, non quidem perpetuitatem primi motus, ſed reuera primi mobilis, cuius hactenus nõ meminerat. Itaq; ex perpetuitate fluxus generationũ aſcendit ad primũ motum ſempiternum, indeq; ad primũ motorem, ⁊ iam nunc inde deſcendit ad primum mobile, vt rationem afferat tã perpetuitatis generationum, ꝗ varietatis ⁊ viciſſitudinis, vt aureo hoc circulo eo reuertatur vnde ꝓfectus eſt. Ait ergo ꝙ ſi vnum extat mouens immobile, ipſumq; perpetuũ, neceſſe eſt ⁊ ipſum primũ quod ab hoc mouet perpetuũ eſſe. Cuius ratio prima eſt, ⁊ ſi non prolata, quod vnicuiq; motori proportione reſpõdet ſuum mobile, cũ ergo primus motor ſit perpetuus, fit vt ſit etiam et primũ mobile. At vero ſubdit ſecundã rationem de media Philoſophia deprõptã: alias inquit ſi mouens illud primum immobile inferiora hec immediate moueret, ⁊ non per aliud ſempiternum mouens quod moueretur, non poſſet exhiberi ratio varietatis diuerſitatiſq;, tum temporũ, tum maxime rerum generabiliũ, que in diuerſis temporibus et climatibus procreantur, nã mouens immobile, cum ſemper eodẽ, ſibiq; ſimillimo ſe haberet modo, nunq̃ ex eiſdẽ elementis tantã rerũ diuerſitatem gigneret. [Quod aũt mouetur] Id eſt, cũ autẽ globus hic ſublunaris moueatur ab eo quidem qđ mouet ab immobili, puta moue a celo ꝙ mouet ab intelligẽtia, propterea, inquit, qđ celũ ipm, ⁊ potiſſimũ orbes planetaꝝ aliter atq; aliter ſe habent ad res ipſas inferiores contingit tanta earũ varietas, ac diuerſitas. Siquidẽ ꝓpter obliquũ motũ ſub Zodiaco, nunc ſol aliaq; aſtra appropinquant aliquibus climatibus, a quibus poſt elongantur, ⁊ ideo non eiuſdem prorſus motus ſunt ſemper cauſa: ſed propterea ꝙ ſol in contrarijs eſt locis, aut ſpeciebus, contrarie preſtabit, vt moueatur vnũ quodq; horum inferiorũ: et quandoq; quieſcãt, quandoq; autem moueãtur. Adiecit: [vel ſpeciebus] aut propterea ꝙ nondum huc vſq; definiuit, an celũ ſola latiõe localiter moueat, an vero influentia: aut propterea ꝙ cogitauit adijcere inter cauſas, etiam ad elementa nam ꝓpterea ꝙ aer motus mouet animal, fit vt quandoq; calefactus calefaciat, ⁊ aliquando infrigidatus infrigidet. [Manifeſtũ igitur] Cõcludit tandem id quod. c. 3. propoſuerat: nempe cur nam aut non omnia moueantur (vt dicebat Heraclitus) aut non omnia quieſcãt (vt docebat Zeno) Rurſus cur nõ oĩa diuidant tm̃ in duo, vt alia quidem ſemper mouẽtur, alia vero ſemper quieſcunt, ſed ſit mediũ quorundã que aliquando mouentur et aliqñ quieſcunt: huius nanq; poſtremi membri cauſa manifeſta nunc eſt per hãc proximam rationẽ. Enimuero qm̃ ſunt alia duo genera rerum, alterũ quod mouet ſemper immobile, alterũ quod ſemper ab eodẽ immobili mouetur: hac quippe de cauſa illa que mouẽtur ab immobili ſempiterno, vt celi, ſemper vno ſimplici motu mouẽtur propter ſimplicitatẽ primi mouẽtis: alijs vero, puta his inferioribus, q̃ mouẽnt ab eo qđ mutatur, vt pote a celeſti corpore quod mutatur per acceſſum et receſſum, contingit diuerſitas, vt aliqñ moueantur, aliquãdo vero quieſcant. Immobile autem (vt dictũ eſt) ſcilicet primũ mouens, ſimpliciter ⁊ eodẽ modo permanẽs, ſecundũ ſimplicẽ motũ ſemper mouebit. In ſumma cauſa varietatis diuerſitatiſq; rerũ generabiliũ, et eius quod diuerſis tẽporibus quieſcant, ⁊ moueantur, cauſa ſunt celi mouẽtes mo ti: cauſa vero perpetuitatis in eiſdem generationibus, vt nunq̃ deficiant, cauſa eſt primum mouens immobile. Ex cuius immobilitate argumẽtum aſciſcimus. q. 1. quod Deus agat per modũ nature. Animaduerte hic id quod ſemper hactenus admonuimus: videlicet ꝙ nunq̃ Ariſtote. motus inferiores reduxerit ad primum quod ſe ipſum mouet, ſed ad primum mobile, quod mouetur ab immobili ſeparato. Neq; vero ratiões iſte Ariſtotelice conuincunt perpetuitatẽ primi motus: quia ſecundum fidem primum mouens abſq; ſui mutabilitate inchoauit motum quando illi placuit.

## QVOD SOLVS MOTVS ſecundum locum poſsit eſſe perpetuus.

## CAPVT. VII.

At vero



Text. liiij. At vero & alio facto principio: magis erit de his manifeſtum. Conſiderandum enim eſt: vtrũ aliquẽ motum cõtingat eſſe continuũ an non, & ſi contingit quis eſt hic, & quis primus eſt motuũ. Manifeſtũ enĩ eſt ꝙ ſi neceſſariũ quidẽ eſt ſemꝑ motũ eſſe, primus autẽ hic & cõtinuus eſt: ꝙ primũ mouens mouet ſecundũ hunc motũ, quem neceſſarium eſt vnũ & eundẽ eſſe & cõtinuũ & primũ.

¶ Cum huc vſq; de primo motore, motu, ⁊ mobili in genere diſputauerit, an ſint tria hec perpetua, iam modo ſermonẽ accomodans ad ſingularia, incipit explorare, quis qualiſq; ſit motus iſte, ⁊ mobile, ⁊ mouens. Proponit ergo conſiderandum eſſe, vt hec magis fiant manifeſta, vtrũ aliquem ſingularẽ motũ contingat eſſe cõtinuũ: intellige non modo cuius partes faciant vnum, ſed cuius nullũ fuerit initium, neq; futurus ſit finis: ⁊ ſi ſit, quis nã ille, quiſq; ſit primus. Dicit autem alio facto principio, quia nouã exorditur materiã. In hoc ergo. 7. cap. oſtendit talẽ motũ continuum ⁊ primũ neutiq; eſſe poſſe, niſi localẽ. At ne quis allucinaretur, nõ eſſe eundẽ motum, qui continuus, vnuſq; eſt, puta infinitus, ⁊ qui eſt primus, ſubdit manifeſtũ eſſe, ꝙ ſi neceſſarium eſt ſemper motum eſſe (vt iam modo deductum eſt) hic autem motus, ſcilicet qui ſemper eſt, primus eſt et continuus: nam id quod ſempiternum eſt, prius eſt temporalibus, et ſi ſempiternus eſt, cõtinuus eſt ⁊ vnus, ſequitur ꝙ primũ mouens mouit ſecundũ hunc motum, quẽ neceſſariũ eſt vnũ et eundẽ eſſe ⁊ continuũ et primũ: nam eo ꝙ mouens, eſt primum, fit vt ſuus quoq; motus ſit primus: ⁊ ex eo ꝙ eſt immobile, ſequitur ꝙ cõtinuo moueat, atq; adeo ꝙ eius motus ſit vnus ⁊ idem. Per inde eſt ac ſi dixiſſet, ꝙ primus ille motus, quem querimus eſt ille quo ꝑmũ mouẽs mouet. Et hoc eſt qđ proponit Ari. manifeſtũ facere.

Tex. lv. Tribus autẽ exiſtentibus motibus, alio quidẽ ſecundũ magnitudinẽ, & alio ſecundũ paſsionẽ, & alio ſecundũ locũ quẽ vocamus loci mutationem: hunc neceſſariũ eſt eſſe primũ. Impoſsibile enim eſt augmentationẽ eſſe: alteratione nõ præexiſtente. Quod enim augmentatur: eſt quidem vt ſimili augeatur, eſt autẽ vt diſsimili. Contrariũ enim alimentũ dicitur eſſe contrario. Adiungitur autẽ omne: factũ ſimile ſimili. Neceſſe igitur eſt alterationẽ: eſſe eã quæ in contrariũ eſt mutationem. At vero ſi alteratur: oportebit eſſe alterans, & agens & potentia calido actu calidũ. Manifeſtum eſt igitur: ꝙ mouens non ſimiliter ſe habet, ſed aliquando quidẽ propinquius eſt, aliquando autem longius, ab eo quod alteratur, eſt. Hæc autem: ſine loci mutatione non contingit eſſe. Si ergo neceſſe eſt ſemper motum eſſe: neceſſe eſt & loci mutationem eſſe ſemper primã motuũ. Et ſi loci mutationis alia quidem prior. alia vero poſterior eſt: primã. Amplius autẽ, omniũ paſsionum principium eſt: denſitas & raritas. Etenim graue & leue, & molle & durum, & calidũ & frigidum: denſitates videtur eſſe & raritates quædam. Denſitas autem & raritas: congregatio & diſgregatio, ſecundum quas generatio & corruptio ſubſtantiarum dicitur. quæ autẽ congregantur & diſgregantur: neceſſe eſt & ſecũdum locum mutari. At vero & eius quod augmẽtatur & diminuitur: mutatur ſecundum locum magnitudo.

¶ Probat igitur primũ omniũ, motuum neceſſario eſſe lationem ſecundũ locum, duabus rationibus. Prior ſupponit, tres omnino eſſe ſpecies motus, ſcilicet augmentationẽ, alterationem, et motum localẽ. Et eſt talis. Augmentationem neceſſario antecedit alteratio, ⁊ alterationẽ motus localis: ergo primus omniũ motuum eſt localis. Probatur prior premiſſa, quoniã augmẽtatio fit per alimentũ, quod in initio eſt diſſimile rei que alitur, ⁊ in fine ſimile: non enim adiungitur, hoc eſt, conuertitur in ſubſtantiã aliti, niſi quãdo eſt ſimile, nihil autẽ mutatur a contrario in contrarium, niſi per alterationẽ, que eſt motus inter cõtrarias qualitates: ergo alteratio ꝓcedit augmẽtationem proprie dictã, nã illa que fit per infuſionem aque in aquã, non eſt proprie augmentatio. [At vero] Quod autem alteratione prior ſit motus localis, inde patet quod ad alterationem requiritur agens alterans, quod faciat (verbi gratia) de potentia calido actu calidũ: hoc autẽ non ſemper eſt ſimiliter propinquum paſſo alias nõ magis nunc, ꝗ antea calefaceret: ergo ad agendum neceſſe habet admoueri paſſo: hec autẽ admotio fieri non poteſt ſine motu locali: ergo hic eſt prior. Exemplũ pateſcit in alimento, quod niſi applicetur ſtomaco nõ fiet digeſtio: neq; niſi preuia digeſtione, fiet augmentatio. Cõcludit ergo ꝙ ſi neceſſe eſt ſemper motũ eſſe, neceſſe eſt lationem, hoc eſt, motum localẽ eſſe primam: Quod ſi inter lationes vllus ſit ordo prioris ⁊ poſterioris (qualis eſt inter rectam et orbicularem) illa que inter eas eſt prima, erit ⁊ ſimplr motuum prima: vt de orbiculari fiet manifeſtũ. [Amplius autẽ] Adiungit rationẽ ſecundam, que non tam de ſua opinione profert, ꝗ de illa, que fuit antiquorum: vt idem ſecundũ oẽs perſuadeat. Fuit enim antiquorum opinio, vti Democriti ⁊ Anaxagore, ꝙ raritas ⁊ denſitas, non ſolum eſſent omniũ qualitatum prime, verũ ⁊ propria generationum initia, nam raritas fiebat ſecundũ Democritũ per atomorũ diſgregationẽ ⁊ denſitas per earundẽ congregationẽ, per quod penit⁹ differebãt mixta: vt lana a ferro: ⁊ a raritate emanabat calidũ, humidum, leue, molle, ⁊c. a denſitate vero frigidum, ſiccum graue, durum. Deceptio autem Democriti erat quod non ſpeculabatur cauſas, niſi ratione materie: ⁊ quidẽ ex parte materie rarum et denſum, que illi conueniunt ratione quantitatis, precedũt ceteras qualitates: ⁊ ſic experimur ꝙ mobile dum per calorem diſponitur rare fit, et dum diſponitur per frigus, condenſatur. Si autẽ cõſideratiõnẽ ad cauſas retuliſſet agentes, agẽs potius per calorem rare facit materiã, ꝗ ecõuerſo rarefactio ſit cauſa caloris. Igitur q̃ vſq; ad librum de generatione nihil de his definiuit, accipit tanq̃ probabilem, opinionem illam, vt oſtendat motum localem non ſolum ante ire alterationi ſed etiam generationi, quam quis poſſet putare eſſe priorẽ motu locali, pro eo quod per generationem fit ſubſtantia, que prima eſt rerum

omniũ

omnium predicamentorū. Arguit ergo. Raritas ⁊ denſitas principia ſunt aliaꝝ qlitatū: dēſitas vero ⁊ raritas, ꝯgregatio ⁊ diſgregatio dicunt (puta ab antiquis) ſecundū q̄s generatio fit ⁊ corruptio ſubſtantiarū: cōgregatio ⁊ diſgregatio ſunt quidam motus ſecundū locum: ergo hic eſt primus tam generatione ꝙ̄ alteratione. At vero ꝙ prior ſit quoqꝫ augmentatione ⁊ diminutiōe, preter ſuperiorem ratione, eſt ⁊ altera, ꝙ augmentatio ⁊ diminutio non fiunt niſi per motū localem: tum ꝙ alimentū per quod fit alimentatio diſtribuitur per arterias, tū ꝙ accretio ipſa eſt dilatatio ad maiorē locū, ⁊ decretio coartatio ad minorē.

Tex.lvj. Amplius & hinc conſiderantibus erit manifeſtum: ꝙ loci mutatio, prima eſt. Primū enim: vt & in alijs, ſic & in motu dicetur vtiq; multi fariam. Dicitur em̄ prius: & quo non exiſtente non erūt alia, illud vero ſine reliquis. Et quod tempore. Et quod ſecundum ſubſtantiā. Quare quoniā motum quidem neceſſariū eſt eſſe continue, erit autem continue aut qui continuus eſt aut qui conſequenter, magis autem qui continuus eſt, & melius eſt continuū quā conſequenter eſſe, quod autem melius eſt ſemper arbitramur in natura eſſe ſi poſsibile eſt, poſsibile autem eſt continuū eſſe, demonſtrabitur autem poſterius nunc autē hoc ſupponatur, & hunc nullum poſſe eſſe niſi lationem: neceſſe eſt lationem eſſe primā. Nulla enim neceſsitas eſt: aut augmentari aut alterari id quod fertur. Neq; igitur generari aut corrumpi. Horū autem, nullum eſſe contingit: ſi continuus non ſit ſecundum quē mouet primū mouens.

¶In hoc text. 56. tertia, eademqꝫ tripertita ratio. Haud enim ſatis duxit aſſerere, motum localem, primum omniū eſſe, niſi et cōmonſtraret cunctis modis eſſe primum, quibus res aliqua prior eſſe poteſt ꝙ̄ alia. Trifariam enim id quidē cōtingit, videlicet ſecundū exiſtentiā: vt idē eſt prius, quo non ſubſiſtente, nec alia exiſtunt, poteſt tamen abſqꝫ aliorū conſiſtentia ſubſiſtere, qua ratione vnum prius eſt ꝙ̄ duo. Mox ſecundū tempus: vt id ſit prius in pteritū, quod remotius eſt a preſenti: in futurū autem, quod eſt propinquius vt libr. 4. dictum eſt tex. 129. Atqꝫ adeo tertio modo ſecūdum ſubſtantiam: hoc eſt, ſecundū rei abſolutionem ⁊ virtutē: vt actus prior eſt potentia: ⁊ perfectum imperfecto. [Quare quoniā] Probat lationem ſecundū motum eſſe primo modo primam, hoc Syllogiſmo. Hoc quod ſimpliciter eſt ſempiternum, prius ſecundū exiſtentiā eſt illis, que genita ſunt ⁊ caduca: localis motus poſſibilis eſt eſſe in ſempiternū continuus (vt in ſubſequētibus demonſtrabitur, ⁊ nunc ſupponitur) reliqui aūt motus vt augmentatio, alteratio, ⁊ generatio caduci ſunt, ⁊ fluxi: eſt ergo localis motus omnium primus. Maiorem autē explicat diſtinctione illa quam tex. 19. prenotauimus: nēpe ꝙ continue et ſemper motum eſſe, cōtingit, aut quia infiniti cōſequenter ſibi ſuccedunt: vt generationū vſu venit in ſublunaribus rebus: et hic (vt illic dicebamus) non eſt proprie ſempiternus: quia neqꝫ eſt poſterior priori continuus, vt fiat ex ambobus vnus: alio modo vt ſit omnino continuus: et hic, inquit, melior eſt altero quod autem melius eſt, id natura ſemper conatur, ſi poſſibile eſt: fit ergo vt ſempiternitas prior illa motus, ad hanc referatur, vt ſine qua eſſe nequeunt mutationes relique [Nulla enim] Probat ꝙ viceverſa motus localis nō pendeat ex alijs generibus: quia nulla inquit, neceſſitas eſt, vt id quod ſecundū locū fertur, augeatur, aut alteretur, aut generetur ⁊ corrumpatur: cum tamen horum nullū eſſe contingat ſine motu illo, quo primum mobile fertur: eſt ergo ille motus prior ſecundum exiſtentiam.

Tex.lvij. Adhuc: tempore primā. perpetuis enim ſolū: cōpetit moueri ſecundū hunc. Sed in vno quoq; eorum quidem quæ habent generationem: loci mutationē neceſſe eſt poſtremum eſſe motuum. poſt enim generationem primum alteratio eſt, & augmentatio. Sed loci mutatio: iam perfectorum motus eſt. Sed alterum neceſſe eſt moueri ſecundum loci mutationem prius quod & generationis cauſa erit ijs quæ fiunt non generatum, vt id quod genuit, eo quod generatum eſt. Videbitur autem generatio vtiq; eſſe prima motuū: propterea ꝙ factam eſſe oportet rem primum, hoc autē in vno quidem quouis eorū q̄ fiunt ſic ſe habet: ſed alterum quid neceſſe eſt prius moueri, ex ijs quæ fiunt, quod & ipſum non fit, & hoc alterum prius. Quoniam autem generationē impoſsibile eſt eſſe primā (omnia enim quę mouentur: eſſent corruptibilia) manifeſtum eſt ꝙ neq; eorum qui conſequenter ſunt, motuum vllus prior eſt. Dico autem conſequenter: augmentationē, poſtea alterationem & diminutionem, & corruptionē. omnes enim: poſteriores ſunt generatione. Quare ſi neque generatio prior loci mutatione eſt: neque aliarum vlla mutationum.

¶Mox tex. 57. probat ⁊ tempore primū eſſe, ratione ſubiecti. Nam ille eſt primus omnium motus, qui mobilibus perpetuis cōgruit: reliqui ſi quidem tempore collabuntur, ſicuti ſubiecta que illis mouentur. Itaqꝫ qualis eſt mobilis ad mobile, talis eſt ordo, ſecundū tempus, motus ad motum [Sed in vno quoqꝫ] Preocupatio eſt, qua obuiat latenti obiectioni: videtur enim alij motus, oēs eſſe tempore priores locali: experimur nāqꝫ in his inferioribus ⁊ maxime in animalibus, quibus proprie cōuenit ſeipſa de loco mouere, ꝙ localis motus preſupponit omnes alios: nam eſſe rei que mouetur preſupponit eius motui: obidqꝫ non mouetur, niſi res exiſtēs. Et ideo generatio videtur prima, qua (verbigratia) animal exiſtit. Neqꝫ vero tunc ſtatim ſolide mouetur ſecundū locum anteqꝫ per alterationē nutriatur, ac deinceps ad debitum veniat augmentū, quo firmis robuſtiſqꝫ membris poſſit ſe apte iuxta ſuam naturam mutare. Occurrit ergo Ariſto. huic obiectioni per diſtinctionē, dicēs, ordinem motuum conſiderari poſſe, vel ratione ſubiecti in ſingulis indiuiduis que per generationem eſſe recipiunt: ⁊ ſecundū hunc ordinem militat argumentum. Vbi tu obiter contemplare quēadmodum accidentia non recipiantur in materia, ſed in toto compoſito: ea enim eſt cauſa, cur ex ſubſtātia

Accidētia in toto cōpoſito.

ante



antecedat alijs accidentibus, et ob id generatio ceteris motibus. Si autem ordo conſideretur in toto vniuerſo, quod conſtat ex perpetuis ⁊ corruptilibus, tunc inquit, neceſſe eſt his labentibus motibus lationem localē anteiſſe illius ſcilicet mobilis, quod ingenitū ſit. Ac ſi dixiſſet. Quoniā neceſſe eſt generans prefuiſſe genito (nec enim in infinitum progreditur) deueniendum eſt ad primum mobile ingenitum quod cum ſit ab his corruptorijs mutationibus immune, moueatur tantum ſecundum locum. [Videbitur autē] Colligit ergo ꝙ licet videatur generatio eſſe prima in rebus que fiunt, propterea quod rem oporter prius eſſe ꝙ̄ moueatur, nihilo ſecius neceſſe eſt alterum prius moueri ex his que fiunt, puta generans, quod itidem eſt de numero generabiliū: quod quidē ipſum non fit dum generat: quia generare preſupponit eſſe: ⁊ hoc alterū: ſcilicet, et iſto generante neceſſe eſt eſſe alterū prius: nēpe aliud, quod illud genuit. Et ſic aſcendēdo. At vero diceret nihilominus aduerſarius ꝙ cum aſcēſus nō abeat in infinitū peruenietur ad primam generationē, que ſit omniū prima ſpecierum motum: ob hoc igitur ſubiungit. [Quoniā autē] Vbi monſtrat poſſibile eſſe, vt generatio ſit motionū prima: nam primus motus eſt ille qui conuenit primo mobili: ſi autē primum mobile eſſet generabile, eſſet ⁊ corruptibile, ac ſubinde omnia que ſub illo mouētur eſſent pariter corruptibilia. Si autē omnia eſſent corruptibilia, nulla eſſet cauſa perpetui, continuiqꝫ fluxus et ordinis generationū, vt ſupra monſtratū eſt. Igitur quoniā generationē, inquit, impoſſibile eſt eſſe primā, manifeſtum eſt ꝙ neqꝫ vllus eorum motuū, qui eam conſequuntur ſit primus: quando quidē poſteriores ſunt generatione: vt augmentatio et reliqui fluidi motus. [Quare] Cōcludit itaqꝫ ꝙ ſi generatio eſt prior latione, hoc eſt, motu locali ſecūdum tempus, fit vt neqꝫ vllus alius motus, atqꝫ adeo localis omniū eſt primus. Sed dubium eſt profecto graue, quod hic mouet Cōmentator et Albertus ⁊ reliqui circa propoſitionem Ariſto. ꝙ generatio eſt prior alteratione ⁊ augmentatione: nam vel hic loquitur ratione ſubiecti ⁊ in eadem re, propterea ꝙ prius res fit per generationē, ꝙ̄ ſecundū qualitatē vel quantitatē moueat: et hoc non ſufficit: nam cum hic habeatur ſermo de priori ſecundū tēpus, nō obſtante ꝙ motus localis ſit ſecundū illam rōnem ſubiecti poſterior gn̄atione ſimplr̄ tamē eū aſſerit eſſe priorē: nihil ergo ad rē prioritas hec rōne ſubiecti. Si autē intelligat ꝙ ſimpliciter generatio, ſit ſecundū tempus prior alteratione, id apparet falſum: quippe cum generationi neceſſario precedat alteratio: nō quidē rei que gignitur, ſed tn̄ ſubiecti ex quo eſt generāda. Et ſic videtur ſimpliciter ſecundū tempus alteratio prior: vel ſaltem: (vti ait Com.) neutra eſt altera prior: quia ſicut ante omnem generationē fuit alteratio, ita ante omnē alterationem fuit generatio. Albertus quidem concedit ꝙ vniuerſaliter alteratio eſt prior ſecundum tempus, ſed in eodem tamen ſubiecto prior eſt generatio: At profecto hoc eſt expreſſe contra Ariſtotelem, qui hic loquitur de priori ſimpliciter ⁊ vniuerſaliter, dum ait lationem eſſe priorem generatione: quare cum non loquatur equiuoce, alias nihil probaret, eodem modo accipit generationem eſſe priorem reliquis: ſi quidem inde infert lationem eſſe omnium primā. Ait ergo Cōmen. ꝙ ratio prioris in rebus generabilibus debet accipi ſecundum ordinem rerum predicamentorū que ſunt termini motuū: vnde cum ſuſtantia eſt prima, fit vt generatio ſit etiā prima. Alberto tamen ⁊ Nimpho ⁊ alijs nō ſatiſfacit Cōmen. quia putant eum per hoc tantū concedere ꝙ generatio ſit prior natura, non autem tempore. Tamen arbitror ꝙ nulla alia poſſit reſponſio conſiſtere ꝙ̄ Commentatoris, ſi ſane intelligatur. Meditatur enim ꝙ cum mundus ſecundū Ariſto. fuerit ab eterno, non poteſt in hoc genere labentium motuum ſignari prius ſimpliciter ſecundū tempus: quia ſicut ante omnē generationem neceſſaria eſt alteratio ſubiecti, ita illi alterationi prefuit alterans, quod per generationem recepit eſſe. Et ideo quiſnam ſit ſimpliciter prior, deprehendi non poteſt niſi ex natura terminorum: et quia ſubſtantia eſt prior accidente generatio eſt prior alijs motibus. Etenim ꝙ̄uis lationem localem probauit ſimpliciter eſſe primam ſecundum tempus, non tamen fuit reuera ante totum genus generationis. Et alterationis: ſi quidem iſtorum ſeries tam perpetua fuit, ꝙ̄ celorum orbiculationes: Sed tamen quia mobile ipſius eſt eternum, quod ſuapte natura corruptibilibus antefertur intulit, lationes eſſe priores tempore. Quare comment. non dixit ꝙ generatio non eſt prior tēpore, ſed ꝙ eſt prior natura ⁊ per ſe, alteratio vero ſecundum accidens: propterea ꝙ ex elementis non generantur mixta niſi per eorū qualitates. At vero in rei veritate confitendo mundum habuiſſe initiū, quia res condi per generationem nequieuerant, eo ꝙ nullū prefuerat ſubiectum, neceſſarium fuit poſt creationem vt primus generabiliū motuū eſſet alteratio facta applicatione agentis ad paſſum: quia nihil generatur niſi preuia alteratione. Apud Ariſtotelē vero nuſqꝫ legiſſe memini, alterationem fuiſſe ſimpliciter priorem.

dubium

ſolutio

Nota.

Textus. lviij. Omnino aūt videtur id quod fit, eſſe imperfectū: & ad principiū ire. Quo fit vt quod gn̄atione poſterius eſt: natura prius ſit. Vltimo autem, loci mutatio: ineſt omnibus iis que ſunt in generatione. Quapropter viuentium alia quidem omnino immobilia ſunt: propter indigētiam inſtrumenti. Vt plantæ & multa genera animalium. Aliis autem cūm perficiuntur: ineſt. Quare ſi magis ineſt loci mutatio, iis quæ magis nacta ſunt naturam, & motus hic primus aliorum erit ſecundum ſubſtantiam.

¶Probat quinta ratione motū localē eſſe primū, etiā perfectione. Et ſyllogiſmus eſt. Id quod primo natura intēdit, pfectius eſt: ſꝫ inter motus generabiliū primo intendit localē: ergo. Poſterior premiſſa probat, q2 prior notiſſima eſt cū nature ſemper intētio ad id qđ meliꝰ eſt deſtinet. Id qđ eſt vltimū in progreſſu, eſt primū nature propoſitū: nā id qđ fit ſemper eſt imperfectū quādiu fit, eo quod ad ſuū pergit principiū, id eſt, vt ſimile ei fiat: ⁊ ideo poſtremū ꝙ attingit eſt ſua pfectio: motus aūt localis eſt poſtremus in gn̄atione certiſſimus em̄ in aīalibus, que omniū ſunt viuentiū preſtātiſſima, illa q̄ imperfectiora ſunt, nō moue

rilo

ri localiter ob defectū inſtrumentorū & organorum vt Conchylia. Perfectis autē animalibus propeortum non ita datur expedite moueri quo ad vegetentur & formis ſint viribus. Quare ſi latio magis in eſt iis, que magis nacta ſunt naturā, ideſt, que perfectiorē gradū nature nanciſcuntur, ſit vt talis motus ſit aliorum ſecundum ſubſtantiā, hoc eſt, ſuapte natura excellentior.

Textus. lix. ❧ Et propter hæc, & quia minimè motuum id quod mouetur dum fertur à ſubſtantia diſcedit. Secundum enim ſolum: nihil mutatur abeſſe. Vt cùm quid alteratur qualitas: cum verò augetur & diminuitur quantitas.

¶ Addit & ſecundū ad id rationē, que .6. eſt in ordine. Motus ille eſt preſtantior, per quē minus diſceditur a ſubſtātia ſubiecti, ideſt minus ei nocumenti affertur talis vero eſt motus localis, vt ſecundū quem nihil deperit ſubiecti: nā per motū alterationis immutaꝛ qualitas: in motu augmētationis & diminutionis, quātitas: per generationem autem ipſa quoq; ſubſtantia interiit: eſt ergo localis motus, preſtantiſſimus.

Textus. lx. ❧ Maximè autem manifeſtum eſt quòd mouēs ipſum ſeipſum: maximè ſecundum hunc mouet propriè qui ſecundum locum eſt. Et etiā dicimus hoc eſſe eorum quæ mouentur & mouent principium: & primum iis quæ mouentur, id ſcilicet quod ipſum ſeipſum mouet.

¶ Septima vtiq; eius ratio, que poſtrema eſt ſumitur ex dignitate ſubiecti: nā hoc genus motus proprie cōuenit his que ſeipſa mouēt: hec autem ſunt digniſſima omniū generabiliū: qm̄ ſola animalia mouēt ſeipſa, ideo qđ in ſua poteſtate habēt hac ſpe motus cieri nā reliquis motibus alia preterea mouentur: ergo hic eſt motuū excellentiſſimus. Mox & idē per hoc confirmat ꝙ hoc (ſcilicet motus genus) principiū eſt eorū q̄ mouenꝛ & mouēt, quādo quidē primū eorū q̄ mouenꝛ & mouēt, eſt celū ꝙ ſola latiōe mouet. Et p̄terea primū inq̄t iis q̄ mouēt eſt ſeipm̄ mouēs. Hic videri cuipiā poſſet Ari. iſinuare ꝙ p̄mū mobile ſeipm̄ moueat: nā illud eſt mouentiū primū qđ mouet: ſed tn̄ in cōtrariū aperte ſua ſtat ſentētia, quippe qui primū mouēs nuſq; ſuſpicari viſus eſt eſſe actū & forma primi mobilis, ſed intelligētiā ſeparatam.

Textus. lxj. ❧ Quod igitur loci mutatio primus motuum ſit manifeſtum eſt ex his. Quæ autem loci mutatio prima ſit: nunc demōſtrandum eſt. Simul autem & quod nunc & quod prius ſuppoſitū eſt, ꝙ contingit quendam motum cōtinuum eſſe & perpetuum manifeſtum erit eadem methodo.

¶ In tex. iā hoc. 61. p̄ſita cōcluſione, qđ loci mutatio ſit prima, deſcēdit ad indagandū, q̄ nā ſit hec p̄ma loci mutatio nā (vt li. 7. tex. 10. referebaꝛ) cōplures ſūt ei⁹ ſpēs. At q̄ eadē inq̄t methodo & arte manifeſtū id erit, qđ nūc & p̄us ſuppoſitū eſt puta ꝙ cōtingit quendā eſſe motū ppetuū & continuū.

Textus. lxij. ❧ Quòd igitur aliorum motuum continuū nullum contingit eſſe: ex his manifeſtum eſt. Omnes enim ex oppoſitis ad oppoſita ſunt & motus & mutationes. Vt generationi & corruptioni: ens & non ens termini ſunt. Alterationi autem: contrariæ paſſiones. Augmentationi verò & diminutioni: aut magnitudo & paruitas, aut p̄fectio magnitudinis & imperfectio. Contrarii autem ſunt: qui ſunt in contraria. Id autem quod non ſemper mouetur hac motione, exiſtit autem prius: neceſſe eſt prius quieſcere. Manifeſtum eſt igitur: ꝙ quieſcet in contrario id quod mutatur. Similiter autem: & in mutationibus. Opponuntur enim generatio & corruptio ſimpliciter: & ſingularis ſingulari. Quare ſi poſſibile eſt ſimul mutari ſecundum oppoſitas: non erit cōtinua mutatio, ſed inter ipſas medium erit tempus. nihil enim differt contrarias aut non contrarias eſſe: quæ ſecundū cōtradictionem ſunt mutationes, ſi modo impoſſibile ſit ſimul eidem adeſſe. Hoc enim: rationi nihil vtile eſt. nec ſi non neceſſe eſt quieſcere in contradictione, neq; eſt mutatio quieti contrarium (non enim fortaſſis quieſcit: quod non eſt. corruptio autem: eſt in non ens) ſed ſi ſolū medium ſit tempus, ſic enim: non eſt mutatio continua. neq; enim in prioribus contrarietas, vtilis erat: ſed nō contingere ſimul eſſe. Non oportet autem turbari: quod idem pluribus erit cōtrarium. vt motus: & ſtatui & motui qui eſt in contrarium. ſed ſolū hoc accipere: quod opponitur quodam modo & motui & quieti motus contrarius. Vt æquale & mediocre: excedēti & ei quod exceditur. & quod non contingit ſimul oppoſitos eſſe: aut motus aut mutationes.

¶ At vero in text. 62. preſtituit ꝙ nullū aliud gen⁹ motus preterq; localis fieri poſſit vt ſit ppetuū. Hoc autem q̄uis probabiliter inde eliciaꝛ quod dixerat latiouē eſſe tempore priorem ceteris, nō tamen adeo plane, vt nō ſit reddenda ſingularis ratio: quādo quidē ſeries horū motuū perpetua eſt. Ante demōſtrationē ergo premittit nōnulla, nempe oēs alios motus eſſe progreſſus quoſdā puta motus aut mutatiōes ex oppoſitis ad oppoſita: vt lib. 5. tex. 48. & lib. 6. in fine habitum eſt: nā gn̄ationis & corruptionis termini ſunt ens & non ens: alterationis aūt cōtrarie paſſiōes: vt calidū & frigidū: augmentatiōis vero & diminutiōis magnitudo & paruitas, ſeu poti⁹ p̄fectio et imperfectio eiuſdē magnitudinis, vt in hoīs ſtatura puerilis & virilis ſeu minim⁹ hō & maxim⁹: nā ſi abſolute accipias paruū & magnū ī formica & elephāte nō ſunt termini augmētatiōis eiuſdem rei hec aūt oīa ſunt ꝯtraria: motus aūt quorū termini ſūt cōtrarii, & ipſi ſunt cōtrarii: vt in. 5. lib. premōſtratum eſt: ergo ſinguli horū motuū habēt cōtrariū: vt augmētatio, diminutionē: & gn̄atio, corruptionē: & denigratio, dealbationē: contraria aūt non poſſunt eſſe ſimul: ergo dū aliq̄d nigreſcit, nō dealbaꝛ: qđ aūt nō dealbaꝛ quieſcit quiete oppoſita dealbatiōi. Similiter aūt in mutationib⁹ gn̄atio opponiꝛ corruptiōi: ſingularis, ſingulari puta generatio hoīs corruptiōi eiuſdē, ex his ḡ cōſtruit illic ſyllogiſmū. [Quare ſi impoſſibile] Impoſſibile eſt duos mot⁹ ꝯrios ſimul eſſe: ḡ dū vnus ſuccedit, alteri vt frigefactio calefatiōi, neceſſe eſt tp̄s intercipi quo mobile q̇eſcat: nā omne qđ reflectiꝛ, in puncto reflexionis quieſcit: fit ergo vt non poſſit eſſe continuus motus. Quod ſi dicas, licet



probe hoc conuincitur in motu cōpoſito ex duobus cōtrariis: cur tamen vnus motus inter duo cōtraria non poſſit eſſe perpetuus, vt calefactio, vel localis motus, hoc nō demonſtrat. Reſpōdetur, hoc iā in fine ſexti demonſtratū reliquiſſe, q2 inter duo contraria non poteſt eſſe latitudo infinita, quare neq; motus infinitus. Et ideo ſic premiſſit ꝙ id quod non ſemper mouetur hac motione, ſi prius exiſtebat, quieſcebat. Et pari rōne cum ſit reflexio, neceſſe eſt vt in termino prioris motus q̇eſcat mobile ſub illa forma, quā acquiſiuit qm̄ latitudo acquiſita per tempus non pōt tantū durare per inſtans. [Nec ſi non neceſſe eſt] Occurrit cauillationibus, quas quis poſſet obiicere de mutationib⁹ gn̄atiōis & corruptiōis quarū termini nō ſunt cōtrarii, ſed contradictorii vt homo & nō homo, nec proprie homo nō genitus quieſcebat in nō homine: q2 quod nō eſt, nō quieſcit: neq; abſoluta corruptiōe rei poſt q̇eſcet: q2 corrūpitꝛ in nō ens: puta homo in nō hominē. Reſpondet ergo, nihil referre quatenus ad propoſitum attinet, qualis ſit oppoſitio, neq; an ſit vera quies, ſed hoc tantū facit ad rem preſentem ꝙ ſit medium tempus interſecans illas mutationes. Per hoc quippe ſatis conficitur, non eſſe in ſempiternū perpetuas: quia neq; in prioribus, ſcilicet in motu alerationis et augmenti cōtrarietas vtilis erat, id eſt ad aliud conducebat, niſi vt indicaretur, non poſſe eſſe ſimul motus cōtrarios: id quod pariter indicat, contradictio terminorū in generatione & corruptione. [Non oportet autem] Excludit ambiguitatem que poſſet angere lectorē. Dixit nāq; duo que vidētur ſecū pugnare: primū ꝙ illi motus ſunt contrarii, qui habent cōtrarios terminos: & ideo nō poſſe eſſe ſimul, alterū ꝙ nec motus & quies poſſunt eſſe ſimul: vbi inſinuat cōtrariari etiā motum quieti: atq; adeo motum puta calefactionē cōtrariā eſſe duobus, ſcilicet infrigidationi et quieti. Admonet ergo, ne quis conturbetur, an eidē duo contraria ſint, necne: q̄uis quies non proprie contraria ſit motui: ſed priuatiue oppoſita. Sed ait hec omnia negotio preſenti non referre ſi quidem ſatis eſt qđ motus opponitur, tā quieti, q̄ contrario vt equale et mediocre, puta virtus opponitur: excedenti, et ei quod exceditur: nā conſiſtit virtus inter excedens & exceſſum: & ꝙ non contingit, vt vel motus & quies ſint ſimul, vel duo motus ꝯtrarii.

Tex. lxiij. ❧ Amplius aūt & in generatione & corruptiōe, etiam penitus abſurdum eſſe videbitur: ſi factum confeſtum neceſſe eſt corrūpi, & nullo tēpore permanere. Quare ex his: vtiq; fides aliis fiet Phyſicum enim eſt: ſimiliter ſeſe habere in omnibus.

¶ In tex. 63. adhibēt rationē que rē patentius demonſtrat: nā gn̄atio, inquit, & corruptio, ad quas reliqui duo motus ordinantur, nō poſſunt cōnectere vnū perpetuū motū. Etenim in illis patentiſſima eſt pauſatio & ceſſatio abſcindēs motum. Abſurdū em̄ inq̄t eſt penit⁹, id qđ factū eſt p gn̄ationē eodē mō corrūpi, nec vllo tp̄e permanere. Quare per hoc (ait) que manifeſta ſunt fides habeaꝛ oportet & aliis, nēpe ꝙ cōtingat quies inter cōtrarios motus. Enimuero Phyſicū & naturale eſt vt ſimiliter ſe habeāt: nā ſicut in gn̄atione acquiritur ſubſtātia, ita & in aliis qualitas & quantitas, que ſunt pariter accidentia que permanent.

## ❧ QVOD SOLVS MOtus localis poſſit eſſe perpetuum.

## CAPVT. VIII.

Textus. lxiiij. QVOD autem contingit eſſe quendam infinitū vnū exiſtentem, & continuum, & hic eſt circularis: nunc dicamus. Omne em̄ quod fertur: mouetur aut circulari, aut recto, aut mixto. quare ſi neq; illorum alter continuus eſt: neq; illum qui ex vtriſq; compoſitus eſt, eſſe eſt poſſibile quod autem id quod fertur recto & finito, non feratur cōtinue: manifeſtum eſt. reflectitur enim. reflexum autem recto: cōtrariis mouetur motibus. contrarius enim ſecundum locū eſt is qui eſt ſurſum, ei qui eſt deorſum. & qui eſt in ante: ei q̄ eſt in retro & q̄ eſt ad ſiniſtra: ei q̄ eſt ad dextra. loci. n. cōtrarietates hæ ſunt. Quis autē eſt vnus, & continuus motus: prius definitum eſt, ꝙ is qui eſt vnius, & in vno tempore, & in non differenti ſecundū ſpeciem. tria enim ſunt: & quod mouetur, & homo, aut Deus, & quando: vt tempus. & tertium id in quo. hoc autem eſt: locus, aut paſſio, aut ſpecies, aut magnitudo. contraria autem differunt ſpecie: & non vnum ſunt. Loci autem ſunt, dictæ differētiæ. Signum autem eſt ꝙ motus cōtrarius eſt qui eſt ab. a. ad. b. ei qui eſt ab ipō. b. ad. a. quia ſtant & ſiſtunt ſe inuicem ſi ſimul fiant. & in circulo ſimiliter. vt qui eſt ab. a. ad. b, ei qui eſt ab. a. ad. c. ſiſtunt enim ſi cōtinui ſint, & non fiat reflexio: propterea quod cōtraria mutuo ſe corrūpūt & impediunt. Sed nō is qui eſt in latus: ei qui eſt ſurſum.

¶ Poſtq̄. c. p̄cedēti reprobauit motus aliorū generū, p̄ter localē, poſſe eſſe ppetuos et infinitos, proſequitꝛ in p̄ſenti demōſtrationē ꝙ neq; omnis localis motus, ſ3 ille p̄ſus q̄ eſt ſimpl'r circularis, pōt ꝑpetuitatē habere. Ad cui⁹ euidētiā diſtinguit trifidā ſpēm localis mot⁹. Eſt. n. vel circularis, vel rectus, vel mixt⁹, vt q̄ fit p arcū, et q̄ fit per cordā, & q̄ ex ambob⁹ cōſtaꝛ. Et ſubdit ꝙ ſi neq; illorū alter cōtinuus eſt, puta vel circularis vel rectus, multo ille minus, q̄ ex ambobus cōponitur eadē em̄ erit p̄ſus rō de motu reflexo, ſiue rectiline⁹ ſit, ſiue p cordā ꝓgreſſus regrediaꝛ p arcū, qđ neutro mō eē pōt ppetuus. Et ideo hoc tertio ſc3 mixto, p̄termiſſo, de duob⁹ tm̄ p̄oribus diſputat. Arguit ergo de rectilineo, qđ nō poſſit eſſe infinit⁹, et cōtinu⁹ ſed ꝙ ſi eſt infinit⁹ nō eſt cōtinu⁹ neq; vn⁹. Et rō inq̄t eſt, q2 neceſſe eſt vt reflectaꝛ. Supponit em̄ ex lib. 3. tex. 56. ꝙ nō pōt eſſe infinita magnitudo p quā rect⁹ fiat motus infinitus, p finitū autē ſpatiū, qđ (vt oſtēſum eſt li. 6. tex. 60. neceſſe eſt tp̄e finito abſolui, nō pōt fieri infinit⁹ motus, niſi idētidē iterato greſſu & regreſſu. Qđ aūt recte reflexeq; mouetur, cōtrariis moueꝛ motib⁹: ſunt. n. in motu locali tres cōtrarioꝝ differentie: ſc3 ſurſum deorſum āte & retro ī dextrū & in ſiniſtrū: ſi aūt termini motuū ꝯtrarii ſunt, fit vt & mot⁹ ſint ꝯtrarii: ex duob⁹ aūt cōtrariis nō cōſtat vn⁹ mot⁹, eo qđ ſpē differūt. Digrediꝛ aūt occaſiōe huius ad oſtēdēdū quot ſūt neceſſaria ad mot⁹ vnitatē. Et em̄ (vt lib. 5. dictū eſt tex. 41. vn⁹ mot⁹ eſt q̄ eſt vni⁹

 ſubie

ſubiecti, in vno tpe, ſcʒ nõ interciſſo, ⁊ in nõ differẽ ti ſm ſpẽm: hoc eſt in re vel forma eiſdẽ ſpẽi. Tria nãq; ſunt in motu, ſcʒ mobile qđ monet, vt homo aut Deus, puta celũ vel aſtrũ, qđ ab Empe. ⁊ ſui tpis Phis appellabat Deus, ꝓpter immortalitatẽ mor⁹. Cõmemorat eñi vnũ mobile corruptibile, ⁊ alterũ incorruptibile. Et pterea in motu eſt, qñ. ſ. tps: ⁊ tertium, id in quo hoc, vt puta locus, ſi eſt motus localis, ⁊ paſſio ſeu ſpẽs, ſi eſt motus alterat iõis: ⁊ magnitudo in motu augmẽtatiõis. Que oĩa requirunt eſſe eadẽ. vt motus ſit vnus. Perſpice ꝙ cũ tex. 52. ſatis duxerit oſtẽdere motũ rectũ ⁊ reflexũ interrũpi media qete ad probandũ nõ eſſe cõtinuũ, hic nouã rõnẽ adhibuit, q eſt ſuperioris explicatio ⁊ fundamentũ, vt ſtatim videbimus: nã qz illi motus differũt ſpecie, non faciunt vnũ numero. [Signũ autẽ eſt] probat illam premiſſam ſcilicet, motus localis tendẽtes in oppoſitos terminos eſſe cõtrarios, puta illũ qui eſt ab. a. ad. b. illi qui eſt ab. b. ad. a. ⁊ id ex cõditione quõdãmodo contrariorũ, que eſt ꝙ inuicẽ ſe propellant: nã ſi ſimul duo ſibi obuiã proficiſcantur, in occurſu ſe inuicẽ ſiſtunt. Nec id tantũ in motibus rectilineis, verũ ⁊ in circularibus, quos itidẽ cõtingit eſſe cõtrarios: vt ſi ab eodẽ pũcto circuli puta. a. proficiſcant̃ due muſce verſus ſemicirculos oppoſitas, cum vtraq; egerit ſuum ſemicirculũ, obuiabunt ſibi in. b. puncto oppoſito interrumpẽtes ſuos motus. Quo fit vt ſint motus cõtrarij. Ille autem qui eſt in latus puta ad dextrã vel ſiniſtrã, nõ eſt omnino contrarius illi qui fit ſurſum, quando quidem non ſe impediunt, quanuis ſint diuerſi.




Tex. lxv. Maximè autẽ manifeſtũ eſt: quod impoſsibile eſt eum motũ eſſe continuũ qui ſuper recta fit linea, quia reflexũ neceſſariũ eſt ſtare: nõ ſolũ ſuper recta, ſed etiã ſi ſecundũ circulũ feratur. nõ. n. idẽ eſt: circulo ferri, & ſecundũ circulũ, eſt eñ aliquãdo quidẽ vt id continuet, quod mouetur: aliquando autẽ vt in idẽ profectũ vnde moueri cœpit, reflectatur iterũ: Quod aũt neceſſe eſt ſtare: fides eſt non ſolum in ſenſu, ſed & in ratione. Principium autem: hoc eſt. tribus enim exiſtentibus principio, medio, & fine: mediũ ad vtrunq; ambo eſt, & numero quidem vnũ: ratione verò duo. Amplius autẽ aliud eſt eſſe potentia: & eſſe actu. Quare rectè quodlibet ſignũ eorum quæ inter extrema ſunt, potentia quidem eſt medium, actu autem nõ eſt, niſi diuiſerit hãc, & ſuper ſtãs iterum cœperit moueri. ſic aũt: mediũ ipm principiũ fit, & finis. principiũ quidẽ, poſterioris: finis aũt, prioris. Dico aũt: vt ſi. a. qđ fertur ſtet in. b. & iterũ feratur in. c. cũ aũt cõtinue feratur: neq; adeſſe neq; abeſſe põt. a. in. b. ſigno, ſed ſolũ eſſe in ipſo nũc, in tẽpore aũt nullo, niſi cuius ipſum nũc diuiſio eſt, in toto. a. b. c. Si autẽ affuiſſe ponat aliquis & ab fuiſſe: ſemper ſtabit à quod fertur. impoſsibile. enim eſt: ſimul & affuiſſe. a. in. b. & ab fuiſſe. in alio ergo & alio ſigno temporis. tempus igitur erit: quod in medio eſt. quare quieſcet. a. in. b. Similiter autem: & in alijs ſignis. eadem enim ratio eſt: & in omnibus. Cum autem vtatur ipſum. a. quod fertur ipſo. b. medio, & fine, & principio neceſſe eſt ſtare, propterea quòd duo facit, ſimiliter atq; ſi cogitauerit. ſed ab. a. quidem ſigno: ab fuit principio. in. c. autem affuit: cũ finierit & ſteterit.

¶ In tex. 65. adiũgit ſecundã rationẽ ſupra tactã: nimirũ ꝙ ſit impoſſibile motũ rectilineũ continuũ, eſſe in infinitũ ꝓpter mediã quietẽ, que in articulo reflexiõis diſſecat illos motus. At qz neq; motus circularis oĩs eſt cõtinuus, ſubiũgit ꝙ nõ ſolũ ſuper rectã lineã, verũ etiã ſuper circulũ cõtingit ſectio motus, reflexiõis cauſa. Ad cui⁹ demonſtrationẽ ſupponit nõ eſſe idẽ circulo ferri, ⁊ ſcđm circulũ: ferri eñ circulo, eſt ferri in orbẽ ſecundũ perpetuã figurã circuli, que neq; initium habet neq; finẽ: ferri aũt ſecundũ circulũ eſt cõplere vnũ orbẽ quoad vſq; reuertatur mouẽs ad punctũ vnde ſoluit. Quod ſi nõ pertrãſeat ſed reuertatur vt verſo motu peragat eundẽ circulum erũt illi quidem cõtrarij motus, ⁊ ſe impediẽtes: vt patet ad ſenſum in muſcis ſupra memoratis, [Quod aũt] Qm ſepe ⁊ ſepius reſumpſit illud celebratũ axioma. Id qđ mouet̃ in tẽpore reflexionis quieſcit, explicat id iã nũc ſubtili rõne Phyſica. Et ideo ꝓponit ꝙ tale mobile ſtare, fides eſt, nõ ſolũ per ſenſum, qui patẽter differentiã percipit motus ⁊ quietis, verũ ⁊ validiſſima rõne. At qui vt euidẽtior res fiat, oſtẽdit in linea recta neceſſariũ eſſe, vt motus ꝑ quietẽ rũpatur, ex quo fides nobis fiat quietis reflexiõis. Eſt eñ in linea recta ſignare tria pũcta ſcʒ initiũ, mediũ, et finẽ, que ſint. a. b. c. Item ſupponit, aliud punctum eſſe medium linee potentia, et aliud, actu. v. g. Inter. a. et. c. quodcunq; punctum ſignetur, eſt medium motus in potentia: fit tamẽ mediũ in actu, quãdo actu illic terminat̃ motus pteritus, ⁊ inde incipit futurus: ita vt ſe iungat̃ vnus motus ab altero: ſicuti pũcta, que potẽtia ſunt in cõtinua linea, fiunt actu, dũ diuiditur. [Cũ autẽ continuo feratur] Explicat ergo cur cũ mobile mouet̃ motu continuo ſuper aliquã lineam, nullũ medium punctũ fiat actu, aut terminus precedentis motus aut initiũ ſubſequentis, ſed ſolũ ſit punctũ in quo fit continuatio motus per mutatũ eſſe illi reſpondens. Quod vt intelligas, recolenda tibi ſunt que tractabamus li. 6. c. 3. de quiete, ⁊. c. 5. de terminis motus. Monſtrabamus enim, motum non poſſe deſinere per vltimũ ſui eſſe, ſed per primũ nõ eſſe, neq; incipere per primũ ſui eſſe, ſʒ per vltimũ nõ eſſe. Rurſus notato ꝙ ad hoc, vt inſtãs ſit actu finis motus, nõ ſat eſt ꝙ in illo nõ ſit nũc mot⁹, qui proxime ante fuerat, ſed ꝙ nec tunc mobile moueatur, neq; immediate poſt: quoniã motus non terminatur niſi per oppoſitam quietem, que (vt illic demonſtratum oſtendebamus) non poteſt eſſe in inſtanti, ſicut neq; motus cuius eſt priuatio. Quare quieſcere, inquit, illic. Ariſt. tex. 32. dicim⁹ id qđ ſimiliter ſe habeat nũc, ⁊ pus. Eodẽ modo ad hoc vt aliqđ incipiat moueri, nõ ſat eſt ꝙ nũc nõ moueat̃ ⁊ proxime poſt moueat̃, ſed ꝙ neq; nunc moueatur, nec proxime ante: vt preſens inſtans ſit vltimum inſtans quietis. Ait igitur Ariſtoteles. ꝙ id quod continue fertur, neq; adeſſe neq; abeſſe poteſt. a. in. b. ſigno. A non eſt nũc nomẽ pũcti (vt nuperrime) ſed mobilis: hoc eſt non põt accedere ⁊ recedere in aliquo inſtanti medio, ſed ſimpl'r eſſe in ipo nunc, non autẽ in tempore






tempore: niſi dicas id eſſe in tempore, quod eſt in nunc temporis, puta eſſe hodie, quod eſt nunc. Adeſſe ergo hic idem eſt, quod aduenisſe et ſtare mobile, tanq; in termino motus, modo q; proxime expoſito. Hoc eſt ergo quod ait Ariſto. [Si autem ad fuiſſe ponat aliquis et ab fuiſſe ſemper ſtabit. a. quod fertur] Id eſt quieſcet. Et ſubdit rationem, quia impoſſibile eſt ſimul ⁊ ad fuiſſe ⁊ ab fuiſſe in. b. nã hec ſunt duo cõtraria, que nõ poſſunt eſſe in eodem inſtanti. Eſt autem hic locus, nunq; explicatus. Putant enim quot quot viderim, mentem Ariſtotelis eſſe, inferre hanc contradictionem, quod ſi quid in eodem inſtanti accedit ad certum punctum, et eodem inſtanti recedit ab illo, quod tunc ſimul adeſt et abeſt illi. Cum tamen nunq; hoc cogitauerit. Nam quod incipit moueri ab aliquo puncto (quod eſt recedere ab illo) non incipit per primum non eſſe in illo puncto et per conſequens non abeſt tunc ab illo puncto, Et enim ſi mobile nunc non eſſet hic, et immediate ante fuiſſet, daretur primum eſſe motus: ſed incipit moueri per vltimum eſſe in illo, quod eſt vltimum eſſe quietis, ⁊ vltimum non eſſe motus. Non ergo vult Ariſtoteles quod repugnet adeſſe et abeſſe mobile in eodem inſtanti, propterea ꝙ inde ſequatur, eſſe in illo, et ſimul non eſſe in illo: ſed propterea quod ſi adeſt, hoc eſt, accedit tanq; ad terminum, neceſſe eſt ꝙ ſit nunc in illo, ⁊ pariter immediate poſt. Nam adeſſe, in propoſito (quod, maxime notandum eſt) nõ ſignificat ſimpliciter, eſſe, ſed opponitur huic, quod eſt, tranſire. Unde (vt iam nũc docuit Phyloſophus) quãdiu res mouetur, nulli adeſt puncto ſpatij, quod eſt in potentia, ſed tranſit per omnia, ſed illic duntaxat adeſſe ducitur, vbi ceſſat motus. Et ideo, adeſſe, eſt, accedere et motum finire. Et abeſſe eſt recedere ⁊ abire. Quapropter, quod abeſt, nunc eſt hic et non immediate poſt hoc erit: eſſe, autem poſthac, et non eſſe poſthac, cum ſint contraria, non poſſunt eidem inſtanti cõpetere. Subditur ergo. [in alio ergo et in alio ſigno temporis] videlicet neceſſe eſt accedere et recedere. Et cum neutiq; ſint duo inſtantia immediata, fit vt tempus inter ſit medium, in quo qeſcet. a. in. b. ꝙ ideo. b. ſignũ nõ eſt poſſibile eſſe inſtans, ſed tempus. Accedit qppe mobile in inſtanti initiatiuo quietis et recedit in inſtanti terminatiuo eiuſdem. Quocirca quando dicitur, id quod mouetur, in puncto reflexionis quieſcere, non accipitur pũctum pro indiuiſibili, niſi quod in illo puncto incipit quies. Preterit hic aũt ſubſumptionẽ ⁊ cõcluſionẽ deſtinatã, veluti res planiſſimas. Relinquit inquam pro cõpertiſſimo, qđ dũ mobile recta mouet̃ per certã magnitudinẽ, ⁊ a pũcto terminatiuo reuertit̃, abſoluit totã latitudinẽ, ꝑuenitq; ad terminũ: adq; adeo illic terminat̃ eius motus et inde inchoat̃ alter: hac eñ de cauſa ꝯſtituit illos motus eſſe cõtrarios ⁊ differẽtes ſpecie. Fit ergo vt inter inſtãs terminans primũ motũ, et alterũ vnde inchoat̃ reflexus interſtet tpalis quies, lʒ ſenſu vix perceptibilis: ob idq; imbecilli tenuiq; experiẽtie adiecit rationẽ.

Tex. lxvj. Quapropter: & ad dubitationẽ, hoc eſt dicendũ. ſi eñ ſit linea. e. lineæ. f. ęqualis, &. a. feratur cõtinue ab extremo ad. c. ſimul aũt ſit. a. in. b. ſigno, &. d. feratur ab extremo ipius. f. ad. g. regulariter & velocitate eadem ipſi. a, ipſum. d. ante veniet ad ipſum. g. quã ipſum. a. ad. c. prius enim ſe mouẽs & diſcedens: prius venire neceſſe eſt. Non ergo ſimul affuit. a. in. b. & ab fuit ab eodẽ qua propter poſterius fit. ſi eñ ſimul: nõ poſterius erit, ſed neceſſe erit ſtare. Non ergo ponendũ eſt: cũ. a. affuit in. b. ipſum. d. moueri ſimul ab extremo ipius. f. ſi enim affuerit. a. in. b. erit & ab fuiſſe, & nõ ſimul. ſed erat in ſectione tẽporis: & nõ in tempore. Hic igitur eſt impoſsibile ſic dicere in cõtinuo. ſed in eo quod reflectitur: neceſſe eſt ſic dicere. Si eñ. g. feratur ad ipſum. d. & iterũ reflectens deorſum feratur: extremo. d. fine & principio vtetur vno ſigno vt duobus, Quapropter ſtet, neceſſe eſt: & nõ ſimul affuit in ipſo. d. & abijt ab ipſo. d. ibi enim ſimul eſſet, & non eſſet: in eodem nunc.

¶ Mox maioris claritatis cauſa predictorũ appẽdet quaſi corolarias, triũ dubitatorũ ſolutiones. Primũ eſt. Si ſint due linee por. a. b. c. poſterior. d. e. equalis. b. c. puta medietari poris: mobile autẽ. f. moueatur cõtinuo ab. a. ad. c. Tamẽ cum primũ attigerit punctũ. b. tũc. g. alterũ mobile incipiat moueri a pũcto. d. alterius linee eadẽ prorſus celeritate. Aliter iſte litere ab alijs diſponuntur, ſed tñ deſcriptio hec Argyropyli eſt perſpicua. ⁊ mẽtis Ariſto. fidelis index. Tunc eſt argumentũ, obſcurũ quidẽ, ſed hoc tamen pacto meditandũ. Si dederis. f. dũ attingit. b. punctũ illuc accedere, indeq; recedere, ac ſi. b. eſſet actu terminus puta finis ⁊ pncipiũ duorũ motuũ, tũc. g. citius perueniet ad. e. terminũ ſuũ q;. f. ad. c. nam prius fuit diſcedens. a. d. q;. f. a. b. ⁊ hoc cõpertiſſimum habet Ariſt. nã ſi in illo inſtãti quo primũ. f. attingit. b. cepit moueri. g. per vltimũ non eſſe motus citius abſceſſit inde q;. f. cuius mot⁹ fuit illic interciſus. [Nõ ergo] Ex hac ergo experientia infert ꝙ ſi. f. vt tu concedis acceſſit illo pacto ad. b. ⁊ receſſit ab eodẽ, nõ fuerũt ſimul acceſſus et receſſus: hac eñ de cã poſterius deuenit ad. c. q;. g. ad. e. ſi eñ ſimul fuiſſet acceſſus et receſſus non poſterius perueniſſet ad terminũ: ſed quia ſi acceſſit ⁊ receſſit, neceſſe erat ſtare inde fuit ꝙ poſterius receſſit q;. g. [Non ergo ponendũ eſt [Sequitur reſponſio ꝙ cum falſum ſit. f. poſterius receſſiſſe. a. b. q;. g. ab. e. poſteriuſve ꝑueniſſe ad terminũ, conſequẽs eſt vt retineamus ſententiã ſuperius definitã, ſcilicet ꝙ. f. nõ affuit in. b. tanq; in puncto actu medio, id eſt terminante motũ atq; adeo. g. non cepit moueri qñ. f. affuit, ideſt acceſſit: nã alias debuiſſet idẽ. f. etiã abſcedere, ⁊ nõ ſimul, ⁊ idcirco retardaret̃ vt mõſtratum eſt. [Sed erat [Scilicet. f. in pũcto. b. tanq; in ſectione temporis, ſcʒ in nũc indiuiſibili ⁊ nõ in tpe pauſante motũ atq; adeo (vt ſupra expoſitũ eſt) nõ affuit ſʒ trãſiuit ꝑ. b. [Hic igitur, inquit, in cõtinuo impoſſibile ſit dicere] qđ in puncto medio vllo pacto terminet̃ mot⁹. [Sʒ in eo qđ reflectit̃ neceſſe eſt ſic dicere] Si. n. g. ferat̃ vice verſa aſcẽdẽdo ab. e. puncto ad. d. ⁊ illo vtat̃ vt fine ⁊ pncipio, dũ reflectit̃, ⁊ recedit ab extremo. d. ad. e. neceſſe eſt vt qeſcat in pũcto. d. alias ſimul ⁊ accederet ⁊ recederet, ꝙ probatũ eſt eſſe falſum. Uñ cõſequit̃ corollariũ: ꝙ ſi ſimul dum. g. incipit aſcendere ab. e. ad. d. f. incipiat aſcẽdere. a. c. vſq; ad. a. citi⁹. f. ꝑueniet ad. a.



ꝑpetuo aſcēſu, ꝙ.g. aſcēdat vſq; ad.d. et deſcēdat iterum ad.e. ⁊ hoc ꝑpter quietē interceptā in.d.

Tex.lxvij. ❧ At vero quæ olim illata fuit ſolutio: nō dicenda eſt. nō em̄ cōtingit dicere ꝙ eſt in.d. ip̄m.g. in ſectione, neq; autē affuit, neq; ab fuit neceſſe em̄ eſt ad finē venire: qui actu eſt, nō potētia quod igitur in medio eſt: potentia eſt. hoc aūt actu, & finis quidem, a deorſum: principiū autē, de ſurſum. Et motuū ergo ſimiliter. neceſſe eſt ergo ſtare: quod reflectitur ſuper recta. nō igitur cōtingit: cōtinuū motū eſſe perpetuū ſuper recta. Eodē autē modo occurrendū eſt: & ijs qui interrogant Zenonis rationē, & volūt ſi ſemper dimidiū tranſire oportet hæc autē infinita ſunt, infinita autē trāſire impoſſibile eſt. Aut vt eandē hanc rationē quidā aliter interrogant: volentes ſimul cū quid mouetur, dimidiū prius numerare cum adeſt ſecundū vnum quodq; dimidiū, quare cū pertrāſierit totā: infinitum accidit numeraſſe numerum hoc autem in confeſſo eſt: impoſſibile eſſe.

¶ In priori parte. tex. 67. quā nō erat opere pretiū diſſectam eſſe a ſuperiori tex. explicatius repetit idem rn̄ſum, dicēs ꝙ in motu reflexo nō eſt dicenda illa ſolutio, que olim, id eſt, que prius in motu cōtinuo: videlicet ꝙ.g. cū reflectitur in pūcto.d. nō eſt illic, niſi velut in ſectiōe, vt puta in nūc indiuiſibili, ⁊ qđ neq; ad fuit neq; ab fuit, hoc eſt neq; acceſſit neq; receſſit, ſicut rn̄dim⁹ de mobili.f. in pūcto.b. ꝯtinui motus. Qm̄ neceſſe eſt, inqt, aſcēſum illū rectū ad finē venire, qui eſt actu, non ſolum potentia. Quod igitur in medio eſt (ſcilicet cōtinue magnitudinis) potentia eſt mediū, hoc autem vt pote.d. eſt mediū in actu: nimirū finis magnitudinis, que eſt a deorſum ⁊ principium illius q̄ eſt de ſurſum. Et eadē rōne eſt finis et principiū motuū, vt pote aſcēſus ac deſcēſus. Et ſic cōcludit neceſſario, ſtare, hoc eſt, q̇eſcere id quod reflectitur ſuper recta linea, atq; adeo non contingere motum rectilineum eſſe perpetuum [eodem autē modo] In ſecūda particula, vbi aptius deſignaret textus per eandē doctrinā diluit ſophiſma Zenonis Eleati, quā aliter eluſerat in li. 6. tex. 19. vbi rn̄ſionis huius loci admonuimus lectorē.

Zenonis ſophiſma. Arguebat em̄ Zeno ſuā ludicrā opinionē, ꝙ nihil moueť, preterq; alijs ſophiſmatibus, et hoc quoq;. Infinita nō poſſunt pertrāſiri: in quacunq; quātitate ſunt infinita dimidia: nā eſt vnū dimidiū totius, ⁊ aliud dimidiū prioris medietatis, ⁊ ſic in infinitum: ergo nihil moueť. Vel ſic, q̄ eodem recidit. Infinita non poſſunt numerari: id autē qđ trāſit vnā magnitudinē prius numerauit eius medietatē, ⁊ priuſq; illā, medietatē eius, et ſic in infinitū: ergo vel numerať numerus infinitus, quod eſt impoſſibile, vel nihil mouetur.

Textus. lxviij. ❧ In primis ergo de motu ſermonibus, ſoluebamus: quia tēpus infinita habet in ſeipſo. nihil em̄ abſurdū eſt: ſi in infinito tēpore infinita trāſit aliquis. ſimiliter autē infinitū & in longitudine eſt, & in tempore. Sed hæc ſolutio: ad interrogantem quidem ſe habet ſufficiēter. interrogabatur enim: ſi infinito contingit infinita tranſire, aut numerare. Ad rem autem ipſam adq; Veritatem: non ſufficienter. ſi enim aliquis dimittens magnitudinē, & in terrogationem ſi infinito tempore contingit infinita tranſire, interroget de ipſo tempore hæc (habet enim tēpus, infinitas diuiſiones) non amplius ſufficiens erit hæc ſolutio. ſed verū illud dicendum eſt: quod quidem diximus in nuper dictis ſermonibus. Si enim aliquis continuam diuiſerit in duo dimidia: hic vno ſigno tanquam duobus vtitur. facit enim ipſum: & principium & finem. ſic autem facit: & qui numerat, & qui in dimidia diuidit. Sic autem diuidente: neq; erit continua linea, neq; motus cōtinuus enim motus: cōtinui eſt. in continuo autem: inſunt quidem infinita dimidia, ſed non actu, ſed potentia. Si vero faciat actu non faciet continuum, ſed ſtabit quod quidem in numerante dimidia: manifeſtum eſt, quod accidit. vnum enim ſignum: neceſſe eſt ipſi numerare duo. alterius enim dimidij principium, alterius autem finis erit: ſi non vnam numeret continuam, ſed duo dimidia. Quare dicendum eſt ad interrogantem ſi contingit infinita tranſire, aut in tempore, aut in longitudine: ꝙ eſt quidem ſic, eſt autem non ſic. actu enim ſi ſint: non contingit potentia autem: cōtingit. qui enim continue mouetur ſecundum accidens infinita tranſiuit, ſimpliciter autem non. accidit enim lineæ: infinita dimidia eſſe. ſubſtantia autem ipſa altera eſt & eſſe.

¶ Subijcit in tex. 68. reſponſum vocat autem primos ſermones de motu, ſex ſuperiores libros: et in ſexto ſophiſma hoc, potius infringens, q̄ ſoluens, reſpondebat, ꝙ quemadmodum in magnitudine dantur infinite partes, ita et in tempore: quo circa nihil abſurdi accidet, ſi tempore certo emetiatur mobile certū ſpatiū. Sed hec, inquit, ſolutio ad interrogantē quidem ſe habet ſufficiēter: ſatiſfacit em̄ per dicta ipſius arguentis: nam qui admittit infinita media in magnitudine finita, is negare nequit infinita in tēpore. Ad rem autem nulla eſt rn̄ſio: nā ſi ommiſſo ſpatio, arguať de tēpore, quod nō poſſet pertranſiri, vt cuius infinita ſint media, tunc hec ſolutio non conſiſtit. Sed reſpondendum eſt ſicut iam modo dicebamus: videlicet, quod qui magnitudinē per quā fit motus, actu diuidit in duo dimidia, ⁊ prius dimidium in duo ⁊c. iam tūc vtitur puncto magnitudinis in actu, tanq; fine prioris partis et initio ſequētis: atq; pari ratione diuidit ⁊ motum: nam motus continuus non eſt niſi fiat ſuper quantitatem continuam: ſi vero arguens nō actu diuidat magnitudinē, tūc in illa nō ſunt infinita in actu, ſʒ ſolū in potētia, q̄ ideo nō numerātur, neq; pertrāſeunť ſeriatim ⁊ ꝑ ordinē, ſʒ quouis puncto ſignato iā fuerūt infinita trāſmiſſa [Quare dicendum eſt] Reſpondendū ergo inquit eſt ſub diſtinctione, cū a parte Zenonis interrogať, an liceat pertrāſiri infinita, ſeu in magnitudine ſeu in tp̄e qđ nō cōtingit pertranſiri infinita in actu, eo qđ neq; continuū poteſt actu diuidi in omnē ſuam partem: poſſunt autem tranſiri infinita in potentia: illa aūt ſunt infinita quodāmō ꝑ accidēs propter infinita mediantia puncta, que ſunt tātum





in potentia: ſed tamen ipſa inquit, linea per ſe finita eſt, atq; adeo altera, id eſt, differēs ſubſtantia ⁊ eſſe ab ipſis punctis: quoniam linea nō componitur ex indiuiſibilibus. Dicitur aūt linea differre ſubſtātia a pūcto, q̄ linea directe eſt de predicamēto quātitatis pūcta vero non niſi reductiue. Et differt etiam eſſe q̄ linea coexiſtit corpori, per quā ideo pōt fieri motus, nō autē per pūcta.

Tex.lxix. ❧ Manifeſtum autem eſt, & quod niſi aliquis faciat temporis ſignum (quod prius & poſterius diuidit (ſemper poſterioris ad ipſam rem: erit ſimul idem, ens & non ens, & quando factum erit non erit ſignum igitur vtriſq; commune eſt, & priori & poſteriori: & idem & vnum numero, ratione autem non idem huius em̄, finis eſt: alterius autē, principium ad ipſam autem rem: ſemper poſterioris paſsionis eſt. Sit tempus: in quo.a.c.b. res: in quo.d. hæc in.a. quidem tempore, alba: in.b. vero, non alba. in.c. ergo: alba & non alba. in quolibet enim ipſius.a. verum eſt dicere, albam, ſi toto hoc tempore erat alba: & in.b. non albam. c. autem: in vtriſq; non ergo dandum eſt, in toto: ſed præter vltimum nunc in quo.c. hoc autē iam poſterius. & ſi fiebat non album, & ſi corrumpebatur album in toto.a. factum eſt aut corruptum in.c. quare album aut non album, primum in illo verum eſt dicere: aut cum eſt factum non erit & cum corruptum eſt, erit. aut ſimul album & non album, ens & non ens eſſe: neceſſe eſt. Si vero quod fuerit prius non ens, neceſſe eſt fieri ens, & cū fit ens nō eſt: non eſt poſsibile in impartibilia tempora diuidi tempus ſi enim in.a. tempore, fiebat.d. album, factum eſt autem ſimul & eſt in altero impartibili tempore ſed cōtiguo in.b. ſi in.a. fiebat non erat, in.b. vero eſt: generationem oportet eſſe quandam mediam. Quare & & tempus erat in quo fiebat non. non enim eadem ratio erit: & ijs qui non impartibilia dicunt. ſed ipſius temporis in quo fiebat, factum eſt & eſt, in vltimo ſigno cui nullum eſt contiguum aut conſequenter. impartibilia autem tempora: conſequenter ſunt manifeſtum autem eſt ſi in.a. toto tempore fiebat: quod non eſt maius tempus in quo factum eſt, & fiebat, quam id in quo toto ſolum fiebat.

¶ In tex. 69. per idem documentum ſatiſfacit tertie dubitationi: vbi oſtendit, id quod generať, incipere eſſe per primum ſui eſſe, atq; id quod corrūpitur, deſinere per primū non eſſe Ait ergo manifeſtū autem eſſe ꝙ niſi quis fecerit ſignū qđ diuidat tēpus ꝑus ⁊ poſterius, ſcilicet illud in quo fit gn̄atio ⁊ illud in quo facta eſt, taliter vt illud ſignū pertineat ad poſteriorē paſſionē: id eſt, in generatione ſit primū eſſe geniti, in corruptiōe aūt primum nō eſſe rei corrupte, cōtinget vt ſit ſimul ens ⁊ nō ens. Itē cōſequēs fiet qđ id qđ factū eſt, nō ſit q̄n factū eſt. v.g. fiat ex aere ignis in tp̄e.a.c.b. ita vt in.a. ſit, aer duretq; gn̄atio vſq; ad.c. ⁊ inde iā ſit ignis. Dicit ꝙ ſignū illud mediū.c. vtriq; eſt cōmune, ſcʒ priori tēpori gn̄ationis, ⁊ poſteriori quo facta eſt gn̄atio: nā in illo vniunť ambo tēpora: atq; adeo illud inſtās, vnū quidē nūero eſt, ſed rōne, duo, puta finis prioris tēporis, in quo fit gn̄atio, ⁊ initiū poſterioris in quo facta eſt. Si tn̄ referať ad rē q̄ mouetur, erit quidē ſemꝑ poſterioris paſſionis: hoc eſt, ſimiliter ſe res habebit in illo, ⁊ in tp̄e ſequēti: nempe qđ ſi ex aere tūc gn̄atur ignis, erit.c. primū eſſe ignis, q̄ inde permanebit, ⁊ primū non eſſe aeris, q̄ inde nō erit. Format ergo Ariſte. argumentū ſic. Si res ex alba fit nō alba, tūc cum in.a. quidē tēpore terminato ad.c. erat alba: in tēpore vero.a.c. vſq; ad.b. eſt non alba: videtur cōtingere vt in.c. medio ſit alba et nō alba, eo qđ.c. ſit inſtās cōmune vtriq; tēpori. [Nō ergo dandū eſt] Reſpōſio ergo eſt, ꝙ nō eſt cōcedendū in toto.a. fuiſſe alba vſq; ad terminū incluſiue, ſʒ in toto preter terminū in quo eſt.c. hoc autē iā poſteri⁹: hoc eſt, ad poſteriorē paſſionē ptinet, vt, vcʒ iā nō ſit albū. [Et ſi fiebat] hoc eſt cū in illo toto tp̄e.A. ex albo fiebat nō albū ⁊ corrūpebať albū, ſequiť vt in.c. in toto factū iā ſit nō albū ⁊ corruptū albū. Quare albū inquit aut nō albū primū in illo, ſcilicet in.c. verū eſt dicere. hoc eſt ſi ex nō albo fiebat albū, illud eſt primū eſſe albi: ſi aūt cōtra ex albo fiebat nō albū, illud eſt (ꝑmū) eſſe non albi. [Aut cū eſt factū] Aut ſi hoc inquit, renueris, cōtinget tibi vt res, cū facta ſit, nō ſit: ⁊ cum fuerit corrupta, ſit: nā in illo inſtanti.c. res que fiebat, facta eſt: quam ſi negaueris illic eſſe, iam quod factū eſt, non erit: ⁊ res que corrumpebatur, tunc iam eſt corrupta: quare niſi dederis illud eſſe primum non eſſe, dabis ſubinde rem eſſe quando eſt corrupta. [Aut ſimul] hoc eſt aut relaberis in primum abſurdum: ſcilicet ꝙ tunc ſimul res erit alba ⁊ non alba. Reſolutio elucidatioq; huius rei eſt hec, ꝙ ſicut de motu locali dictum eſt ꝙ ſi res mouetur ab.a. in.b. qui ſit terminus motus, in.b. primū verū eſt dicere eſſe in termino per primū non eſſe motus, ita ſi res albe fit ab.a. vſq; ad.c. in.c. primū verum eſt dicere eſt alba: cuius vtiq; ratio in ſumma eſt, ꝙ cū motus nō terminet intrinſice per vltimū eſſe, ſed extrinſice per primū nō eſſe: ⁊ gn̄atio, q̄uis nō ſit motus eſt tn̄ ipſius terminus, ſit vt ſi aer ꝑ alterationē corrumpať in ignē, alteratio illa corrūpeť extrinſice per primū eſſe ignis, qđ eſt primum nō eſſe aeris. De hac aūt materia in primo de gn̄atione [Si vero quod] hec eſt ſecunda pars text. qua ex dictis elicit corollarium, nō eſſe poſſibile, vt tēpus diuidať in impertibilia: aut cōponať ex illis. Nā alias detur. v.g. ꝙ.d. in.a. tēpore indiuiſibili fiebat ex nō albo albū: tunc arguit ſic. Si in.a. fiebat albū, non erat tunc album, quia quod fit, non eſt: ergo neceſſe eſt deſignare alterum poſterius tempus puta.b. priori contiguum, in quo primo ſit album: quod quidem tempus per te pari ratione eſt indiuiſibile: et cum a non eſſe ad eſſe nequeat fieri tranſitus ſine mutatiōe, neceſſe eſt inter.a. et.b. inter iacere tempus, quo fiat illa generatio. Des ergo tempus medium, quod cum, te auctore, neceſſe ſit pariter eſſe indiuiſibile, idem recurrit argumentum de illo tempore.c. nam ſi in illo fit album, nondum tunc erat album: et cum modo ſit album, neceſſe eſt ſignare aliud inter medium in quo mutabatur de non albo in albū: et ſic in infinitum. Cum autem infinita non poſſint hoc pacto abſolui, fit vt impoſſibile ſit mu-

tatio de non albo in album. [Non enim eadem] Reſpondet ergo, argumentum nihil contra nos militare, quippe qui non admittimus imparti- bilia tempora: nam reſpondebimus quod res facta eſt et exiſtit in vltimo ſigno ipſius tempo- ris, in quo fiebat. Itaq; motus in quo fiebat ter- minetur extrinſice ad illud inſtans in quo facta eſt: cui quidem inſtanti non eſt aliud contiguū, ſed inter quecunq; duo interſtat tempus. Qui vero admittunt inſectilia tempora, fateri cogun tur, illa eſſe contigua. [Manifeſtum autem eſt] Infert ex proximo corollarium alterum: vt pu- ta tempus in quo res fit et facta eſt, non eſſe ma- ius toto illo in quo fiebat, nam cum iſtās in quo primum res facta eſt, ſit indiuiſibile, non auget elapſum tempus in quo fiebat. Illi autem qui fatentur tempus componi ex indiuiſibilibus, di cere cōpelluntur ꝙ indiuiſibile per appoſitionē indiuiſibilis excreſcat: vt lib. 6. premōſtratū eſt.

Text.lxx. ❧ Quibus igitur aliquis tanquam proprijs cre- det rationibus: hæ & huiuſmodi quædam ſunt. Rationaliter autem conſiderantibus: & ex his videbitur alicui idem hoc accidere. Omne enim quod continue mouetur: ſi à nullo prohibeatur, in quod quidem venit ſecundum loci mutatio- nem, in hoc & prius ferebatur. Vt ſi ad. b. venit: ferebatur ad. b: & non cum prope erat: ſed mox vt cœpit moueri cur enim magis nūc quā prius? ſimiliter autem: & in alijs. Quod autem ab. a. ad. c. fertur: rurſus veniet ad. a. continuè mo- tum. Cum ergo ab. a. ad. c. ferebatur: tunc & ad. a. fertur, eo qui. a. c eſt motu. Quare ſimul contra- rij enim ſunt: qui ſecundum rectam fiunt. Simul autem & ex hoc mutatur: in quo non eſt ſi igitur hoc impoſsibile eſt: neceſſe eſt ſtetur in. c. non eſt ergo: vnus motus, qui enim ſtatu intercipitur: non eſt vnus.

¶ Concludit ergo in hoc text. 70. motum reflexum nequire eſſe perpetuum: idq; rationibus proprie ſumptis ex eius natura: proponitq; idē confirmare dialectice (id quippe ſonat rationa- biliter) puta rationibus generalibus a natura contrarietatis petitis: que ſunt quatuor. Prima innititur proprie in motu locali. Id quod cōti- nue ſecundum locum mouetur, ſi a nullo in me- dio motu prohibeatur, continue fertur in ter- minum et ſcopum illius motus: vt ſi feratur in. b. ſemper intentio mobilis fertur in. b. non mo- do quando prope eſt ſed ſtatim ab initio, ex quo motum inchoauit: quia nulla eſt ratio cur ma- gis feratur in. b. quando appropinquat, ꝗ dum longius ab erat. Neq; id quidem proprium eſt motus localis, verum aliorum quoq; commune. Si ergo quod ab. a. proficiſcitur in. c. et rurſus reflectitur ad. a. continuo mouetur, vt tu lar- giris, quidum negas, quieſcere in puncto. c. fa- teris vnicum eſſe totum motum continuum, fit vt ab ipſo protinus exordio quo mobile profe- ctum eſt ab. a. ſemper feratur in ipſum. a. ad quē terminum per. c. medium motu vno fertur. Et ex conſequenti ſequitur, vt ſimul moueatur mo- tibus contrarijs, puta ab. a. in. c. et. a. c. in. a. Et rurſus ſequitur aliud abſurdum ꝙ mobile ante- ꝗ ſit in. c. moueatur a. c. in. a. igitur cum hec im- poſſibilia ſint, neceſſe eſt concedere tale mobile quieſcere in. c. inibiq; interrumpi motum, atq; adeo non eſſe eundem.

❧ Amplius autem: & ex his manifeſtum eſt vni- uerſaliter magis de omni motu. ſi em̄ omne quod mouet moueatur aliquo dictorum motuum, & Tex.lxxj. quieſcat aliqua oppoſitarū quietum (nō em̄ erat alius præter iſtos) quod aūt nō ſemper mouetur ſecundū hunc motū dico autē quicunq; ſunt di- uerſi ſpecie & nō ſi qua pars eſt totius: neceſſe eſt prius quieſcere ſecundū oppoſitā quietem quies em̄: priuatio motus eſt. Si igitur cōtrarij quidem motus ſunt qui ſecundū rectā fiunt ſimul autem non cōtingit moueri cōtrarijs motibus: quod ab. a. ad. c. fertur non vtiq; feretur ſimul & ab ipſo. c. ad. a. Quoniam autē non ſimul fertur mouebitur autem ſecundum hunc motum: neceſſe eſt prius quieſcat apud. c. hæc enim eſt: oppoſita quies ei qui eſt. c, motui Manifeſtum igitur eſt ex ijs quæ dicta ſunt: ꝙ non eſt continuus motus.

¶ Secūda ratio ſupponit principia quedam vni- uerſalius in quocunq; genere motus. Supponit inꝗ, tantū eſſe tria genera motus (vt lib. 5. oſten- ſum eſt) p̄ter quos nullus eſt alius. Et rurſus ſup ponit omne qđ mouet aliqua ſpecie horū motuū, neceſſe eſſe prius quieſcere quiete oppoſita vſ- ꝗ ad illud temporis punctum, quo moueri cepit Cuiꝰ gratia exēpli accipiant, inquit, duo motus, qui diſtinguant ſpecie, vt dealbatio ⁊ denigratio, vel calefactio, ⁊ nō tm̄ differāt tāꝗ due ptes eiuſ dē motus. Nā qn̄ inchoatur ſcđa pars dealbatio nis non eſt neceſſe vt illic quieſcat mobile, ſicut qn̄ incipit diſtinctus motus ſpecie. Tunc format ratio cōuerſiua ſuperioris, nā alia deducebat re- ſpōdentē ad impoſſibile, hec aūt aſſumit contra- riū cōcluſionis. Motus cōtrarij nequeūt eſſe eo- dē tpe ſimul: motus ab. a. ad. c. ⁊. a. c. ad. a ſient cō trarij: ergo nō poſſunt eſſe ſimul. Rurſꝰ, ergo quā to tpe mobile ferebat ab. a. ad. c. non ferebat. a. c. ad. a. atq; adeo qeſcebat qete oppoſita. Nā duor priuatiue oppoſitorū, ꝗdiu vnū abeſt, alterū in eſt: ⁊ ideo cum qes ⁊ motus priuatiue opponant, qn̄ mobile non mouebat. a. c. ad. a. qeſcebat qete cōtraria vſq; ad punctū. c. et p ꝯn̄s nō fit vnꝰ mo- tus ex illo qui eſt ab. a. ad. c. ⁊ altero. a. c. ad. a.

❧ Amplius aūt & hęc rō magis ꝓpria eſt ijs quę dicta ſunt ſimul em̄ corruptū eſt nō albū: & factū eſt albū. Si igitur cōtinua alteratio eſt ad albū: & ex albo, & non manet aliquo tpe, ſimul corruptū eſt nō albū & factū eſt nō albū triū. n. erit idē tp̄s. Textus. lxxij.

¶ Tertia ratio conſtituitur in contradictione ge nerationis et corruptionis. Que ſic procedit ad impoſſibile, ſi motus directus ⁊ reflexus vnus eſ ſent cōtinuus, ſupponant eſſe ex albo in nigrū, et ex nigro in albū. Et pariter ſupponat, idē eſſe, corrumpi nō albū: ⁊ fieri album: nam corruptio vnius cōtrarij eſt factio alterius. Tūc ſic. Si mo- tio ex albo in non album continuat illi reflexo ex non albo in album, ſequitur (vt monſtratum eſt in ratione prima) quod ſtatim a principio fiebat motus ex albo in albū: ex quo fit rurſus ꝙ ſimul eodē tēpore corrūpitur nō albū, ⁊ fit non album. Nam motio ex nō albo in albū, que eſt corruptio non



non albi, ſimul erat cum motione ex albo in non album, que eſt factio non albi. Enimuero ſm opi nionem tria hec concurrunt ſimul, ſcilicet, fieri album, ⁊ corrumpi non album, ⁊ rurſus ex non al bo fieri album. Ex quo fit, vt non ſolum cōtrarie, ſed contradictorie actiones ſint ſimul, puta cor- ruptio ⁊ generatio eiuſdem. Et quia in contradi- ctorijs patentior fit repugnantia nature, ꝗ in cō trarijs ait hāc rōnem eſſe magis propriam, ꝗ ſu- periores, hoc eſt, que maiori demonſtratione rem euincit.

## CAPVT. IX.

Fragmētū eiuſdē textus. AMplius non ſi continuum eſt tēpus: & motus, ſed conſequenter. quomo- do enim erit vltimum idem contra- riorū: vt albatiōis & denigrationis.

¶ Fragmentum hoc ſuperioris textus, quo quar ta continetur ratio, poterat quidem in calce ſu- perioris capituli collocari: haud tn̄ inepte initiū fit capituli noni, ppterea ꝙ hec ratio anſam pre- bet ſubſequenti diſputationi de motu circulari. Eſt ergo ratio quarta qua reſpōdetur rationi cō trarie. Poterat enim quis arguere, ꝙ cum tēpus amborum motuum ab. a. ad. c. ⁊ a. c. ad. a. ſit conti nuum, ipſi etiam motus conſtituant vnum cōti- nuum. Reſpondet inquam, conſequētiam nullā eſſe, vt. 5. lib. prehabitū eſt. Poſſunt quippe duo contrarij motus ſibi ſuccedere, vt albatio deni- grationi, in eodem continuo tempore, qui tn̄ nō poſſunt eſſe cōtinui. Nam contrariorum, inquit, quomodo erit vnum vltimum? puta vnum pun- ctum quo iungantur. Quaſi dicat nequaꝗ.

Textus. lxxiij. ❧ Qui autem ſuper circularē fit: erit vnus & con tinuus. nihil enim: impoſsibile contingit. quod enim ex. a. mouetur: ſimul mouebitur ad. a. ſecun dum idem propoſitum. ad quod enim veniet: & mouetur ad hoc, ſed non ſimul mouebitur con- trariis neq; oppoſitis. non enim omnis qui eſt ex hoc: ei qui eſt ad hoc contrarius eſt aut oppoſi- tus. Sed cōtrarius quidem eſt: qui ſuper recta fit. huic enim eſt contrarius: ſecundum locum. vt qui ſecundum diametrum fit. diſtat enim: plurimum. Oppoſitus autem eſt: qui eſt ſecundum eandem longitudinem. Quare nihil prohibet: cōtinuè mo ueri & nullo tempore deficere. Circularis em̄ mo tus eſt qui ab eodem in idem. rectus autem: qui ab eodem in aliud. Et qui in circulo quidem fit: nunquam in eiſdem eſt. qui verò ſecundum rectā ſæpe in eiſdem. Eo igitur qui ſemper in alio & alio fit. contingit moueri continuè. eo verò qui in eiſdem ſæpe: non contingit. neceſſe enim eſſet: ſi- mul moueri oppoſitis. Quare neq; in ſemicirculo neq; in alia circumferentia vlla: contingit moue- ri continuè. ſæpe enim neceſſe eſt: ſecundū eandē moueri, & contrariis mutari mutationibus. non enim copulatur principio: finis, qui autem circu- li eſt, copulatur: & ſolus eſt perfectus.

¶ Poſtꝗ demonſtrauit ꝙ nullus motus localis rectus poteſt eſſe continuus in perpetuum, hoc eſt, in infinitum, propterea quod non poteſt dari ſpatium infinitum per quod motus rectus, ptra- hat ⁊ tn̄ motus rectus ⁊ reflexus nō faciāt vnū, proſequitur vt demonſtret, circularem poſſe eſſe vnum ⁊ perpetuū. Facit autē in hoc textu duas rationes, que ſumuntur ex duobus cōtrarijs p̄n cipijs ad ſuperiora, ⁊ fundantur in duabus pro- prietatibus contrariorum. Prior eſt hec illud eſt poſſibile, ad quod nullum ſequitur impoſſibile: ex hoc autem quod circularis motus ſit ppetuꝰ, nullum ſequitur impoſſibile: ergo illud eſt poſſi- bile. Probatur minor: nam ratio impoſſibilitatis in motu recto ⁊ reflexo erat hec ꝙ ſi motus ab a. ad. c. ⁊. a. c. ad. a. erat vnus, fiebat cōſequens, vt ſtatim ab initio mobile moueret ab. a. ad ipſum- met. a. hoc autem non inconuenit in motu circu lari: quinuero eſt proprietas eius, vt fiat ab eodē puncto in idem punctum. Etenim quod circula- riter mouetur, ſm eundem aſpectum et partium poſitionem reuertitur in idem punctū: vt patet ſi muſca moueatur per circulum: quod autē reuer titur per eandē lineam rectam, aut debet retro cedere, vt pars, que erat poſterior, fiat anterior: aut debet aſpectum retrouertere: ergo in circu- lo nihil repugnat motum fieri ppetuum. Decla- rat hoc amplius: quia ex hoc nō ſequitur hic, ſi- cut illic, vt idē ſimul moueatur motibus contra- rijs, aut vlla ratione oppoſitis: q2 non omnis mo- tus qui fit ab. a. eſt contrarius ei, qui reuertitur ad ipſum. a, ſed illi ſoli, qui reuertitur per lineam rectam: vt motus ab. a. ad. c. per diametrum con trarius eſt ei, qui fit a. c. ad. a. per eādē diametrū. Qui aūt fit per ſe- micirculū. b. non eſt contrarius ei, qui fit a. c. in. a. per ſemicirculū. d.




Et ratio eſt: quia (vt definitū eſt lib. 5. tex. 24.) contraria ſunt, que maxi- me diſtant: maxima autem diſtātia inter duo lo- ca non ſumit per lineam circularem: eo quod in- finite tales poſſunt duci inter eadem duo pūcta: ſed per lineam rectā, q eſt breuiſſima, atq; adeo omniū diſtantiarū menſura. Ex quo fit vt cōtra- rietas ſm locum non ſit penſanda penes lineam circularem, ſed penes rectā. Et hoc eſt quod ait Ariſto. motus diuerſos per eandem diametrum eſſe contrarios, eo quod plurimum diſtant ſm re ctam: alios vero per ſemicirculos diuerſos, mi- nime. Et ideo nihil vetat ſic continuo fieri motū per circulū, vt nullo tēpore deficiat. Circularis enim motus eſt, qui ab eodem in idem fit: rectus autem, qui ab eodem in aliud: puta in contrariū extremum: quapropter in illo nulla dignoſcitur contrarietas, ſicuti in hoc: ⁊ ideo neq; illi repu- gnat cōtinuatio, ſicut huic, dum reflectitur. [Et qui in circulo] Subiungit rationem ſecundam. ſuperior em̄ fundatur in eo quod contraria ſunt illa, que maxime diſtant: hec vero in hoc qđ ver- ſantur circa idem: vt habetur in predicamentis cap. 10. dealbatio enim que eſt in genere coloris ⁊ fit in ſuperficie, non contrariatur iuſtitie, q̄ ver ſatur in actionibꝰ. Eſt ergo ratio huiuſmodi. Mo tus qui fiunt in circulo nunꝗ fiunt per idem me- dium, ſed pars vna procedit per vnum ſemicircu lum ⁊ altera per alterum: recti autem ſepe fiunt per idem: vt patet in recto ⁊ reflexo per eandem diametrum: ergo illi non ſunt contrarij, ſed iſti, q2 cōtraria ſunt circa idem. Et rurſus: ergo circu lari, quippe qui ſemper fit per aliud ⁊ aliud pun- ctum, contingit vt poſſit eſſe cōtinuus ac ſemper



vnus:recto vero id repugnat:nam contrarij motus non poſſunt eſſe continui.[Quare neq;] colligit ex ſuperiori cõcluſione,nullum alium motũ, preter circularem,eſſe cõtinuum et perpetuum: ſiue procedat per ſemicirculũ ꝛ reuertatur per diametrum:ſiue per maiorem minorẽve portionem ſemicirculi:quia vbi linea incipit eſſe recta pauſabitur motus:eo quod recta cum circulari habet ſpeciem cõtrarietatis: adeo vt finis circularis motus nequeat vniri principio recti: ſolus ergo circularis eſt vnus atq; perfectus.

Textus. lxxiiij. ❧ Manifeſtum autem eſt & ex hac diuiſione: ꝙ non alios contingit motus eſſe continuos.in omnibus enim accidit : ſecũdũ eandem moueri ſępe. vt in alteratione per media: &in eo qui eſt quantitatis,per medias magnitudines. & in generatione & corruptione:ſimiliter.nihil enim differt : ea pauca vel multa facere,in quibus eſt mutatio,aut medium addere quidpiam,vel auferre.vtroq; em̃ modo accidit:per eadem moueri ſæpe.Manifeſtũ eſt igitur ex his,ꝙ neq; qui de natura diſerũt bene dicunt,qui omnia ſenſibilia moueri ſemper dicunt.moueri enim neceſſe eſt:aliquo illorum motuum,& maximè ſecundum illos eſt alterari. fluere. n. dicunt ſemꝑ : atq; diminui. Amplius aũt & generationem & corruptionem:alterationem eſſe dicũt. Ratio autem nunc dixit vniuerſaliter de omni motu:ꝙ nullo motu contingit moueri continuè,præterq̃ circulari. Quare neq; ſecũdum alterationem, neque ſecundum augmentationem. Quòd igitur neq; ĩfinita ſit mutatio vlla,neq; cõtinua ꝑter circularẽ lationẽ tot à nobis dicta ſint.

¶In hoc tex.74.duo infert phus corollaria. Pri⁹ eſt ꝙ neq; in vllo aliorum generum motus, eſſe põt quiſpiam vnus ꝛ perpetuus.Et ratio eſt: qꝛ in illis,licet appareat fieri circulatio, non fit tamen niſi per modũ reflexionis per eadem media.Ratio ergo eſt talis.Vbi ꝓgreſſio ꝛ regreſſio in motu nõ fit per diuerſa media,vti in circulo,ſed per eadem,velut in diametro,non poteſt eſſe continuatio motus:vt iam viſum eſt: quia neceſſe eſt in puncto reflexionis pauſari:in alteratione autem,cum ab albo progredit in nigrũ ꝛ a nigro regreditur in album,fit regreſſio per eadẽ media: tranſitur enim per ſub album ꝛ ſub nigrum,ꝛ viceuerſa reuertitur:ergo cum ex nigro fit reuerſio,illic ceſſatur. Profecto ratio eſt ingenioſa. Et idem,inquit,vſu venit in augmento ꝛ decremento quãtitatis:imo vero ꝛ in generatiõe et corruptione. Nam ſi dum ignis vertitur in aerem, medium aliquod trãſitur , per idem fit regreſſio, dũ aer vertatur in ignem.[Nihil enim differt] Neq; vero,inquit,differt, vnum ſit,plura ve media:poſitiuum ve(vt in hoc poſito exemplo) an priuatiuum:ſicut eſt inter bonum ꝛ malũ.[Manifeſtum igitur] ſecundũ corollarium eſt contra phos antiquos,qualis erat Heraclitus,de quorum opinione meminit tex.23. Aiebant enim , ſenſibilia omnia eſſe in continuo motu. Hos quippe confutat hic.Quoniã neceſſe illis erat illud aſſerere, non de motu circulari ſm locum,vt experimento cõſtat,ſed,vel de motu recto,vel de motu alterationis:de quo ipſi potiſſimum loquebantur, dicentes omnia eſſe ſemper in continuo fluxu. Imo vero aiebant generationes non eſſe aliud, q̃ alterationes quaſpiam qm̃ nõ agnoſcebãt ſubſtantiales formas, ſed ſenſiles prorſum qualitates . Et tamen ratio proxima vniuerſaliter concluſit de omni motu:preter circularem, quod non poſſit eſſe continuus.Concludit ergo epilogum dicẽs, ſatis eſſe oſtenſum,ꝙ nulla,preter circularẽ,mutatio,poteſt eſſe infinita.

❧ Quod autem lationũ circularis prima ſit:manifeſtũ eſt . Omnis em̃ latio , ſicut & prius diximus:aut circularis eſt aut ſuper recta , aut miſta. Textus. lxxv. Hac autem neceſſe eſt:priores eſſe illas. ex illis.n. conſtat.Recta autem:circularis . ſimplex enim:& perfecta eſt magis.in infinitum enim non eſt ſecundũ rectã ferri. quod. n. ſic eſt infinitũ nõ eſt ſed neq; ſi eſſet moueretur vtiq; aliquid. non em̃ id fit:quod impoſſibile eſt.tranſire autem infinitam:impoſſibile eſt. Ea autem latio quæ ſuper finita recta fit ſi reflectatur quidem cõpoſita eſt,& duo motus.ſi verò non reflectatur:imperfecta eſt & corruptibilis.Prius autem & natura & ratione & tempore,quod perfectum quidem eſt,imperfecto eſt:corruptibili autẽ incorruptibile.Amplius motus prior eſt quem contingit perpetuum eſſe: eo quem non contingit.circularem igitur:contingit perpetuum eſſe.aliorum autem:neq; loci mutationẽ neq; alium vllum.ſtatum em̃ oportet fieri.ſi autem ſtatus eſt:corruptus eſt motus.

¶In text.75.ex ſuperiori cõcluſione elicit alterã: nẽpe circularẽ motũ eſſe oĩm primum,iam.n.ſupra tex.55.ꝛ infra conſtituerat,oĩm motuũ localẽ eſſe primũ:hic autẽ pergit demõſtrare ꝙ inter locales,circularis eſt primus . Supponit.n.id qđ tex.64.ꝓmiſerat,vł3 tres eſſe ſpecies localis motus.ſ.circularẽ,q̃ fit per ſemicirculũ,ꝛ rectũ,qui fit per diametrũ,ꝛ mixtũ qui cõſtat ex vtroq; . Et ꝙ hoc tertio alij ſint priores inde conſtat ꝙ partes ſemper ſunt priores toto . At ꝙ recto circularis ſit prior, ꝓbat rõne duplici . Prior eſt hec. Id qđ eſt ſimplex ꝛ perfectũ, prius eſt illo qđ nõ adeo ſimplex neq; perfectũ:circularis autẽ motus ſimplicior eſt ac perfectior recto : ergo prior. Probat prius minorẽ ex eo qđ motus circularis põt eſſe infinitus,vt dictum eſt,rectus vero minime. Nam vel fieret infinitus,extẽſus per magnitudinẽ infinitã:ꝛ hoc nõ:tũ qꝛ neq; talis magnitudo eſt poſſibilis:tum etiã qꝛ neq; ſi eſſet,poſſet pertrãſiri,atq; adeo neq; motus in illa fieri poſſet infinitus.Vel fieret infinitus per reflexionem ſuper eãdem finitã magnitudinẽ iteratus : ꝛ hoc non,qꝛ ille motus(vt dictũ eſt ) nõ eſſet vn⁹,atq; adeo neq; ſimplex,ſed cõpoſitus ex duobus. Id autẽ qđ eſt infinitũ,eſt perfectũ : qꝛ nulla ei fieri põt additio:ꝛ ſimplex:qꝛ nõ cõſtat ex motib⁹ duobus:eſtq; adeo incorruptibilis : qꝛ nõ abrumpit dum venit ad terminũ vñ reuertit:rectus vero,ſi reflectat,non eſt ſimplex neq; vnus, ſi aũt nõ reflectat,eſt imperfectus:qꝛ põt ei fieri additio:et eſt ꝑterea corruptibilis:qꝛ mobili ꝑueniente ad terminũ,ceſſat.Ecce minorẽ.Maior aũt ꝯſtat,qꝛ perfectũ imperfecto,ꝛ corruptibile incorruptibili ꝑfectius eſt.[Ampli⁹] ſecũda rõ eſt hec.Per-





petuũ prius eſt tẽporali,ſicut ꝛ eternitas,tẽpore, quia temporale depẽdet a perpetuo: circularis autem motus perpetuus eſt:rectus vero , tẽporalis:ergo circularis eſt prior ſecundũ tempus.

Textus. lxxvj. ❧ Rationabiliter autem accidit:circularem vnũ eſſe & continum & non eum qui ſuper recta fit. eius enim qui ſuper recta fit:determinatum eſt & principium,& medium, & finis , & omnia habet in ſeipſo.Quare eſt:vnde id incipiat quod mouetur & vbi deſinat.apud enim terminos : quieſcit omne aut vnde aut vbi. Ipſius autem circularis: indeterminata ſunt.cur enim magis quoduis eorum quæ ſunt in linea:terminus erit?ſimiliter em̃ vnum quodque:& principium, & medium,& finis eſt , vt ſemper id quod mouetur ſit quodam modo in principio & fine & nunquã in vno eorum tantùm . Quare mouetur & quieſcit quodã modo:ſphæra.eundem enim ocupat locum. cauſa autem eſt:quoniam omnia hęc acciderunt ipſi centro.principium enim & medium magnitudinis,& finis eſt . Quare fit vt propterea quòd hoc extra circumferentiam eſt ſit vbi id quod fertur quieſcat,quaſi tranſierit.ſemper enim fertur circa medium:ſed non ad extremum.propterea autem quòd hoc manet & ſemper quieſcit quodam modo totum,& mouetur continuè.Accidit autẽ ecõuerſo.etenim quoniam menſura motuum circulatio eſt:primã neceſſe eſt ipſam eſſe. Omnia em̃: menſurantur primò. & quia primò eſt : menſura eſt aliorum. Amplius autem & regularem contingit circularem eſſe:ſolũ.qui enim ſuper recta fiũt: irregulariter & à principio feruntur &ad finem. omnia enim quãto plus diſtant ab eo quod quieſcit:feruntur velocius.Circularis aũt ſolius:neq; principiũ neq; finis in ipſo natura eſt , ſed extra.

¶Superioribus rationibus,que a propria natura circularis motus proficiſcebantur, adhibet ꝛ hoc text.76.tres alias dialecticas. Hoc enim ſonat rationabiliter. Porro autem prima ex legitima philoſophia deprõpta eſt. ſupponit enim in linea recta,palam eſſe tria puncta,initium,ſcilicet,mediũ ꝛ finem:que puncta ſunt in linea ipſa: in qua idcirco facile eſt deſignare vnde incipiat motus,ꝛ vbi deſinat:fit enim(vt lib.5.text.54. viſum eſt)inter duas quietes.Ab vna quippe incipit ꝛ in alterã terminat.Circularis aũt linee ĩdeterminata ſunt talia puncta: nulla ſiquidem ratio extat,cur vnum punctũ linee,initium ſit,medium ve,aut finis,potiꝰ ſq̃ aliud vnum qđlibet. Quin vero vnũquoq; poteſt ratione ꝯcipi tanq̃ principium,medium ꝛ finis,quia quodlibet eſt finis precedentis portionis circuli ꝛ initiũ ſequẽtis,atq; adeo medium vtriuſq;. Qua vtiq; ratione id quod in circulum vertitur,ſemper eſt in initio ꝛ medio ꝛ in fine. Ex quo rurſus fit cõſequẽs, vt ſphera.(vt lib.6.text.42.dictum eſt) ſimul mouetur quodam modo,quia mutat locum ſm partes,ꝛ quodam modo quieſcit: quoniam ſm totã non mutat locum.[Cauſa autem eſt] ſubdit cauſam cur huiuſmodi puncta non ſint determinata in circulo:videlicet quoniam cẽtrum circuli,eſt eius initium:nimirũ vnde oẽs linee prodeuntes ſunt ęquales,ꝛ eſt pariter finis, in quẽ lineę a circũferentia cõducte terminantur : ꝛ eſt medium circa quod vertitur circũferẽtia. Quocirca hec tria pũcta non ſunt in ipſa linea circunferentie, ſicuti in recta,vt mobile tranſeat talia puncta quoniam centrum quod eorum vice fungitur eſt extra circunferentiam obidque motus circularis non fit tranſeundo media et tendendo in extrema:ſed fit ſemper circa medium.Et quia illud medium ſemper eſt fixum,ſphera quodam modo quieſcit ſecundũ ſe totam in loco : ſed mouet ſecundum rationem partium tranſeuntium per pũcta cirumferentie . Eſt ergo forma ſyllogiſmi hec omnis ille motus, qui nunq; eſt in principio et in fine,eſt continuus:quia motus non interpolatur niſi in talibus extremis : motus autem circularis eſt huiuſmodi:ergo eſt cõtinuus . Et per contrariam rationem motus rectus nõ põt eſſe perpetuo continuus[Accidit autẽ] ſecũda ratio eſt hec. Id quod eſt prius in aliquo genere,et qđ eſt omnium menſura cõuertuntur : ſicuti vnitas que eſt initium numerorũ eſt omnium menſura: vt.10.meta.tex.4. conſtitutũ eſt : motus autẽ circularis eſt menſura omniũ aliorum(vt lib.4.tex.133.demonſtratum reliquit) ergo eſt primus . Et econuerſo quia primus eſt, fit vt ſit mẽſura aliorum.Imo vero hec eſt ratio a priori,nempe quia primus,ideo eſt menſura. [Amplius] Tertia ratio eſt ſuperioris expoſitoria:nam obidq; motus celeſtis regulariſſime fit,eſt aliorũ mẽſura.Supponatur(ex lib.5.tex.44.)illum eſſe motum regularem,qui equa fit velocitate per omne tempus. Tunc ſic motus regulariſſimus eſt primus,quia inde habet vt ſit aliorum menſura: circularis eſt regulariſſimus:ergo primus.Declaratur minor Motus rectus,ſi ſit naturalis,velocior eſt in fine quam in principio,eo quod quãto propinquius eſt ſuo fini auidius fertur , atq; adeo intenſior fit eius impetus:in motu autem violento,vice verſa quo diſtãtius ſit mobile,a mouẽte, eo ſegnius mouetur et remiſſiori impetu . Ratio autẽ huius varietatis eſt propter extrema, quibus motus terminat.Igit cũ circularis non fiat ſm ſe totum ab aliquo vel ad aliquod punctum,ſed circa idẽ medium,nulla eſt ratio inequalitatis in celeritate.Et ideo ꝙ regularis eſt, fit vt ſit ꝑmus, obidq; adeo per illum certiores efficimur de motibus horum inferiorum. In hoc enim nobis horologia inſeruiunt,vt per illa nobis innoteſcãt hore, que ſunt equales portiones ſolaris lationis.

❧ Quod autem ea quæ eſt ſecundũ locum mutatio primus motuũ ſit:teſtantur omnes quicunque de motu fecerũt mentionem principia enim Textus. lxxvij. ipſius tribuunt mouentibus ſecundũ huiuſmodi motũm diſgregatio enim & congregatio : motus ſecundum locum ſunt ſic enim mouent amicitia & lis,ipſarum enim hæc diſgregat illa autem congregat . Atq; intellectum primum mouente dicit Anaxagoras:diſgregare. Similiter autem: & quicunq; talem quidem nullam cauſam dicunt ſed propter vacuũ moueri dicunt.etenim hi eo quod ſecundum locum eſt motu : naturam moueri dicunt motus em̃ qui propter vacuum fit , loci mu-

tatio eſt, & vt in loco. Aliorum autem nullũ ineſſe primis: ſed iis quæ ſunt ex his, putant. augmentari enim & diminui & alterari, cùm cõgregantur & diſgregantur impartibilia corpora: dicunt. Eodem autem modo: & quicunq; per denſitatẽ aut raritatem conficiunt generationẽ aut corruptionem. congregatione enim & diſgregatione: hæc diſponunt. Amplius autem & præter hos: qui animam cauſam motus faciũt. ipſum enim ſeipſum mouens. principium eſſe dicunt, eorum quæ mouentur. mouet autẽ animal ſeipſum, & omne animatum: eo qui ſecundum locum eſt motu. Et propriè autem moueri dicimus ſolũ: quod mouetur eo qui ſecundum locum eſt motu. ſi autem quieſcat quidem in eodem, augmẽtetur autem aut diminuatur aut alteretur: quodam modo moueri ſimpliciter autem moueri non dicimus. Quòd igitur ſemper & motus erat & erit omni tempore & quodnam ſit principium perpetui motus ad hæc autẽ quis motus primus, & quem motũ perpetuum contingit ſolum eſſe, & quod primũ mouens immobile ſit: dictum eſt.

¶ Tandem in hoc tex. 77. confirmat ſententiã ſuã authoritate antiquorum: non quidem quod motus circularis, ſed ꝙ motus localis ſit primus. Nã vtcũq; antiqui de principijs allucinati ſunt, in hoc tamen omnes recidebant, ꝙ primus omnium motuum fuerit localis. Et cõtinet hic text. mẽbra. 7. Primo opionẽ Empedoclis, qui poſuit mundum amicitia diſſolui, cum partes cõfluunt in chaos, lite vero conſtitui, dum inde diſgregãtur. Diſgregatio namq; & congregatio motus locales ſunt. [Atq; intellectũ] Idem fatebat Anaxagoras, qui poſuit ſeparatam mentẽ eſſe primã cauſam mũdi. Id enim efficiebat mens per eandem diſgregationem, quam Empedocles adſcribebat liti. [Similiter autem] eodem prorſus relabebatur Democritus, qui nullã agnoſcebat cauſam efficientem, ſed docebat, omnia per ſe moueri ad replendum vacuum: talis quippe motus localis eſt. Aliorum autem motuum nullũ aiebat ineſſe primis, ſed ex primis fieri: hoc eſt, alterationem et augmentationem non aiebat eſſe primos motus, ſed fieri ex cõgregatione aut diſgregatione atomorum ad replendum vacuum, que erant corpora impartibilia. [Eodem autẽ modo] Quarto idem quoq; fatebantur & Parmenides & Meliſſus & reliqui, qui ponebant oĩa eſſe vnum principiũ materiale, puta aquã, vel ignẽ, vel aerem, ex quo principio omnia dicebant generari. Apud hos nãq; generatio & corruptio rerum nõ fiebat niſi per quandã rarefactionẽ aut condenſationem: que ſunt motus locales partium: puta dilatatio a medio, vel contractio ad mediũ. [Amplius autẽ] Quinto & Plato ipſe qui dicebat, animam eo quod ſeipſam mouet, eſſe omnium principium (animam autem appellabat, primam ac diuinã cauſam) tenebat idem confiteri. Nam motus quo animal, & omne animatũ ſeipſum mouet eſt ille qui eſt ſm locum: per quẽ adeo prima cauſa deberet ſeipam oĩaq; mouere. [Et ꝓprie] Sexto id demũ ꝯfirmat vulgari opinione. Vulgus. n. ea prorſus exiſtimat moueri, que ſecundũ locum mouentur. Si quid autẽ quieſcat in eodem loco q̃uis augmentetur diminuatur ve, aut alteret, id quodammodo quidem moueri concedimus, ſimpliciter aũt moueri negamus, documentum ergo eſt hoc, ꝙ motus localis ſit omnium primus, ac digniſſimus. [Quod igitur ſemper] ſeptimum hoc membrum collectio eſt omnium ſupradictorum. Propoſuerat nãq; tex. 23. diuiſionẽ illã quinq; membrorũ. ſ. aut omnia ſemper moueri, aut omnia ſemper quieſcere &c. intendens quintum membrum conſtituere: nempe, eorum que ſunt, alia quandoq; moueri et quandoq; quieſcere, vt ſublunaria: alia vero ſemper quieſcere, vt primum motorem: alia vero ſemper moueri: vt celeſtes orbes. Conclud igitur iam eſſe monſtratum, motum ſemper fuiſſe, & ſemper fore id quod abſoluit in viginti prioribus textibus dein demonſtrauit, quodnam ſit principium perpetui motus nam primus motor immobilis: id qđ oſtendit text. 52. Atq; adeo demonſtrauit quiſnã motus ſit primus, ac perpetuus atq; adeo ꝙ primum mouens ſi immobile.

## CAPVT. X.

QVOD autem hoc neceſſe eſt impers eſſe, & nullam habere magnitudinẽ: nunc dicamus primum de prioribus ipſo definientes. Horum autẽ vnum quidem: eſt ꝙ impoſsibile eſt vllum finitum mouere infinito tempore. Tria enim ſunt. quod mouetur & mouens & tertium in quo ſcilicet tempus. Hæc autem aut omnia infinita ſunt aut omnia finita: aut aliqua vt duo aut vnum. Sit igitur. a. mouens: quod autem mouetur. b. tempus infinitum: in quo. c. ipſum. d. igitur: moueat aliquam partem ipſius. b. quæ ſit in quo. e. Non igitur in æquali ipſi. c. in maiore enim: maius quare nõ eſt infinitum tempus illud: quod eſt ipſius. f. Sic itaq; ipſi. d. addendo conſumam ipſum. a. & ipſi. e. ipſum. b. tempus autem: non conſumam ſemper. Quare totum. a. totum. b. mouebit: in tempore finito ipſius. c. Non ergo poſsibile eſt: à finito, moueri aliquid ſecundum infinitum motum. Quòd igitur non contingit finitũ infinito tempore mouere manifeſtum eſt. Textus. lxxviij.

¶ Poſtq̃ in ſuperioribus de perpetuitate primi motus & immobilitate primi motoris ſatis dictũ eſt, in hoc tandẽ poſtremo capite de primo motore demonſtrare adornat, ꝙ ſit impartibilis, hoc eſt, incorporeus. Id autem colligit ex eo ꝙ eſt infinite virtutis: ac ſi eiuſmodi virtus in magnitudine ineſſe nequeat. Obidq; in hoc textu probat, primum motorem infinita vigere virtute. Et eſt profecto phraſis eis nodis implexa, vt ſit non ſolum intellectu, verum & creditu non facilis. Syllogiſmus autem hic concipiendus eſt iſte. Impoſſibile eſt virtutem finitam quippiam tempore infinito mouere: virtus primi motoris mouet primum mobile tempore infinito: ergo non eſt finita, ſed infinita. Ad maioris autem demonſtrationem ſupponit, tria eſſe in motu conſideranda videlicet mobile, & mouens, et tempus in quo fit motus.



motus. Et cõtendit probare, hec tria debere ſemper eſſe eiuſdem rationis: nempe ꝙ ſi aliquod illorum ſit infinitũ, & reliqua debent eſſe infinita. Et quia ratio procedit ad impoſſibile, petit contrarium a reſpondente. Detur eñ, inquit, a mouens finitum ſcilicet virtutis vt quatuor, quod mouet. b. mobile quadrupedale per. c. tempus infinitũ. Tunc ſequitur, inquit, quod. d. pars ipſius. a. que ſit. v. g. virtus vt vnum, mouebit. e. que ſit quarta pars ipſius. b. & non in equali tempore ipſi. c. ſed in minori: quia totum mobile maiori tempore indiget, quã minus. Tempus ergo. f. in quo. d. mouet. e. neceſſe eſt vt ſit finitum: ſi quidem eſt pars totius. c. Tunc rurſus ſequitur ꝙ pars duplo maior q̃. d. mouebit partem mobilis duplo maiorẽ, q̃. e. in duplo maiori tempore q̃. f. et pars tripla, partem triplam in triplo maiori tẽpore: ergo tota virtus. a. mouebit totum. b. in tẽpore quadruplo ad. f. quod ideo erit finitum: quando quidem excedit. f. proportione finita. Et hoc eſt quod ait, ꝙ addendo ipſi. d. conſumetur totum. a. & addendo ipſi. e. conſumetur totum. b. nunq̃ autem conſumetur tempus: quia eſt infinitum. Cõcluditur igitur ꝙ nihil a virtute finita poteſt moueri tempore infinito. Neq; vllius eſt momenti redargutio Auicene, ꝙ in corporibus celeſtibus nulla poteſt fieri ſubtractio aut diuiſio, vel mouentis vel mobilis: quoniam argumento Ariſtotelis nihil refert ſubtractio re fiat an ſola cogitatione, poſſumus enim partiri ad imaginationẽ virtutem celi motricem, & mobile ipſum. Maioris aũt multo ponderis eſt bina alia dubitatio: tum in cõcluſione, tum etiam in ratione Ariſtotelis. In ratione quidẽ, quoniã illatio illa. Si tota. a. virtus mouet totum. b. in aliquo tempore, pars illius virtutis mouebit partem in minori tẽpore, nulla porro eſt. Quin vero ſuam ipſius regulam auerſatur ſuperiori lib. tex. 36. qua docuit, ꝙ ſi virtus aliqua mouet mobile in certo tempore, media virtus mouebit medietatem reſiſtentie tempore equali: quoniam vt declaratum eſt. q. 4. eiuſdem libr. eadem eſt proportio medietatis ad medietatem, que totius ad totum: qua propter eadem erit motus celeritas. Cõcluſio autem cum veritate ipſa aperte pugnat: nam conſtat, intelligentiam finita virtute ſecundum eundem Ariſtotelem mouere orbem tempore infinito: ad quod ſatis eſt, vt virtus ſit incorruptibilis, et indefeſſa. Ad primũ autem reſpondendum quod duplex eſt comparatio temporis motus, vna quidem ad partes ſpatij, & altera ad partes mobilis. Si fiat comparatio ad partes ſpatij, argumentum hoc noſtrum concludit, ꝙ dimidia virtus eodem tempore mouebit per idem ſpatium dimidiatum mobile: quo tempore tota mouet totum: quia eſt eadem proportio ſi vero comparatio fiat ad partes mobilis, tunc ſi totũ quadrupedale mobile pertranſeat certo tempore per deſignatum ſignum in ſpacio ſitum, medietas illius mobilis trãſibit per idem ſignum in dimidiato tẽpore. Medietas eñ ſolis exurget per orizontẽ in medietate tẽporis, quo totus exoritur: vt lib. 6. tex. 48. et. 90. monſtratum eſt. Hanc ergo comparationem temporis ad partes mobilis ſequit hic Ariſto. Sed tũc recurrit altera dubitatio de concluſione nã ſi ſuperius oſtendiſſet, ꝑmũ motorẽ mouere mobile tempore infinito, ſic vt motu recto duraret trãſitus per idem ſignum tempora infinito, probe demonſtraſſet virtutem mouentis infinitam: quia tunc illud mobile deberet eſſe infinite longũ verum tñ cum nõ demõſtrauerit, niſi quod moueat orbem tempore infinito per finitum ſpatium: qđ perpetuo circulo recurritur, non ſubinde hic cõmonſtrat virtutem motricẽ infinitam, ſed ſolum ꝙ motor duret tẽpore infinito. Caietanus in ſuo illo infinito opuſculo de infinitate Dei neſcio quã excogitauit diſtinctionem, per ſe, & per accidẽs: nẽpe ꝙ vt virtus moueat per accidẽs tẽpore infinito, ſat eſt ꝙ ipſa duret tempore infinito, licet ſit intenſionis finite, at tñ vt per ſe moueat tempore infinito requiritur, inquit, ꝙ ſit intenſionis infinite. Hoc tamẽ profecto nulla ipſe ratione corroborat, quin reſpõderi ſemper poſſit, quod per ſe mouere tantũ mobile, & tanta celeritate, cõpetit intenſioni virtutis, ſed ad mouendũ tanto tẽpore, etiã per ſe, ſolũ requiritur duratio virtutis. Et ideo multo eſt apparẽtior gloſſa hic S. Tho. qua ratio per ſe infinitatis motus explicat. Ait quippe ꝙ virtus primi motoris ex qua virtutes alie intelligentiarum deriuant, debet ſic eſſe infinita, vt ſit cauſa illius infinitatis motus, qui per ſe & intrinſece eſt infinitus: nam id quod eſt per accidẽs debet reduci ad id quod eſt per ſe. Per ſe autem infinitas motus eſt illa, que conuenit mobili ab intrinſeco ratione ſuarũ partiũ: q̃r videlicet cum habeat infinitas equales, nunq̃ poſſet eius tranſitus per aliquod ſignum finiri. Sicuti ſi ſol eſſet infinitus, nunq̃ totus poſſet oriri per orizontẽ: infinitas aũt motus per accidens eſt q̃ non cõuenit mobili ratione partium infinitarũ ab intrinſeco, ſed propter figurã motus: nẽpe q̃r fit circulariter per infinitas repetitiones eiuſdẽ finiti ſpatij. Intelligentie quidẽ ſunt cauſe illius infinitatis motus, que eſt per accidens: requiritur ergo vt earũ cauſalitas reducatur in primã cauſam, que poſſet efficere motum, qui per ſe eſſet infinitus, ſi eſſet poſſibilis. Et hoc per ſe & per accidens multo eſt explicatius illo Caietani: nã explicatur hic ratio, non ſolum per ſe cauſe, que ratio videt ad libitũ conficta, ſed per ſe infinitatis motus ex parte mobilis. Et ſi quid certi Ariſ. hic propoſuit demonſtrare, reuera non fuit, niſi hoc, ꝙ non põt virtus aliqua mouere mobile tẽpore infinito, hoc eſt infinitatẽ per ſe motus efficere, niſi faciẽdo illud trãſire per certũ ſignum, taliter, vt in perpetuũ duraret motu recto tranſitus omnium partium: quod fieri non poſſet, niſi mobile eſſet infinite quantitatis, atq; adeo virtꝰ eſſet infinita ſimpliciter.

Caietanꝰ.

S. Thom̃.

Quod autem omnino non cõtingit in magnitudine finita, infinitam eſſe potẽtiam: ex his manifeſtũ eſt. Sit enim maior potentia ſemper: quæ æqualem in minori tẽpore facit. vt que calefacit, aut dulcefacit: aut proiicit & omnino mouet. Neceſſe eſt ergo & finito quidem infinitã autẽ habẽte potẽtiã: pati aliquid patiẽ & pluſq̃ ab alio. maior enim eſt: infinita potẽtia. At verò tẽpus quidẽ non contingit eſſe vllũ, ſit enim in quo. a. tẽpus, in quo infinita vis calefacit, aut pepulit. a. b. autẽ: in quo finita quædam. ad hanc maiorẽ ſemper accipiẽdo finitã: perueniã aliqñ ad id quod eſt in. a. Textus. lxxix.

tempore

tẽpore mouiſſe. ad finitũ enim ſemp addẽs: excedã oẽ determinatũ. & auferẽs: deficere faciã ſimiliter. In æquali ergo tempore mouebũt: finita ac infinita. hoc autem: eſt impoſſibile. nullum itaq; finitum: contingit infinitam potentiam habere.

¶ Cõſequẽter tex. 79. Probat ꝙ virtus infinita nõ põt eſſe in magnitudine finita: vt ex ſuperiori et iſta cõcludat, Deum ex perte eſſe magnitudinis molis. Ubi cõſiderandũ eſt nõ ſatis eſſe probare qd non poſſit eſſe in magnitudine finita, ſed ſimpliciter qd non põt eſſe in magnitudine. At qr li. 3. ſatis demonſtrauit, impoſſibilẽ eſſe magnitudinem infinitã: ⁊ maxime in primo motore: nã tunc nulla eſſet alia res quã moueret, proponit, nõ eſſe virtutẽ infinitam in magnitudine finita. Ratio tñ, quã adducit ſimplr probat qd nequeat eſſe in magnitudine: ⁊ ita nos cõcludemus. Demõſtratio autẽ hec deducit item ſic ad impoſſibile. Si virtus infinita eſſet in magnitudine, illa moueret in nõ tẽpore: motũ autẽ fieri in non tẽpore, eſt impoſſibile: ergo ⁊ infinitã virtutẽ eſſe in magnitudine. Itaq; nõ vult hic probare poſſibilem eſſe motũ in nõ tẽpore. Quinuero ex hoc impoſſibili cõcludit, aliud eſſe pariter impoſſibile. Supponit igit ꝙ maior virtus in minori tẽpore equalem facit effectũ illi, quẽ minor virtus faceret in maiori tẽpore, vel in eodẽ facit maiorẽ. Ex hoc autẽ fit, vt quicquid patiat a potẽtia infinita, maiorẽ effectũ ſuccipiat, q̃ ſi pateret ab infinita: qm infinita, maior eſt q̃ finita. [At vero tẽpus quidẽ, inquit, nõ cõtingit eſſe vllũ] Ac ſi dicat, eiuſmodi tñ paſſio ⁊ motus in nullo fieret tẽpore, ſed in nõ tẽpore: qd eſt impoſſibile. Probat autẽ hec minor. Detur oppoſitũ ꝙ infinita virtus in. a. tẽpore faciat vnũ certum ac finitum motũ, puta in vna hora. ⁊ ſit virtꝰ alia finita, q̃ eundẽ faciat motũ in tẽpore maiori, puta duplo vel decuplo, nihil. n. refert: ꝙ ſit. a. b. tũc ſic. Quacũq; potẽtia finita põt dari maior, etiã finita. Det ergo maior, q̃ i tpe minori q̃. a b. perficiat eũdẽ motũ: ⁊ rurſus alia maior, q̃ in tpe etiã minori efficiat eundẽ motũ. Peruenietur ergo ſic aſcẽdẽdo ad virtutem finitã, q̃ in tpe, a. efficiat eundẽ motũ, quẽ virtus infinita in eodẽ perficiebat. Et hoc eſt qd ait, qd addẽdo ad virtutẽ finitã, ⁊ auferẽdo a tpe maiori, puenietur ad id qd eodẽ tpe infinita virtus ⁊ finita perficiẽt eũdẽ effectũ. Quod cũ ſit impoſſibile, infertur, ⁊ impoſſibile eſſe infinitã virtutẽ exiſtere in magnitudine. Percõtaris aũt qd opus erat collocare hic virtutẽ infinitã in magnitudine ad cõcludendum quod moueret in non tempore. Cur inquam nõ intulit, impoſſibile eſſe infinitã dari virtutem etiam extra magnitudinem: ſiquidem vbicũq; eſſet, moueret in non tẽpore. Commentator neſcio quid ſuper hoc comminiſcitur. Ait enim ꝙ quia finitum ⁊ infinitũ (vt in vltimo text. lib. 1. viſum eſt) non cõuenit niſi quantitati, vt loqueretur proprie de infinita virtute cõſtituit eã in mole. Hoc autem manifeſte eſt contra Ariſtotelem, qui ſuperiori tex. ex eo quod prima cauſa mouet infinito tẽpore, intulit proprie ac ſimpliciter eſſe infinitam: ⁊ inde rurſus hic inferre cõtendit, non eſſe in magnitudine. Et preterea eſt contra rationẽ: nam cum virtus ſequatur perfectionem forme: ⁊ quo forma abſtractior eſt a materia, perfectior ſit, conſequitur, vt ratio infinitatis multo ſit congruentior ſeparate forme, q̃ materiali que tamen dicitur infinita ex parte materie: eo ſcilicet ꝙ eſt abſq; termino protẽſa. Reſpõdendum ergo eſt ad interrogationẽ ꝙ per virtutem in magnitudine intendit illam, que non poteſt agere, niſi ſm ſuam totam potẽtiam: qualis eſt virtꝰ in igne. Nam immaterialis ſpiritualiſq; virtus, nõ eſt neceſſe, vt ſemper agat ſm vltimũ ſue potentie: quia cum (vt habetur. 3. de aĩa text. 6. ⁊ 46.) intellectus non ſit virtus corporis, virtꝰ ſpiritualis debet eſſe intellectualis: talis autem virtus non agit ſm totam naturalẽ formam, ſed ſm illam quam apprehendit: vt patet in edificatore. Et ideo ſi virtus infinita, eſſet in magnitudine ageret quidem ſm vltimum ſue potentie, puta infinita velocitate, atq; adeo in non tempore: quod eſt impoſſibile. Id autem non ſequitur de infinita virtute ſpirituali: que agit per intellectũ vt. q. 5. exactiꝰ patebit. Uide quomodo ratio Ariſto. non ſolum probat infinitam virtutẽ nõ poſſe eſſe in magnitudine finita, verum quod neq; in vlla magnitudine.

Textus. lxxx.

Neque igitur in infinito: finitam. attamen cõtingit in minori magnitudine maiorem potentiã eſſe. ſed adhuc in maiori maiorem. ſit igitur id in quo. a b: infinitum pars igitur. b c. habet potentiã aliquam: quæ in aliquo tempore mouit. d. in tempore ſcilicet in quo. e f. Si igitur ipſius. b c. duplũ accipiam: in dimidio mouebit tempore ipſius. e f. ſit enim hæc proportio, Quare in. f h. mouebit. ergo ſic accipiendo ſemper ipſum. a b. nunq̃ tranſibo. tempore autem dato: ſemper minus accipiã. Infinita: ergo potentia erit. omnem enim finitam potentiam excedit. Omnis autem finitæ potentiæ: neceſſe eſt finitum eſſe & tempus. ſi enim in quodam tanta: maior in minori quidem, ſed determinato mouebit tempore ſecundum conuerſionem proportionis. Infinita autem omnis potentia eſt: vt & multitudo & magnitudo quæ excedit omnem finitam.

¶ Subſequenter in tex. 80. conuertendo ſuperiorem concluſionem, demonſtrat ꝙ neq; in magnitudine infinita poteſt eſſe finita virtus. Non qd eſſet cõcluſio hec ad propoſitum, neceſſaria, ſed quod annexa erat ⁊ affinis ſuperiori. Et quia poſſet quis ſtatim obuiare. Contingit enim in minori magnitudine maiorẽ ineſſe virtutẽ, vt in minore igne cumulatior viget, q̃ in maiori aere, indeq; ſequitur ꝙ proportio virtutis non cõſequitur quantitatem molis, atq; adeo videtur ſubſequi, vt in aere infinito, poſſit eſſe finita virtus. Admittendo antecedentia, negandoq; hanc poſtremã conſequentiam, ait ꝙ licet in minori magnitudine contingat eſſe maiorem potẽtiam, vt in igne, nihilominus magnitudo aeris poteſt multiplicari vt attingat virtutem ignis: magnus eñ aer. pollebit tanta virtute, quanta eſt in paruo igne: atq; adeo multiplicata aeris magnitudine in infinitum pari ratione multiplicabitur ⁊ potentia: vnde fit conſeqnens vt in quacunq; magnitudine infinita, ſit maior virtus, q̃ in quacũq; finita. [Sit igitur] Reuertitur ergo ad demõſtrationẽ. Sit, inquit. a b. virtus finita magnitudinis per impoſſibile infinite. Omnis autem finite potentie (vt ait paulo inferius) neceſſe eſt tẽpus eſſe finitum in quo mouet. Nam licet quo maior eſt potentia, eo in minori tempore moueat, tamẽ quecunq; finita data mouebit tẽpore determinato, ſm conuerſionem proportionis, vt quãtum addetur potentie, dematur de tempore. Hoc ſuppoſito, detur vna alia virtus finita magnitudinis etiam finite, que ſit. b c. illa etiã mouebit ipm. d. quod. v. g. mouebatur a potentia finita magnitudinis infinite: ⁊ mouebit illud in tempore certo puta. e f. Tunc ſi dupletur ea magnitudo, duplabitur potentia, que ideo mouebit idem. d. in duplo minori tempore, ſcilicet. f h: ⁊ eadem ratione ſic multiplicando potentiam. b c. imminuet tempus, in quo mouebitur. d. at vero nunq̃. b c. poteſt ſuperare potentiam. a b. quia nunq̃ ſua magnitudo poteſt adequare magnitudinẽ alteriꝰ, que eſt infinita: ⁊ in magnitudine ĩfinita (vt iam oſtenſum eſt) non poteſt negari, quin ſit virtus maior q̃ in q̃cunq; finita: eo ꝙ creſcẽte magnitudine neceſſe eſt, vt creſcat aliquantum virtus.

Textus. lxxxj.

Eſt autem & ſic demonſtrare hoc accipiemus enim quandam potẽtiam, eandem genere ei quæ eſt infinita magnitudine, in magnitudine finita exiſtentem: quæ mẽſurabit eam quæ infinita eſt, finitam potentiam. Quòd igitur non infinitã cõtingit eſſe potentiã in finita magnitudine, neque finitam in infinita: ex his palam eſt.

¶ Subdit ſecundam demonſtrationem, que a ſuperiori hoc tantum differt, ꝙ illa accipiebat magnitudinẽ finitam alterius generis ab infinita: hec autem aſſumit ambas eiuſdem generis. Si dederis, inquit, finitam virtutẽ aeris ſub magnitudine infinita, tunc ſequitur poſſe dari aliquam virtutem finitam itidem aeris eidem equalẽ ſub magnitudine finita: nam detur. v. g. ꝙ illa virtus finita infiniti aeris ſit vt centum ⁊ ſignetur altera vt vnum: tunc eadem centuplicata erit equalis alteri: ⁊ tamen ſua magnitudo ſemper erit finita: conſequens autem eſt impoſſibile: nam in ſubſtantijs eiuſdem gñis nulla ſubeſt cauſa, cur ſub equali magnitudine non vigeat equalis virtus: ad minus cur ſit tãtũ interuallum, vt in magnitudine infinita nõ ſit maior q̃ in altera finita.

Textus. lxxxij.

De his autem quæ feruntur bene ſe habet dubitare quandam dubitationem primum. Si enim omne quod mouetur, mouetur ab aliquo: quæcunque non ipſa ſeipſa mouent, quomodo mouẽtur aliqua continuè non tangente eo quod mouit vt proiecta? ſi autẽ ſimul mouet & aliud quid, is qui mouit vt aerem qui cùm mouetur mouet: ſimiliter impoſsibile eſt primo non tangẽte neq; mouente moueri, ſed ſimul omnia & moueri & quieſcere: cùm id quod primò mouet ceſſauerit. & ſi facit quẽadmodum lapis: veluti ſi mouet id quod mouit. Neceſſe autem eſt hoc quidem dicere ꝙ primum mouens facit vt poſsit mouere aut aer hic, aut aqua, aut aliud quid huiuſmodi quod aptum natura eſt mouere & moueri, ſed non ſimul ceſſat mouere & moueri, ſed moueri quidem ſimul cùm mouens ceſſauerit moueri, mouens autem adhuc eſt quapropter mouetur quid alij contiguum, & in hoc eadem ratio eſt. Ceſſat autẽ: cũ in ipſo cõtiguo minor fuerit virtus q̃ vt moueat. tandem autẽ ceſſat: cum nõ amplius fecerit prius mouens, ſed motum patiens ſolũ. hæc autem neceſſe eſt ſimul ceſſare: hoc quidẽ mouere hoc autem moueri & totam motionem. Hic igitur in his quæ poſſunt aliquando quidem moueri, aliquãdo quidem quieſcere, fit motus: & non cõtinuus, ſed videtur. aut enim exiſtentium conſequenter eſt: aut ſe tangentium. non enim vnũ mouens eſt: ſed contigua ad inuicem ſunt. Quapropter & in aere & in aqua fit huiuſmodi motus quem dicũt quidam antiperiſtaſin eſſe. Impoſsibile autem eſt aliter dubitata ſoluere: niſi dicto modo. Antiperiſtaſis autem: ſimul oĩa moueri facit & mouere. quare & ceſſant. Nunc autẽ videtur vnũ aliquid: continuè moueri à quouis. non enim: ab eodem.

¶ Conſtituit ergo hactenus duas premiſſas, ſcilicet primum motorem eſſe virtutis infinite, infinitamq; ineſſe non poſſe magnitudini. Uerũtamen anteq̃ inde concluſionem eliciat, videlicet, eũdem primum motorem alienũ eſſe a magnitudine molis, interſerit hoc textu quandam dubitationem que definitu neceſſaria eſt, ne quis poſſet ratiocinationem cauillare. Dictum enim eſt ſupra quod animalibus dẽptis, que a ſeipſis mouentur, reliqua mouentur ab alio: nunq; tamen mõſtratũ eſt, a quo moueantur proiecta, poſtq̃ proijciens mouere ceſſauit: nam cum demõſtratum ſit, omne agens agere per contactũ vident non moueri tunc a proijciente. Et ille, cui hoc appareat, equa ratione reſpondebit, ꝙ primus motor licet, cepit omnia mouere, non tamen continuo ſemper mouet [tempore infinito, atque adeo neq; inde probabitur, eſſe infinite virtutis. Hac vtiq; de cauſa huc induxit queſtionem hãc Ariſtoteles. Ait ergo congruens eſſe dubitationem hanc prius terminare: nempe. Si omne qd mouetur (preter animalia que ſeipſa mouẽt) neceſſe eſt, vt ab alio moueatur, quomodo fieri poteſt vt continue moueantur proiecta, non tangẽte proijciente, hoc eſt poſtq̃ eminus ab eo ſunt elongata. [Si autem ſimul] Recitat ſolutionem quam quipiã dicunt fuiſſe Platonis: non vt prorſus reijciat, ſed, vt apertius exponat. Solutio eſt ꝙ proijciens ſagittam vel lapidem vna percuſſit proximum ſibi aerem, ⁊ ille rurſus aliũ, que quidem impulſe aeris vnde deferunt ſagittam. Sicuti apparet in aqua, dum iniectus lapis vndas in girum expandit ad ripam vſq;, que ſecunde ferunt natantem ramuſculum. Ait igitur reſponſum non abunde ſic nudum ſatiſfacere: nam ſimiliter eſt impoſſibile, vt primo non tangente, hoc eſt, non mouente, cetera mota moueãt: vt iam ſupra declaratum eſt tex. 34. ⁊ habet. 2. metap. text. 6. Et ideo ſubdit ꝙ neceſſe eſt primo motore mouente, omnia mouere, ⁊ eodem quieſcẽte omnia quieſcere. [Et ſi facit quemadmodum lapis] Placet hic nomen lapidis per antonomaſiam vſurpari pro magnete: vt Argyropylus trãſfert, quẽ Albertus ⁊ pleriq; ſequuntur. Ut ſit ſenſus, ꝙ qñ res mouet mota ab alio, nihil refert, fiat ne per impulſio-

impulſionem,vt dictum,an per attractionem,vt ſi ferrum motum a magnate ſecum traheret paleam,ceſſante motu magnetis,ceſſabit ⁊ ferrum paleam vehere.[Neceſſe autem eſt]Explicat ſententiam propriam,que in hoc conſiſtit:videlicet ꝙ primum mouens, puta iaciens lapidem, dat aeri vel aque circunſtanti vt moueatur ⁊ vt moueat lapidem:ſiquidem aer ⁊ aqua apta ſunt media,vt moueantur ⁊ moueant:nam quia facile cedunt percutienti,poſſunt deferre proiecta.Atuero virtus motiua,⁊ paſſiua motio, non ſimul ceſſant,ſed prius aer vel aqua moueri ceſſat ꝗ mouere:quod patet primo ratione:qꝛ datur mouẽs nõ motum,vt patet in primo motoꝛe,moueri autem ſemper dependet a mouente, ob quã rationem re ceſſante moueri,nõ ceſſat mouere. Et ſecundo id patet experientia:nam in termino motus,qui deſinit per primum non eſſe,res non mouetur:mouere tamen tunc poteſt,vt ſi mobile ad ſuum introitum in talem locũ rem aliam inde locatã excludat. Atqui hoc pacto excogitauit Ariſto.fieri motum pꝛoiectoꝛum:non ꝙ hic aer percuſſus a coꝛda baliſte moueatur perpetuo cũ ſagitta,ſed ꝙ iſte pellit alium, atqꝫ alius alium: et ideo ait ꝙ in puncto quo iſte deſinit moueri, mouet alium. Ceſſat ergo mobile moueri, cum mouens ceſſat mouere:non tamen tunc mobile ceſſabit mouere,niſi quando ceſſauerit virtus eius motiua. Nam virtus illa quam primus motoꝛ imprimit in contiguum ſibi aerem,remiſſius imprimitur a prima aeris poꝛtione in alterã,que eſt ſibi contigua:⁊ remiſſius a ſecunda in tertiã:quouſqꝫ fit tãdẽ adeo remiſſa,vt mouere nequeat. Appellat contiguã,qꝛ ad rem nihil refert, ſit ne continua,an cõtigua:quoniã vicem gerunt duorum mouentium:vt ſtatim eſt oſtenſurus. Tunc ergo ceſſabit totus motus violentus, quãdo aer non ſufficiet dare poꝛtioni ſibi contigue virtutẽ mouẽdi,ſed tantũ vt moueatur. Et hoc eſt quod ait. Cum nõ amplius fecerit prius mouens, hoc eſt,pꝛecedens aeris poꝛtio, vt ea que ſubſequitꝰ ſit mouens,ſed ſolum vt ſit motum patiens.[Hic igitur]Conſequenter demõſtrat, huiuſmodi motum pꝛoiectoꝛum non eſſe vnum ⁊ continuũ. Ait ergo ꝙ hic motus fit quidem in his mediis ⁊ ſpatijs,que aliquando quidem moueri, aliquando quidem quieſcere poſſunt:vt ſunt aer ⁊ aqua. Nã ſi immobilia eſſent huiuſmodi media, nullatenꝰ ſuo motu poſſent deferre ſagitam:⁊ rurſus ſi perpetuo motu cierentur,nunqꝫ pꝛoiectum ceſſarẽt mouere. At vero talis motus non eſt continuus: licet ob nimiam pernicitatem cõtinuus videat. Quod autẽ non ſit continuus,inde confirmat,ꝙ non fit ab vno motoꝛe,ſed a pluribus conſequenter ſe habentibus ac tangentibus:vt iã expoſitum eſt. Plura ſe tangere,plus ponit,ꝗ, conſequẽter ſe habere:quod lib.5.⁊.6.expoſitum eſt. Habẽt ſe namqꝫ conſequenter,milites in phalange, licet non ſe tangant. Impetus vero aeris antecedẽs ferit ſubſequentẽ. Et ꝗuis aeris poꝛtiones, cõtinue ſint,pulſus tamen fit per modum plurium. vt patet in circo fluuialium vndarum ad iactum lapidis,que non continuo, ſed fracte ⁊ refracte mouentur:quare ramuſculus per ipſas delatus non facit continuum curſum, ſed ancipiti motu nunc retroꝛſum nunc in rectum fertur. Conijcit ergo Ariſt.ſimiliter fieri in motu ſagitte propter

eſt vnus .i. nõ eſt [v]formis. conti[nu]us aut ſic,

ſibi ſuccedentes appulſus variarum poꝛtionum aeris. Tametſi ſenſu non percipiatur: niſi veluti motus vnus. Quapꝛopter inquit in aere ⁊ aqua fit huiuſmodi motus:eo quod ſunt elementa facile ductilia:non autem per terram,niſi vehemẽti impetu ⁊ per paruam particulam. Non ſubiunxit exemplum de igne: eo quod locus illius elementi remotus eſt a noſtris ſenſibus. Subdit autem.quoſdam dicere illum motum fieri per antipariſtaſim:id quod iam tetigit lib.4.text.68. hoc eſt,per reuerſam actionem:nam cum pꝛoiectum citiſſime exeat ab hoc loco, fit vt ne relinquatur vacuus,circunſtans aer impetuoſe cõcurrat,feriatqꝫ a doꝛſo pꝛoiectum:atqꝫ ipſum rurſum ſcindat anterioꝛem aerem,qui eodem impetu a doꝛſo itidem cõcurrit, caditqꝫ rurſus pꝛoiectũ itaqꝫ ſm hanc opinionem aer non cogitur a pꝛoijciente,ſed ſuapte natura mouetur ad vacuum. impugnat autem opinionem hanc Ariſto. dicens, impoſſibilem eſſe hunc modum,ſed recurrendũ eſſe ad pꝛeſcriptum. Et pꝛobatio eſt adeo implexa ⁊ obſcura,vt cum varie,totidẽqꝫ ſint gloſſe, quot gloſſatoꝛes,vix vllam reperias que ſatiſfaciat. Arbitroꝛ tamẽ mentẽ Ariſtotelis ſic eſſe ex his verbis eruendam. Antipariſtaſis in pꝛopoſito eſt locatoꝛum,hoc eſt,pꝛoiecti ⁊ aeris fuga, ⁊ viciſſitudinaria expulſio,qua ſe mutuo a ſuis pꝛopꝛijs locis inuicem depellunt,locoꝛum cambium faciẽdo. Exemplum eſt in deambulatione. Deambulans enim ſecat anterioꝛem aerem, qui deambulanti cedens,retrocedit in locum,vnde deambulans exiuit. Ut enim finditur, ſic eius latera doꝛſumqꝫ deambulantis compꝛimunt. Itaqꝫ deambulans occupat locum aeris,⁊ aer locum deambulantis. Ait ergo ꝙ hec antipariſtaſis conceditur quidem omnia ſimul facere mouere ⁊ moueri:omnia ſcilicet circunſtantia media per quod fit motus:attamen niſi aliam adhibeas cauſam, non poſſunt eſſe cauſa motus pꝛoiectoꝛum: ſicuti neqꝫ ſunt cauſa motus deãbulantis. Haud enĩ deambulans mouetur ab antipariſtaſi: quin potius antipariſtaſis fit per motum deambulãtis. Et hoc eſt qđ ait.[Quare ⁊ ceſſant.]Quaſi dicat, cum primum illa media mutent locum ne detur vacuum,ceſſat motus medioꝛũ:⁊ per conſequẽs non poſſent longius deferre pꝛoiectum, niſi concedatur id quod aſſertum eſt,ſcilicet, pꝛoijciens per impulſum conferre aeri, non ſolum moueri paſſiue,ſed virtutem quoqꝫ ⁊ impetum ad pellendum alium aerem: vt per tales appulſus continuo pꝛoiectũ ſubmoueatur alio ⁊ alio loco. Neqꝫ ſatis id facit quod aliqui fingunt: ſcilicet pꝛopterea ꝙ citius iuſto pꝛoiectum erit a loco, aerem a doꝛſo impetum facere, quia ille impetus eſt per ſe adeo tenuis, vt niſi aer verberaret a pꝛoijciẽte, nunqꝫ ſufficeret mouere pꝛoiectum: vt patet in vndis aque a lapide commotis. Hec (vt reoꝛ) expoſitio optime huic litere quadrat. Que ⁊ lucidioꝛ fit per verbum ſubiunctum in textu. [Nunc autem videtur vnum aliquid continuo moueri a quouis,non enim ab eodem.]Ac ſi dicat. Antipariſtaſis non facit vnum aliquid moueri: ſed ſolum vt media ⁊ inter ſe ⁊ cum eo quod mouet permutent ſua loca: que quidem permutatio conſequitur ad motum interſecantis aerem: in pꝛoiectione autem vnum aliquid, puta pꝛoiectũ videtur continuo moueri a quouis, id eſt ab vna, ac ſubinde



ac ſubinde alia poꝛtione aeris impulſa: non autem ab eodem agente. Et ideo licet motus videatur eſſe continuus, non eſt tamẽ. Reliqua de motu pꝛoiectoꝛum diſputantur.q.3.

Textus. lxxxiij.

Quoniam autẽ in his quæ ſunt, neceſſe eſt ſemper motum eſſe continuum. hic autem : vnus eſt. neceſſe autem eſt vnum:& magnitudini alicuius eſſe(non enim mouetur : quod magnitudine caret)& vnius,& ab vno. non enim eſſet continuus: ſed contiguus alter alteri,& diuiſus. Mouens igitur ſi vnum eſt:aut ſubiens motũ mouet, aut immobile exiſtens. Si igitur motum ſubiens: conſequi oportebit & mutari ipſum, ſimul autem moueri ab aliquo. Quare ſtabitur & peruenietur ad id quod eſt moueri ab immobili hoc enim nõ neceſſe eſt ſimul mutari : ſed ſemper poterit aliquid mouere. nam ſine labore eſt ſic mouere : & regularis hic motus, aut ſolus, aut maximê non enim habet mutationem vllam:id quod mouet . oportet autem id quod mouetur ab illo : non habere mutationem, vt ſimilis ſit motus.

¶ Expedita queſtione de motu pꝛoiectoꝛũ ad inceptum pꝛopoſitum huius capitis reuertitur: videlicet ad demonſtrandum, primum motoꝛẽ eſſe impartibilem, atqꝫ adeo ſimpliciter vnũ ⁊ ſimplicem. Aſcendit autẽ ad hoc gradatim ex ſupꝛa conſtitutis. Reſumit inqꝫ primũ neceſſe eſſe ſemper continuum motum, vt a tex.54. ⁊ infra demõſtrare perſeuerauit: quem quidem motum deinde demonſtrauit eſſe vnum: quoniam eſt circularis, qui non perinde ac rectus, interrumpitur. Sub hac autẽ aſſumpta pꝛopoſitione ſubſumit trimembꝛem alteram, qua expꝛimit naturã vniꝰ motꝰ: nimiꝛ neceſſe eẽ vt motꝰ ſit vnꝰ ꝙ ſit alicuiꝰ magnitudinis ſiquidem lib.6.tex.29. oſtẽſum eſt nihil poſſe moueri motu phyſico, niſi ſit partibile. Secundo requiritur vt ſit vnius magnitudinis, hoc eſt, vt ſit continuum: nam (vt lib.5. definitum eſt) vnus motus debet eſſe vnius ſubiecti. Sed additur hic noua conditio ꝙ debet etiam eſſe ab vno motoꝛe, quod text. hic pꝛoximo docuit: nam a diuerſis motoꝛibus, qui non ſunt eſſentialiter ſuboꝛdinati, ſed quoꝛum vnum aliud pellit, ⁊ aliud, aliud, nõ poteſt vnus peruenire motus, ſed diſcontinuus, ſicuti motus ipſoꝛum mouentium. Tunc ſuper hanc baſim conſtruit ſuam argumentationem. Si mouens igitur vnus eſt, tũc aut mouet tanqꝫ mobilis, aut tanqꝫ immobilis exiſtens. Si mouet tanqꝫ immobilis. ſequitur, vt etiam ipſe pariter moueatur dum mouet. Si autem mouetur, vel a ſe mouetur, vel ab alio. Si ab alio, cum iam ſupꝛa monſtratum ſit, non abiri in infinitum, deueniẽdum eſt ad illud quod nõ mouetur ab alio, ſed vel a ſeipſo mouetur, vel ab aliquo, qđ eſt immobile. Et habito illo ꝙ a ſeipſo mouetur, tunc ſuperius neceſſe eſt aſcẽdere vſqꝫ ad mouens immobile. vt tex.40. ⁊ infra pꝛobatũ eſt. Nam in illo quod ſeipſum mouet neceſſe eſt diſtinguere inter partem per ſe motam, ⁊ aliam per ſe mouentem, quam non neceſſe eſt amplius moueri. Et quod illic oſtẽdit in partibus magnitudinis, hic explicat in rebus ſeoꝛſum ſumptis: nimirum concludens, neceſſe eſſe deuenire ad primũ mobile, quod mouetur a mouente immobili. Hoc enĩ ⁊ demonſtratu erat neceſſarium ad demonſtrandum primum mouens eſſe impartibile, vt tex. vltimo patebit. [Hoc enim ⁊c.] Declarat ingenium ⁊ naturam primi motoꝛis immobilis. Ait quippe eiuſmodi motoꝛẽ nullatenus moueri: quia opoꝛtet omnino eſſe immobilẽ. Ex quo fit rurſus, vt ſemper ⁊ ꝑpetuo poſſit mouere: nã mouenti quod non ſemper mouet, hoc accidit pꝛopter laboꝛem ⁊ laſſitudinem: ſi ſit animal, vel quia deteritur ⁊ tabeſcit ſi ſit inanimatum: eo ꝙ dum mouet, mouetur: ⁊ inde rurſus fit, vt non ſemper regulariter moueat: nam cum ex laboꝛe lãgueat, cogitur motum remittere. Mouens autem immobile, quia vires nunqꝫ relaxat, ſemper ⁊ regulariſſime mouet. Quare vel ſolus motus quo primum mouẽs mouet, regularis eſt ⁊ vniformis, vel ille inter omnes maxime. Moderatꝰ dictum hac diuiſione: quoniam in his etiam inferioꝛibus poterit per aliquam tempoꝛis particulã motoꝛ quiſpiã vniformiter mouere, quoad vſqꝫ mouendo remittatur eius virtus: non tamen ſemper vt ille primus. Subdit autem huiuſmodi motoꝛem non habere mutationem vllam: nimirum quia neqꝫ mouetur motu quo mouet, neqꝫ alio. Idqꝫ admonuit eo ꝙ celum ꝗuis non moueatur motu alterationis, quẽ efficit in his inferioꝛibus, mouetur tamen motu locali: primꝰ autem motoꝛ omnium eſt motuum pꝛoꝛſus expers. Et ideo opoꝛtet (inquit) vt id quod ab alio mouetur, puta primum mobile, nullã in ſuo motu diuerſitatem patiatur, ſed ſit ſemper eius motus ſibi ſimillimus. Neqꝫ vero primum tantũ mobile, verũ ⁊ alij oꝛbes regulariſſime mouẽtur, qꝛ neqꝫ intelligentie fatigãtur. De hoc autem queſtione.5. adhibemus verbum aliquod.

Textus. lxxxiiij.

Neceſſe eſt autem aut in medio, aut in circulo eſſe. hæc enim : principia ſunt. ſed celerrimè mouentur: quæ pꝛoxima ſunt mouenti. Huiuſmodi autẽ eſt : ipſius totius motus. illic ergo eſt: ipſum mouens.

¶ In tex. 84. docet primũ mouẽs nõ eſſe in cẽtro circularis mobilis, ſed in circunferentia. Poterat enim quis dubitare an eſſet in centro, pꝛopterea quod paulo ante determinatum ſit, initiũ circularis motus eſſe in centro, vbi eſt mobilis medium. Quod autem primũ mouẽs nõ ſit illic ſed in ſupꝛema circũferẽtia primi mobilis, inde demonſtrat, quod quanto mobilia pꝛopinquius accedunt ad primũ motoꝛẽ, celerius mouentur: oꝛbes autẽ celeſtes, quo longius diſtant a terra, eo mouent pernicius: ergo illic ſurſum eſt primum mouẽs, ⁊ nõ in centro. Loquit nãqꝫ de motu diurno primi mobilis ab oꝛiẽte in occidẽtem, quo rapiuntur inferioꝛes ſphere: vt quotidie iuſtũ circulũ cõpleant: hoc enim motu euidẽs eſt, eo velocius mouere oꝛbẽ in die, quo amplioꝛẽ circulũ deſcribit: eoqꝫ deſcribere amplioꝛẽ, quo eſt ſupeꝛioꝛ. Secꝰ aũt res hꝫ in motibꝰ ꝑticularibꝰ planetarꝫ: nãqꝫ ꝗto ꝗſqꝫ ꝓpioꝛ eſt terre, velociꝰ fert: oꝛbis enim lune ſingulis mẽſibus explet pꝛopꝛium motũ ab occidẽte in oꝛientẽ, Sol vero in vno anno: Mars in duobꝰ, Jupiter in duodecim, ⁊ Saturnꝰ in triginta. Ex his colligit ꝙ cum oꝛbes celeſtes moueant mutando locũ ſm partes in circũferentia, id habent a motoꝛe qui illic eſt: ſed ꝙ nõ mutent ſm ſe totos, habẽt a cẽtro quod eſt immobile: vt

le: vt dudum dicebamus. Quomodo aũt primus motor quẽ celi capere nõ poſſunt, dicat̃ eſſe in celo, ⁊ an motrices intelligẽtie ſint in oriente potiusq̃ in alia p̃te, aliq̃ ex parte diſputatũ eſt. q. 4.

Textus. lxxxv. Habet autem dubitationẽ ſi cõtingat aliquid quod mouetur, mouere continuè: ſed non vt id quod pellit iterum & iterum, & eo conſequenter ſint continue. aut enim ipſum oportet pellere aut trahere vel vtrunq;: aut alterũ aliquid excipiens aliud ab alio, ſicut dudum dictum eſt in his quæ proiiciũtur, ſi cùm diuiſibilis ſit aer, aut aqua mouet, ſed vt qui ſemper mouetur. Vtroq; autẽ modo non poſsibile eſt vnum eſſe, ſed contiguũ. Solus itaq; is cõtinuus eſt: quo ipſum immobile mouet. ſemper enim ſimiliter ſe habẽs: & ad id quod mouetur ſimiliter ſe habebit & continuè.

¶Quoniam definiuerat, mouens immobile poſſe perpetuare vnũ cõtinuum motũ, dubitabat an idem preſtare poſſit, id q̃d dum mouet, mouet̃. Et cõgruentiſſime huc protulit hanc queſtionẽ, accedẽs nimirũ iam proxime ad concludendũ, primum mobile eſſe incorporeũ. Etenim rem q̃ mota mouet, neceſſe eſt eſſe corpꝰ. Nihil enĩ mouet̃ motu phyſico (vt prehabitũ eſt in. b.) niſi habeat corpus. Et ideo tantundẽ querit, ac ſi interrogaſſet, an virtus corporea poſſit eſſe cauſa continui motus. Atqui ſubiunctum verbum. [Sed non vt id quod pellit iterum ⁊ iterũ.] Non eſt intelligendum tanq̃ reſponſio negatiua, ſed tanq̃ queſtionis expoſitio. Querit enĩ (vt Temiſthius author eſt) an poſſit corporea virtus mota efficere ea rõne continuũ motũ, vt ſit etiam vniformis ⁊ regulariſſimus, qualis demonſtratus eſt motus celeſtis, ⁊ non illo tantummodo continuũ, quo apparet eſſe motus nauis ſemel ac ſubinde iterũ atq; iterum pulſe, interciſſis vicibꝰ. Hic quippe, licet appareat eſſe ſimpl'r continuus, non eſt tñ, vt patet in eius difformitate: etenim q̃n ſegnius mouetur, tunc iterum pellitur: ⁊ ſic ſunt potius motus conſequenter ſe habentes: quos vocãt deinceptitios. [Aut enim ipſum oportet pellere.] Nõ reſpõdet expreſſa negatione, ſed negationi ſubtacite ſubdit rationẽ. Enimuero dum cauſa mouet mota, aut id facit pulſu, aut attractu, aut vertigine, qui eſt motus medius: ad has enim tres motus ſpecies oſtenſum eſt lib. 7. tex. 1. reduci locales omnes: at nullo iſtorũ modorũ poteſt corpus mouere cõtinuo. Et qꝛ eadẽ de tractione ratio eſt (vt in magnete) que eſt de appulſu, rurſus querit an ipſum idem mouẽs immediate per ſe deberet ſemper pellere, aut per aliqua media: vt dudũ expoſitum eſt in motu proiectorũ. At quia motus huiuſmodi videtur ad ſenſum eſſe continuus. Ait fieri in aere ⁊ aqua. eo ꝙ facile diuiſibiles ſint, ⁊ ideo fit in eis motus, vt eiꝰ rei q̃ ſemp, id eſt, continuo mouet̃: ſed tamẽ nõ eſt cõtinuus, propterea ꝙ aque vel aeris vnde per modũ plurium ſe propellunt. nullo ergo iſtorum modorũ fieri poteſt vt corporea virtus cõtinuo ſemperq; moueat. Nam ſi id facit hoc poſtremo modo pellendo per media, tunc multiplicatis agentibus, non erit idem motus. Si aũt p ſe ipm pellat iterũ atq; iterũ interpolatis vicibꝰ, non erit vniformis ⁊ ſimpliciter cõtinuus. Si deniq; per ſe moueat cõtinue ſicut qui manu aut pede circũgirat tõſoris rotã, tunc neceſſe eſt motorẽ defatigari atq; adeo defeſſum pauſari. Duo ſunt hic tñ animaduertenda. prius, ꝙ cum in ſempiternitate perẽnitateq; motus duo ſint cõſiderãda, videlicet infinita duratio, ⁊ vniformitas regularis, illud adſcripſit ſuperius Ariſtoteles immenſitati vnitatis, hoc autẽ nunc attribuit eius immobilitati: inde enĩ prouenit, vt actiones eius ſint inuariabiles. Poſterior vero conſideratio eſt ꝙ hac eadem de cauſa, qua hic conſtituit primũ motorem eſſe immobilem, vt motus primi mobilis ſit vniformis, cõſtituit ⁊. 12. metap. text. 44. ⁊ infra, ſubſtantias etiam motrices aliorum orbiũ, que contra motũ primi mobilis ab occidente in orientẽ proprijs ſingulorum motibus eos reuoluũt, immobiles eſſe pariter motu phyſico: licet infinita virtꝰ nõ ſit illis neceſſaria, ſed ſatis eſt virtutibꝰ pollere indefeſſis: quia non ſunt potentes efficere infinitum motũ per ſe (vt ſupra declaratũ eſt) mouẽdo infinitum mobile ſicuti poſſet id primꝰ motor, ſi talis motus eſſet poſſibilis.

Determinatis autem his: manifeſtum eſt quòd impoſsibile eſt primum mouens & mobile habere aliquam magnitudinem, ſi enim magnitudinẽ habet: neceſſe eſt aut finitam ipſam eſſe aut infinitam. Quòd igitur infinitam non contingat magnitudinem eſſe: oſtenſum eſt prius in phyſicis. Quòd autem finitam impoſsibile eſt habere infinitam potentiam, & quòd impoſsibile eſt à finita moueri aliquid infinito tempore: demonſtratum eſt nunc. primum autem mouens: perpetuo mouet motu & infinito tempore. Manifeſtum itaq; eſt: quòd indiuiſibile eſt & impers & nullam habens magnitudinem. Textus lxxxvj.

¶Concludit itaq; in hoc poſtremo textu, primũ mouens, quod immobile eſt, eſſe incorporeum ⁊ impartibile. Reſumit autem, quod immobile eſt, propterea ꝙ ſi mobile eſſet motu phyſico, oporteret habere magnitudinem. Et ideo in propinquis ſupra verbis oſtendit eſſe immobile. Quod igitur ſit impartibile, patet: nam ſi haberet magnitudinem, vel illa eſſet infinita, vel finita: non primum quia demonſtratum eſt in lib. 3. impoſſibile eſſe infinitum magnitudine. Quod autem nõ ſit finita probat hoc ſyllogiſmo. Infinita virtus eſſe non poteſt in magnitudine finita: virtus primi motoris eſt infinita: ergo nõ poteſt eſſe in magnitudine finita. Prior premiſſa ſupra ꝓbata eſt text. 79. ⁊ poſterior in text. 78. eo ꝙ perpetuo mouet tempore infinito ⁊ poſſet efficere motum per ſe infinitum: fit ergo conſequens impartibilẽ eſſe primũ motorẽ: qui eſt Deus ꝑ infinita ſeculoꝝ ſecula omni adoratione ⁊ cultu eſtimandus.

Finis expoſitionis octaui Phyſicorum.